[illegible]



IANI LANGLÆI IN SENATV BRITANNIÆ CELTICÆ CONSILIARII, SEMESTRIA.

Obseruationibus illustrata

A BERNARDO AVTVMNO Iurisconsulto.







Ex Legato Illustriss:

PARISIIS,

Apud NICOLAVM BVON, in Monte D. Hilarii, sub signo D. Claudii.

M. D C X I.

CVM PRIVILEGIO REGIS.





SENATVI

Britanniæ Celticæ, Ianus Langlæus in eodem Senatu Conſiliarius.



OMMENTARIOS *iuris quibus Semeſtrium nomen præfiximus in lucem daturis, Patres & Collegæ nullum διαφανὲς magis ſeſe obtulit veſtro nomine, quo oculis vniuſcuiuſque ad eos aditus pateret. Si enim, ſicuti docent optici, medij & extremorum ratio eſſe debet: hanc mihi vobiſcum meo iure potero vendicare, qui ante duos & viginti annos in hunc ordinem allectus, & ab initio ferme naſcentis ſenatus, ſemper vobiſcum egi: ſemper vos teſtes habui vitæ, iudices actionum. Semeſtris ſolius quo domi nobis per negotia publica libere licuit aſpirare & in otio, philoſophari tutiſſimo, iuſta vos manere potuit ignorantiæ cauſa. Sed enim hodierno die iſtius otij rationes totiúſque Semeſtris propono expendendas nihil eorum omiſſurus quæ rei domeſticæ cura & aduerſa oculorum valetudo in publicum conferre permiſerit. Hoc ſi vobis placuerit tanquam medio illuſtrato ſic extremis luce fulgentibus, nemini diſplicere poſſe mihi perſuadebo, labores noſtros quam vnicam ſpero & expecto mercedem. Neque enim is ſum qui cæco mei amore ductus, quaſi maratonijs onuſtus ſpoliis, annulo, corona aut alio victoriæ præmio velim donari*

gloriam, scilicet animo spondens vllam quod hi à nobis commentarij exierint. Scio non agi de fortunis Graeciae, scio nihil esse tanti faciendum: Nec me latet, quod docuerunt poëtae coronam & annulos eorum qui de literis meri volunt vincula esse, & corporis & animi arctissima, quibus labori astringantur improbo & cruci perpetuae. Sic suum Prometheum annulum lapide & ferro compactum, simul & coronam gestantem ferunt qui annulis & coronis initium dedit, Nam quod alij aura mouentur populari & immortalitatis spe inani lactantur, dum suos in medium afferunt, foetus, iampridem riserunt qui inquam breue curriculum vitae sit coniecta vident, sciúntque.

Quid sumus aut quidnam victuri gignimur.

Quorsum igitur haec opera? nempe vt quemadmodum negotij ita & ocij habeatis synopsin: hoc vno nihil habeo in votis antiquius. Valete,



IANO LANGLÆO REGIO IN SENATV BRITANNIÆ CELTICÆ CONSILIArio, Nicolaus Alixant in eodem Senatu Consiliarius & Præses. S.

PERSPICIO (Langlæe generose & doctissime) quatuor tunc in iuris studio, & inter legales exercitationes ferè hominum esse classes. Alios enim video, meditandis cogitationibus & doctrinis veterum doctorum, vt Accursij, Bartoli, & cæterorum id genus, prorsus deditos, & ab humanioribus studiis ita abhorrere, vt neotericorum, qui elegantioribus literis multos iuris locos illustrauerunt, scripta penitus explodant: & horum alii in scholis, alii in iudiciis versantur. Qui licet summa ratione, summóque iudicio affectent doctrinas veterum assequi, siue ad studiosorum institutionem, siue ad iudiciorum vsum, in hoc tamen mihi culpa carere non videntur, quòd ea quæ à veteribus neque intellecta neque animaduersa iniuria sui temporis & inopia tùm doctorum virorum esse potuerunt, à nostri temporis doctissimis hominibus patefacta & elegātissimè explicata contempserunt.

Alios verò animaduerto, ita nouis horum scriptis adhærescere, & his quoque ex suo addere conari, vt hi non minùs abiiciāt dicta veterum, quàm illi scripta nouorum: vanum & inanem antiquorum laborem iudicantes: qui de apice, articulo & subtilitate iuris adeò bene meriti sunt, vt vix hodiè sine eorum labore & opera

vis iuris tam altè recondita in intimis iurisconsultorum consiliis, tamq; in mentibus imperatorum abdita erui & percipi possit. Quibus si elegantia literarũ defuit & perpolitus flos orationis, non tamé iudicium acre & graue, atque tantum ingeniicumen, vt a neque in philosophis, oratoribus, poëtis tàm Grçcis quàm Latinis, imò neque in ipsis iurisconsultis & imperatoribus maius acutius & subtilius videri possit: Nec à nostra alienus etiam sententia fuit insignis ille vtraque doctrina Præceptor noster Alciatus. Et cùm eis deesset forma elegans orationis & facultas dicendi politè, certa quædam artis vocabula (& si incondita) sibi effinxerunt doctrinæ formandæ & exprimendæ rei gratia: quæ tamen nemo eorum qui tàm eleganter & peritè scribunt, & alios contemnunt, in melius immutare, aut ad recepta & vsitata latino sermone vocabula transferre & accommodare voluerit, aut quid melius de eadem re proferre. Admitto enim alienorum operum censores, qui eadem melius & elegantius pertractant, licet nihil aut parum aliorum inuentioni addant, eorúmque vestigiis duntaxat passim insistant: placétque mihi eorumdem locorum noua elegans tamen, tractatio, quamuis in ipsis veteribus fructus esse maximus non denegetur. Et horum nonnullos in iudiciis versatos, alios in auditoriis ius profitentes hac animi contemptione laborasse vidimus.

Sunt autem alii, qui vtrumque coniunxerunt: nam neque veterum studia aspernati sunt, neque elegantiorum literarum lucem tam parui fecerunt, quin in vtrumque studium contulerint: & ita aliud adiuuante multos iuris locos non modò eleganti sermone perpolierunt, sed & nouis sensibus tam in ipso iuris apice, quàm in his literis pendent humanioribus, veri-

tatem diu tenebrarum nebulis obtectam & consopitam à caligine excusserint, & velut à somno excitarint, ac multis quasi refragantibus & inuitis in lucem obtruserint: quibus non parum deberi, qui iudicio pollent, planè profitentur. Sed his mihi vnum defuisse videtur, iudiciorum vsus & fori disceptatio, quamuis multa iudicio & ratione scripserint.

Quartum genus eorum puto, qui veterum studia amplectuntur & studiosè meditantur, laudémque eorum, & merito, illis ex declaratis & enucleatis occultis & abditis iuris doctrinis, quæ in responsis iurisconsultorum constitutionibus principum, scitis plebis, edictis magistratuum, latebant, debitam néque subticent, néque detractant: quæ vero antiqui illi ignorarunt, & recentiores nostri doctissimè cognouerunt, veréque docuerunt, non modò agnoscunt, laudant, profitentur, verum à quocumque dicatur, grato animo, admittentes, sed & ipsi ex æquo vtrumque studium colentes multa ex se ad veri cognitionem & illustrationem attulerunt. Quibus ita iudiciorum vsum, & exercitationem, forensiúmque causarum disceptationes adiunxerunt, vt ad ea quæ in tribus his iuris studiis (quæ tametsi generis fere diuersi videantur, tamen eòdem spectant, vt iuris veritas cognoscatur & germanæ iusticiæ & veri iuris via patefiat) plus lucis & fructus afferre possunt, symbolam non inutilem & consilium non contemnendum contulerint. Quorum ideo perfectio maior videri posset, quòd iudicia, & disceptatio forensis sit ipse iuris & iustitiæ scopus, & eò omne iuris studium, ex quocumque fonte doctrinę proficiscatur, voluat. In iudiciis enim consummatio studii & effectus rei accipitur. Horum studium quô magis ex verioribus, & limpidioribus iu-

ris fontibus, pura literarum elegantiorum peritia, & cognitione vera, & germana praxi, rectóque & genuino rerum vſu manauit, diligentiuſque excultum eſt: eò in iis excellentius, ſublimius, clarius, politius, certiúſque iudicium profert, manifeſtiorem veritatis cognitionem inducit & admirabilem quandam rerum ipſarum intelligentiam. Cui generi ſtudium tuum comparo. Cùm enim ſæpiſſimè memoria repeto, quæ & quanta à te cauſarum expoſitore in renuntiationibus litium excidebant diligentiſſimè à veteribus exquiſita, peritè à recentioribus annotata, à pragmaticis germanè & ſincere intellecta & iudicata, poſtremò quæ à te nouè conſiderata & cognita: non poſſum non grauiter indoleſcere, quòd eorũ quæ à te velut obiter agente tam doctè in ſeriis rebus effuſa ſunt, nullum ſubnotatorem habuerimus, nec ſeſe aliquis tam diligens, támque omnibus beneuolus claſſis tuæ collega obtulerit, qui ea ſaltem annotare aut ſcriptis mandare recordaretur. Et quamuis ex iis nonnulla his Otii libris & vacationum contuleris, multò plura tamen, ſpecioſe & ad rem pertinentia dicta eſſe, non minus hac luce digna, certum eſt: quæ tu, velut obiter agens, iuſto opere in ipſo negotio enarrabas, & in operę pretio tãta concinnitate tantáque facilitate obiter acta contexebàs, vt negotium agens, aliud agere, aliudque moliri videris. Quod ex Agatonis carmine Athenęus refert.

τὸ μὲν πάρεργον ὥς ποιούμεθα
τὸ δ' ἔργον ὡς πάρεργον ἐκπονούμεθα.

Quibus cum omnium iudicium & ſtudiũ informari & excoli poſſit, ſi in lucem prodita eſſent, vt maturares editionem, ſępiſſime hortati ſumus. Quod vt facias, vehementer etiam atque etiam rogo. Vale & amicitiæ id noſtrę μνημοσυνὸν habeto. Rhedonis ſept. Cal. Maii. 1574.



ILLVSTRISSIMO
D. D. NICOLAO
BRVLARTO SILLERIO, VICE-
Comiti Puisiensi, quæstori sacri Palatii
& summo Franciæ & Nauarræ
Cancellario.

BERNARDVS AVTVMNVS

D. D. D.



IV *multumque cogitans & argumenta multa instituens eaque animo volutans (vir illustrissime) librum quoius rei quando factus est similem esse arbitrarer simulachrumque habere id reperi & exemplum nouarum ædium esse.*

Ædes quom ex templo sunt paratæ, expolitæ,
Factæ probè ex amussim
Laudant fabrum atque ædes probant, sibi quisque inquit Comicus.
Inde exemplum expetunt, sibi quisque simile
Suo vsque sumptu, operæ ne parcunt suæ.
Atque illud sæpe fit, tempestas venit,
Confringit tegulas, imbricesque, ibi Dominus
Indiligens reddere alias non volt.

(·.·)

Vēnit imber, lauit parietes, perpluunt tigna,
Putrefacit aër operam fabri,
Nequior iam factus est vsus ædium.

Idem priscis scriptorum monumentis accidere videmus, Nam vbi auctores in aliam vitam commigrarint, perditur opera, venit necessitas, ea tempestas est, qua subuertitur atque immutatur fundamentum & compago orationis, deinde aduenit vtilitas, qua suadente receditur ab antiquis legibus: sed quemadmodum vbi putida facta sunt tigna, sarciuntur ædes, ne cum fundamento ruant ac pereant, ita scripta veterum in quibus multa sunt exoleta, nouis præceptis adornanda censet Iustinianus Imperator, dum ait, naturæ congruens esse priora corrigere, ideo Semestria Iani Langlæi viri optimi & doctissimi, senatusconsultis & obseruationibus illustraui, singulis quibusque locis moribus gallicis aduersa designans. Mira nemini videri debet hæc morū ciuilium mutatio, nā Deus suo ingenio temporū vices sic moderatur, vt non incōcinnè aliæ excedant, aliæ accedāt, perinde ac si in choro aliquo inuicē sibi connectantur, & nihilominus tamen inter se certis spatijs distent, nam quæ hodie florent, postera luce marcescunt, vt rosæ, lilia, & violæ: ita in hominum vita quæ splendidissima sunt, citissimè vertuntur in diuersum: tum quia proni ad dissentiendum sunt mortalium animi, Medulis etenim Occeano finitimis displicēt varia piscium genera, terrestrium animalium speciem referentia, ijs acida falerna, biturica vitis exosa, succinum vile, Margaritæ inutiles, at Lutetianis mira videntur Cete grandia, Delphini, phocæ, & quidquid pulchrum enatat æquore toto: illis etiam arridet autumnus calcatis sordidus vuis, quæ ergo mihi spes gratiæ aut beneuolentiæ in tanta rerum vicissitudine & animorum varietate? tamen exemplo periclitantium portum adpello, & ne quis scripta hæc, velut abrupta

aut ſubmerſa naue naufragi merces, aut adeſpota bona ſibi vindicet, ſciat iſthæc clientelaria beneficia maioribus auſpicijs nuncupata, addicta ſolum tutelæ inclyti & excelſi viri diuinarumque largitionum dote conſpicui, Nicolai Brularti Sillerij ſummi Franciæ & Nauarræ Cancellarij. Lutetiæ pridie Non. Mart. M. DC XI.



IOANNI LANGLÆO COLLEGÆ
SVO GVIDO LESRATIVS IN SENATV Armorico Consiliarius Regius.



Go verò (doctissime Langlæe) à quo tempore tuo ac Collegarum tuorum beneficio in ordinem vestrum allectus sum, colere te ob suauissimos mores tuos, mirarique ingenium multiplici refertum eruditione non destiti. Quis enim vsque adeò expers omnis amandi sensus reperiatur, quem candor tuus probitasque non delectent, quis tam hebes, vt amœnum ac scientiarum omnium floribus tam belle consitum ingenium non miretur? Verum tui singulari quadam ratione præter cęteros colendi occasionem mihi dedere dudum à te contracta cum parente quondam meo amicitia & necessitudo, quas apud me prædicare non desinens, vltro me (quæ tua est humanitas) illarum hæredem esse iussisti. Addo quod vbi legenti tibi non ita vulgares loci apud authores occurrissent (occurrunt autem vt librorum helluoni sæpissimè) de illis interrogare me sensusque meos exquirere consueuisti. Non sane vt tibi scientiarum omnium sicut & virtutum viro hac in re adiumento essem, sed, vt belle olim ad Tholosanum Exuperium Innocentius scribebat, dum me ad proposita respondere compellis ipso inuestigandæ rarionis labore semper aliquid cogeres addiscere. Verum quid ego leuiora ista? Dicam id quod res est, atque vtinam ita possim, vt tota Armorica exaudiat te præeunte iuniores nos in curiam non ita pridem ascitos supremis dignam tribunalibus ἐπιείκειαν quotidie discere, inque tuam sententiam Senatusconsulta de rebus grauissimis vt plurimum concipi. Quidni etenim? quando post Cuceum Senatus nostri dignissimum principem vnum te omnes in oculis habeamus? vnum te (inquam) qui iustitiæ & æquitatis præcepta ex mediis Philosophorum spatiis deprompta in

rem ipsam ac iudiciorum vsum scitè appositéque deducas: qui ad eam qua polles generis nobilitatem Censumque prisco Senatore dignum, præcipuam in iudicando fidem, religionem integritatemque summam adiunxeris, qui raro nostris temporibus exemplo & diues & senex & lippus, nusquam à literarum studiis recedas, qui, vt de Plinio secundo Regulus dixit, eloquentia & eruditione huius seculi non contentus cum priscis iureconsultis de iuris peritia contendis, quique (vt de Prætextato ad Theodosium Symmachus) magistratibus tuis celsior in te seuerus in alios temperatus, siue contemptu facilis, siue terrore reuerendus agnosceris, quem semper inuitum sequutus est honor, cuius prudentiæ & æquitati conterminus quisque limites suos credit, vt vnus iam inter nostri ordinis & loci hominis id præstare videaris quod de Octauio Augusto Tranquillus refert liberalia studia tam cupidè & laboriosè eum exercuisse, vti bello Mutinensi in tanta mole negotiorum quotidiè etiam legeret, scriberet & declamaret. Plura de te vellem (vir clarissime) plura de te deberem verum pudor tuus non patitur. Scitum enim est verbum illud vetus, quorum mens honesta sit frontem imbecillam esse. Sed neque tot virtutibus enarrandis epistola sufficit, quam nos non vt vulgò solent, ad Semestrium tuorum commendationem scribimus, quæ tu ruri tuo iudicandi necessitate solutus docta mehercule & laboriosa manu ex melioris notæ scriptoribus compegisti, sed vti meæ erga te obseruantię, tuæque in me prope paternæ pietatis monumentum aliquod perpetuò extaret. At tu Langlæe doctissime cura imprimis vt valeas, vti & patriæ præesse & in literis versari quam diutissime possis.

EIVSDEM AD LECTOREM.

*Q**u**em censes, lector, scriptorem hunc, funera chara*
Qui patriæ cernens mediis in fluctibus æstus
Ciuilis, curis, quodcumque forensibus oti
Tu reliquum, studiis impendit, Palladis artes
Rure suo meditans, qui docta Semestria condit
[illegible]ue sua Papyrius vel consultissimus olim
[illegible]lius esse velint, Gallis hoc tempore Græcam
[illegible]rchimedem assiduo voluentem pollice arenam

Ipse suis referens, armorum dum strepitum inter
Et planctus, cædésque virum, exemplaria legum
Romani Græcique fori versare diurna
Nocturnáque manu pergit præstantior ipso
Archimede in Mathesi tantum præstante, Senator
Armorica in Curia regnans ænigmata legum
Et iuris nodos soluit, reuerendus & annis
Moribus & castis idem vltor fraudis auaræ
Atque auri spretor, nunc ad se cuncta trahentis:
Armoricis populis hic optimus esse virorum
Censetur merito, sed nos queis contigit illum
Audire in sacro fundantem oracula cœtu
Credimus, idque eius nomen sonat ἀγγέλου *esse.*

IANI HVBEI VENETI CELTÆ REGII Apud Britannos Senatoris, Carmen.



Vod Langlaus opus digessit acumine raro,
In quo tot vigiles contulit ille dies
Otia cur vocitet mirum: an ne lentus inersque.
Ingenio tantum condere possit opus?
Scilicet an carmen musis & Apolline dignum
Mæonides cessans protulit Iliados?
Forte quiescebat perdocti musa Maronis
Horrida cum Martis castra virúmque canit?
Credite, non potis est. Sed enim Langlaus vt author
Cessabat patriæ reddere iura suæ:
Istuc quodcumque otij erat referabat, & inde
Musis digna tuis otia lector habes.

EIVSDEM HENDECASYLLABI.



Vnquam Scipio fertur otiosus
Vel solus minus, ipse quamuis armis
Æquasset Tyrios solo penates,
Quàm cùm solus is esset & quietus:
Si tu Iane Britannici Senatus
Æternum decus, haud laboris expers

Aut curæ minus es, licet supremo
Dux sis militiæ foro togatæ,
Quam cùm maximè publici labores
Cessant fortè tui, otiumque captas.
En curis grauioribus solutus
Docte vt Pieridum iugis pererrans
Flores legeris vtriusque linguæ
Pulchrasque inde ferens manu corollas
Concinaris opus tuum Semestre
Phœbus quod cupiat suum & Minerua.
Nam quæ tu otia ludis otiosus
Præstant omnibus omnium libellis
Vt non sis minus vtilis quiescens
Quàm cum dirimis anxius querelas,
Binas vnde feres vtrinque palmas.

IANO LANGLAEO IN SVVM OCII Semestre Caii Iulii Guersentii, epigramma.



Vi totis oculis tuum vorabit
Totisque auribus ebibet volumen
Vel gustu careat scientiarum
Vel nunquam vocet Ocium Semestre
Frons Langlæe licet modesta pugnet.
An semestria sunt quibus sciundis
Satis sufficerent neque vna vita
Neque annus neque seculum neque æuum?
An semestria sunt, quibus legendis
Non vnum tibi ius adest Lycurgi,
Non vnum tibi ius adest Solonis,
Non vnum tibi ius adest Quiritum:
Sed ius quodlibet orbis vniuersi?
An Semestria sunt quibus videndis
Non vnum modò cernis Vlpianum,
Non vnum modò Scæuolam intueris
Non vnúmque vides Papinianum:
Sed quotquot simul affuere quondam
Legum ætatibus omnibus periti?
Frontem tolle igitur, domúmque tantam

Legum & iustitiæ & scientiarum
Porticu colito superbiore
Totamque hanc hominis vocato vitam.
At fallor: quod enim tibi Semestre est
Tibi, cui veluti deo secundo
Sunt præsentia cuncta, cuique fatum
Longi temporis vnicum fit instans
Nobis secula mille sunt & anni.
Sic nostri ratione tota vita
Tui dicitur otium semestre.

GVIDONIS MENEVST IN CVRIA RHENENSI PATRONI ET CATHERINÆ Mediceæ Reginæ à rebus procurandis primarii in Britannia ad Lectorem, Carmen.


Tia, Lector, habes paucis comprensa libellis
Terque sudores Herculis exuperant
Herculis euersam Lerna labor improbus Hydram
Contudit & variis edita monstra locis.
Dum sedet hic nostri luménque decúsque Senatus
Quis non miretur si potiora gerat?
Nocte triumphata tenebrísque repentè fugatis
Et iure & terso iuta nitore beat.
Victor Beryonis mortalia membra perustus
Illatus Iouis est numine syderibus.
Otia Langlæus musis sectatus amica,
Sydera inassueta tentat adire via:
Scilicet in tanto feriatur munere corpus
At mens Herculeo pressa labore viget.

AD DOMINVM IOANNEM Langlæum Senatorem amplissimum.


SSE Senatorem summo dissoluere lites
Iudicio solitum, gloria magna tua est,
Gloria magna tua est alienum sordibus esse,
Fraudibus esse procul, gloria magna tua est.
Esse Senatorem peregrinis legibus æquè

Ac patriis clarum, gloria magna tua est.
Gloria magna tua est ad praxim sacra referre
Dogmata prudentum, gloria magna tua est.
Ast tibi cum multis hæc sunt communia certè:
Dicere non tibi fas, gloria tota mea est.
Sed tua canities sancti quòd aresta Senatus
Omnia mente tenet, gloria tota tua est.
Quòd tua canities dulci quæ fundit ab ore
Suspiciunt cuncti, gloria tota tua est.
Quod tua de mediis legum decerpta medullis
Armoricum faciant scripta vigere decus:
Atque alios nostri nomen superare Senatus,
Dicere iure potes gloria tota mea est.

Guilielmus Brenessæus.

IOANNIS YGIERII IN RENNENSI Senatu patroni de huius libri authore Decastichon.


VÒD *liber hic plenus non solùm Cæsaris exit*
Legibus, & glossis, quas schola docta sonat.
Non etiam solùm diuino turba furore
Quæ vatum sacris versibus acta canit.
Nec tantùm summi profert decreta Senatus,
Venturis quotquot sunt memoranda foris.
Denique non tantùm veraci promit abunde
Eximium si quid pendet ab historia.
Hoc docet ingenio quàm fœlix authòr, & arte,
Otia nec patiens vana perire sibi.



SENATVI, HOC EST, PVBLICO COMMVNIS TOTIVS BRITANNIÆ SALVTIS CONSILIO.

Ianus Morinus primus apud Namnetes rationum regiarum Præses.



SEna. Am. in Iſtmo certamen erat, quodam percuſſo, otioſi ſpectatores (vt qui Romæ erant in Orcheſtra) exclamatunt, Æſchylus ille poëta tragicus dixit ad Iouem, Viden' Iupiter qualis res ſit exercitatio, qui ictus eſt, tacet, ſpectatores verò in ſummo otio clamant. Langlæus liberaliſſimis ſtudijs affluens Senator, acerrimè (vt alter Meſſala, de quo Cic. ad Brut.) quotidianis commentationibus ſe exercet, otioſum ſe tamen dicit Nos qui otio liqueſcimus, vel qui potius longua rerum deſperatione (quia nullum Reip. noſtræ membrum eſt quod non fractum debilitatumve ſit) ad dolores nouos obduruimus, Langlæum laborioſum Senatorum (vt præcones ludorum Gymnicorum) magna voce prenunciamus. Videte Senat. Amp. quantum valeat exercitatio, meditatio, ſcribendique conſuetudo: Qui dies noctéſque in literarum ſtudia incumbit, qui animi laſſitudinem è foro, qui corporis affectionem è grauioribus Reip. negotiis contraxit, qui tempus omne ſummis occupationibus ereptum, in communem ſtudioſorum omnium omnium vtilitatem ſenatúſque dignitatem inſumpſit, qui multis lucubrationibus commentatos labores, ſenatoria grauitate, pari latinitate & elegantia, plenos vbique dignitatis, plenos ſuauitatis, copioſos ad inſtruendum forum, & quos inſpicere ſtudioſus omnis debet: Vnde ea ca-

pere atque haurire documenta queat, per quæ, vel publicis, vel priuatis rationibus consulatur, otium suum vocat. Quam vt de Zenone Deïnei filio dictum legimus.

Τὸν δ' οὔτ' χειμὼν κρυόεις, ἰκ ὄμβρος ἀπίρων,
Οὐ φλὸξ ἠελίοιο δαμάζεται, οὐ νόσος αἰνὴς,
Οὐχ ὅτις δήμου, ἀναρίθμιος· ἀλλ' ὅγ' ἀτειρὴς
Ἀμφὶ διδασκαλίῃ τέταται νύκτας τε καὶ ἦμαρ.

Nos verò qui molli inertia animos nostros infecimus, vel potius malo more propter bonarum rerum desuetudinem molliuimus, quę anxiam in tanta confusione rerum & perturbatione & laboriosam emergendi parit difficultatem desides miramur senem, labore improbo confectum, attoniti exclamamus, & tamquam ex specula prospicimus. Certe certe ita prostrata & perculsa fœdissimo bello iacent omnia, vt qui nati sumus ad aliquid agendum, non modò agendi rationem & scribendi otium nullum habeamus: sed ne cogitandi quidem, & qui antea agere & scribere poteramus, nunc ne benigne quidem polliceri aut honeste lugere possumus. Animus enim meus, maximus ad id tempus vates mihi præsagit magnum periculum, quod conceptum. Resp. parturit, quod nemo consilio discutere aut comprimere potest. Quare iam mihi nihil in mentem venit, non modò quid sperem, sed vix iam quid audeam optare, omnia ergo nobis proponenda sunt, quia bonæ cogitationes conuulsæ atque labefactatæ, quia non vllum est tantum malum quod non putem impendere, de his satis: ad otium redeat oratio. Magna res est & admodum difficilis (ex sententia Cleobuli) otium suum recte dispensare & quo abundamus honeste traducere, sed maior multo, in ruinis Reip. constantiæ seruire ab anguribus animum abducere, & ad eas artes transferre quibus laudes comparantur, res secundæ ornantur, & iuuantur aduersæ, & vt nihil præstantius, ita longe difficilius quàm nos omnes forsitan opinamur. Plures ætatem omnem consumpserunt ab omnique publica administratione se abstinuerunt quantis molestiis vacant qui nihil omnino cum Rep. contrahunt, vt in otio esse possint paucos tamen proferre possumus qui honeste traduxerint. Magnorum hominum otium egregias nobis semper vtilitates, & plus bonæ frugis quàm quorundam negotiosissimæ occupationes attulit. Sed hoc otium cùm omnes homines (qui labores suscipiendos pro Rep. putaunt)

tarunt) nancisci desiderent, vix tamen é multis vnum reperiemus qui otiũ quod assecutus est ad res honestas, vtiles, aut necessarias referat. Quid enim homini optimè de Rep. merito, iam seni dulcius, quam si remotus ab oculis vulgi, facili quadam dicendi ratione, quid gestum in tempore, quid dictum, decretum, iudicatum, quo pretergressus, cur decus illis facto abfuit, aut ratio illi, in publicum tandem proferat? Id verò quàm arduum & magnum sit, vel ex eo facilimè cognosci potest, quòd cùm nemo vnquam fuerit, qui non hoc otium sibi summopere appetendum duxerit, pauci tamen inuenti sunt tot ætatibus, qui ita otium suum transegerint & dispensarint, vt non tempus malè aut sine fructu collocasse viderentur. Otium ergo suum multa rerum cognitione ornare, vt nihil illustrius, nihil iucundius esse potest, id verò longè omnium difficilimum haberi debet. Quamobrem cum ex multis variisque doctrinarum generibus iurisconsultorum otium quod est omni negotio pulchrius, cõstare debeat, oportet iurisconsultos artem quandam otii sui & laboris tenere, quod nisi tenuerint nulla ratione otium cum dignitate consequi possunt. Liuius Drusus, Seruilius tranquilitatem expetentes à publicis negotiis se remouerunt, aut quia populi mores ferre non poterant, re sua familiari contenti, aut odio negotiorum in villas suas se abdiderunt. Lælius rus ex vrbe tanquam à vinculis euolabat. Similis ille vnus ex imperatoris Adriani Præfectis, de quo fertur Epitaphium in vulgus, *Similis hic iacet, cuius quidem ætas multorum, septem duntaxat annis vixit.* Terentius iunior equestribus militiis atque etiam procuratione Narbonensis prouinciæ integerrime functus, paratis honoribus magno animo repudiatis in agros suos se contulit, & tranquilissimum otium prætulit, non quòd Rempub. propter ignauiam aut pigritiam desereret, sed quia in confusione rerum, in animorum naufragiis, & bonorum direptione, bonum esse viuere haud facile arbitrabatur cogitabat enim quanta vis in Repub. temporum sit, quanta varietas rerum, quàm incerti exitus, quàm flexibiles hominum voluntates, quid insidiarum, quid vanitatis in vita sit, nihil insidiis vacuum, nihil intra parietes tutum. Profecto magnos æstu habet Reipub. ratio administrandæ, quia sæpe dies vnus intermissus, aut nox interposita perturbat omnia, & totam opinionem parua nonnunquam commutat aura rumoris, Lu-

cullus, Seruilius, Lælius, Similis & Terentius, hi omnes se vitámque suam ad otium tradiderunt, & securi vt spongiæ cùm tranquilitas maris est, domi veluti mortui, & marcescentes delituerunt. Boni viri quidem quòd post labores susceptos ad otium perfugerint, sed quia splendide non sunt vsi, non mihi videntur fabulam ætatis peregisse, quod tanquam inexercitati histriones in extremo actu corruerint, & omnis humanitatis, honestatísque amorem ceu extinctum abiecerint, diuinas illas animæ partes, quæ motionibus agitantur, humiliores abiectiorésq; iudicarint, ciuilis virtutis dignitatem & amplitudinem (quia ad domesticas curas, & priuatum quæstum transtulerunt) labefactarint. Scipio ille Aphricanus siquando à negotiis bellicis vacaret, in literarum studiis versabatur: dicebátque se non minus otiosum, quàm cùm esset in otio, curabat ne vis sagacis illa ingenij senesceret, animíque vigor neglectus cessatione debilitaretur, suúmque colorem (vt Philo ait) deperderet. Cicero post exortum ciuile bellum victósque Pompeianarum partium duces cum vnius in potestate esset Resp. eiúsque imperio ac voluntate cuncta gererentur, in otium tanquam in portum miseriæ multúnque iactatæ fortunæ perfugium (nulla enim res alia animum molestiis leuare posse videbatur) se recepit quo latius in omnes sinus Philosophiæ deferretur, in quo otio (& si funestam Reipub. conditionem vastitatémque iudiciorum & fori deflerer) multa tamen de obscurissimis quæstionibus, de difficilimis philosophiæ locis, multa de rerumpub. gubernaculis summo artificio explicaui, lectissimusque verbis exposuit. Crassus, quia publicis rebus à studio cognitionis abducebatur, sæpius se de turba & ab ipsis subselliis in otium, quod vnicum solarium est in malis, solitudinémque recipiebat, vt dolorem quem à Repub. ceperat studia priuata consolarentur. Spurina (de quo Plinius Iunior in epist. verba facit) quoad honestum fuit obiit officia, gessit magistratus, prouincias rexit voto tamen & cogitatione (hæc sunt profectò bonæ mentis curricula) quam vitàm ille tacitus præsumpserat, vt primum ætatis ratio permisit, auidissimè arripuit, historiam composuit, multos versus scripsit, hoc exercitationis vitæ & armorum genere, cum langore qui senes commitari solet, &. tam continuis senectutis incommodis pugnauit, vltimos nemorum recessus & secessus incoluit adiuuabat illum ætas, &

acta iam vita quæ cum cursu suo bene confecto delectat. Labeo Iurisconf. quodcumque tempus quietum à præclaris gloriosisque laboribus habuit, id omne in legendo scribendóque consumpsit, annúmque sic diuisit, vt Romæ sex mensibus in foro, in cœtu, hominúmque frequentia moraretur: & sex mensibus secederet ingenuásque procul ab vrbe haberet ex doctrina oblectationes. Martialis ad Sparsum.

Cur sæpe sicci parua rura Nomenti
Larémque villæ sordidum petam, quæris?
Nec cogitandi spatia nec quiescendi,
In vrbe locus est.

Quies & otium nullis interpellantibus aliarum rerum curis multum momenti habent ad rerum inuentionem, ex qua quid verum sit & sincerum, exquiritur. Plinius proconsul Bithyniæ carminis tranquillitatem foro relicto expetiuit. Non potest, inquit, illa vis sagacis beata ingenij carere dulci Musarum studio. Fas est carmine remitti, non dicebat continuo & longo, id enim perfici nisi in otio summo non potest, sed breui quod apte quantaslibet occupationes curásque distinguat. Sic enim Sentius Augur ad Plinium.

Canto carmina versibus minutis,
His olim quibus & meus Catullus
Et Caluus veteresque. Sed quid ad me
Vnus Plinius est mihi prior, is
Mauult versiculos foro relicto,
Et quærit quod amet putatque amari
Ille Plenius ille.

Magno ingenio homines nunquam continui fori natura patientes esse permisit, sed nunc hac, nunc illa meditatione vt terra varijs mutatisque seminibus recoluntur. Reputo summos viros, vt Attilianum, hoc otij genus quod nunquam otiosum est (præstabat, inquit Attilius, otiosum esse quàm nihil agere) in oblectationibus habuisse, ne ignauia inertiam afferret. Rationibus agitandis exquirendisque aluntur animi, & oblectatione industriæ non mediocriter confirmantur. Semper aliquid dicere, facere, scribere, mente colligere oportet, ne quod diuinum est in nobis, ex animis excidat: quod cùm fit, tùm simul humanitatis amor, publicorum commodorum cura, bonarum literarum studium, quarum neque finis neque intermissio esse debet, simul & corporis robur lento

torpore ſeneſcunt, exareſcunt, atque euaneſcunt. Attalus Eumenis frater diuturniore otio ignauus admodum factus eſt,& plane diſſoluti animi, Laertes, Ægiſtus, Iunius Sillanus, quem Cæſar pecudem auream appellabat: deſides adhuc hodie propter ignauiam malo rumore flagrant, inertia enim timiditatem, ac vitæ mollitiem coniunctam habet, virtutiſque eius quæ in agendo conſiſtit vim & facultatem adimit. Nam vt impedimenta naturæ, diligentia & induſtria ſuperantur (exẽplo erit Demoſtenes) ſic bene nata ingenia corrumpũtur ignauia. Quare, quia deſides extra culpam eſſe non poſſunt legibus, ſenatuſconſultis, & edictis maiores noſtri Draco, Solon, Areopagitæ, Numa, Amaſis, Eidaci, qui ſoboles Getarum ſunt, ab otio ad labores hac ignominia reuocarunt: ſomnum capturi, loco pedum capita ponere, & ſeruire vxoribus cogebantur: neque hæc ante mutari poterant, quam ignauiam & lentum illum torporem turpi & diuturniore ex otio contractum virtute, rerumque geſtarum magnitudine deleuiſſent: aliquando capitis ſupplicio, aliquando pudoris ſola minutione, aliquando infamia, pecunia, aliquando publica animaduerſione, exilio affecerunt & proditores appellarunt: quia otio prodimur otium & reges prius & beatas perdidit vrbes. ὡς πολλὰ θνητοῖς ἡ σχολὴ ποιεῖ κακά. αὐτὴ σε διδάσκω τοῦ βίου τὰ παράσηματα.

Alcibiades apud Thucididem qui eſt in otio in ſe, ac per ſe ſeipſum atterit more aliarum rerum omnium, & confeſtim, qui à negotio ad otium ſe transfert, ſeipſum deſtruit ac flaccescit, vt quies à laboribus originem traxit, ita è turpi otio & negligentia labores naſci ſolent. Benè ideo maiores noſtri non minus otij quàm negotij rationem extare voluerunt. Quare fortiſſimus & doctiſſimus quiſque vir ſic negotij & otij diſpungebant interualla, & tam aptè curas ſuas diſtinguebant, ipſam animi requiem & otium ita efformabant, vt nihil ambitioſè, nihil effœminate, nihil nouarum rerum cupiditate, ſed omnia Reipub. cauſa & dicerent & ſcriberent, quæ teſtatam & apertam de literis & de Rep. benè merendi voluntatem complecterentur pacis & belli artibus inſeruiebant, corpus periculis, quæ militiam, animum diſciplinis, quæ inſtitum ſaperent, exercebant: Leones & Aquilas imitabantur quę dùm ambulant, vngues vertunt introrſum, ne aciem & cuſpidem atterant: Venatores imitabantur, qui non ſinunt canes aberrare & quemlibet odorem perſequi, ſed reuocant

officio peculiari quò acrius vestigijs inhæreant. Id otij ergo quod ex altero concedebatur non ad segnitiem referebant, quæ (authore Flaco) diffundit imis obliuionem sensibus, non ad Albani lacus otium, Baianique torporem & secretũ, sed ad animi cultũ corporisque exercitationẽ: ne feriarum laxamenta curarum vitiorum contentione supplere viderentur. Vnde.

Paris in gramineis exercent membra Palestris,
Contendunt ludo, & fulua luctantur arena
Pars pedibus plaudunt, Choreas & carmina ducunt.
Hic portus alij effodiunt, hic alta theatri
Fundamenta locant, alij immanesque columnas
Rupibus excidunt.
Pelagoque alius trahit humida lina.
Tunc aliæ venere artes
Tunc laqueis captare feras, & fallere visco
Inuentum, & magnos canibus circundare saltus.

Hoc otio, hoc est, his artibus & quasi belli munijs futuri duces imbuebantur. Laboriosum illud & tædio plenum quidem sed difficultate ipsa fructuosum recalescere ex integro & resumere impetum fractum omissúmq;.

Quinetiam fuerat sancitum lege Licurgi,
Vt Lacedæmonij post bella exhausta litarent,
Lætitiæ atque bonæ facerent solemne quieti
Illius & lapide è pario substraxerat aras,
Hic vbi post Mauortis opus gens aspera bello
Ponebat vigiles curas suetosque labores.

Otium ergo exemplo Langlæi Senatoris qui nunquam à Repub. deiecit oculos, qui nos imitatione sui erudit, qui otio suo, otio posteritatis consulit rectè dispensandum, & honestè traducendum est: maximéque in id incumbendum vt priuatis consilijs & subductis rationibus Rempub. subleuemus, & cùm in vno quoque naturalis insideat procliuitas quæ nos admonet non cum vitæ spiritu esse dimittendam commemorationem nominis nostri, omnem contentionem ponamus in relinquenda posteris nominis nostri memoria, quæ diuturnitate temporis nunquam deleatur, neque obliuione posteritatis extinguatur. Hoc omnes homines summa ope niti decet. Dignus itaque tantus Senator qui otium suum tam honestè traduxit, qui per otium suum ad ipsam memoriæ immortalitatem nauus & industrius pleno iam gradu contendit.

torpore ſeneſcunt, exareſcunt, atque euaneſcunt. Attalus Eumenis frater diuturniore otio ignauus admodum factus eſt, & plane diſſoluti animi, Laertes, Ægiſtus, Iunius Sillanus, quem Cæſar pecudem auream appellabat: deſides adhuc hodie propter ignauiam malo rumore flagrant, inertia enim timiditatem, ac vitæ mollitiem coniunctam habet, virtutiſque eius quæ in agendo conſiſtit vim & facultatem adimit. Nam vt impedimenta naturæ, diligentia & induſtria ſuperantur (exẽplo erit Demoſtenes) ſic bene nata ingenia corrumpũtur ignauia. Quare, quia deſides extra culpam eſſe non poſſunt legibus, ſenatuſconſultis, & edictis maiores noſtri Draco, Solon, Areopagitæ, Numa, Amaſis, Eidaci, qui ſoboles Getarum ſunt, ab otio ad labores hac ignominia reuocarunt: ſomnum capturi, loco pedum capita ponere, & ſeruire vxoribus cogebantur: neque hæc ante mutari poterant, quam ignauiam & lentum illum torporem turpi & diuturniore ex otio contractum virtute, rerumque geſtarum magnitudine deleuiſſent: aliquando capitis ſupplicio, aliquando pudoris ſola minutione, aliquando infamia, pecunia, aliquando publica animaduerſione, exilio affecerunt & proditores appellarunt: quia otio prodimur otium & reges prius & beatas perdidit vrbes. ὡς πολλὰ θνητοῖς ἡ σχολὴ ποιεῖ κακὰ αὐτὴ σε διδάσκω τοῦ βίου τὰ πράγματα.

Alcibiades apud Thucididem qui eſt in otio in ſe, ac per ſe ſeipſum atterit more aliarum rerum omnium, & confeſtim, qui à negotio ad otium ſe transfert, ſeipſum deſtruit ac flaceſcit, vt quies à laboribus originem traxit, ita è turpi otio & negligentia labores naſci ſolent. Benè ideo maiores noſtri non minus otij quàm negotij rationem extare voluerunt. Quare fortiſſimus & doctiſſimus quiſque vir ſic negotij & otij diſpungebant interualla, & tam aptè curas ſuas diſtinguebant, ipſam animi requiem & otium ita efformabant, vt nihil ambitioſè, nihil effœminate, nihil nouarum rerum cupiditate, ſed omnia Reipub. cauſa & dicerent & ſcriberent, quæ teſtatam & apertam de literis & de Rep. benè merendi voluntatem complecterentur pacis & belli artibus inſeruiebant, corpus periculis, quæ militiam, animum diſciplinis, quæ inſtitum ſaperent, exercebant: Leones & Aquilas imitabantur quę dùm ambulant, vngues vertunt introrſum, ne aciem & cuſpidem atterant: Venatores imitabantur, qui non ſinunt canes aberrare & quemlibet odorem perſequi, ſed reuocant

officio peculiari quò acrius vestigijs inhæreant. Id otij ergo quod ex altero concedebatur non ad segnitiem referebant, quæ (authore Flaco) diffundit imis obliuionem sensibus, non ad Albani lacus otium, Baianique torporem & secretũ, sed ad animi cultũ corporisque exercitationẽ: ne feriarum laxamenta curarum vitiorum contentione supplere viderentur. Vnde.

Paris in gramineis exercent membra Palestris,
Contendunt ludo, & fulua luctantur arena
Pars pedibus plaudunt, Choreas & carmina ducunt.
Hic portus alij effodiunt, hic alta theatri
Fundamenta locant, alij immanesque columnas
Rupibus excidunt.
Pelagoque alius trahit humida lina.
Tunc alia venere artes
Tunc laqueis captare feras, & fallere visco
Inuentum, & magnos canibus circundare saltus.

Hoc otio, hoc est, his artibus & quasi belli munijs futuri duces imbuebantur. Laboriosum illud & tædio plenum quidem sed difficultate ipsa fructuosum recalescere ex integro & resumere impetum fractum omissúmq;.

Quinetiam fuerat sancitum lege Licurgi,
Vt Lacedæmonij post bella exhausta litarent,
Lætitiæ atque bonæ facerent solemne quieti
Illius & lapide è pario substraxerat aras,
Hic vbi post Mauortis opus gens aspera bello
Ponebat vigiles curas suetosque labores.

Otium ergo exemplo Langlæi Senatoris qui nunquam à Repub. deiecit oculos, qui nos imitatione sui erudit, qui otio suo, otio posteritatis consulit rectè dispensandum, & honestè traducendum est: maximéque in id incumbendum vt priuatis consilijs & subductis rationibus Rempub. subleuemus, & cùm in vno quoque naturalis insideat procliuitas quæ nos admonet non cum vitæ spiritu esse dimittendam commemorationem nominis nostri, omnem contentionem ponamus in relinquenda posteris nominis nostri memoria, quæ diuturnitate temporis nunquam deleatur, neque obliuione posteritatis extinguatur. Hoc omnes homines summa ope niti decet. Dignus itaque tantus Senator qui otium suum tam honestè traduxit, qui per otium suum ad ipsam memoriæ immortalitatem nauus & industrius pleno iam gradu contendit.

Amp. Senat. hoc ego otiosus tantum quæro, & quærit hæc epistola aliud nihil, nisi vt mei memoriam renouetis, & me vobis dedititissimum habeatis. De me sic existimabit ac velim sibi vehementer Curia persuadeat, non me repentina aliqua voluntate aut fortuito ad Senat. amplitudinem ad consuetam Curiæ in iudicando æquitatem, in decernendo sinceritatem, in consulendo fidem, & veritatem amplectendam incidisse, quàm enim omnia consentanea legibus quam nihil fucatum. Medius fidius laudum Curiæ immortalitati mirabiliter satisfacere cupio. Quia vt primùm ostendi foro & assignari famæ cœpi, spectaui semper vt possem illi quam maximè gratus esse, quo ex tempore memoria teneo, nec obruetur hominum interitu, neque meam illi obseruantiam, neque mihi summam illius beneuolentiam defuisse, in ea spe quotidie perspecta vitæ meæ ratio magis confirmatur. Facio ego vt solent, qui quanto plus aliqua mirantur cùm explicare volunt quid sentiunt, eo minus id assequuntur quod volunt, vt quanquam animo magnum aliquid concipiant, verba tamen desunt, & molliri potius quàm dicere posse videatur. Quare Senat. amp. ne lege quæ nunc scribo, sed illa potius intellige, quæ intus solus miror, & tacitus loquor tanto Hercule majora, quanto cogitatio sermone.

EIVSDEM IN SEMESTRIA LVSVS.



Angli gloria maximi Senatus,
Consessus celebris senex senator,
Constans gloria temporum tuorum,
Nostri gloria seculi solique
Quem cœtus celebris cliente multo,
Quem iudex melior, patronus equus,
Quem quantum est hominum peritiorum,
Laudat perpetua fide probatque:
Quæso, si tibi forte non molestum est,
Si non illepidum, superfluumve,
Si non sit graue: cur tuos labores
Tam doctos, vigiles, laboriosos.
Auli noctibus eruditiores,
Quos non tempora vincere ipsa possunt,
Sed quos fama feret sequens in annum,

In fronte otia nominas vocásque?
An quod Pierios sales, sororum
Molles delitias foro relicto,
Doctrinas, quoque liberaliores,
Expulsis procul omnibus molestis
Vrbis, lite, palatio, cliente,
Dulci pollice misceas seueris
Alfeno, Æmilio, Ælio, Sabino,
Celso, Sulpitio, graui Africano?
An quod rure morans seueriorum
Cura deposita negotiorum,
Exemplo Labeonis elegantis,
Exemplo Ciceronis eloquentis,
Et legum vacuus fluas per artes,
Componásque graues libens libellos?
Tu quaeras alios, rudésque quaeras,
Imponas quibus auferásq; sensum,
Non possum otia dicere aut fateri,
Nam quid mollius otio & quiete?
Contrà, quid grauius tuis libellis?
Vultus ergo habeant seueriores,
Tam docti, vigiles, laboriosi,
Tam docti vigiles tui labores.

DOMINO LANGLÆO SENATORI
Ornatissimo & dignissimo, Iacobus Gourreus in
Senatu Britanniæ Aduocatus Regius, S.D.P.

ETsi, ornatissime Senator, omnibus nota & perspecta fuerit eruditio tua, illa tamen nunc magis ac magis elucet & splendescit: hic enim tuus qui in lucem emissus est liber, exquisitam eruditionem, acuratam industriam tuam, & summum ingenium planè indicat. Otium hoc volumen tuum appellas, quod & acuratum, eruditum, omnibus vtile & pergratum negotium merito vocari poterit Quid enim serium magis tractari potest quàm quod hoc præclaro volumine tractatum, discussum, & perscriptum est? Otia mihi crede, hæc tua seria semper esse negotia duxi, quæ tui nominis memoriam perpetuam reddent, & magnam apud omnes inibunt gratiam. Bene Vale

IACOBI GOVRREI IN SENATV
Britannia Patroni Regii, Epigramma.

Otia non hæc sunt, sed vera negotia nempe
Otia qui leget hæc: Otia nulla leget
Seria sunt etenim quæ nati quæque nepotes
Et quæ posteritas cunctáque secla colent.



INDEX LIBRORVM ET CAPITVM HVIVS VOLVMINIS.

DE ADVOCATIS ET CAVSARVM PATRONIS. LIB. I.



ADVOCATVM *non habentibus à iudice dari oportere. Cap.* I. *fol.* 1.

Aduocatum qui causam aliquam agendam vel tuendam susceperit, peragere eam debere,& explicata formula iurisiurandi, quod ab his, qui causidicorum ordinem ascribuntur præstari solet. Cap. II. 14

Aduocatum dum causam agit, stantem esse debere. Cap. III. 41

Aduocatus qua ætate ad causas agendas accedere debeat. Cap. IIII. 45

Aduocati cultus & vestitus, toga, togati, militia togata, literata, forensis, palatina & vrbana: vestis forensis, talaris, Romulea, domestica, quotidiana, priuata, cœnatoria, triclinaris, discubitoria, cubicularis, recidipua, trechidipua, diurna, nocturna, synthesis, cibaria, epularis, muliebris, viatoria, multitia, mollicinia, albata, pulla, pennula, epomis, humerale, pelliculatum: quibus horis iudicia apud Romanos exerceri solita: maiorem partem cuiusque diei septem primarum horarum esse, cur à Paulo dictum: cur veteres in asseruandis domesticis vestibus quam forensibus negligentiores fuerint. Cap. V. 52

Aduocatione omninò abstinendum esse Senatoribus, cæterisque Regiis magistratibus. Cap. VI. 73

Aduocati in alio seculo qui? Cap. VII. 81

D

DE REIECTIONIBVS IVDICVM TAM Obnoxiæ Sententiæ qvam qvi Vltimum iudicant.

Lib. II.

Recusari an Præses vel Consiliarius possit, cui familiaris, vel conuictor alter ex litigatoribus sit: quive ad prandium vel conuiuium litigantis accesserit. Et explicata Caroli septimi constituti. tit. de Curia art.16.& 17. declaratúmque Theodosii rescriptum illud, quo cautum est, ne meridianis horis à litigatoribus iudices videantur. Cap. I. 85

Recusatio Senatoris suspecti, quo tempore fieri possit. Et an reiectanea litis iudicium eiurati religioni committi debeat, rectéque an perperam faciat Senator cognatus, vel affinis, qui nec etiam eiuratus cognitione, & iudicatu litis abstineat. Cap. II. 99

Recusari veluti suspectus an Præses Consiliarius, aut alius iudex in negotio eius possit, cuius suffragio in amplissimum ordinem cooptatus sit alioue magistratu ornatus, vel à quo sacerdotio aliquo donatus sit. ap. III. 107

Recusari an Collega negotio collegæ possit, & explicata regiarum constitutionum Aureliæ editarum capita duo. Cap. IV. 112

Recusari an iudex ob inimicitiam possit? Et quid de illo cui, cuiusve parenti simultas cum litigatoris parente fuerit, aut litigatori cum illius parte. Cap. V. 126

DE REFVTATIONIBVS AC Reprehensionibus testium.

Lib. IIII.

Testem idoneum in re propria neminem esse. Cap. I. 136

Fatris testimonium iure etiam ciuili admittendum non esse. Cap. II. 139

Testis idoneus an Collega collegæ sit, & commilito commilitoni. Cap. *III.* 149

Condiscipulis an condiscipulo testis sit idoneus. Cap. *IV.* 152

Inimicitiā vt à testimonio repellat, cuiusmodi esse oporteat. Cap. *V.* 157

Testem non ideo minus idoneum esse quod iniussus vel non citatus testimonium dixerit. Cap. *VI.* 171

DE FIDE TESTIVM ET ALIARVM Probationum.

Lib. IIII.

Testimoniis quæ coram & à præsentibus non dicuntur, sed scripta eduntur, an & quando fides adhibenda. Cap. I. 177

Testes criminis iudices legitimos esse, qui pone parietem constituti, delinquentis vocem audiuerint. Cap. II. 184

Testes falsi suspecti, quo pacto à subtili, circumspectóque Iudice conuinci possint. Cap. III. 195

Testem qui se noctu homicidium aliudue delictum fieri vidisse dixerit neque vllam testimonij sui rationem adiecerit, fidem non facere Cap. IV. 197

Testium decem numerus cur Ludouici duodecimi constitutione in singula factorum capita definitus: & an constitutioni illi in testimoniis quæ turmatim dantur, sit locus. Quod Liuio confusa suffragia & Cic. confusio suffragiorum. Et an latinè confusa testimonia, tumultuaria dici possint? Cap. V. 199

Tabellionis documentum non valere, in quo loci specialis, dieique non fiat expressio. Cap. VI. 205

Chirographo debitori reddito remissum videri, quòd in eo contineatur debitum. Cap. VII. 208

DE IVDICIIS RE IVDICATA ET Effectu sententiarum.

Lib. V.

Iudicum mutatione, non mutari iudicium, nauimque eandem censeri, quæ sæpius refecta sit. Cap. I. 217

Iudicium de eadem re reddi amplius quàm semel non debere. Cap. II. 221

Rusticorum etiam consilium aliquando iuris nostri conditores non neglexisse. Cap. III. 227

Rusticorum in ferendis sententiis mos. Cap. IIII. 229

Sententias iudicum de scripto pronuntiari debere, ipsiusque sententiæ breuiculum à iudice & qui assumpti in consilium fuerint subsignatum actuario recitandum confestim tradi oportere. Neque postea quidquam debere vel addi vel imminui. Cap. V. 238

DE XENIIS, DONIS, MVNERIBVS & sportulis.

LIB. VI.

Xenia muneráque vlla, Iudices, Regijque causidici & cognitores, ne capiant, Cur regia sanctione constitutum. Cap. I. 248
Sportulas pro introitu an ab his qui noui in ordinem veniunt rationales rectè accipiant. Cap. II. 271

DE IVRE SENATORIO.

LIB. VII.

Saltuatim seu per saltum promoueri quid sit? & explicatum Modestini responsum l. vt gradatim. ff. de mune, & hono. Cap. I. 284
Fisci debitoribus, donec rationem posuerint reliquúmque persoluerint, aditum ad magistratus & dignitates non patere. Cap. II. 297
Fratres duos eodem in consessu Senatoria, aut alia dignitate ornari non posse. Cap. III. 303
Adsutores qui, & quibus dari debeant. Cap. IIII. 324
Collegarum nomine veteres eos intellexisse qui vna lecti, ijsdémque auspicijs creati erant, quamuis eiusdem imperij & potestatis non essent: aduersus Vlpiani & Pauli iurisconsi. sententiam. Cap. V. 330
Sententias in Senatu & alibi liberas esse debere. Cap. VI. 344
Ordo rogandarum in Senatu sententiarum qualis esse debeat. Cap. VII 351
Senatores permutatis inuicem muneribus, an iidem qui fuerint, quo ad ordinem sedendi maneant & quid de eo qui abdicato munere, quod in supremo consessu obtinebat mox aliud consecutus sit, an is etiam pristinum locum, vel quem tunc nactus sit tenere debeat. Cap. VIII. 359
Præsides classium inquisitoriarum an Consiliariis Regiis in amplissimum ordinem ante se cooptatis præferendi. Cap. IX. 464
Nominationes senatorum in demortuorum locum sublegendorum, vt earum in cooptando rationem princeps habeat. Quo modo facienda? vnde ortæ? quæ ætas senatoria. Quid nominatio ab electione distet? Et explicatum ragiarum constitutionum Molinis editarum caput nonum. Cap. X. 370

Senatoribus & alijs magistratibus eiuratione cooptatis, dandam Regio cognitori dilationem ad inquisitionem in mores & anteactam eorum vitam Neque prius illos in ordinem recipiendos esse, & explicatum regiarum sanctionum Molinis editarum caput duodecimum Cap.XI. 408

Nomina censentium senatusconsultorum breuiculis adijci cur constitutum, quid sit apud Ciceronem authoritas perscripta, quo loco, cuiusque manu scribenda senatus decreta, & à quibus subsignanda: & explicata regiarum constitutionum aliquot capita. Cap.XII. 415

Consensus Senatus apud Tacitum quid? Cur sic dictus : & quando perscriptus? Cap. XIII. 416

Senatores in grauioribus causis nonnunquam actuariorum munia obire. Cap. XIV. 433

Senatoribus Parisiensibus prætorianique consilij, & aliarum supremarum Galliæ Curiarum considentibus, dum peregrinantur, an aditus in Senatum Britanniæ patere dicendæque in eo sententiæ potestas fieri debeat. Cap. XV. 442

Regimini Armoricæ Britaniæ Præfecto (quem gubernatorem, regiumque locum tenentem vocant) gladio etiam cincto quoties libuerit curiam ingredi liceri. Cap. XVI. 453

Causas ab obnoxijs iudicibus ad Senatum auocari, Cur regijs sanctionibus prohibitum. Cap. XVII. 461

Senatorum si quid delinqueret inquiri in eum ab onoxiæ sententiæ aliquo indice non oportere, neque animaduerti in eum nisi à Senatu posse. Cap. XVIII. 470

Senatusconsulta vbi & à quibus apud Romanos recitari, pronuntiari, ac asseruari solita. Cap. XIX. 470

DE PRIVATIS PVBLICISQVE ET Capitalibus iudiciis.

LIB. VIII.

Abigei qui, & cur grauiore supplicio quàm cæteri fures afficiuntur. Cap. I. 488

Fures Balneatios cur seueriùs quàm cæteros coerceri legibus nostris constitutum sit. Cap. II. 500

Effractores qui, qui item vecticularij parietum perfossores, & apertularij. Cap. III. 506
Zonarij sectores qui, & quo supplicio afficiendi. Cap. IIII. 509
Libera custodia. Cap. V. 513
Fœminarum illecebras, quibus iuuentus permulceri solet, apud Armoricos lata lege cohibitas esse. Cap. VI. 520
Stupratorem meretricis, Romanorum legibus nulla pœna affici. Cap. VII. 525
Lupanaria in vrbibus ne sint à Diuo Ludouico constitutum & cur tolerantur. Cap. VIII. 528
Personas induere in Gallia capitale esse. Cap. IX. 540
Nocturnos errones carcere mancipari supplicioque affici vetustissimum esse. Cap. X. 554
Rumorum incertorum authores, curiosi, & nouarum rerum percunctatores supplicijs coercendi. Cap. XI. 500
Falsum eum committere, qui obsignatas alterius literas aperit, legit, aut alij legendas tradit. Cap. XII. 569
Falsi crimine eum etiam teneri, qui alienum chyrographum vel signum effinxerit. Cap. XIII. 572
Litis capitalis exercendæ formulas, in leuioribus, recentibúsque maleficijs seruandas non esse. Cap. XIIII. 176
Culpam latam in negotijs etiam criminum, dolo quandoque comparari. Cap. XV. 579

DE QVÆSTIONIBVS ET TORMENTIS.

LIB. IX.

Socij criminis an & quibus casibus de conscijs, & participibus interrogari possint: & quo pacto fieri huiusmodi interrogationes debeant. Cap. I. 506
Confessioni in equuleo (aut cum in oculis equuleus esset) expressæ, fides non aliter habenda (vt damnari ex ea reus possit) quam si is rursum, post aliquod temporis interuallum, procul à tormentis interrogatus in ea perstiterit. Et Plauti locus in Trucul. aliter ac vulgo soleat, explicatus atque emendatus. Cap. II. 612
Confessus in conspectu tormenti an nihilominus cruciandus. Et an damnari quisquam id possit, vt ad equuleum tantum perducatur, nec in eum tamen imponatur. Cap. III. 621

DE DIVERSIS POENIS ET MALEFIciorum ſuppliciis.

Lib. X.

Honoraria pœna noxios affici vetuſtiſsimum eſſe. Cap. I. 626
Auriculam alteram & vtranque nonnunquam furti conuictis amputari nouum non eſſe. Cap. II. 641
Rotæ ſupplicio noxios damnari, antiquum non eſſe. Cap. III. 648
Equis in diuerſum iter concitatis, membratim noxios laniari vetuſtiſſimum eſſe. Cap. IIII. 648
Remi perpetuo vel ad tempus ducendi ſupplicio ſontes damnari antiquiſsimum eſſe. Cap. V. 658

DE SENTENTIIS IN CAVSA CAPITIS DICTIS EARVMQVE PVBLICATIONE, ET ex quibus cauſis earum executio differri debeat.

Lib. XI.

Sententiam in cauſa capitali dictam voce præconis, & ſonitu tubæ peruulgari, titulúmque cauſæ damnationis inſcribi, vetuſtiſsimum eſſe. Cap. I. 672
Sententiam in cauſa capitali latam, ſtatim executioni mandari debere. Cap. II. 677

DE CRIMINALIS QVÆSTIONIS præſcriptione.

Lib. XII.

Criminalem delationem apud Armoricos quinque annorum ſpatio vſucapi. Cap. I. 709

DE EXAVCTORATIONE ET ACTVALI (VT VOCANT) TAM SACERDOTVM QVAM militum & aliorum regradatione.

Lib. XIII.

Exauctorationis quæ acta non verbis tantum fit, quam actualem regradationem vocant origo, & in quos exerceri soleat, &c. Cap. I. 722

Solẽnis Sacerdotũ Exauctorationis ritus, ἀφορισμός, καθαίρεσις ἀφαίρεσις. *Exauctorationis, & regradationis differentia, gradus deiectio Militiæ mutatio. Equestris militiæ gradus. Tribunus. Primicerius. Senator. Ducenarius Biarchus. Circitor. Eques. Tyro. Ducena seu ducenaria. Biarchia. Circitoria. Lazij & Sigonij lapsus. Ære dirati milites. Ausonius emendatus. Diruptus. Dirutus. Expunctus miles. Milites ære dirutos, non semper militia expunctos fuisse, aduersus Budæum. Stipendia quibus non procederent. Æs resignatum quando militi dicebatur, &c. Cap.* II.

A



IANI LANGLAEI

B

REGII IN SENATV BRITANNIÆ CELTICÆ CONSILIARII, SEMESTRIVM

Liber primus.

*DE ADVOCATIS ET CAVSARVM PATRONIS.

C

Aduocatum non habentibus à Iudice dari oportere.

CAP. I.



PORRIGVNTVR frequenter, non Senatui tantùm, verum etiam Prætoribus, aliisque iuridicis, supplices eorum Libelli, qui se Aduocatum non habere, neque inuenire posse conqueruntur, qui suam causam agere, vel defendere velit: quibus subscribi solet, vt qui primũ ex causidicis fori eius in quo lis vel agitur, vel agi speratur, rogatus fuerit, patrociniũ eorum suscipiat: si modo ab ad-

D

*De *Aduocatis*) Aduocatus est qui adest reo, Fabius, quibus aduocamur, id est quibus aduocati sumus. Inter aduocatum & Patronũ hoc interesse Valla existimat, quod Aduocatus non tantum significet eũ qui alterius causã agit, quem proprè Patronum dicimus, Verumetiam quicunque adest alteri in causa, officij gratia: Aduocatus appellatur, etiamsi nihil dicat, neque agat, sed tantum paratus sit defendere: Patronus propriè qui agit causam, sed accusati, non accusantis. Cic. Trebatio epist. 14. lib. 7. *Quod si scribere oblitus es, minus multi iam te Aduocato causa cadent.* Iure ciuili ferè semper Patronus sumitur pro manumissore; tamen Aduocatus & Patronus Iure Gallico, promiscuè vsurpantur.

In Aduocatos pecuniæ & lucro inhiantes, hæc eleganter Petrus Blesensis epist. 26. *Hodiè soli auaritiæ militant Patroni causarum, illud quondam venerabile nomen, & gloriosa professio Aduocati, vilescit venalitate, dum miser & perditus linguam vendit, lites emit, matrimonia legitima dissoluit, amicitias rumpit, sopitarum litium cineres suscitat, pactiones violat, detractat transactiones, priuilegia frangit, & in capturam pecuniæ pedicas & retiacula tendens, Iura omnia interuertit. & quemadmodum Pertinaci triduo antequam occideretur, visas esse pupillas sine imaginibus quas reddere solent, scribit Spartianus; ita Aduocatis quib. est lucri præcipua cura, deest vera Virtutis imago.*

* *In consilium adhibitus*) Vide quæ scripsi in verb. Testimonium aduersus clientem nemo dicit. infra eodem cap.

uersario non steterit, neq; ab eo fuerit * in cōsilium adhibitus. A Id autem, nempe quòd patrocinium eorum plerique refugiãt. potissimum euenit tenuioribus humilioribusque fortunæ hominibus, vel qui valentiores nacti sunt aduersarios: quibus succurri ab iis qui iuri dicundo præfecti sunt, æquissimum est, ad quorum curam & solicitudinem id maxime pertinet, vt omnium desideria audiantur: & ne debiliores à potentioribus opprimantur. Vnde & Romano iure prætor surdis & mutis, cæterisque, qui vel propter ætatem, vel causam, in totum apud se postulare prohibentur, Aduocatum si non habuerint, se daturum pollicetur. Nec solùm his personis (inquit Vlpianus) hãc B. humanitatem solet Prætor exhibere, verumetiam siquis alius sit, qui certis ex causis, vel ambitione aduersarij, vel metu, Patronum non inuenerit. [a] Alibique tradit, Aduocatos petentibus debere tam Presidem quàm Proconsulem indulgere, plerunque fœminis vel pupillis, vel alias debilibus, aut qui suæ mentis non sint, si quis eis petat, vel si nemo sit: qui petat, vltro eis dare debere. Sed etsi quis per potentiam aduersarii non inuenire se aduocatum dicat, æque oportere ei aduocatũ dare. Cæterum opprimi aliquem per aduersarii sui potentiam non oportet: Hoc enim etiam ad inuidiam eius qui prouinciæ C præest spectat, si quis tam impotenter se gerat, vt omnes metuant aduersus eum aduocationẽ suscipere. [b] Quamobrem & M. Cicero, semper in ciuitate Romana, nimis magnis litigatorum opibus, & populum vniuersum, & sapientes ac multum in posterum prospicientes Iudices restitisse scribit: cauisseque diligenter, ne cuiusquam dignitas vel potentia fraudi aduersario eius esset, neque voluisse ita quemquam cadere in iudicio, vt nimiis aduersarii viribus abiectus videretur. [c] Huc spectat quod & idem Cicero cum L. Murenæ causam aduersus Ser. Sulpitium defendendam suscepisset, idque ægerrime ferre se D Sulpitius dixisset, quasi Cicero parum memor familiaritatis & necessitudinis quæ sibi cum eo intercesserat, inimicum suum defendens, amicitiæ iura aliquantum resoluisset: inter cæteras quas ad se purgandum causas attulit, & hanc quoque adduxit: quod in ciuitate Romana nemini vnquam quamtumuis abiecto & humili, patroni auxilium defuerit: neque voluerint maiores indefensum quenquam relinqui. Licuisse itaque sibi L. Murenam & amicum, & Consulem patrocinio suo tueri. Ciceronis verba quatenus ad rem faciunt subscribam. [d] Sed me, iudices,

a l. 1. §. ait Prætor. ff. de postul.

b l. nec quicquam §. fin. ff. de offic. procons. & legat.

c Cic. in orat. pro L. Murena

d Cic. in orat. pro Murena.

A iudices,nō minus hominis ſapientiſſimi atque ornatiſſimi Ser. Sulpitii conqueſtio, quàm Catonis accuſatio commouebat: qui grauiſſimè & acerbiſſimè ferre dixit me familiaritatis neceſſitudiniſque oblitum, cauſam L. Murenæ contra ſe defendere. Et mox quibuſdam interpoſitis: etenim (ait) ſi me tua familiaritas ab hac cauſa remouiſſet, & ſi hoc idem Q. Hortenſio & M. Craſſo clariſſimis viris, ſi item cæteris, à quibus intelligo tuam gratiam magni æſtimari, accidiſſet: in ea ciuitate Conſul deſignatus deſēſorem non haberet, in qua nemini vnquam infimo maiores noſtri patronum deeſſe voluerunt. Eo-
B dem pertinet, quod olim & à Senatu & Prætoribus datos Aduocatos fuiſſe non apud Ciceronem tantum, ſed & alios pleróſque claſſicos primæque notæ ſcriptores frequenter legimus. Vnde & Plinius Cecilius ſe & Cornelium Tacitum à Senatu iuſſos prouincialibus Afris aduerſus Marium Priſcum adeſſe, literis prodidit. [e] Alibique tradit prouinciæ Beticæ Legatos de Procōſulatu Cecilii claſſici queſturos Aduocatum ſe à Senatu petiiſſe, & id etiam obtinuiſſe. [f] Alibi ſe cum Herennio Senecione Aduocatum, dediſſe Senatum, prouinciæ Beticæ contra
C Bebium Maſſam. [g] Alibi, ſeſe non horum tantum cauſas Senatu iubente egiſſe, ſed etiam Iulium Baſſum & Varenum defendiſſe. [h] Alibi, etiam Varenum ipſum Bitinos Aduocatum à Senatu aduerſus Baſſum poſtulauiſſe, & accepiſſe ſcribit. [i]

Ex his igitur manifeſtum fit, & in hoc Aduocati munus à procuratoris officio differre: * quòd licet inuitus procurationē ſuſcipere nemo cogatur, aduocationem tamen præbere, vel nolens adigitur, niſi iuſtam aliquam excuſationis cauſam afferat: vt quia aduerſus fratrem, aut ſororem, aut alium quàm proximè ſibi ſanguine iunctum fides ſua patrociniúmq; ſuum
D imploretur. Humanitatis enim ac religionis ratio nō permitit, vt quis aduerſus huiuſmodi perſonas aduocationem ſubeat, in quarum defenſionem vbi opus fuerit, toto pectore neruiſque (quod dicitur) omnibus non incumbere, piaculum ſit. [l] Idem & ſi contra amicum non leui quidem notitia coniunctum, operam in foro præſtare quis rogetur: neque enim cogendus eſt,

e Pli.Ce.eſt. ep.lib.2. ad Corria.

f Plin.ep.lib. 2.Macrin.

g Plin. Ep.li. 7.ad Tacit.

h Plin. Epiſt. lib. 4. ad Vrſum & 6. ad Quadratum.

i Plini.ad Vrſum lib. 5.

* Quod licet inuitus procurationem.) Iure romano inuitus procuratio-nem ſuſcipere nemo cogitur vt inquiunt Diocletianus & Maximiaous pp. l. inuitus. 17. C. de procuratoribus, & Vlpianus in l. filiusfamilias. §. inuitus D. eodem. At hæ leges abrogatæ ſunt iure Gallico, quia procuratores actiooes litigaotium ſuſcipere inuiti coguntur, etiam aduerſus potentiores.

k l. Inuitus. C. de procur at.

Aduocationem tamen.) an. 1597. Dubrueil aduocatus iubente Senatu Burdigalenſi cauſam decurionum iouitus egit cootra ordinem aduocatorum.

l *l. humanitatis C. de excuſat. Tuto.*

cùm traditum sit, quicquid cognationis fauore introductum A
est, id omne ad huiusmodi amicos, quibuscum arctissima nobis necessitudo intercesserit, extendi. [m] Neque enim vlla maior esse potest coniunctio. Quamobrem & Cicero honestè fieri non posse credidit, vt quis causam aliquam agendam vel defendendam aduersus amicum suscipiat. Sic enim ille. Cùm id petitur, quod honestè aut sine detrimento nostro promittere non possumus, quomodo si quis roget vt contra amicum aliquem causam recipiamus, bellè negandum est: [n] Idem quoque cùm discipulus aduersus præceptorem, quem maiores (vt inquit Iuuenalis) sancti voluere parêtis esse loco, vel * fiduciarius cliens cô- B
tra patronum causam aliquam agere iubêtur: nam nec ij etiam cogi posse videntur, [o] quemadmodum neque gener aduersus socerum, priuignus côtra vitricum [p], *neque cæteri qui inuiti testimonium nô dicunt. Maior enim subesse videtur ratio, ne aduocationis munere fungantur, quam ne testimonium perhibeant, quòd longè plures inueniantur Aduocati, quam testes. Cogi etiam quis non potest, causam eius suscipere, à quo capitali odio diffideat: veluti nec tutelam eius gerere cuius cum patre capitales inimicitias, dum in humanis ageret, exercue- C
rit. [q] Sed & si negotium ad se pertinere aliquis existimet, veluti si quis rem aliquam ab extraneo vendicare velit, quam Aduocatus suam esse contendat,* adesse vendicanti non côpellitur [r]: quemadmodum nec exhæredatus petêti legatum ex testamento, aduocationem præbere cogitur: ne vel nolens ad comprobandum defuncti testamentum, licet inofficiosum adigatur, [s] Iustior autem detrectandi patrocinij causa, nulla esse potest, quam si litem improbam suscipere quis rogetur: [t] neque enim

m c. requisisti ext. de testam. Alciat. l. latæ culpæ §. amicos D. de verb. signif.

n Q. Cic. lib. de petitione Consulatus.

* Fiduciarius Cliens.) Clienti caulidico aduersus patronum archiepiscopû Remensem ab eo stare, cui à côsiliis ante fuerat, non prohiberi, modo ne cliêtela ipsa controuertatur, aliudue quo nomini patroni quicquâ iniuri possit. Placito Paris. M. CCC. LXXIIII. Lucius de prędiis cliêtelatib. att.

2. Gallus verò ait decretum illud pronunciatum an. 1384.

o *arg. notat. à Iaso. & alijs, l. generaliter ff. de in ius voc. & l. 1. C. eod.* D

* *Neque cæteri qui inuiti.*) Tamen gener aduersus socerum, priuignus contra vitricum, & alij id genus, testimonium inuiti dicunt propter testium defectum: veluti abrupta vel submersa naui. arg. l. quoties C. de naufragiis. lib. 11.

p *l. lege Iulia ff. de testib.*

q *l. athletas §. 1. ff. de excus. tut.*

* *Adesse vendicanti non compellitur.*) L. interdum D. de rei vind. id non probat, verba legis hæc sunt inter officium aduocationis, & rei suæ defensionem multum interest, nec propterea, quis si postea cognouerit rem ad se pertinere quod alij eam vindicanti, tunc ignorans suam esse adsistebat, Dominium suum amisit, licet qui inofficiosum dicit testamentum amittat legatum l. 5. § 8. D. de his quibus vt indig. Nec mirum nam ibi sciens impugnat voluntatem defuncti, hic ignorabat rem ad se pertinere, Langlæus loquitur de sciente.

r *l. inter ff. de rei vend.*

s *l. fin. ff. de in offic. testam.*

t *l. rem non nouam. §. patroni C. de Iudic.*

A cogi poteſt,* ſicut nec fiduciarius cliẽs patrono iniuſte bellige-
ranti opitulari. [u] Extántque ap*d veteres exempla multa eorũ,
qui in huiuſmodi litibus, amiciſſimis etiam defuerunt: quale
eſt illud de Phocione Athenienſi, qui ne genero quidem Cha-
ricli repetundarum dicturo cauſam, adeſſe ſuſtinuit: de eáque
re à Chaticle appellatus: ego (inquit) te honeſtis tantum in re-
bus generum mihi adſciui. [x] Sed omnium maximè memoratu
dignum quod de Papiniano Iuriſcõſulto ſcriptum inuenimus,
cum Imperatori Baſſiano, qui fratrem interfecerat, fidem pa-
trociniúmque illius imploranti, ita reſpondiſſe. Perpetrari à te
B parricidium potuit, excuſari à me non poteſt. De quo Spartia-
nus, [y] multi (inquit) dicũt Baſſianum occiſo fratre illi mandaſ-
ſe, vt & in Senatu per ſe, & apud populum facinus dilueret. Il-
lum autem reſpondiſſe, non tam facile parricidium excuſari
poſſe, quàm fieri. Sanè quod diximus aduocationem aduerſus
amicum præſtare neminem cogi, maximè locum obtinet: cum
de fama exiſtimationéque illius agitur. Tum enim non alieni
tantùm, ſed nec alterius etiam æquè neceſſarij patrocinium
contra eum ſuſcipiendum eſt. Quandoquidem (vt eſt apud Ci-
ceronem) in collocando beneficio & in referenda gratia (ſi cæ-
C tera paria ſint) hoc maximè officij eſt, vt quiſque maximè opis
indigeat, ita ei potiſſimum opitulari. [z] Eamque ob rem & ipſe
Cicero Cæcilio, quãuis amico ſuo Atticique auunculo (quod
illi maximum quaſi ſanctioris cuiuſdam neceſſitudinis vincu-
lum erat) contra Caninium Satyrum familiari etiam neceſſitu-
dine ſibi coniunctum, adeſſe noluit, cum de fama, opinionéque
Satyri quæſtio eſſet. Quanquam & alia quoque cauſatus ſit;
nempe quod negotium illud Cæcilio cum aliis multis, & iis
quidem viris nobiliſſimis, commune eſſet: quibus patroni ad
id tuendum defuturi non eſſent: quod Ciceroni ipſi Quinto-
D que fratri in petitionibus ſuis Satyrus ſuffragatus fuiſſet, ſéque
in poſterum ab illo adiutum iri confideret. Quæ omnes cauſæ,
cum apud Cæcilium non valuiſſent, eas Attico (cui omnium
maximè Cicero purgatum ſe volebat) probari cupiens, his ad
eum verbis ſcripſit: [a] Sed eſt, quod abs te mihi ignoſci peruel-
lim. Cæcilius auunculus tuus, à P. Vario cum magna pecunia
fraudaretur, agere cœpit, cum eius fratre Caninio Satyro de iis
rebus, quæ eum dolo malo mancipio accepiſſe de Vario dice-
ret. Vna agebant cæteri creditores, in quibus erat L. Lucullus,
& P. Scipio, & is quem putabant magiſtrum fore, ſi bona veni-

Sicut nec fiduciarius cliens) Fiduciarius cliẽs non debet quærere iuſta an iniuſta ſit cauſa belli, niſi agatur de religione. c. Iulianus 11. quæſt. 3.

v *Cap. hic finit lex, deinde conſtitutiones regni incipi. in vſib. feud.*

x *Plutarchus in Phocione & in Politicis.*

y *Spartianus in Caracalla.*

z *Cic. 1. offic.*

a *Cic. ad Attic. lib. 1. Epi. 1.*

rent, L. Pontius, verùm hoc ridiculum eſt, de magiſtro nunc A
cognoſcere. Rogauit me Cæcilius, vt adeſſem contra Satyrum: dies fere nullus eſt, quin hic Satyrus domum meam ventitet. Obſeruat L. Domitium maximè, me habet proximum, fuit & mihi & Q. fratri magno vſui in noſtris petitionibus. Sanè ſum perturbatus, cum ipſius Satyri familiaritate, tum Domitij, in quo vno maximè ambitio noſtra nititur. Demonſtraui hæc Cæcilio: ſimul & illud oſtendi, ſi ipſe cum illo vnus contenderet, me ei ſatisfacturum fuiſſe. Nunc in cauſa vniuerſorum creditorum, hominum præſertim ampliſſimorũ, qui ſine eo quem B
Cæcilius ſuo nomine perhiberet, facile communem cauſam ſuſtinerent: æquum eſſe, eum, & officio meo conſulere & tempori. Durius accipere hoc mihi viſus eſt, quam vellem, & quàm homines belli ſolent: & poſtea prorſus ab inſtituta noſtra paucorum dierum conſuetudine longè refugit. Abs te peto vt mihi hoc ignoſcas, & me exiſtimes humanitate eſſe prohibitum, ne cõtra amici ſummam exiſtimationem, miſerrimo eius tempore venirem: cùm is omnia ſtudia & officia in me contuliſſet. Quòd ſi voles in me eſſe durior, ambitionem mihi putabis obſtitiſſe. Ego autem arbitror, etiam ſi id ſit mihi ignoſcendum C
eſſe. Θεῖον γὰρ ἀγαθὸν ἡ τιμή. Vides enim in quo curſu ſumus, & quàm omnes gratias non modo retinendas, verùm etiam acquirendas putemus. Spero tibi me cauſam probaſſe, cupio quidem certè. Hactenus Cicero. Cuius ex verbis illud quoque colligi poſſe videtur, ad excuſandum patrocinium ambitionem etiam nonnunquam afferri: cum quis ſcilicet adeſſe contra eum rogatur, cuius ope, vel ſuffragio magiſtratum aliquem conſequutus vel conſequuturus ſit. Non enim culpandus is videtur, qui ſic ſibi conſultum ire voluerit & quoquomodo cauere, ne in odium offenſionémque eius incurreret, per quem vel ornatus ſit, vel D
ornandum & amplificandum ſe ſperauit. Dulcis enim res, decúſque vitæ, [b] & (vt ait Plato) diuinum bonum eſt honor. [c]

b Euripides in Iphig. in Aulide.
c Plato lib. 5. de legibus.

Sed quid, ſi quis ab amico vel neceſſario in aduocationem vel conſilium aduerſus eum rogetur, qui æque ei coniunctus ſit cum nec de fama aut honore cuiuſquam eorum, ſed de re tantùm pecuniaria vel immobili inter eos ambigatur, an ei adeſſe debeat? Et putauerim, ſi nõ aliud ſit quo magis erga alterutrum afficiatur, non debere, abundéque ei ſatisfacere, modò ſimiliter ab aduerſarij parte non ſtet, exemplo Plinij, qui Bethicis patrocinium ſuum excuſare & Gallo adeſſe rogatus, primùm quidẽ conce-

A concedit, postremùm abnuit: vt ex eius ad Octauium epistola cognosci potest, dum infit. Etenim, sicut fas est mihi præsertim te exigente, excusare Berhicis contra vnum hominem aduocationem: ita nec fidei nostræ, nec constantiæ, quam diligis, conuenit, adesse contra prouinciam quam tot laboribus, tot etiam periculis meis aliquando deuinxerim. Tenebo ergo hoc temperamentum, vt ex duobus, quorum alterutrum petis, eligam id potius, in quo non solùm studio tuo, verùm etiam iudicio satisfaciam. Neque enim tantopere mihi considerandum est, quid
B vir optimus in præsentia velis, quàm quid semper sis probaturus. Me circa Idus Octob. spero Romæ futurum: eadémque hæc præsentem quoque tua meáque fide Gallo cõfirmaturum: cui tamen iam nunc licet spondeas de animo meo. [d] Hactenus Plinius, cuius sententiæ conuenit, quod Massiliensium quindecim primi (vt est apud Cæsarem) de controuersia Cæsaris & Pompeij apud suos disceptantes aiunt: intelligere se diuisum esse populum Romanum in partes duas, neque sui iudicij, neque suarum esse virium discernere vtra pars iustiorem habeat causam. Principes verò esse earum partium Cn. Pompeium & Caium Cæsarem patronos ciuitatis: quorum alter agros
C "Volgarum Arecomicorum & Iluorum publicè his concesserit, alter bello victas Gallias attriuerit, vectigaliáque auxerit. Quare, paribus eorum beneficiis parem se quoque voluntatem tribuere debere, & neutrum eorum contra alterum iuuare. [e]

d Plinius lib. 1. Epist. ad Octauium Rufum.

" Alias Volcarum

e Cæsar lib. 1. belli ciuil.

Possunt & alia multa accidere propter quæ ab aduocationis munere remissionem habere aliquis possit, quæ omnia prudens & circunspectus iudex studiose dispiciet, vt legitimam quidem & veram excusationem, de qua sibi vel summatim, facta fuerit fides, accipiat: fictam & friuolam reiiciat. Nam & quosdã cau-
D sarum patronos, vsque eò timidos, difficiles ac morosos esse constat, vt vix vnquam humilioribus aduersus eos, qui vel gratia, vel authoritate, vel potentia valent, adesse velint: nouásque & commentitias quotidie causas, ad eludendam iudicantium religionem confingant, quibus se, si fieri possit, à tam honesto munere eximant. Cuiusmodi Domitiani ætate fuisse Ponticum quendam memoriæ proditum est: in quem extat Martialis illud Epigramma. [f]

Lis mihi cum Balbo est, tu Balbum offendere non vis
Pontice: cum Licinio, hic quoque magnus homo est.

f Martial Epigram. lib. 4.

Vexat sæpe meum Patrobas confinis agellum: A
Contra libertum Cæsaris ire times.
Abnegat & retinet nostrum Laronia seruum
Respondes, orba est, diues, anus, vidua.
Non bene, crede mihi, seruo seruitur amico.
Sit liber dominus, qui volet esse meus.

In hos aduocatos difficiles ac submorosos conueniet illud ex epistola Ciceronis ad M. Cælium. [g] Noui ego vos magnos patronos: hominem occidat oportet, qui vestra opera vti velit. Quòd ad excitandum Cælij in Fabium studium, dictum apparet: quasi vereretur Cicero, ne non ipsum, quamuis rogatus, Cælius suscipere vellet, vel in eo suscipiendo cunctantior foret, ad idque purgandum excusationem aliquam prætexeret: quam se Cicero, quæcunque illa fuerit (ob amicitiam, quæ illi cum Fabio intercesserat) non accepturum significat. Ita enim ille. Fabij negotium sic velim suscipias: vt si esset res mea: sed in hoc homine nullam accipio excusationem. Omnia relinques, si me amabis, cum tua opera Fabius vti volet. B

g *Cic. Epist. famil. lib. 2.*

Ei autem, qui patrocinium alicuius suscipere iussus detrectauerit, neque contumaciam illam suam purgare potuerit, solet vel mulcta irrogari, vel grauius aliquid pro modo delicti in eum constitui. C Nam & Imperatores Valens, Valenrinianus & Gratianus rescripto quodam suo ad Olibrium Prætorio præfectum, spreti iudicialis imperij pœnam hanc sufferre patronum decreuerunt, vt foro illi imperpetuum interdicatur: neque vnquam agendi, vel postulandi ei venia cócedatur. [h] Id * quoque regia apud nos sanctione cautum expressim est: Egenis & inopibus, fortunæque iniuria miserabilibus, si qui forte, eorum propter rei familiaris angustiam, aduersariíve metum, ambitum, vel potentiam, Aduocatum vel cognitorem inuenire non possint qui eis adesse, vel eos consilio suo iuuare velit, Iudices prospicere debere: D Aduocatúmque & procuratorem eis indulgere, & præterea mulctatiria pecunia damnare, non eos tantùm, qui imperium suum aspernati sint, verumetiam illos, qui nulla satis iusta probabilique causa ducti, patrocinium illis suum denegauerint.

h *l. prouidendum C. de postul.*

* *Id quoque regia apud nos sanctione)* Constitutione fransc. 1. an. 1536. art. 38. si pauperes & ærumnosi non possint inuenire consiliũ auctoritate & metu potentiorũ, Iudices mulcta coërcere tenentur aduocatos, & procuratores, qui patrocinium refugiunt. idem sanctione Caroli V. 1564. art. 7.

Neque autem Iudex, partibus suis functus videbitur, qui vel vltro, vel requisitus, Aduocatum alicui eius opera indigenti dederit, nisi & is publici priuatique iuris peritus sit, atque in agen-

dis cau-

A dis causis exercitatus. Quid enim litigatori profuerit, tyronem
& nouitium vel frigentem causidicum, sibi in consilium adhi-
beri? Certè nihil magis, quàm si ægri, & maleualentis curatio,
medicæ artis rudi, & imperito committatur.[i] Vt meritò dixe-
rit* Vlpianus, in ordine postulandi æquè prospicere Iudicem
debere, tam his qui Aduocatos minus frequentes, neque in ali-
qua dignitate positos, id est, incelebres & inhonoratos adhi-
buerint, quam his qui omninò sibi non prospexerint. Per illos
enim litigatores, desideria sua proferre nihilomagis possunt,
quàm si omninò nullus pro eis interuenerit. Vnde colligit Sa-
B lomonius, paria esse humiles, puræquè parmæ patronos & nul-
los habere.[k] Ei autem, siquis sit, cui Iudex patronum talem in-
dulserit, idipsum vsurpare licebit, quod Siculum quendam fal-
sè & eleganter dixisse Cicero scribit: cui cùm Prætor Scipio pa-
tronum causæ dedisset hospitem suum hominem nobilem, sed
admodum stultum: quæso (inquit) Prætor, aduersario meo da
istum patronum, deinde mihi neminem dederis.[l]

Ante paucos annos in hac nostra Armorica Britannia is mos
inualuerat, vt cuiuscunque fori, togatorum fieret, inter litiga-
tores æqua, quantum ad numerum attinebat, distributio:
C priórque qui actoris partibus fungebatur, optaret, quem sibi
potissimum vellet causæ patronum, qui ei adesse cogebatur:
nisi aduersario à consiliis fuisset: vicissimque deinceps, vter-
que suo ordine quem mallet, eligeret. Noua tamen lege, an.
à virgineo partu 1535. prohibitum fuit: ne in posterum fie-
ret, huiusmodi causidicorum distributio: litigaturisque con-
cessum, vti visum illis fuerit, causarum sibi patronos, cogni-
tores, & pragmaticos, in consilium adsumere: ita tamen vt
id fraudi aduersario non sit, neque alter omnes, vel maiorem
partem eorum sibi adhibeat, qui primi sint nominis forensiúm-
D que rerum callentiores. Neque enim ferendus est, qui talem
dolum procudere in aduersarium velit: eíque iter omne con-
siliariæ manus præcludere. Proinde & id quoque eadem le-
ge comprehensum est, vt ei qui in proprio, vel amici negotio,
patronos de iure responsuros consulere velit, dicámve cui-
quam impingere, vnum tantum, aut alterum eorum aduocare
fas sit: qui nominis celebritate sint clariores, cæteris omissis,
quibus pari numero liberum sit, à partibus aduersarij stare.
Quod si duo tantum clarioris nominis, famæque illustrioris in
auditorio sint causidici: qui dicendi facilitate forensiúmque

i l. quod si nolit §. si mancipium ff. de ædilit. edict.

* Vlpiani dissentit ab vsu.

k d. l. nec quicquam §. fin.

l Cic. lib. 2. de orat.

rerum actione, præ cæteris floreant: in aduocationem & consilium, vnum tantum illi rogare licebit. Facta nihilominus, postquàm cœptum fuerit iudicium, litigantium vtrique copia, ex reliquis, qui diuersæ parti non adfuerint, aliquos aduocandi, quorum opera, & consilio in omnibus ad negotium spectantibus vti possit. Sicut & in cæteris omnibus Galliarum regni præfecturis fieri consueuit. Quod profectò sanctissimè constitutum videtur, ne in cuiuspiam potestate sit, aduersarium ad extremam consilij inopiam redigere. Sicque (quod dicitur) deserta causa, & sine vllo puluere palmam ferre. Cui etiam rei, vt obuiam irent, iam dicti Cæsares, rescripto illo suo ad Olibrium prouidendum esse iudicibus edixere, ne hi quos in foro, aut meritum nobilissimos fecerit, aut vetustas, in vna parte consistant: aliam autem a rudibus, atque tytonibus necesse sit sustineri. Atque ideo, si vno in auditorio, duo tantùm præ cæteris fuerint, vel plures, quorum fama sit commendatior, in iudicantis officio esse, vt par causidicorum distributio fiat: vt partibus exequatur auxilium singulorũ, & æqua diuisio procedat * m Quam tamen Aduocatorum distributionem, longè diuersam fuisse ab ea, quæ ex more à maioribus tradito, hic inoleuetat: ex suprascriptis perspicue deprehendi potest: multóque propius ad eam accedere, nouam nostram sanctionem, per quam non minus litigatoribus prospicitur: ne indefensi, desertique maneant, quam per illam imperatorum constitutionem fieret. Illud superpondij loco addẽdum existimaui, fuisse apud veteres quamplurimos celeberrimi nominis oratores & patronos, Martialis illi Pontico longè dissimiles, quos neque dignitas, vel potentia, authoritas, aut gratia cuiusquam terruerit, quominus etiam iniussi, amicorum vel humiliorum causas susciperent: susceptásque libero (quod aiunt) pectoris muro tuerentur, & defenderent. Inter quos præcipuè Ciceronem numerandum censuerim, quem supra diximus L. Murenæ causam, aduersus Ser. Sulpitium præcipui nominis iureconsultum, & in ciuitate valdè gratiosum, patrocinio suo tuendam suscepisse. Idem etiam adhuc adolescẽs Sexti Roscij parricidij rei, causam recepit: quum Roscius omni patrocinio destitutus esset, neque defensionem eius metu Syllæ, quisquam suscipere auderet: vnde magnam gloriam consecutus est. Nihil enim quisquam ad primum nominis sui splendorem inuenire potest, commodius, quam si tenuioris alicuius defensionem, aduersus potentiorem qui eum

A B C D

* *Quam tamen Aduocatorum*) Distributio hæc Aduocatorum nõ fit in Gallia, ideo l. prouidendum & Constitut. Francis. 1. lata. an. 1536. abiere in desuetudinem.
m. *d. l. prouidendum.*

A opprimere velit, subeat: quod & Cicero ipse non vno in loco testatur. [n] Maximè (inquit) & gloria pariter, & gratia defensionibus, eóque maior, si quando accidit, vt ei subueniatur, qui potentis alicuius opibus circunueniri, vrgerique videtur: vt nos & sæpè alias & adolescentes contra L. Syllæ dominantis opes, pro Sex. Roscio Amerino fecimus. Et alibi. [o] Prima (inquit) causa publica pro Sexto Roscio dicta, tantùm commendationis habuit, vt non vlla esset, quæ non nostro digna patrocinio videretur. In quam sententiam & Plutarchus in Politic. Iam B (inquit) magna, atque difficilis causa pulcherrimè iudicata integritas, atque fides patroni imbecilli clienti præstita, præsertim aduersus potentem litigatorem, iurisque, atque pudoris, contra petulantiam magistratus libera propugnatio: viam plerisque muniuit, atque præclarum aperuit aditum ad remp. cum dignitate, & gloria egregiè tuendam & gubernandam. Plinnium quoque plurimis aduersus potentiores adfuisse, ex multis ipsius epistolis, colligi potest. Scribit enim se adhuc admodum iuuenem, causam Iulij Pastoris, aduersus quosdam primores ciuitatis, & Cæsaris amicos egisse: atque id sibi prosperè cessisse: C eam nempe actionem, famæ sibi ianuam aperuisse. Alibique conqueritur, quod ab amico rogatus sit, de absentis Corelliæ defensione suscipienda, aduersus C. Cæcilium consulem designatum, debuisse enim tantum admoneri. Spondet itaque se ei adfuturum, licet eo nomine inimicitiæ illi subeundæ sint. Sed Plinij verba non iniucundum erit subiicere. [p] Susceperam causam Iulij Pastoris, cùm mihi quiescenti visa est socrus mea aduoluta genibus, ne agerem obsecrare. Et eram acturus adolescentulus adhuc, eram in quadruplici iudicio, etiam contra potentissimos ciuitatis, atque etiam Cæsaris amicos: quæ sin- D gula excutere mentem mihi post tam triste somnium poterant. Egi tamen, nam mihi patria, etsi quid charius patria fides videbatur, prospere cessit: atq; ideo illa actio mihi aures hominum, illa ianuam famæ patefecit. Et alibi. [q] Et admones, & rogas, vt suscipiam absentis Coreliæ causam, contra C. Cæcilium consulem designatum. Quod admones gratias ago, quod rogas queror, admoneri enim debeo, vt sciam: rogari non debeo, vt faciam: quod mihi non facere turpissimum est. Et paulò inferius. Quare ego verò Corelliæ adero promptissimè, nec subire offensas recusabo: quanquam non solùm veniam me, verumetiam laudem apud istum ipsum, à quo (vt ais) noua lis fortasse

n Cic. off. li. 2.
o Cic. lib. de clar. orat.
p Plin. Ep. lib. 1. ad Tranquil.
q Plin. lib. 4. ad Gallum.

vt fœminæ intenditur, arbitror consecuturum: si hæc eadem in A actione, latius scilicet & vberius, quàm epistolarum angustiæ sinunt, contigerit mihi, vel in excusationem, vel etiam in commendationem meam dicere. Illud non prætereundum, quod & Cæcilius ipse, quamuis dissuadẽtibus & reclamantibus amicis, Heluidij vltionem aggredi non dubitauit, Publiciúmque Certum per quem Heluidius periisse credebatur, licet Senatorem in Senatu reum peregit. Eo enim nomine præter gloriam sempiternam, quam consecutus est, magnam etiam à Senatu gratiam iniuit: quòd néque hominis apud omnes ordines gratiosi, nec amicorum eius potentia terreri potuisset, quominus B tam atrocis flagitij vltionem susciperet: id quod ipse diffusè quadam ad Quadratum epistola scribit his verbis: [1] Venio in Senatum, ius dicendi peto, dico paulisper maximo assensu: Vbi cœpi crimen attingere, reum destinare, adhuc tamen sine nomine, vndique mihi reclamari. Alius, sciamus qui sit, de quo extra ordinem referas, alius, quis est ante relationem reus? alius, salui simus qui supersumus. Audio imperturbatus, interritus: tantum susceptæ rei honestas valet, tantúmque ad fiduciam, vel metum differt, nolint homines quod facias, an non probent. Et paulò post. Me quidam ex Consularibus amicis secreto accuratóque sermone, quasi nimis fortiter incautéque C progressum corripit, reuocat, monet vt desistam: adiecit etiam, notabilem te futuris principibus fecisti. Esto, inquam, dum malis. Vix, ille discesserat, rursus, alter. Quid audes? cur ruis? quibus te periculis obiicis? quid præsentibus confidis incertus futurorum? Lacessis hominem iam Præfectum ærarij, & breui Consulem: præterea, qua gratia, quibus amicitiis fultum? Nominat quemdam, qui tunc ad orientem amplissimum & famosissimum exercitum, non sine magnis dubiisque rumoribus obtinebat. At hæc ego omnia percepi, atque animo mecum ante D peregi: nec recuso, si ita casus attulerit, luere pœnas ob honestissimum factum, dum flagitiosissimum vlciscor. Et iterum quibusdam interpositis. Non ferè quisquam in Senatu fuit, qui non me complecteretur, exosculaetur, certatimque laudem cumularet: quod intermissum iamdiu morem in publicum consulendi, susceptis propriis simultatibus reduxissem: quod denique Senatum inuidia liberassem: qua flagrabat apud ordines alios, quod seuerus in cæteros, Senatoribus solis dissimulatione quasi mutua parceret. Scribit Tranquillus [2] Claudium

[1] Plin. ad Quadrat. lib. 9.

[2] Tranquil. in Claud. ca. 25.

A Cæſarem in Cenſura, neminem niſi ſua voce, vtcumque quis poſſet, ac ſine patrono, rationem vitæ paſſum fuiſſe reddere: ſuntque qui tradant eum, dum in humanis ageret. multis Patronos ſibi dari petentibus denegaſſe: idcircóque & L. Cornel. de ſiccariis in inferis coram AEaco reum factum, Aduocatum inuenire non potuiſſet: idque & ab AEaco vetitum ne illi quiſquam adeſſet. Seneca:[t] Exterritus Claudius oculos vndecũque circumfert, veſtigat aliquem Patronum, qui ſe defenderet: Aduocatum non inuenit. Tandem procedit P. Petronius vetus conuictor eius, homó Claudiana lingua diſertus, & poſtulat aduocationem, non datur. Accuſat Pedo Pompeius magnis clamoribus, incipit patronus velle reſpondere. AEacus homo iuſtiſſimus vetat. Sanè quæ de Aduocatis, petentibus indulgendis tradita ſunt: in foro quoque pontificio locum obtinebunt. Si cui itaque negotium occurrat, quod pontificiæ cognitionis eſſe videatur: quale eſt de matrimonio, vel teſtamento controuerſia, is epiſcopum aut pontificium iudicem adibit, qui detrectantes auditorij ſui cauſidicos patrocinium præbere, & conſulenti reſponſa dare, iuriſdictione ſua compellet. Id enim fieri debere, pontificia quadam conſtitutione cautum nominatim eſt.[u] Quamobrem Sidonius Apollinaris pro apico de huiuſmodi quodam negotio ambigente, apud Leontium Papam intercedens Negotium (inquit) huic teſtamentarium eſt, latent eum propriatum merita chartarum, togatorum illic perorantium peritiam conſulere perrexit, pro victoria computaturus, ſi ſe intellexerit iure ſuperari: modo ne ſibi, ſuiſque deſidiæ vitio perperam cauiſſe culpetur. Hunc eatenus commendare præſumo, vt ſi eum inſtruere dignanter aduocatio conſulta faſtidit, authoritas coronæ tuæ diſſimulantibus ſtudeat excudere reſponſi celeritatem.[x]

B

C

D

t Seneca in lib. de morte Claudij Cæſaris.

u cap. 2. de poſtul. gloſ. in l. 2. C de proxi. ſacr. ſcri. lib. 12. Panor. & fel. cap. 1. de offi. iud. But. c. ſi pro debilitate: de off. delega. Salic. in l. Sancimus. c. de aduoc. diuerſ. iud.

x Sidonius Appol. ep. 3. lib. 6.

A

Aduocatum qui causam aliquam agendam, vel tuendam susceperit, peragere eam debere, & explicata formula iurisiurandi quod ab his, qui in causidicorum ordinem ascribuntur præstari solet.

CAP. II.



ILlud à paucis annis in hac nostra Britannia à plerisque primariis Iudicibus constitutum est, inconcussèque seruatum: vt nemo in album sui fori causidicorum ascribatur, nisi qui prius doctrinæ, eruditionisque suæ periculum fecerit: publicéque de iure responderit: Quod à Romano iure non ita multum abhorret: quo traditum est, neminem aduocatorum sedis alicuius consortio associari debere, * nisi quem iurisperitorum testimonio constiterit, peritia iuris instructum esse.[a] Habet autem hoc amplius magistratuum nostrorum edictum, quod nec is quidem qui professorum, quibus operam dederit, iudicio probatus fuerit, ad hoc munus admititur: nisi & publico testimonio doctrinæ suæ fidem fecerit. Qua in re non tam noui iuris conditores, quàm veteris obseruatores fuisse videntur nostri iuridici: quandoquidem & id antiqua constitutione vetitum fuerat, ne quis forensi huic militiæ nomen daret: nisi qui in literario agone gradum aliquem puta licentiæ (quem vocant) aut magisterij consecutus esset, aut formularii iuris esset consultissimus. De cuius peritia, probitate, & innocentia Iudici liqueret: & qui præterea conditionis esset non inhonestæ. Sed & ex regia apud nos sanctione, is etiam de cuius doctrina, vitæque & morum integritate plena fides iudici facta fuerit, non ante in eum ordinem adlegitur, quàm sacramento dixerit, sese pro viribus, curiæ decus, & dignitatem conseruaturum, ab omnique iniuria & incommodo, sartam tectam & incolumen habiturum. Multa & alia apud nostrates, qui causarum actor fieri velit, iureiurando adactus dicit: nempe, quod iustam clientis litem, suo quam patrocinio defendendam vel agendam susceperit, manibus pedibusque tuebitur & sustinebit: quodque prudens iniquam non fouebit: sed statim, * vt improbam resciuerit, missam faciet. * Quod iusiuran-

B

C

D

* *Nisi quem iurisperitorũ*) Idem sanxit constit. Blesens. art. 84. Nobiles albo patronorum non adscribuntur nisi probarint per triennium Iuri operã dedisse, ignobiles per quinquennium. senatusconsultũ Burdegalẽse factum 6. mẽs. Apri. an. 1595.

a *l. nemini C. de aduoc. diuer. iud.*

* *vt improbã resciuerit*] Quamuis lis improba videatur patrono, cogitur adesse clienti aliis renuentibus, vt dixi supra cap. 1.

* *Quod iusiurandum*) Hodie in Gallia neque aduocati neque principales personæ hoc iusiurandum subeunt.

A dum ex lege quoque Iustiniani præstare iubentur, forensium causarum patroni. Est autem Iust. constitutio hisce fere verbis concepta. Patroni causarum, qui vtrique parti suum præstantes ingrediuntur auxilium, cùm lis fuerit contestata in qualicunque iudicio maiore, vel minore, sacrosanctis euangeliis tactis, iuramentum præstent: quod cum omni quidem virtute sua omnique ope, quod verum & iustum existimauerint, clientibus suis inferre procurent, nihil studij relinquentes, quod sibi possibile sit: Non autem, credita sibi causa, cognita, quod improba sit, vel penitus desperata: & ex mendacibus allegationi-
B bus composita, ipsi scientes prudentésque cum mala conscientia liti patrocinabuntur: sed si certamine procedente, aliquid tale sibi cognitum fuerit, à causa recedent, ab huiusmodi communione se penitus separantes. [b] Quibus ex verbis apparet Iustiniani sanctionem in hoc tantum à constitutione nostra diuersam esse, quod illa post litem in singulis controuersiis contestatam, iusiurandum id ab aduocatis exigit, nostra tum tantùm, cum ad postulandi munus admittuntur: nisi quod & singulis conuentibus iuridicis, qui primum post dominicæ resurrectionis festum annuatim aguntur, sacramentum idem repeti
C iubet: quod tamen postremum iam pridem exolescere cœpit, neque amplius quàm semel id iuramentum præstari consueuit.

b l. rem non nouam §. patroni C. de iudic.

Sanè quod diximus dimittendam confestim esse causam imprudenter susceptam, postquàm iniquam esse cognouerit aduocatus, iustissimè constitutum est. Non enim bonum virum decet (qualem esse aduocatum oportet) improbè litigantem sustinere, iniustæque litis alicuius patrocinium recipere. Bonus enim vir, vt Quintilianus ait, non nisi bonas causas agit. [c] Nec est quod ille pudore affici debeat, qui litem quam ab initio non iniustam esse credidit, rei veritate cognita, vbi primùm
D improbam esse cognouerit, derelinquat: quòd id non sua sed clientis forte culpa contigerit, * qui falsis & mendacibus allegationibus eum fefellerit: [d] vel quia negotij veritatem, quam ab initio iustè ignorauit, ex aduersario litis instrumentis ab vtraque parte prolatis, aut aliundè discere potuit. Vnde laudem mereri videtur, si non in eam litem amplius perseueret neque clientem, cum magna rei suæ iactura falsa & inani spe diutius pascat. Id quod eleganter & doctè Fab. Quintil. his verbis

c Quintil. instit. ora. lib. 12. cap. 1.

* *Qui falsis)* Neque litigatoribus neque patronis mẽdacibus allegationibus aut falsis Narrationibus vti licet constit. Francis. 1. an. 1539. art. 28.

d *d. §. patroni.*

e Quintil. inst. ora. lib. 12. cap. 7.

A admonet. [e] Neque verò pudor obstet, quominus susceptam, cum melior videretur, litem, cognita inter dicendum iniquitate, dimittat: cum prius litigatori dixerit verum. Nam & in hoc maximum, si æqui Iudices sumus, beneficium est, vt non fallamus vana spe litigantem: neque est dignus opera patroni, qui non vtitur consilio. Et certè non conuenit ei, quem oratorem esse volumus, iniusta tueri scientem. Hactenus Quintilianus. Sunt tamen qui Quintiliani illius consilij, præstitique à se sacramenti penitus immemores, quamcunque causam sibi oblatam, licet iniustissimam, recipiant, nihil pensi habentes, quem euentum lis habitura sit, dum eloculauerint, depilarint & exossarint quos defendendos susceperunt: vt non immeritò traditum à quibusdam sit, causas iniustas, iniquorum aduocatorum esse pascua. [f] Nam & apud Horatium, Thiresias Vlyssem attritas opes reparare studentem, & qua arte ditescere possit sciscitantem admonet: vt si cui orbo & diuiti cum aliquo lis intercesserit eius protinus defensionem, etiam non rogatus suscipiat: neque curæ illi sit, quòd melior sit aduersarius, quodque potiorem causam habeat. Ita enim diuitias comparari posse. Horatius [g].

B

f Zazius l. 2. versi. post hos quoque Tubero, de orig. iuris.

g Horat. sermon. lib. 2. saty. 5.

C

Magna minor ne foro si res certabitur olim,
Viuet vter locuples sine gnatis, improbus vltro
Qui meliorem audax vocet in ius, illius esto
Defensor: fama ciuem causaq; priorem
Sperne: domi si gnatus erit fœcundáve coniux,
Quinte puta aut Publi (gaudent prænomine molles
Auriculæ) tibi nec virtus tua fecit amicum:
Ius anceps noui, causas defendere possum,
Eripiet quiuis oculos citius mihi, quam te
Contemptum cassa nuce pauper & hæc mea cura est.
Ne quid tu perdas, neu sis iocus: ire domum atque D
Pelliculam curare iube, sis cognitor ipse,
Persta, atque obdura, seu rubra canicula findet
Infantes statuas, seu pingui tentus omaso
Furius hybernas cana niue conspuet alpes.

Hosce nebulones graui animaduersione dignos, vel potius aduocatorum albo eradendos, censuerim. Cæterum, quòd scientiæ prudentiæque mentio sacramento adiicitur otiosum non est, fitque eadem cautione, qua veteres, iurisiurandi cuiuscumque formulæ conditionem hanc, si sciens fallo, adiici volebant,

quòd

A quòd inſcientia multa verſetur in vita humana, ignorationeque rerũ bonarum & malarum maximè hominũ vita vexetur: [h]neq; quicquam homini ſit familiarius quam labi, errare, falli, neſcire, & decipi. Proinde Cic. Hãc (inquit rationem maiorum etiã comprobat diligentia: qui primum iurare ex ſui animi ſentẽtia quemque voluerũt: Deinde ita teneri, ſi ſciẽs falleret, quod inſcitia multa verſaretur in vita.[i] Alio præterea legis eiuſdem capite cautum eſt ne quis eum deſerat, qui in ſuam fidem clientelámque ſe contulerit, cuiuſque patrocinium ſuſceperit, amplioris honorarij, quod forſan ab aduerſario conſecuturus ſit, obtentu eiúſve gratia vel fauore: & ne donis vel muneribus ab eo corrumpi ſe ſinat. B Quod & ciuili iure conſtitutum fuit, nempe vt qui ſemel ab aliquo ſteterit, aduerſario eadem in lite adeſſe non poſſit: & qui cauſam aliquam agendam ſuſceperit,* eam peragere, & ad terminũ vſque implere debeat.[k] Nam dedecus (inquit Euripides) foret, cauſam quam ſemel receperis in manus reiicere.[l] Quod tamen perpetuum non eſt: & imprimis, ſi capitales inimicitiæ inter eum & clientem à ſe ſuſceptum interuenerint, cogi non debet cœptum etiam negotium abſoluere: quemadmodum nec procurator ad litem ſuſcipiendam datus, quo conſentiente dominus iudicatum ſolui expo- C ſuit, compelli poteſt iudicium accipere.[m] nec arbiter in quem compromiſſum ſit, licet arbitrium in ſe receperit, ſi inter eum & ex litigatoribus alterum inimicitiæ interceſſerint, ſentẽtiam dicere.[n] Idem, ſi aut ſenilis ætas, aut aduerſa valetudo, quæ poſtea contingit, id ei munus remittat: aut propriorum negotiorum occupatio, vrgénſve profectio, dignitas, quæ illi acceſſerit, aut aliquod reip. munus, quod illi forte iniunctũ fuerit.[o] Iis enim caſibus excuſandus eſt: neque cogi debet id munus ſuſcipere cui idoneus ipſe non ſit, quodque commodè obire & ad- D miniſtrare non poſſit. Quod accipiendum, vt ob valetudinem quidem minus proſperam, neceſſariámve profectionem, rei familiaris periculum, aut aliud non abſimile impedimentum excuſari debeat: quandiu malè valuerit, peregréve eũ abeſſe contigerit, rei familiari operam dederit, reipublicæ munus curauerit, aut ob aliud ſimile impedimentum occupatus fuerit. Poſtquam verò conualuerit, vel à peregrinatione reuerſus fuerit, familiaria negotia confecerit, delegatum ſibi à rep. munus executus fuerit, aut aliis occupationibus ſeſe explicuerit,* æquum

h *Cic. lib. I. de fin.*

i *Cic. academ. quæſt. li. 2. ad fin.*

* *Eam peragere.)* §. ille penult. l. properandũ de Iudiciis, deſiit eſſe in vſu. Nam iure Gallico patronus poteſt litem quam peragendã ſuſceperat põt quãdocumque voluerit deſerere.

k *l. properandum §. pen. c. de indic.*

l *Euripides in Hecuba.*

m *l. filius fami. § fin. & l. ſi poſt. ff. de proc.*

n *l. licet ff. de arb.*

o *d. § fin. l. licet l. ſi aut valetudine & l. ſeq. ff. de proc.*

* *Aequũ non eſt eum excuſari.)* Immò hodie excuſatur, preterea non concludit argumentum Langlæi, licet enim procurator qui iudicium accepit, cogatur defendere clientem in l. ſed & hæ §. 3. quærit Vlpianus an procurator teneatur defendere preter ſatiſdationẽ,

& sufficiat stipulationem committi, & respondet compellendum defendere, & meritò, quia defensionem susceperit & stipulationem committi non est defendere. Nam rectè defendi, est Iudicium accipere l. rectè D. de Iudiciis. ast hæc non habent locum in patrono, qui litem peragendam suscepit, quia ab eo nulla exigitur satisdatio. A

non est eum excusari. [p] Nam & Cicero. [q] Phameæ causam, quam receperat, agere rogatus, cùm hanc excusationis causam attulisset, quod illo ipso die, quo oranda causa Phameæ fuit, adesse Sextio sibi necessum esset, adiecit si alium diem Phamea sumpsisset, ei se non defuturum. Quæ verò de incommoda aduocati valetudine dixi, putauerim ad vxorem, filiosque ipsius producenda esse, vt si quis eorum in grauiorem aliquem morbũ delabatur, cuius curationem negligere periculosum sit, tantisper excusetur, qui patrocinium suscepit, dum ægrotus conualescat. Non minus enim probus quisque de vxoris liberorúmque salute, vita & incolumitate, quam propria solicitus est. Neque quicquam refert, an in se quis vel in vxore, aut liberis vereatur: cum pro affectu in his magis quam in se homines terreãtur [r] Vulgóque ideo receptum est, iudicati actionem perinde in eum denegandam esse, qui cum vxorem vel filium ægrotantem haberet, iudicio non steterit: ac si ipse morbo impeditus non affuerit. [s] Nec contumaciæ pœnam pati debere, quem aduersa suorum valetudo defendit. [t] Nec est quod desertum se fidémque patrocinij non impletã cliens conqueratur: cum quod mutata sit promittentis conditio, ob eam quæ incidit vel vxori, vel liberis ægritudinem: tum quod id officium, si præstaretur, plus incommodi promissori afferret, quàm cui promissum fuerit, compendij: quibus casibus, promissis standum non esse, & Cicero, & Seneca docent. Cic. [u] Nec promissa igitur seruanda sunt, si plus tibi noceant, quam illi prosint, cui promiseris, Contra officium est maius damnum anteponi minori, vt si cõstitueris te cuipiam Aduocatum in rem presentem esse venturum, atque interim grauiter ægrotare filius cœperit, non sit contra officium, non facere quod dixeris: magisque illi cui promissum sit ab officio discedat, si se destitutum queratur. Seneca. [x] Promisi (inquit) beneficium nisi siquid incidisset, quare non deberem dare: in rem præsentem venturus fui, sed æger filius & puerpera vxor tenet. Omnia esse debent eadem quæ fuerunt cum promitterem, vt promittentis fidem teneas. Quibus ex verbis apparet, cõsimili quoque excusatione vti illum posse, qui parturientem, vel à partu recentè vxorem habeat. Et illa enim quamuis (vt Vlpianus scribit) sana sit, si nihil illi extrinsecus acciderit,

B

C

D

p l. sed hæc ff. de proc. l. & si qua ff. de arb. l. si longius ff. de iud.
q Cic. ep. ad Att. lib. 13.
r l. isti quidem ff. de eo quod met. caus.
s l. 2. §. si quis iud. ff. si quis caut. l. si prætor ff. de iudi. l. quæsitum ff. de re iudic.
t l. contumacia § pœnam ff. de re iud. can. communis filius vbi glo. in verbo suorũ 21. dist. Alber. & Alex. d. l. quæsitum Ias. l. 1. ff. de in ius voca. idẽ Iasõ & Iacob. d. §. si quis iud.
u Cic. 1. of.
x Sene. de benef. lib. 4. c. 35.

A quod corpus eius in aliquam valetudinem immittat [y]: constat
tamen, vel Hypocrate teste, valetudinariam puerperarum esse
conditionem, periculosisque morbis obnoxiam: vsque adeò, vt
siqua morbo correpta acuto fuerit, hic ei futurus læthalis sit. Vt
non abs re in discrimine vitæ cõstitutam huiusmodi fœminam
nostri dicant [z] Proditumque ideo memoriæ est Octauium Au-
gusti patrem, quo die hic illi natus est, quamuis in curia de re ar-
dua (nempe de Catilinaria coniuratione) ageretur, ob vxoris
puerperium serius adfuisse, nec aliam moræ causam ad se ex-
B cusandum attulisse. [a] Quod & ad eum cui vxor sit partui vicina
trahendum existimo. De illa enim idem quod de parturiente
& ægrota iudicari solet. [b] Nec minore etiam cura quàm quæ
puerperio cubet asseruatur. * Neque tamen morbus omnis ex-
cusationem aduocato præbet, quominus patrocinium susce-
ptum compleat: sed is tantum qui sonticus dicitur, & qui rei a-
gendæ impedimento est, [c] cuiusmodi est magna febris: qua qui
affectus est, operam in forò amico dare non potest: vnde aliud
de eo qui febricula laboret dicendum, dum alias sanus ac robu-
stus sit. Et huius enim admittenda excusatio non est: sicut nec
illius qui tam veterem quartanam habeat, vt in ea omnibus ne-
C gotiis superesse soleat: [d] aut eius qui podagra teneatur, si enim
leuis sit morbus, & huiusmodi, vt facile sperni possit, ad excusa-
tionem aduocati nihil proderit. [e] Quod si quis valetudine pe-
dum ita affligatur, vt rebus etiam propriis interesse non possit,
dubium non est quin excusari debeat. Quibus [f] tamen diebus
hic morbus vacat, quamuis nec is etiã recte sanus dicatur, [g] ex-
cusandus non erit: cum enim tũc morbus rei qua de agitur con-
ficiendæ nihil obstet, excusationem præstare non debet. [h] Nam
& ipse vidi non paucos præclari nominis, Aduocatos eo tempo-
re litigatoribus operam in foro dare. Quod de Sextio Caluinio
D Cicero scribit dicens: Ingenio & sermone eleganti, valetudine
incommoda C. Sextius Caluinius fuit: qui etsi cum remiserant
dolores pedum, non deerat in causis, tamen id non sæpè facie-
bat. Itaque consilio eius cùm volebant homines vtebantur, pa-
trocinio cum licebat. [i] Quantum autem ad eum attinet qui
dysenteria infestetur, crediderim excusatione dignum. Nam
Cicero (quod ipse quadam ad Gallum epistola testatur) cum
hoc morbo torqueretur, nec iis qui sua opera indigebant fidem
faceret sanum se non esse quia sine febri esset, in Tusculanum
confugit. [k] Cicero. Cum decimum iam diem grauiter ex inte-

y l. quæritur §. puerperã ff. de ædil. edict.

z cap. past. §. præterea vbi Hostiens. & alij de of. ord. Alciat. l. non est pupillus de verb. sig. ff.

a Tranq. in Aug. ca. 94.

b arg. d. l. 2. §. si quis nõ propter valetudinem & l. penult. ff. de milit. testam.

* Neque tamen morbus.) Si in quacũque parte litis aduocatus possit patrociniũ refugere vt dixi supra: omnis morbus excusationem præbebit.

c l. morbus ff. de verb. signif. & d. §. si quis iudic.

d l. quæsitum ff. de re iud.

e arg. d. §. proinde.

f l. 3. C. qui morbo se excusant.

g l. qui tertiana ff. de ædil. edict.

h de §. si quis iudic.

i Cic. in Brut.

k Ci. fa. l. 7.

stinis laborarem, neque iis, qui mea opera vti volebant probarẽ me non valere, quia febrim non haberem: fugi in Tusculanum. Quod verò de dysenteria dictum est, putauerim & ad dysuriam, id est, vrinæ difficultatem porrigendum. Hos enim morbos veluti grauissimos Cicero coniungit, aitque eos se maximè formidare. Cicero. Ego autem cum omnes morbos reformido, tum in quo Epicurum tuum Stoici male accipiunt, quia dicat dysuriam & dysenteriam sibi molesta esse.[l] Epicuri autem verba ex epistola ad Hermachum alibi ab ipso Cicerone ita reddita sunt. Cùm ageremus vitæ beatum & eundem supremum diem, scribebamus hæc. Tanti autem morbi aderant vesicæ, & viscerum, vt nihil ad eorum magnitudinem posset accedere.[m] Possunt & alia multa occurrere, quæ susceptæ aduocationis onus remittant. Ea autem singulatim persequi operæ non est. Illud generatim admonuisse sufficiat: toties excusandum aduocatum, quoties quid incidit, quod si futurum prospexisset, credibile sit eum patrocinium suscepturum non fuisse.[n] Tunc enim (inquit Seneca) fidem quis fallit, tunc inconstantiæ crimen audit, si cum omnia eadem sint, quæ erant promittente se, non præstiterit promissum. Alioqui quicquid mutatur, libertatem facit de integro, consulendi & promittentis fidem liberat.[o]

A B C

Planè quamuis suprascriptis casibus venia dignus sit aduocatus, qui susceptum patrocinium implere detrectat, non ideo tamen illi in aduersarij partes transire fas est: Id enim perquam durum, & inhumanum esset. Potést tamen qui tutor pupillo datus fuerit, ei adesse: in eo etiam negotio, in quo aduersus patrem eius, patrocinium ante præstiterit. Triphonius, à Principe (inquit) nostro rescriptum est, non prohiberi tutorem adesse pupillo, in negotio in quo aduocatus contra patrem eius fuisset. Sed & illud permissum est ab eodem, agere tutorem pupilli causam aduersus fiscum: in qua aduersus patrem pupilli ante aduocatus fuisset.[p] Principem autem illum à quo id rescriptum fuisse Triphonius refert, Alexandrum Seuerum fuisse existimo. Vixit siquidem Triphonius ætate Alexandri, fuitque illi, vt Lampridius ait, perquam familiaris & amicus, & ab eo sæpè in consilium adhibitus.[q] Ante tamen Alexandrum & Triphoniũ idem & à Masurio Sabino responsum fuerat, quem lib. iuris ciuilis 3. in hæc verba scripsisse Gellius commemorat. Etiam aduersus quem affuissent, eius filij tutores relicti, in eadem causa pupillo aderant. Masurium autem multis annis Alexandri, &

D

l Cic. d. Ep. ad Gallum.
m Cic. lib. 2. de fin.
n arg. l. & si quis ff. de arb.
o Senec. de benef. lib. 4. cap. 35.
p l. fin. ff. d. post.
q Lamprid. in Alex. seuero.

A Triphonij tempus præcessisse dubium non est. Vixit enim æta-
te Tiberij, à quo & id obtinuit, vt publicè de iure respondere
posset. Vnde & Pomponius eum publicè primum scripsisse re-
fert, fuisseque à discipulis suis sustentatum, quum ope sua cen-
seri non posset. Eius est frequens apud Gellium mentio. Cur id
autem constitutum sit, vt pupillo tutor adesse possit, in ea etiam
causa, quam & ipse aduersus patrem eius egerit, dubitatione ca-
rere non videtur: cum enim patroni fidei se quis commiserit &
causæ suæ consilia etiam arcana ei crediderit, iniquissimum vi-
detur eum à Patrono derelinqui. Nam & vt Caius Cæsar dice-
B bat, clientes sine summa infamia deseri non possunt.[s] Adde
quod veterum plerique tantam existimauere patronorum &
clientum esse coniunctionem, vt & in officiorum gradu & ordi-
ne clientes hospitibus & cognatis, præponendos censuerint.
Quod ex M. Catone in oratione quam dixit apud Censores in
Lentulum Gellius probat, in qua ita scriptum fuisse tradit. Ad-
uersus cognatos pro cliente testatur, * testimonium aduersus
clientem nemo dicit. Patrem primum, postea patronum proxi-
mum nomen habere.[t] Apud eundē Gellium Cæcilius affirmat
populum Romanū clientem in fidem acceptum chariorē quam
C propinquos habuisse: tuendúmque contra cognatos censuisse,
neque peius vllum facinus æstimatum, quā si probaretur clien-
tem à patrono derisui habitū fuisse.[u] Huc accedit quod & Dyo-
nisius Halicarnasseus, Plutarchúsque memoriæ prodidêre, Ro-
mulum clientes & patronos, summa inter se beneuolentia de-
uinxisse, quæ maximas necessitudines productura foret: consti-
tuisséque vt patroni clientibus oppressis, & iudicio circumuen-
tis, in obtinendo iure suo, & causarum actores, & consiliorum
omnium moderatores se pręberent, & vt patronus in clientem,
& cliens in patronum testimonium non diceret, vt inuicem
D se non accusarent, suffragium aduersum non ferrent, & ne
cum inimicis alterius, alter amicitiam copularet. Et si quis
horum aliqua fecisse argueretur lege proditionis teneretur.
[x] Vnde non videbatur pupilli etiam fauore clientem à patrono
deseri debere. Placuit tamē nostri iuris authoribus diuersa sen-
tentia, nec immeritò. Nam vt demus à quibusdam clientes ho-
spitibus, cognatis, & affinibus prælatos fuisse: conuenit tamē in-
ter omnes, & ex antiquis pop. Rom. moribus liquidò cōstat, pri-
mùm iuxta parentes locum tenere pupillos debere, fidei tutelæ-
que nostræ creditos: secundū eos proximum locum clientes ha-

r l. 2. § fin. ff. de orig. iur.

s Cæsar in orat. quam pro Bithin. dixit Gell. noc. att. lib. 5. cap. 3.

* Testimoniū aduersus cliētem.) Mandatis cauetur vt præsides attendant, ne patroni (inquit Carisius) in causa cui patrociniū præstiterunt testimoniū dicant: idem cēsuit senatus Burdigalens. 6. Febr+uarij ann. 1607. Iuxta l. finalem D. de testib.

t Gell. d. c. 13. lib. 5.

v Gell. lib. 20. cap. 1.

x Dion. Haly. 20. aut li. 2. Plut. in Rom.

bere, qui sese itidem in fidem patrociniúmque nostrum dede- A
y Gell. d. c. 13. lib. 5. runt.[y] Id quod ex ipsa etiam M. Catonis oratione colligi potest, in qua scribit, maiores sanctius habuisse defendi pupillos, quàm clientem non fallere, quod loco à nobis citato Masurius his verbis innuit: In officiis apud maiores ita obseruatum est, primum tutelæ, deinde hospiti, deinde clienti, tum cognato, postea affini: de qua causa fœminæ viris potiores sunt habitæ, pupillarisque tutela muliebri prælata. Etiam aduersus quem affuissent, eius filij tutores relicti in eadem causa pupillo aderant. Sed veteres illos clientes qui sese totos patronorum fidei committebant, longè diuersos à nostri seculi clientibus fuisse, qui B
ob vnius tantum, aut alterius litis defensionem Aduocatos adeunt, clarius est, quàm vt probatione vlla indigeat: constatque multò propius ad illos accedere fiduciarios clientes, quos Vasallos vulgus vocat. Adde quod veteres legum latores plurimum fauoris pupillis, qui propter ætatem, consiliique imbecillitatem se defendere nequeunt, indulgendum vbique fere censuere: quamplurimáque aduersus communes iuris regulas in eorum gratiam constituêre, vt ex eo cognosci potest, quod in prætoris edicto, in eos qui pro aliis ne postulent prohibêntur,
z l. 1. § fin. ff. de post. proposito, pupillus, pupillaque excipiuntur:[z] licétque iis qui C
cum bestiis vt pugnarent, operas suas locauerint, si tutelam vel curam administrant pro iis quorum curam gerunt, aduocatio-
a d. l. 1. § iis igitur & l. puto ff. de post. nem præbere.[a] Quin & legatus licet interea dum munere suo fungitur, suum etiam negotium curare non possit:[b] pupilli tamen nomine, cui tutor datus sit, causam instituere, & defen-
b l. Paulus 1. §. fi. ff. de legatio. dere potest: licet legationi, quam suscepit nondum renunciauerit.[c] Vnde & diuus Seuerus Rufino rescripsit, omnem se ra-
c l. si absenti §. 1. eod. tit. tionem adhibiturum subueniendi pupillis, & cum id ad publicam curam pertineat, velle se id omnibus notum fieri.[d] Non D
d l. diuus. ff. qui pet. tut. mirum igitur si tutor pupillo constitutus, cuius negotium non minore affectu, quàm proprium & vt diligentissimus quisque paterfamilias tueri curaréque debet: postposito cliente, pupilli causam amplecti possit. Nam & si dum ab aduersario staret arcani quidquam ad causam faciens forte didicerit: id facilê dediscere, & dissimulare, tacitúmque habere poterit: & non eo ad clientis, cui quandoque adfuerit dispendium vti. Cæterum, dubitat Accursius cur in responso Triphonij traditum nominatim sit, pupilli causam aduersus fiscum posse tutorem agere, in qua aduersus pupilli patrem fisci Aduocatus ante fuisset: id

A enim superfluum videri, cùm iam dixisset non prohiberi tutorem pupillo adesse in negotio, in quo contra patrem eius aduocatus fuisset. Et existimat in secunda parte responsi pupilli vtilitati plenius consuli: cuius tutori permittitur causam contra fiscum agere, in qua Aduocatus contra pupilli patrem fuisset, cum in priore ei tantum adesse pupillo concessum sit: quod longe minus esse censet. [e] Quod profectò perquàm ridiculum est, quamuis enim (adesse) verbum sit generale, quod non tantum eos comprehendit, qui alienam causam agunt, sed & qui officij gratia litigatori præsentiam suam accommodant: in eo
B tamen responso, dubium non est ampliorem esse verbi illius significationem: nempe vt (adesse) intelligamus postulare, & aduocationem patrociniúmque præbere. Alioqui minus congrue titulo de postulando subiectum id responsum esset. [f] solétque frequentius in hunc sensum id vocabulum à nostri iuris conditoribus accipi. [g] Crediderim itaque fiscalis causæ mentionem in responso Triphonij idcirco adiectam, quod ea species magis dubitabilis esset: propter priuilegia quæ fisco suo principes indulgere solent. Nam quamuis qui fisci causam quandoque aduersus extraneum egerit, deserere eam non possit: neque in ea
C vnquam pro parte aduersarij stare: & si honorarij omnino nihil à fisco perceperit: [h] non idem tamen iuris est in priuato. [i] Illud perspicuum est eum qui fisci Aduocatus quondam fuerit, posse priuati causam aduersus fiscum agere: dum tamen ab eius actione temperet, quam cum fisci aduocatus esset tractauerit. [k] Sed interea dum eo munere fungitur, propriam vel filiorum & parentum suorum, vel pupillorum quorum tutelam gerit, causam aduersus fiscum agere non prohibetur. [l] Licet enim qui huiusmodi officium recipit fisci defensionem aduersus omnes
D quandiu id munus administrabit suscipere videatur: id tamen ad personam suam vel liberorum, aut pupillorum, quorum curam gerit porrigendum non est: ne alioqui damnosum suum sibi sit officium, [m] nemóque reperiatur qui id obire velit. Nam & tritum est in quamtumuis effuso generalique sermone, loquentis personam non comprehendi. [n] Vnde & Aduocatus qui aduersus omnes Titium defendere promisit, nec aduersus se, nec contra consanguineos suos patrocinium præstare compellitur: [o] quemadmodum & qui turrim præsidiúmque mihi contra quoscunque spopondit, aduersus se promisisse non existimabitur, neque aduersus sanguine sibi proxime iunctos. [p] Quod

e glos. d. l. fin. ff. de postul.

f Arg. l. imperator ff de in di. adict.

g l. puto ff. de post. l. 2. C. de ad. di. iud.

h l. 1. c. de ad. fis.

i l. properandum §. pen. c. de iud. glos. d. l. 1. de ad. fis.

k l. 2. c. de ad fis.

l l. penult. ff. de post.

m l. sed si quis ex signatoribus ff. quẽad. test. aper.

n l. inquisitio c. de solut.

o l. petitionem §. licentia c. de ad. di. iud. l. lege. ff. de test.

p d. §. licentia & d. l. inquisitio.

Oldra. Albericusque tradiderunt & Alcia. sequitur.[q] A

Illud autem quæri potest, crimininé alicui maneat abnoxius qui clientem suum deseruerit, & post susceptum ipsius patrocinium diuersæ parti accesserit? Et receptissimum est aduersus eum præuaricationis crimen intendi posse: cùm enim prodita clientis causa in aduersarij partem transierit, præuaricatum eum fuisse rectè dicimus. * Neque tamen proprie, sed ex latiore tantum verbi significatione præuaricator dicitur. Est enim, vt Vlpia. ait, præuaricator quasi varicator, qui diuersam partem adiuuat, prodita causa sua: quod nomen Labeo à varia certatione tractum ait. Nam qui præuaricatur B ex vtraque parte consistit, quinimo ex altera: Ideoque proprie præuaricator dicitur qui publico iudicio accusauerit,[r] vel, vt Marcellus ait, Præuaricator est, qui cum reo colludit, & translatiue, id est, negligenter & perfunctorie munere accusandi defungitur, eo quòd proprias quidem probationes dissimulet, falsas verò excusationes admittat.[f] Vel vt alibi dicitur præuaricatores appellamus, qui causam aduersariis suis donant, & ex parte actoris in partem rei concedunt, a varicando enim præuaricatores dicti sunt.[t] Est autem varicari, in trãsuersum ire, a varicibus dictum i. venulis in cruribus, quæ propter atram bilem C turgescunt, quo morbo qui laborant recta ire nequeunt, vnde qui à recto discedit præuaricari dicitur. Plin.[u] Arator nisi incuruus præuaricatur, & vt Cic. ait, præuaricationis nomen significat, eum qui in contrariis causis quasi varie esse positus videatur.[x] In aduocatum qui præuaricatus fuerit. i. causam à se susceptam prodiderit, extra ordinem animaduerti solet, siue publico siue priuato iudicio præuaricatus sit.[y] Iudicis igitur partes erũt, vt pro modo delicti negotiique & personarum qualitate, condigna pœna eum afficiat, quem sibi præuaricatum fuisse constiterit, quod Antoninus Imperator Doloni, his verbis rescripsit. Si D patronum causæ præuaricatum putas, & impleueris accusationem, non deerit aduersus eum pro temeritate commissi sententia.[z] Id autem crimen, cum aduocato intenditur, licet publicum iudicium non sit, siue publico siue priuato iuditio præuaricatus dicatur:[a] constat tamen apud veteres in summo odio fuisse: nihil enim turpius ab iis habitum est quàm clientes auxilio indigentes deseruisse. Vnde & in duodecim tabulis ita scriptum erat. Patronus si clienti fraudem fecerit, sacer esto: id est sceleftus & execrandus. Si enim, vt Seruius ait, clientes quasi colentes

q Oldra. Albe. & Alcia. l. qui accusare c. de eden. Alex. l. fin in fine ff. de condict. iud. eb.

* Neque tamen proprie) Is autẽ præuaricator dicitur qui publico iudicio accusauerit, cæterum Aduocatus, nõ propriè præuaricator dicitur, quid ergo de eo fiet inquit Vlpianus, siue priuato Iudicio, siue publico præuaricatus sit. hoc prodiderit causam. hic extra ordinẽ solet puniri inquit l. 1 §. 1. D. de præuaricatione.

r l. 1. ff. de præuar. l. athletas. §. item præuaricator ff. de his qui not. infa.

f l. 1. § præuaricatorem ff ad turpil.

t l. Præuaricatores ff. de verb. sig.

u Plin. li. 18. cap. 15.

x Cic. in par.

y d. l. 1. ff. de præuaric.

z l. 1. c. de ad. diuer. iud.

a l. 3. §. 1. ff. de præuaric.

A colentes sunt, patroni quasi patres: tantumdem est clientem quantum filium fallere.[b] Huiusmodi hominem qui clientem deseruisset, aut aliter illi fraudem intulisset, quod sacer esset, impunè licuit occidere. Vt enim Festus ait sacer est, quem populus iudicauit ob maleficium: neque fas est immolari, sed qui occidit parricidij non damnatur. Nam lege tribunitia prima cauetur: Si quis eum qui plebiscito sacer sit occiderit, parricida ne sit. Apud Persas & Indos ei qui cliētem deceperit per totam vitam silentium indicitur: nulloque magistratu, aut honore dignus habetur[c]. Apud Vergil. Æneas eos miserè cruciari in

B inferis ait per quos sit fraus allata clienti.[d] Ita enim ille.

Hic quibus inuisi fratres dum vita manebat.
Pulsatusve parens & fraus innexa clienti.
Saxum ingens voluunt. &c.

b Ser. in 6. Æne. virg.
c Alex. ab Alex. gen. dier. lib. 6. cap 13.
d Vergil. 6. Aeneid.

In aduocatos igitur si quos præuaricatos fuisse constiterit seuerè animaduertendum putauerim: neque ad eorum malitias conniuendum, ne veniæ facilitas incentiuum tribuat delinquendi. Nemo enim (vt Cic. dixit) ignorat maximam illecebram esse peccandi impunitatis spem.[e] Vnde & Claudij Cæsaris ætate scribit Tacitus nihil tam vænale fuisse quàm aduoca-

C torum perfidiam, adeò vt Suillius præuaricator nequissimus acceptis à Sanio equite Romano cliente suo quadringentis nummorum millibus iura sua prodiderit.[f] Sanè existimant aliqui aduocatum, qui visis alicuius iuribus aduersæ parti accesserit, cum priori renunciasset, præuaricatorem non esse, non enim causam prodidisse videri potest, qui aperte aduocaturum se negauit. Quod & Alciatus probat, si nihil in caussa sibi commissa secreti fuerit: vt quia omnis quæstio iuris sit. Licere enim sibi defendere, quem sciat iustiorem causam habere: dum tamen honorarium, quod à consultore, causæ tuendæ gratia re-

D ceperit restituat. Quod si causæ arcana didicerit, non existimat Alciatus debere in alias partes transire, quoniam eà prodens falsum commiteret: quemadmodum & qui instrumenta apud se deposita aduersario eius prodiderit, qui ea sibi custodienda dedit.[g] Quod vtique verum existimo cum quis sponte & sine causa in aduersarij partem transit, arcanaque causæ quibus à cliente quem deserit, edoctus sit aduersario patefacit. Alioqui si vel à iudice iussus, vel officij necessitate ductus, aduersarij causam acceperit, non video cur illi pœna aliqua infligi debeat: modo, vt iam diximus, clientis consilia apud se tacita seruaue-

e Cice. in orat. pro Milo.
f Taci. Annal. lib. xi.
g l. 1. §. is qui deposita ff. ad l. Cor. de fal. Alcia. d. l. præuaricatores.

D

rit:neque ea aduersario, aut cuiquam ex iis qui à consiliis eius sunt detexerit. Id quod & qui proxime sequitur nostræ constitutionis articulus satis innuit. Maior est dubitatio, quid de eo censendum sit, qui crediti quidem sibi consilij, nihil nudauerit, neque etiam in aduersarij partem transierit: clientem tamen suum citra iustam vllam causam deseruerit: neque ei cum causa sua oranda esset, vel vbi alias opus fuit, affuerit: an & in eum quoque vt criminis alicuius reum quidquam constitui possit? Et crediderim, si vel aduersarij gratia, vel captis ab eo donis clienti suo defuerit, in eum vt præuaricatorem animaduerti debere. Grauiore tamen pœna afficiendum qui pretio deprauatus, anginamque (vt dicunt) argentariam passus, suscepto munere perfunctus non fuerit. Et hic enim fœdius, sordidiúsque delinquit. Soléntque acerbiore supplicio plecti, qui nummis acceptis, quam qui gratis offendunt.[h] Quo pacto & Demosthenem deliquisse ferunt, qui cùm aduersus Milesiorum legatos qui auxilij petendi gratia Athenas venerant, acriter in concione dixisset: obsisteretque quominus impetraturi postulata viderentur, causa in posterum diem prolata, legati Demosthenem adierunt, magnàque pecuniæ summa, ne contra se diceret, redemerunt. Postridie cùm res denuò agi cœpta esset: Demosthenes lana multa collo circumuoluto, ad populum prodiit, fingens se anginam pati, eámque rem impedimento esse, quominus ex more diceret. Tum è populo quispiam exclamauit, non anginam esse quod Demosthenes pateretur, sed argentaginam. Vnde natum est prouerbium Argentaginam patitur.[i] Simile est quod de Thrasibulo Suidas refert, qui Lacædemoniorum legatis, fœdus petentibus responsurus, cum largitione corruptus esset: ex syluestrium pyrorum esu in rauim incidisse simulans, tacuit. Vnde fortassis non inepte quis dixerit eos qui sic delinquunt argentaria raui laborare. Prouerbiali etiam Metaphora, Bouem in lingua habere hi dicuntur. Notat Martialis Helium quendam causidicum præuaricationis, vt qui silentij, taciturnitatísque suæ præmium clientum à se susceptorum aduersariis acciperet, in quem illud scripsit Epigramma.

A B C D

Quod clamas semper, quod agentibus obstrepis Hali,
Non facis hoc gratis: accipis, vt taceas.

Sic itaque puniendum Aduocatum, vel gratia, vel pretio corruptum putauerim.

h l Cic. ff. de fam.

i Aul. Gel. noct. att. lib. 11. cap. 9. Plutar. in Demost. Eras. in prouer. argẽtaginam patitur.

A Quod ſi nihil huiuſmodi admiſſum ab eo fuerit: ſed quia homo ſupramodum timidus, vmbramque (vt aiunt) ſuam metuens, nimiam aduerſarij potentiam verebatur, ſuſceptum patrocinium non impleuerit: putauerim nihil amplius in eum conſtitui debere, quàm quod officij ſui ab eo qui ius dicit, admonitus: honorarium ſi quod ob aduocationem receperit, reſtituat. Nam & ita Senatum Romanum in cauſa Thuſcilli nominati cenſuiſſe, Plinius ad Valerianum ſcribit. Cùm enim Nominatus qui Vicentinorum patrocinium aduerſus Solertem virum Prætorium ſuſceperat, honorario à legatis accepto, B eorum cauſam in Senatu egiſſet, dilato in ſequentem Senatum negotio, cùm cauſa iterum oranda eſſet, illis defuit. Quã obrem iuſſus eſt in Senatum venire ad cauſam proprio ore dicendam. Cum autem veniſſet, & interrogatus nihil ad defenſionem attuliſſet, niſi quod à fide quidem quàm clientibus ſuis debeat, abductus non fuiſſet, ſed ei tantum conſtantia defuiſſet: quondoquidem & in Senatum oraturus veniſſet, receſſiſſet tamen, ab amicis quibuſdam territus, ſuaſúſque ne ſenatori non iam quaſi de nundinis, ſed de honore, & fama agenti præſertim in ſenatu contradiceret, alioquin magnam ſibi conflaC ret inuidiam. Eo audito cùm quidam ex ſenatoribus ei aduocationibus ad quinquennium interdicendum cenſuiſſet. Tandem abſolutus eſt, quòd culpa magis quàm dolo deliquiſſe videretur. Iuſſus tamen quod honorarij nomine à Vincentinorum legatis acceperat, reddere. Quod quia eleganter & copioſé duabus epiſtolis Plinius Cæcilius exequitur, vtriuſque exemplum aſcribendum duxi. 12 C. Plinius Valeriano ſuo, S. 12 Plinius epiſt. lib. 5.
Res parua, ſed initium non paruum. Solers vir Prætorius à ſenatu petiit, vt ſibi inſtituere in agris ſuis nundinas permitteretur, contradixerunt Vincentinorum legati: adfuit Thuſcillus D nominatus, dilata cauſa eſt, alio ſenatu. Vincentini ſine aduocato intrauerunt, dixerunt ſe deceptos. Lapſi ne verbo, an quia ita ſentiebant, interrogati à Nepote prætore, quem docuiſſent: reſponderunt, quem prius: interrogati, an tunc gratis adfuiſſet: reſponderunt, ſex millibus nummum: an rurſus aliquid dediſſent: dixerunt mille denarios. Nepos poſtulauit, vt Nominatus induceretur hactenus illo die. Sed quantum auguror longius res procedet, Nam pleraque tacita tantum ex minimo commota latius ſerpunt. Erexi aures tuas, quamdiu nunc oportet, quam blande roges, vt reliqua cognoſcas, ſi tamen non an-

te ob hæc ipsa veneris Romam, spectatórque maluetis esse quàm lector. Vale. Et iterum. C. Plinius Valeriano, S. Et tu rogas, & ego promisi, si rogasses, scripturum me tibi, quem habuisset euentum postulatio Nepotis circa Thuscillum Nominatum. Inductus est Nominatus, egit ipse pro se nullo accusante. Etenim legati Vincentinorum non modò non presserunt eum verumetiam subleuarunt summa defensionis, non fidem sibi in aduocatione, sed constantiam defuisse: descendisse vt acturum: atque etiam in curia visum: deinde sermonibus amicorum perterritum recessisse. Monitum enim ne desiderio Senatoris non iam quasi de nundinis, sed quasi de gratia, fama, dignitate, certantis, tam pertinaciter præsertim in Senatu repugnaret: alioquin maiorem inuidiam, quam proximè passurus erat. Sanè prius tamen à paucis adclamatum exeunti subiunxit preces, multúmque lacrymarum, quinetiam tota actione, homo in dicendo exercitatus operam dedit, vt deprecari magis (id enim & fauorabilius & tutius) quàm defendi videreretur. Absolutus est sententia designati consulis Afranij dextri, cuius hæc summa. Melius quidem Nominatum fuisse facturum, si causam Veicentinorum eodem animo quo susceperat pertulisset, quia tamen in hoc genus culpæ, non fraude incidisset, nihilque dignum animaduersione admisisse conuinceretur, liberandum: ita vt Veicentinis quod acceperat redderet. Assenserunt omnes præter Flauium Aprum, is interdicendum ei aduocationibus in quinquennium censuit: & quamuis neminem auctoritate traxisset constanter, in sententia mansit. Hactenus Plin. Quæ enim supersunt aut nihil, aut parum admodum ad rem faciunt. Quod autem de honorarij restitutione Senatui placuit, rescripto quodam suo ad Stratonicam Diocletianus Maximianusque Cæsares, sequuti sunt. Eo enim cautum est, Aduocationis causa datam pecuniam, si per eos qui acceperint, quominus susceptam fidem impleant, stetisse probetur: restituendam esse.[1] Et hæc quidem sic accipienda sunt, cùm patronus nullam vel non satis idoneam causam affert: ob quam desertum esse clientem passus fuerit. * Si enim aduersa valetudine affectus, viue fluminis, vel tempestate prohibitus, aut aliter impeditus clienti non affuerit: vt quia quo die oranda causa

[1] l. fin. C. de cond. ob. caus. dat.

* Si enim aduersa valetudine) Qui dicit se prohibitum valetudine vel tempestate, vel vi fluminis, exceptione adiuuatur facta probatione impedimenti, aduersario tamen eadem facultas tribuitur placito curiæ Burdig. 16. Februa. an. 1564. Iuxta l. 2. § si quis in iudicio D. si quis cautionibus, l. 38. reipublicæ D. ex quibus causis maiores, l. vltima de lege rhodia, l. 10. Non solum §. aduersa quoque D. de excusationib. tuto.

A fuit, alij amico in re forte grauiori, coramque aliis iudicibus, operam cum dare oportuerit, extra culpam esse, iustaque reprehensione carere videbitur. [m] Nam & Ciceronem non absimili ratione de Phamæa se purgasse, quem susceptum deseruisse dicebatur, ex quibusdam ipsius epistolis colligi potest: veluti ex illa ad Fabium Gallum cū ita scribit. [n] Phamææ causam susceperam, ipsius quidem causa: erat enim mihi sane familiaris. Is ad me venit, dixitque Iudicem sibi operam dare constituisse eo ipso die, quo de P. Sestio in consilium iri necesse erat. Respondi nullo modo me facere posse, cum vellem: alium diem si sum-

B psisset me ei non defuturum. Item & ex illa ad Atticum cum ait. De Tigellio si quid noui, qui quidem, vt mihi Gallus Fabius scripsit. μέμψιν ἀναφέρει mihi quandam iniquissimam, me Phamææ defuisse, cum eius causam recepissem. quam quidem receperam contra pueros. Octauios Cn. F. non libenter: sed Phamææ causa volebam: erat enim si meministi, in Consulatus petitione, per te mihi pollicitus, si quid opus esset: quod ego perinde tuebar, ac si vsus essem. Is ad me venit, dixitque Iudicem operam dare sibi constituisse eo die ipso, quo de Sestio nostro lege Pompeia in consilium iri necesse erat: scis enim dies illo-

C rum iudiciorum præstitutos fuisse. Respondi nō ignorare eum quid ego deberem Sestio: quem vellet alium diem si sumpsisset me ei non defuturum. Ita tum ille decessit iratus puto me tibi narrasse, nō laboraui scilicet: nec hominis alieni iniustissimam iracundiam mihi curandam putaui. Sed de his iam plus satis.

Sequenti nostræ constitutionis articulo cauetur, vt si quis ab aliquo in cōsilium adhibitus, arcani quidquam ad causam pertinens, inter consultandum didicerit, id aduersario ne detegat. Neque etiam eo in clientis cui primùm affuerit perniciem vtatur: licet iubente Prætore partium aduersarij eum fieri contin-

D gat. Quod haud dubiè constitutum æquissimè est, ne fortè qui primùm bona cum fide sibi in consilium adsumpsit, causæ suæ licet iustæ, firmóque & solido iure nixæ, fraude ipsius, dum credita sibi consilia pādit, iacturam faciat. Quod aduocatus faciēs non tam fallere quam prodere clientem dicitur [p]. Violat quippe naturæ iura cùm datam fidem non seruat. Nam & receptum est arcanorum occultationem naturalis iuris esse, quod nulla ciuili constitutione ius dicentis imperio, aut principis edicto, tolli potest: [q] adeo vt traditum à plerisque sit eum qui ex reuelatione furis furti conscius sit, non teneri Episcopi monitione

m d. l. licet, & l. si aut valetudine & l. seq. ff. de procur. l. 2. §. si quis iudicio ff. si quis caut.

n Cic. ep. fam. lib. 7.

o Cic. ep. ad Atticum. lib. 13.

p d. §. in qui instrumenta.

q Thom. 2. 2. q. 22. art. 10.

r Sos. cons. 102. in 4. Alcia. l. bona fides. ff. depos.

s l prouidendum in fin. C. de postul. dixi sup. in verbo Aduoc.

t l. quisquis C. de postul.

u l. properandum §. illo procul. dubio C. de iud.

A id detegere.[r] Neque tamen temerè iudex eum qui cuiquam à consiliis semel fuerit, in aduersatij partem transire, præsidiúmque & stationem suam dimittere iubebit: sed cum magna tantum, & euidente causa, vt quia prior aduersarius eum occupasse contendát, acceptóque honorario sibi auctoratum dicat, idque verum esse doceat: vel quia qui prius illum sibi adhibuit, bonam eorum partem qui clarioris sint in foro nominis aduocauerit: quò aduersario patis defensionis copiam subtraheret. Æquum est enim, vt is delusam à se iudicãtis authoritatem expetiatur, neque commodum vllum ex sua illa fraude, calliditatéque referat, quod & alibi diximus.[s] Possunt & alia multa cõ- B tingere, propter quæ Aduocato citra vllum etiam ius dicentis imperium aduersatio eius accedere licebit, cui primum affuerit: quotum nonnulla supra attigimus, vt quia tutor pupillo detur, aduersus cuius patrem aduocationem præbuerit, arctúmve aliquod affinitatis vinculum, inter eum & clientis sui aduersarium intercedat, & si qua similia, Omnibus tamen iis casibus secreta seruabit clientis consilia, qua de re diffusè à nobis ante disputatum est. Nunc igitur, ad reliqua.

Alio & septimo constitutionis eiusdem articulo cautum est: C ne causidicus quisquam calumniosè, producendæve litis causa, dilationem clienti suo concedi postulet: & ne commentitium aliquod sycophanticúmque thema in medium adducat. Quod iustissimè constitutum est: ne in cuiusquam potestate sit, ludibriis aliis super alia excogitatis, liris curriculum morari. Nam & Val. Val. quæ ad Olibrium rescripto, prohibitum est, ne quis ex industria iurgium protrahat.[t] Iustinianíque sanctione constitutum, vt causarum patroni per quos steterit, quominus lis suo marte decurreret, duarum librarum auri pœna afficiantur.[u] Sunt tamen & nunc etiam plerique procrastinatores, ducendarumque litium scientissimi artifices, qui technis, officijsque D suis, litem quamcunque trahere, & ad neomenias latinas producere didicerunt: quos vel à postulantium ordine moueri, vel graui aliqua animaduersione coërceri debere crediderim. Neque enim mulcta illa duarum auri librarum hodie illis irrogati solet. Cõstat & apud veteres fuisse quosdam pragmaticos, quorũ opera & consilio litigatores non alia in re iuuabantur, quàm in his quæ ad producendam litem pertinebant, quo nomine mercedis partem cum Aduocatis accipiebant: quos aduocatorum nomine non contineri Vlpianus existimasse videtur, dum

A dixit. [x] Aduocatos accipere debemus omnes omnino qui causis agendis quoquo studio operantur, non tamen qui pro tractu, non assuturi causis accipere quid solent, aduocatorum numero erunt. Ibi enim (tractus) verbum pro dilatione & mora paulò longiore accipi videtur. Cuius vocis mentio non apud iureconsultos tantùm, sed & veteres alios hac significatione frequens est. [y] Quemadmodum & verbi (traho) pro duco & protraho. Vlpianus. Si mensor traxerit renunciationem & ob hoc euenerit, vt venditor liberetur, qui adsignaturum se modum intra certum diem promisit, hæc actio locum non habet. [z] Sallustius in Iugurtha. Adhærebat vbi intelligit omnes fortunas suas in extremo sitas, hostem infestum auxilij spem esse nullam, penuria rerum bellum trahi non posse. Cicero. [a] Res ab aduersariis nostris extracta est variis calumniis. Ouidius. [b]

x l. 1. §. aduocatos ff. de var. & extra cog.

y l. 1. ff. de vsur. c. quod ab initio de re iud.

z l. si mensor ff. si mensor F. d. mod. dixer.

a Cic. fa. lib. 1. ep. 4.

b Ouid. fast. lib.

Tractaque erant longa, verba propinqua mora.

Plin. [c] Nemini hoc longum est, tanta comitate conuiuium trahitur. Et alibi: Quid vtilius fuit, quàm munificentiæ rationem etiam stylo persequi? per hoc enim assequebamur, primùm vt honestis cogitationibus immoraremur, deinde vt pulchritudinem illarum longiore tractu peruideremus. [d] Et alibi. mox ipso tractu, vt fieri solet diffundente se crimine, plures species inciderunt [e]. Tacitus. Durante tractu & longitudine mortis. [f] Et alibi. Nam pluribus sermonibus, modo familiaritate iuuenili Nero, & rursus adductus quasi seria consociaret tracto in longum conuictu, prosequitur abeuntem arctius oculis, & pectori hærens. Alibique tractum belli, pro mora & productione vsurpat. De his etiam pragmaticis fugacibus, dirimendarumque litium detrectatoribus locutus videtur, Iuuenalis [g].

c Plin. Ep. lib. 3. ad Caluis.

C

d Plin. lib. 1. ep. ad Pomp. Satur.

e Plin. ad Traia. Ep. lib. 10.

f Tac. lib. 15.

g Iuuena. Saty. 7.

D

Quod vocis pretium: siccus petasunculus & vas
Pelamidum, aut veteres Afrorum epymenida bulbi
Aut vinum Tiberi deuectum, quinque lagenæ,
Si quater egisti, si contigit aureus vnus,
Inde cadunt partes in fœdere pragmaticorum.

Sunt & qui Ciceronem, ad hos respexisse credant cùm de pragmaticis agit, quos (homines infirmos appellans) mercedula adductos ministros se præbere in iudiciis, oratoribus, ait. [h] Quamuis sciam hoc nomine crebrius censeri, qui vsu & disciplina forensi pollentes, formularijque iuris consulti, causarum actores interdum iuris ignaros, admonent: formulásque actionum illis

h Cic. de orat. lib. 1.

B

quasi tela subministrant.[i] Sed vix alterum absque altero consi- A
stit, nec nisi rarò fit, vt qui formulas norit, non idem & forenses
remoras, litiúmque perfugia calleat. Hosce tergiuersatores pro-
ducendarumque litium artifices, crediderim etiam non inue-
nustè moratores dici posse: quòd non aliam ob rem à ligatori-
bus in consilium assumantur, quàm vt ad litem quam longissi-
mè extrahendam iter inueniant: forensibúsque perfugiis & fru-
strationibus iudicibus ne iurgantium controuersiis finem im-
ponere possint moram iniiciant. Nec me tamen latet apud Ci-
ceronem moratores dici, sordidos causidicos, quos vt Asconius
Pædianus ait:[k] obturbatores antiqui vocabant, qui adhibe- B
bantur ad moram faciendam, dum meliores aduocati recrea-
rentur, & se denuò compararent, ad dicendum. Illud mirum vi-
deri potest, quod Plinius tradidit: Echneidem pisciculum qui
latinè remora dicitur, ad inhibendum causarum cursum face-
re. Ita enim ille.[l] Est paruus admodū piscis assuetus petris Ech-
neis appellatus. Hoc carinis adhærente naues tardius ire cre-
duntur: inde nomine imposito. Quam ob causam amatoriis
quoque veneficiis infamis est, & iudiciorum, ac litium mora:
quod & sensisse videtur Aristoteles cùm dixit.[m] Remoram er-
rore nonnulli pedes habere prodiderunt, expes enim omnino C
est. Et mox. Pisciculus quidem hæc est, saxis assuetus, in cibos
non admittendus, nomen à remorandis nauibus adeptus, vtilis
ad iudiciorum causas, & amatoria veneficia, vt aliqui volunt.
Et hæc quidem quod ad priorem articuli partem pertinet, dicta
sufficiant.

Quod autem in eiusdem articuli calce cautum est: ne cau-
sidicus falsum & commentitium aliquod axioma in medium
proferat: non minus sanctè constitutum videtur. Veracem
enim & mendaciorum osorem esse oportet aduocatum, & ab
omni falsitatis suspicione quàm maximè alienum: vt qui probi D
viri fungatur munere. Inprobi autem est hominis (vt Cicero
dixit) mendacio quemquam fallere:[n] neque probum virum
decet clientis sui causam falsitate aliqua adiuuare.[o] Vnde &
suprascripta Iustiniani constitutione expressum est, ne quis
causæ alicuius patrocinium suscipiat, quam ex mendacibus al-
legationibus compositam esse cognouerit, & vt causarum pa-
troni, quod verum & iustum esse sciuerint, clientibus suis in-
ferre procurent.[p] Quod vsque adeò verum esse sunt qui pu-
tent, vt nec dubia etiam pro veris & certis illis asserere fas esse
ducant.

i Quint. lib. 3. c. 8. & lib. 1. c. 3. Bud. l. moru ff. de pœn.

k Ascon. pæd. in 1. Cic. in ver. act.

l Plin. lib. 9. cap. 25.

m de his animal. lib. 2. cap. 14.

n Cic. in orat. pro L. Muren.

o c. Quanto ext. de his qu. fi. a præl. si. con. in. cap. specul. tit. de aduoc. §. vtrique.

p d. §. vtrius.

A cant. Quod enim, aiunt, non ſatis exploratè perceptum & cognitum eſt, id ſine vlla dubitatione aſſeuerare, non imprudentis tantum hominis videtur eſſe, verum etiam impudentis. In eos verò Aduocatos qui aduerſus ſacratiſſimam illam conſtitutionem falſas agunt cauſas, lucriq; cupiditate ducti, magnas effundunt mendaciorum offenſas, inuehitur Iuuenalis ſatyra 7. dicens.

Ipſi magna ſonant, ſed tunc cum creditor audit
Præcipue, vel ſi tetigit latus acrior illo
Qui venit ad dubium grandi cum codice nomen:
B *Tunc immenſa caui ſpirant mendacia folles.*

Ibi enim metaphoricos folles appellat Iuuenalis cauſidicorum ora. In hos extraordinem animaduerti à iudicibus oportet, niſi tamen iuſta aliqua cauſa afferatur, propter quam digni venia videantur, vt quia cauſa agatur * coram ignaro & imperito iudice, qui facilè flecti in aduerſarij partem poſſit, licet improbam litem ſuſtinentis. Tunc enim ne ſub iuſto (quod dicitur) clypeo pereat clyens, & mendacium dicere, & iudicis affectum mouere licebit, quod & doctè, & eleganter Fabius Quintilianus his ferè verbis oſtendit. q Vti etiam vitiis Rhetoricē, quod C ars nulla faciat, criminatur: quia & falſum dicat, & affectus moueat. Quorum neutrum eſt turpe, cùm ex bona ratione proficiſcitur: ideóque nec vitium. Nam & mendacium dicere etiã ſapienti aliquando conceſſum eſt: & affectus ſi aliter ad æquitatem perduci iudex non poterit neceſſariò mouebit orator. Imperiti enim iudicant, & qui frequenter in hoc ipſum fallendi ſunt, ne errent. Nam ſi mihi ſapientes iudices dentur, ſapientum conciones, atque omne conſilium, nihil inuidia valeat, nihil gratia, nihil opinio præſumpta, falſique teſtes: perquàm ſit exiguus eloquentiæ locus, & qui prope in ſola delecta- D tione ponatur. Sin & audientium mobiles animi, & tot malis obnoxia veritas, arte pugnandum eſt, & adhibenda quæ proſunt. Nec enim qui recta via depulſus eſt, reduci ad eam niſi flexu poteſt. Hactenus Quintilia. qui & alibi tradit, r poſſe rationem afferre, vt vir bonus, in defenſione cauſæ velit auferre aliquando iudici veritatem. Nam & Stoicorum quoque, vt ille ait, aſperrimi confitentur facturum aliquando bonum virum vt mendacium dicat, & quidem nonnunquam in leuioribus cauſis: cuius rei exempla multa commemorat, quæ ſi quis velit ab eo requirat. Illud autem non mediocriter hanc ſententiam

* *Corã ignaro & imperito iudice*) Licet patronus cauſam agat coram ignaro aut bubulco iudice mendacium dicere nõ debet, nec quintiliani auctoritas id equum probare poteſt ratione aduerſante fulta regio edito.

q *Quintil. orat. Inſt. lib. 2. c. 17.*

r *Quintil. orat. Inſt. lib. 12. c. 1.*

E

adiuuat, quod & Plato, & Origenes tunc mentiri licere asseuerant, quum salutare iis est, quorum gratia mendacium dicitur.[s] Id ramen sæpè faciendum non est, sed tunc tantum cùm cogit ratio euidénsque clientis suadet vtilitas.[t] Quod & Quintilia. ipse asserere videtur, dum ait.[u] Non semper autem, etiam si frequentissimè tuenda veritas erit, sed aliquando exigit communis vtilias, vt etiam falsa defendantur. Vnde Cicero. Iudicis, inquit, est semper in causis verum sequi, patroni nonnunquam verisimile, etiam si minus verum sit, defendere.[x] Neque verò ego mendaces tantum falsúmque quidquam in gratiam clientum apertè proferentes Aduocatos, animaduersione dignos putauerim, sed eos etiam qui forensibus suis præstigiis iudicum oculos illudunt, vel eloquentia illis sua quoquomedo imponunt, & quod Accursius dixit pessimas causas facie honestatis induunt.[y] Grauius siquidem offendunt, quàm qui mentiuntur apertissimè: propiúsque ad proditores, quàm mendaces accedunt. Cùm enim videri cupiant mentiri non velle, veritatem tamen ipsam artificio quodam verburum aut obtegunt, aut illi ipsi loquendi artificio, ornatum quasi quendam adiungunt, siue vt vitium aliquod contingant, siue vt veritati fucum illinant: & cùm maxime fallant, id tamen agunt, vt viri boni esse videantur. Vt non immeritò plerique crediderint seuerius in eos quam qui palam euidenter mentiuntur adnimauerti à iudicibus debere. In qua etiam sententia fuisse videtur M. Cicero, qui non minus, immò verò grauius peccare eos existimauit, qui eloquentia, quàm qui pecunia Iudices corrumpunt. Ait enim, Cumque nihil tam incorruptum esse debeat in republica quàm suffragium, quàm sententia: non intelligo cur qui ea pecunia corruperit pœna dignus sit: qui eloquentia laudem etiam ferat. Mihi quidem hoc plus mali facere videtur, qui oratione quàm qui pretio iudicem corrumpit, quòd pecunia corrumpere prudentem nemo potest, dicendo potest. Quamobrem, & apud Athenienses, diris & execrationibus obnaxios huiusmodi oratores fuisse: vel ex Demosthene intelligi potest, dum infit: In singulis concionibus præconem, diris deuouisse non iudices quidem ipsos, qui ab Aduocatis & oratoribus decepti perperam iudicassent: sed illos qui phaleratis verbis, vel Senatum, vel populum, vel Heliacam decepissent.[z] Erat autem Heliaca (vt Peusanias ait in Atticis) tribunal omnium celeberrimum, & amplissimum, & quò maximus hominum

[s] Plato in dialog. de mẽda. orige in omel. in ep. Paul. ad Galat.
[t] Quintil. d. lib. 12. cap. 1.
[u] Quintil. lib. 2. c. 17.
[x] Cic. off. lib. 2.
[y] glo. l. quod si nolit §. si mancipia ff. de adil. edict.
[z] Demost. in orat. aduersus Aristocratem.

(Margin letters: A, B, C, D)

A fiebat concursus. Illud præterea sciendum non eos solùm Aduocatos, qui vel blando suauique sermone, aut falso commentitioque aliquo themate in medium adducto, iudicanti fucum fecerint pœnam mœreri: sed & eos quoque qui falsis iurium allegationibus, religionem eius eluserint, & ad causæ suæ munimentum vel defensionem legum, vel cõstitutionum auctoritatem, ementiti sint. Hos etenim falsi pœna plecti debere Modestinus respondit. [a] Mode. Si quis falsis constitutionibus nullo auctore habito vtitur. L. Cornelia aqua & igni interdicitur. *a l. fin. ff. ad l. cor. de fal.* Quod ad antiquatas, abrogatasque constitutiones producen-

B dum Iustinianus dixit, vt qui eas citauerit, eiusdem criminis reus sit. Sic enim ait.[b] Sciant omnes tam litigatores, quàm disertissimi Aduocati, nullatenus eis licere, de cætero constitutiones, ex veteribus, tribus codicibus, quorum iam mentio facta est, vel ex his quæ nouellæ constitutiones ad præsens tempus vocantur: in cognitionalibus recitare certaminibus, sed solum eidem nostro codici inserti constitutionibus necesse est vti: falsi crimini subdendis his qui contra hæc facere ausi fuerint. *b l. 1 §. hunc igitur C. de Inst. cod. confir.* In has constitutiones etiam nùm sæpissimè offenditur ab his maximè locutuleis, & blatheronibus, qui legum pati dicun-

C tur profluuium qui ne parum multa scire videantur, in causa etiam non admodum ambigua, innumera legum capita euomunt: multiplicémque iuris Interpretum nomenclaturam censentium auribus inculcando dies conterunt. Et ij enim præter id quod extra rem multa proferunt, falsas sæpius commentitiasque, & antiquatas constitutiones ciere consueuerunt, de quibus Ammianus Marcellinus, Hi, inquit, vt altius videantur iura callere Trebatium loquuntur & Casellium & Alfenum, & C. Auruncorum, Sicanorumque iamdiu leges ignotas, cum Euandri matre ab hinc seculis obrutas multis, &c.[c] *c Ammia. Marcel.*

D Sequenti nostræ constitutionis articulo statuitur, ne causidicus falsam vel iniustam dici sententiam à iudice postulet. Quod & prudentissimè constitutum est. Iam enim admonuimus Aduocatum veritatis studiosissimum esse debere, & à minima etiam falsitatis suspitione alienissimum, tamdiuque clientis, vel amici causam tueri, dùm per leges licet. Vnde si in clientis sui gratiam, vel falsum, vel iniquum proferri iudicium exposcat, seuerissimè coërcendus est. Neque enim (vt Cice. dixit) rogandus est iudex nisi quæ salua fide facere possit.[d] Et quamuis patronus clientibus suis commodare eorumque vtilitati quoad *d Cic. off. lib. 3.*

eius fieri possit consulere debeat: id tamen vsque ad aras (vt dicitur) fieri oportet: & eatenus ne propter eos numinis reuerentia violetur, laudéque dignus videbitur Aduocatus qui Periclē illum Atheniensem fuerit imitatus, quem cum amicus rogaret, vt pro re causáque eius falsum deieraret. His ad eum verbis vsus est: opus est me amicis opitulari, sed vsque ad deos.[e] A

Octauo constitutionis eiusdem capite, cauetur, ne causidicus in tabulis, instrumentis, testimoniis, aut alia qua re falsum fieri suadeat, vel consulat: & ne studio, vel fauore, negotium in quo falsi quidquam admittitur, prosequi audeat. Non enim minus delinquere videtur, qui vel ope, vel cōsilio, quemquam instruit ad falsum faciendum, quàm qui falsum ipse fabricat.[f] Vnde & legis Cornel. pœna illi non tantum irrogatur, qui in rationibus, tabulis, ceris, aut alia re, sine consignatione falsum fecerit: sed ei etiam qui falsum fieri, signarive quoquomodo curauerit, & qui ad falsas testationes faciendas, testimoniáve falsa inuicem dicenda dolo malo coierit, quique ob instruendam aduocationem, aut testimonia pecuniam acceperit.[g] Quin & illud receptissimum est, falsi quoque quæstionem in eum exerceri posse, qui falsam tantùm scripturam coram prætore recitauerit, neque aliud quidquam offenderit.[h] Vnde Papinianus Aduocatum qui falsum instrumentum cognoscente Præside recitauerat, ordine decurionum decem annis, motum fuisse memoriæ prodidit.[i] Quamobrem & quidam ex nostris cautius facturum causæ patronum existimat, qui per actuarium, aut alium, scripturam à cliēte suo in iure prolatam recitari fecerit. Hoc enim pacto falsi suspitionem, accusationísque discrimen vitaturum.[k] Neque tamen perpetuò verum est, ex sola scripturæ alicuius recitatione, falsi crimen aduersus aliquem intendi posse. Quid enim si causidicus, nullius sibi culpæ conscius, scripturam illam, vel nunquam, vel obiter ante à se lectam, iubēte Præside, clientéve, aut pragmatico, qui illi aderat suggerente, recitauerit: falsine protinus reum eum fieri censebimus? Et non crediderim, maximè si integræ ille sit existimationis, in quem ex antè acta vita talis suspicio cadere non possit.[l] Non enim falsum admisisse videri potest, qui nullum dolum adhibuit.[m] Prudentius tamen facturum, honorique suo & clientis commodis magis inseruiturum putauerim Aduocatum, qui nullam in iure scripturam vel legat, vel proferat, quam non prius maturè & diligenter inspexerit: vt si neque cancellatam, aut abolitam, omnique

B (margin, beside "ad falsum faciendum")
C (margin, beside "que aliud quidquam offenderit")
D (margin, beside "vel nunquam, vel obiter")

e. Gell. noct. att. lib. 1. cap. 3.
f. l. qui seruo l. in furti §. ope ff. de fur. l. sæpè §. fin. ff. de verb. sig.
g. l. 1. l. lege Cornel. §. 1. l. paulus & l. fal. pœna ff. ad l. Cor. de fal.
h. c. ad falsariorum ext. de cri. fal. c. inter dilectos §. præterea de ex cess. præla.
i. l. falsi nominis §. 1. ff. ad l. Cor. de fal.
k. Specu. tit de adu. §. vtriusque.
l. l. non omnes §. à barbaris ff. de re milit. Spec. d. §. vtriusque.
m. l. nec exemplum C. de fal. d. c. ad falsariorū. Spec. d. §. vtriusq.

A litura, vituperatione, & macula carentem viderit, promere eam non dubitet: cæterò qui ab eius recitatione, & omni penitus vsu abstineat.[n]

[n] l. fin. C. de edict. diui ad toll. vbi doct.

Sequenti articulo prohibentur aduocati post causam à se peroratam, ex ea vrbe in qua ius redditur proficisci, & abire, donec actiones suas à Curiæ scriba extempore exceptas, constituerint. Quod in gratiam litigatorum inductum videtur, ne illis fraudi sit, patronorum suorum absentia: non enim iudicialia huiusmodi acta, vel conuenta ab actuario curiæ prius litigantibus tradũtur, quam causarum actores, disceptationes suas
B recognouerint. Sed quia plerique malitiosè, vt tædio & grauioribus impendiis aduersarios afficiant, negotiorum multitudinem, quibus implicitos se causantur, prætexentes (cùm tamen illis sæpius nihil sit quod domi agant) altercatrices illas suas actiones emendare detrectent: solent aduersus eos ab iis quorũ interest libelli supplices offerri, quibus subscribitur, vt hi intra perendinum diem, disceptationes suas recognoscant, & constituant mulcta vt plurimùm illis ni paruerint indicta: qui si post vnum, aut alterum præceptum, iudicantium imperio audientes non fuerint: iubetur actuarius ex aduersariis suis, & quæ tu-
C multuariè ipse conscripserit, litis acta conficere, eaque statim petentibus tradere.

* Sequenti capite statuitur ne repagularia fiant aduocationũ consulta, id est, ne in ipsis curiæ cancellis, aut repagulis, agitandæ vel instruendæ litis capiantur consilia. Serum enim admodum est causæ patronum, tunc primum eorum quæ dicturus sit admoneri, cum lis ipsa oranda est. Nulla tamen est regia sanctio, in quam grauius, turpiúsque etiam num peccetur coram obnoxiæ præsertim sententiæ iudicibus, quàm in hanc. Ea si quidem est quorumdam ætatis nostræ causidicorum, inimis
D maximè subselliis temeritas, ne dicam impudentia, vt quamuis, vel clientis à se suscepti nomen vix teneant, eius tamen causam agere, vel tueri palam, & in maxima populi frequentia non erubescãt: securi quid de se iudicaturi sint auditores, quémque exitum lis habitura sit, modo pactam, aut oblatam mercedem accipiant, in hoc Ciceronis illi Philippo perquam similes, quia ad dicendum ita surgere solent, vt quod primum verbum habituri sint nesciant [o]. quo nihil fœdius, risuque dignius videri potest. Præterquam enim hi sese spectantibus eo nomine ridendos præbent, quòd nihil nisi præmansum in os illis à pragmati-

* Sequenti capite) In repagulis & Cancellis agendæ vel instruendæ litis gratia capiuntur consilia hodie.

[o] Cic. lib. de orat. 2.

cis iniectum edāt: neque vel verbum, quod non illis prædictum fuerit effutiant: ita vt non ipsi, sed suo ore cognitores loqui videantur: in magnum causarum suarum iacturæ periculum litigatores adducunt, dum sic inconsulti in forum prodeunt, causasque sibi penitus ignotas orandas impudenter suscipiunt. Nemo enim nescit, nisi qui communi sensu careat, oratorem, aut Aduocatum non nisi meditatum ad causam agendam accedere debere: quod eleganter, & copiose lib. de orat. 22. Cicero sic exequitur. Verum vt aliquando ad causas deducamus, illum quem constituimus, & eas quidem in quibus plusculum negotij est, iudiciorum atque litium (riserit aliquis fortasse hoc præceptum, est enim non tam acutum, quàm necessarium, magísque monitoris non fatui, quam eruditi magistri) hoc ei primum præcipimus, quascumque causas erit acturus, vt eas diligenter penitusque cognoscat. Et post paulò. At verò in foro, tabulæ, testimonia, pacta, conuenta, stipulationes, cognationes, affinitates, decreta, responsa, vita denique eorum, qui in causa versantur tota cognoscenda est, quarum rerum negligentia, pleráśque causas, & maximè priuatas (sunt enim multo sæpè obscuriores) videmus amitti. Ita nonnulli dum operam suam multò æstimari volunt, vt toto foro volitare, & à causa ad causam ire videantur, causas dicunt incognitas: in quo est illa quidem magna offensio, vel negligentiæ susceptis rebus, vel perfidiæ receptis: sed etiam illa maior opinione mea, quod nemo potest de ea re quam non nouit, non turpissimè dicere: ita dum inertiæ vituperationem, quæ maior est contemnunt, assequūtur etiam illam, quam magis ipsi fugiunt, tarditatis. Equidem soleo dare operam, vt de sua quisque re me ipse doceat, & vt ne quis alius adsit, quo liberius loquatur, & agere aduersarij causam, vt ille agat suam: & quicquid de re sua cogitarit, in medium proferat. Itaque cum ille discessit, tres personas vnus sustineo, summa animi æquitate, meam, aduersarij, Iudicis: qui locus est talis, vt plus habeat adiumenti, quam incommodi hunc iudico esse dicendum, vbi plus mali, quàm boni reperio, id totum abiudico, atque reiicio. Ita assequor, vt aliò tempore cogitē quid dicam, & alio dicam: quæ duo plerique ingenio freti simul faciunt: sed certè iidem illi melius aliquanto dicerent, si aliud sumendum sibi tempus ad cogitandum, aliud ad dicendum putarent. Et alibi. Ad causarum (inquit) operam ego nunquam nisi paratus, & meditatus accedo, p & mox paucis interiectis scribit, sine dicen-

p Ci. lib. de leg. 1.

A di cogitatione se ad nullam maiorem vnquam causam ausum fuisse accedere. Et alibi. Tanta est vis loci & temporis, vt si quis quùm causam sit acturus, in itinere, aut ambulatione secum ipse meditetur, aut si quid aliud attentus cogitet, nō reprehendatur. Multa & alia ad hanc rem pertinentia, Quintila. tradit, qui & Aduocatos in causa quam acturi sint cognescenda negligentes, atque etiam ambitiosos acriter reprehendit. Quæ nos autem repagularia consulta vocamus, inter subsellia id est inter sedes & pulpita. Quintilia. Ammia. Marcelli: Inter ipsos conflictuum articulos fieri dicit. Quintilia. q Proxima discendæ

B causæ ratio: quod est orationis fundamentum. Neque enim quisquā tam tenui ingenio reperitur, qui cum omnia quæ sunt in causa diligenter cognouerit, ad docēdum certè Iudicem non sufficiat, sed eius rei paucissima cura est. q *Quintil. inst. ora. lib. 12. cap. 8.*

Nam vt taceam de negligentibus, quorum nihil refert, vbi litium cardo vertatur, dum sint quæ vel extra causam ex personis, aut communi tractatu locorum occasionem clamandi largiantur: aliquos & ambitio peruertit, qui partim tanquam occupari, semperque aliud habentes, quod ante agendum sit: pridie ad se venire litigatorem, aut eodem matutino iubent, non-

C nunquam etiam inter ipsa subsellia didicisse se gloriantur: partim iactantia ingenij, vt res cito accepisse videantur, tenere se & intelligere prius penè quàm audiant, mentiti, cum multa & disertè, summisque clamoribus, quæ neque ad Iudicem neque ad litigatorem pertineant, decantauerint, bene sudantes, benèque comitati per forū reducuntur. Ne illas quidem tulerim delitias eorum, qui doceri amicos suos iubent: quamquam minus male est si illi saltem rectè discant, rectèque doceant. Sed quis discet tam benè quàm patronus.

D Quomodo autem sequester ille, & media litium manus, & quidem interpres, impendet æquo animo laborem in alienas actiones, cū dicturus ipse non sit. &c. Ammia. r Quartū (inquit) atque postremum est genus impudens, peruicax, & indoctum eorum, qui cum immaturè à literariis eruperint ludis, per angulos ciuitatum discurrunt, mimiambos non causarum remediis congrua commentantes, fores diuitum deterendo, cænarum ciborúmque occupantes delitias exquisitas: qui cùm semel vmbraticis lucris, & inhiandæ vndique pecuniæ sese dediderint, litigare frustra quoslibet innocentes hortantur: & ad defendendam causam admissi, quod rarò contingit, suscepti nomen & r *Ammia. marc. lib. 3.*

vim negotij sub ore disceptatoris, inter ipsos conflictuum articulos instruuntur, circumlocutionibus indigestis ita scatentes, vt colluuionis teterrimæ audire existimes vlulabili clamore Tersitem: Hact. Marcell. Dignissimi igitur vituperio videntur qui apud aram (vt dicitur) consultantes immeditati causam orandam suscipiunt, neque nisi inter ipsa subsellia de iuribus clientum instrui incipiunt. Sera si quidem in ipso negotio consultatio. A

Contra laudem mæreri qui non nisi meditati accedunt: quo nomine gloriam ingentem consequutum fuisse Marc. Crassum, Plutarch. scriptum reliquit. Nullam enim causam adeò tenuem, aut tam contemnendam fuisse tradunt, ad quam peragendam impræmeditatus accederet. Cúmque Pompeius persæpè ac Cæsar, Cicero etiam nonnullas à se causas, quasi parum se dignas reiicerent, ipse earum patrocinium suscipiebat. B

Quamobrem à populo maximam gratiam consequi meruit, quod in causis accuratus & diligens, prætere facilis ad opem indigentibus ferendam haberetur.[s] Qua autem ratione efficere patronus queat, ne suscepta lite improba & quæ fœlicem exitum habitura non sit, clientem fallat, tametsi dictu haud facile sit (ob ea quæ de inscientia in vita humana retuli) videtur tamen ab homine non imperito præstari posse, si quod Quintilianus docet, causa diligenter cognita, perspectóque litis omni instrumento, actoris, rei & iudicis personas sustinuerit. Quintilianus. Cum satis (inquit) aduocatus in audiendo patientiæ impenderit, in aliam rursus ei personam transeundum est, agendusque aduersarius, proponendum quicquid omnino excogitari contra potest, Quicquid recipit in eiusmodi disceptatione natura, interrogandus quàm infestissimè ac premendus. Nam dùm omnia quærimus, aliquando ad verum, vbi minime expectauimus, peruenimus. In summa optimus est in discendo patronus incredulus. Promittit enim litigator omnia, testem populum paratissimas consignationes, ipsum denique aduersarium quædam non negaturum. Ideoque opus est intueri omne litis instrumentum, quod videre non est satis, perlegendum erit. Sic causam perscrutatus, propositis ante oculos omnibus quæ prosint noceant ve, tertiam deinde personam induat Iudicis, fingatque apud se agi causam, & quod ipsum mouisset de eadem re pronuntiaturum, id potentissimum apud quencumque agetur agendum existimet: Et sic eum raro fallet euentus, C D

s Plutarch. in M. Crass.

aut

A aut culpa Iudicis erit.[t] Hactenus Quintilianus. A cuius senten-tia non abhorrent quæ ex Cicerone de more, quem in suscipiendis causarum patrociniis seruare soleret, retulimus.[u] Vnde vero hic mos, sacramenti ab oratoribus & aduocatis exigendi ad nos peruenerit, alicubi me legisse non memini, verique simillimum est, illos apud vetustiores Romanos iusiurandum nullum dedisse. Cui sententiæ indicio est, quod Cicero in oratione pro Cæcinna scribit. Id iurati testes dicunt, quod ego iniuratus insimulo. Idem pro Sylla: An me existimasti hæc iniuratum in iudicio non esse dicturum quæ iuratus in maxima con-
B cione dixissem? Quintilianus, in totum iurare, nisi vbi necesse est, graui viro parum conuenit: Et est à Seneca dictum eleganter, Non patronorum hoc esse sed testium.[x]

t Quintil. d. cap. 8. lib. 12.

v Cice. d. lib. 2. de ora.

x Quintil. c. 2. lib. 9.

Aduocatum dum causam agit, stantem esse debere.

CAP. III.

ADuocatum, dùm causam agit, stantem esse debere, receptissimum est: cùm in Iudice diuersum constitutum
C sit. Hic etenim dùm de causa cognoscit litigatoribúsque ius reddit, sedere debet. Quod ex illa constitutione nostri interpretes annotant qua traditum est, ei qui causidicus esse velit, non licere in eodem negotio aduocatum, & Iudicem agere. Nec esse quod honori suo aliquid detractum existimet, qui ipse necessitatem elegerit standi, & ius contempserit sedendi.[a] Quod enim de standi necessitate dicitur, ad causidicinam referendum est: sicut & quod de sedendi iure ad iudicandi munus. Alludit ad id & Iuuenalis Satyra septima dicens,

Consedere duces, surgis tu pallidus Aiax
D *Dicturus dubia pro libertate, bubulco*
Iudice

His enim verbis ostendit Iuuenalis, omnino graues causidicorum esse labores: quos Iudicibus pro tribunali sedentibus, stantes orare, & alienas causas quas in fidem suam receperint, dicere oporteat: atque etiam interdum pallere, sicut Aiax, dum sedentibus Græcorum Ducibus, tanquam Iudicibus, surrexit: causam suam pro armis Achillis, aduersus Vlyssem acturus. Qua de re & Ouidius.[b]

A se tantalides onus, inuidiamque remoui,

a l. Quisquis C. de postul.

b Ouid. 12. & 13. Metamorpho.

Argolicosque Duces mediis consistere castris A
Iussit,& arbitrium litis traiecit in omnes
Consedere duces,& vulgi stante corona,
Surgit ad hos clypei dominus septemplicis Aiax

Et rursum.

Finierat Telamone satus,vulgique securum
Vltima murmur erat,donec Laertius heros
Astitit,atque oculos paulum tellure moratos
Sustulit ad proceres,expectatoque resoluit.
Ora sono,neque abest facundis gratia dictis.

Quæ verba manifestum faciunt:post causam ab Aiace dictam, B
Vlyssem suam inuicem causam acturum surrexisse, stantémque dixisse. Idque perpetuò ferè obseruatum fuisse constat: vt non aliter quàm stantes aduocati, causas agerent, quod & Euripides indicare videtur cum Orestem Menelai fidem & patrocinium implorantem sic loquentem inducit.[c]

c Euripides in Orest.

Repone igitur hanc solam mihi vicem cum istic acceperit
Ac vnum diem pro nobis operam naues
Patronus stans,non explens decennium

Item Horatius.[d]

d Horat. serm. lib. 1. sat. 9.

---Interream si C
Aut valeo stare,aut noui ciuilia iura.

His enim verbis significat,operam se in foro, litigantibus amicis, præbere non posse:vt qui nec stare possit, quod causarum actoribus necessum est:nec etiam ius ciuile didicerit,cuius oratorem & causidicum cumprimis peritum esse oportet: cum eo egeant causæ forenses quotidie.[e] Incidunt enim, (vt Cornel. Tacitus ait)causæ plurimæ quidem ac penè omnes, quibus iuris ciuilis notitia desideratur.[f] Hæc autem ab Horatio dicta apparet, ad excusandum importuni cuiusdam garruli patrocinium, cui ab aduersario dies dicta fuerat, cum ille Horatij fidem,& auxilium ad eam rem imploraret,quod & præcedentes authoris eiusdem versus planum faciunt. D

e Cic.in oratore.

f Cor. Taci. in dialo. de orat.

Ventum erat ad Vestæ,quarta iam parte diei
Præterita,& casu tunc respondere vadato
Debebat,quod ni fecisset,perdere litem
Si me amas(inquit)*paulum hic ades,Interream si,&c.*

Id ipsum etiam quod de aduocato, & oratore diximus, vt oraturus causamve acturus surgeret: neque ferè nisi stans diceret, ostendit non vno in loco Cicero veluti quum dicit. Omnes

A commemoras qui ausi aliquando sunt stantes loqui.[g] & iterum.[h] Cum surgit is qui dicturus sit, significetur à corona silentium. Et alibi.[i] Hic quum ego ad respondendum surrexi. Et rursum de Philippo sui seculi causidico.[k] In quo admirari soleo hominem imprimis disertum, atque eruditum Philippum, qui ita solet ad dicendum surgere, vt quod primum verbum habiturus sit, nesciat. Et rursum alibi.[l] Credo ego vos Iudices mirari quid sit, quod cum tot summi oratores, hominésque nobilissimi sedeant ego potissimum surrexerim, is qui neq; ætate neque ingenio, neque authoritate sim cum his qui sedeant, B comparandus. Est & apud Plinium Cæcilium & alios veteres huius consuetudinis frequens mentio. Plini.[m] Ipse cum Tribunus essem abstinui causis agendis, primùm quod deforme arbitrabar, cui assurgere, cui loco sedere omnes oporteret, hunc omnibus sedentibus stare. Et alibi.[n] Nonne cum surgis ad agendum, tùm maxime tibi ipsi diffidis. Videtur & ad hunc morem allusisse, Plautinus ille Stalino dum dixit.[o]

—Contriui diem.
Dum asto aduocatus cuidam cognato meo
Quem hercle ego litem adeo perdidisse gaudeo
C *Ne me ne quidquam hodie sibi aduocauerit.*

Sic & apud eundem authorem Menæchmi

Non quidem mihi aduocatum pater, adduxi, sed viro,
Hinc stas illinc causam dicis, si ille quid deliquerit.

Sunt & qui eandem etiam apud Græcos consuetudinem fuisse dicant: quibus & ipse assentior. Nam & apud Homerum sæpius Nestor, Vlysses, Antenor, Priamus, Paris & alij plerique[p] orationem habituri, surgunt, stantesque dicunt, Homer.

—Surgens Neleius heros
Nestor & ore grauis, Pyliæ Dux gentis, & annis
D *Is nunc hæcce placido de pectore dicta profudit*

Et iterum.[q]

Post hunc eloquio venerabilis ille pylique
Nestor arenosi dominus surrexit, & infit

Et alibi.[r]

Verum vbi dicendi partes accepit Vlysses
Stabat humi fixis oculis

Et rursum.[s]

Consurgens Antenor, in hæc est verba locutus

& mox paucis interiectis.

g Cicer. in Bruto.
h Cic. eod. libro.
i Cic. in orat. pro An. cluētio.
k Cic. lib. de orat. 2.
l Cic. in oratior. pro Ros. Amer.
m Plin. in ep. ad Falco. lib. 1.
n Plin. in ep. ad Fabatum lib. 7.
o Plaut. in Stalino.
p Home. Iliad. lib. 1.
q Hom. Iliad. lib. 2.
r Home. Ilia. lib. 3.
s Home. Ilia. lib. 7.

Tum Paris ille argiuæ Helenes formosus adulter A
Surgit & hæc contra respondens verba profatur

Et paulò inferius.

---Tum surgit & astans.
Dardanides Priamus, superis prudentibus æquus
Consiliis, atque hæc placido sermone profatur.

Id autem in gratiam potissimum magistratuū inductum aiunt: quibus non à litigatoribus tantum, verumetiam à patronis, & causarum actoribus, honos habendus est quod non vt à stantibus ita fieret à sedentibus.[t] Qui enim sedens causam agit, dignitatem quadamtenus ius dicentis aspernari videtur: cuius reuerentem maximè eum esse oportet. B Nam & iudex ferè patronum odit sese efferentem: tacitúsque reuerentiam postulat.[u] vt non abs re traditum à quibusdam ex nostris sit, id in actionibus inter præcipua seruandum esse: vt eum coram quo dicimus, & vereri & colere videamur.[x] Nam & quamuis iudex in adeundo se facilem præbere debeat: scribit tamen Callistratus id cùm ingenio fieri ab eo debere, ita vt contemni ipse se non patiatur.[y] Scribitque Quintilianus cauendū non tantum esse,* ne quid in iudicem dicatur, vel palàm, vel quod omnino intelligi possit,[z] sed ne is etiam parum sibi præstari reuerentiæ credat[a]. C Potest & alia huius rei ratio afferri, nempe quod non iidem impetus actionis esse possint, eius qui sedens, & qui stans causam agit.[b] Quamuis enim (vt Plini. Cæcilius ait) his qui sedentes agunt, maxima ex parte supersint eadem illa quæ stantibus: nimirum vox, caput, vultus, oculi supercilia, & reliquæ corporis partes, gestus etiam & motus: id illis tamen accidit, vt hoc quòd sedent, quasi debilitentur & deprimantur. Nam & sedentium præcipua pronuntiationis adiumenta, oculi, manúsque præpediuntur, disturbantúrque non mediocriter ab officio.[c] D Adde quod & in sedente quædam vitia necessaria fiunt, dexter si quidem pes à læua iudicis sedenti proferendus est, & ex altera parte multi gestus, necesse est in sinistrum eant, vt ad Iudicem spe-

t l. Quoties vbi Bald. C. vbi sena. vel clar.

u Quintil. lib. 4. cap. 1.

x Specul. tit. de aduo. §. hu dicendum.

y l. obseru. dum ff. de of. præs.

* Ne quid in iudicem dicatur) Libellus supplex inquit Lucius à Guillelmo cuttableto sartore in Ioānem pottanum curiæ cōscriptum editus, contumeliæque damnatus, suum auctorem eo perduxit, infamiæ, vt publica palinodia Deo principi, iustitiæ conscripto, læsa ipsius existimatio sarcienda esset, & recantatori, quem egestas ære mulctari non sineret, menstruum ieiunium, pane interim & frigida aqua tantum alendo indiceretur, quibus recitatis, conscriptus professus est, honoraria pœna per se temperari licere: quod hominis clementiæ, modestiæque nunquam satis, (mea quidem sententia) commendatum iuræ datum est, nullo reliquæ animaduersionis præiudicio viij. Calend. Iun. M.CCCCXXIX.

z Quintil. lib. 4. cap. 1.
a Quintil. cap. 2. lib. 3.
b Quintil. d. lib. 3. c. 2.
c Plin. in ep. ad Cerealem lib. 2.

A ctent. [d] Et hæc quidem sic accipienda sunt, vt inter agendum causidicus stare debeat: [e] peracta enim causa, nihil obstat quominus si sibi videatur & ipse sedere possit: [f] Nam & apud Homerum Paris Alexander, cùm Antenori respondens dicendi finem fecisset, & ipse sedit. Homer. [g]

Sic ait & residens tacuit,

Et apud Ciceronem, Curio pater, cùm inter agendum excidisset quasi perorasset iuxta Ciceronem sedit. Cicc. [h] Nobis priuata in causa magna & graui, cum cœpisset Curio pater respondere, subitò assedit, cùm sibi venenis ereptam memoriam diceret.
B Sic & in causa Roscij Amerini Erucius accusator, vbi perorauit, assedit moxque Cicero pro reo dicturus, surrexit Cicero. Perorauit, aliquando assedit, surrexi ego. [i] Idque & in summis auditoriis huius regni, etiam num seruatur: vt aduocati quidem stantes dicant, mox tamen vt peregerint sessum eant. * In imis verò subselliis corámque municipalibus, & obnoxiæ sententiæ Iudicibus, nunc stantes, nunc sedentes causas agunt. Quod nec antiquitatis exemplo caret. Olim enim (vt Fabius Quintilianus ait) & hoc in rebus minoribus, controuersisque exilibus (quales ferè erant quæ apud centumuiros agebantur)
C [k] fiebat crebrius, vt sedentes eas causidici disceptarent. [l]

d Quintil. d. c. 3. lib. 11.
e d. l. quisquis.
f l. fi. C. de of. diuer. iud. Specul. d. §. hoc dicendum est versi. cum autem.
g Home. Ilya. lib. 7.
h Cice. in orato.
i Cice. in orat. pro Rosc. Amer.
In imis vero subsellijs) Coram pedaneis aut municipalibus iudicib. aduocati non agunt causas sedentes in Gallia, vti ait Langlæus, idque scripsisse reor, vt locum daret his Plinii & Quintiliani sententijs, quibus finem orationis ornari existimauit.
k Plin. ad max. epist. lib. 2.
l Quintil. lib. 11. cap. 3.

Aduocatus qua ætate ad causas agendas accedere debeat.

CAP. IIII.

D DE ætate aduocatoria & quæ suscipiendis causarum patrociniis existimatur idonea, non satis conuenit inter eruditos: quibusdam affirmantibus decem & septem annorum esse, quia Prætor edicto suo quo certas personas in totum postulare prohibuit, moderatam hanc ætatem ratus est, ad procedendum in publicum. Qua ætate aut paulò maiore, fertur. Nerua filius publice de iure responsitasse: [a] quod & de Bartholo sunt qui tradant: [b] suppetúntque nobis abundè exempla ex historia, eorum qui in ea & paulò etiam minore causas egerunt: cum Demosthenem puerum admodum actiones pupil-

a l. 1 §. pueritiam ff. de postulando.
b Ange. d. §. pueritiam.

lares habuisse manifestum sit: prætextatos egisse quosdam sit traditum: Cæsar Augustus duodecim natus annos auiam Iuliã pro Rostris laudauerit: [c] sedecim Nero, causa Iliensium suscepta, publico omni munere solui cos obtinuerit, eodemque oratore, Bononiensi Coloniæ igni haustæ subuentum fuerit centies sestertij largitione: [d] & ex nostris Baldus decimo quinto ætatis suæ anno famosum illud ac difficile Affricani responsum, cuius initium, Centum capuæ, subtractatu de eo quod certo loco, in magna audientium corona, pro suggestu interpretatus sit. [e] Cui sententiæ & prouerbiale illud suffragatur. Esto aduocatus iuuenis & medicus senex. Cum enim (vt rectè Alciatus ait) ad aduocatum, iudicium non pertineat, sed duntaxat patrocinium, facilius studiorum laborem tótque peruoluendorum voluminum curam iuuenis sustinebit: accendétque illum gloria, quàm hæc ætas maxime affectat. [f] Vulgo siquidem dici solet, quantò iuniores, tantò perspicatiores. Contrà, Aliis prouectiorem ætatem exigẽtibus, * quod procurator (qui & ipse Aduocatus dicitur) [g] ante vicesimum quintum ętatis suæ annum, cùm in integrum restitui possit, idoneus non habetur. [h] Nam & cum aduocati (vt cum Leone & Antonio Cæsaribus loquar) [i] Ipsi sint qui dirimunt ambigua fata causarum: suæque defensionis viribus sæpè publicis in rebus ac priuatis, lapsa erigunt, fatigata reparant: neque minus prouident humano generi quàm si præliis atque vulneribus patriam parentésque saluarent, dicatúrque ideo laudabile, vitæque hominum necessarium aduocationis officium: [k] perabsurdum videtur grandiorem ætatem in † procuratore, quàm in Adcato desiderari.

Aliis rursum (& in iis Fabio Quintiliano) ætatem nullam huic muneri præscribentibus, cùm etiam in ea re variatum à veteribus, quosdámque iuniores, alios prouectiores ad agendas causas accessisse satis ex superioribus intelligi possit: Caluusque, Cæsar & Pollio, multùm ante Quæstoriam omnes ætatem grauissima iudicia susceperint: [l] L. Crassus qui vt ipse de se testatur

c *Quintil. orat. inst. lib. 12. cap. 6.*

d *Tacit. annal. lib. 12 & Tranq. in Nerone cap. 7.*

e *Angel. d. § pater.*

f *Alciat. parerg. iur. lib. 10 c. 21.*

† Hodie in procuratore 25. ann. ætas requiritur constitu. regia.

* *Quod procurator*) Bonianus procurator in Senatu Burdiga. minor 25. annis, paternam hæreditatem adiuerat, demum vrgente ære alieno suspectas habens vires hæreditatis, diplomate regio restitutionem postulat, calculorũ ad æquatione, ad catastrophen colophoniam lis perducta in prima classe inquisitionum senatusconsultum Burdegalense factum an. 1604. vt restitueretur secus, decernendum autumo in consiliario, tabellione & aliis muneribus publicis fungentibus.

g *l. 1. §. aduocatos ff. de vari. & extra cognit. glosa in rubr. C. de procu. Specu in tit. de salario §. nunc de procur. vers. sed nunquid.*

h *l minor ff. de procu.*

i *l aduoc. C. aduoc. diuers iud.*

k *l. laudabile C. de aduoc. diuers iud.*

l *Quintil. d. c. 6. lib. 12. & Tacit. dialogo de oratoribus.*

A apud Ciceronem, omnium maturrimè ad publicas caufas ac- m Cic. 3. de
ceffit, annos natus vnum & viginti nobiliffimum & eloquentif- orat.
fimum hominem in iudicium vocauerit: Hortẽfius vndeviginti
annos natus L. Craffo & Q. Scæuola confulibus [n] Cicero vi- n Cice. in
ginti tres, [o] vel (vt Gellius mauult) viginti fex. [p] Plinius iunior Bruto.
vndeviginti primùm in foro dixerint. Maturè itaque incipien- o Cornel. nepos in vita
dum præcipiunt, ne fi citius id fiat, efferamur, fin tardius, defi- Cic.
ciamus: Idque à facilioribus tentandum. Illud imprimis admo- p Gel noct.
nentes, nequis ante agere incipiat, quam vires fuas diligenter attic. lib. 15.
explorauerit, diúque (vt Horatius dixit) verfauerit. cap. 28. Plinius ad Caponem lib. 5.

B ---*Quid ferre recufent,*

Quid valeant humeri,

Vt ita fufceptum à fe munus cumulatè explere poffit.

Verba Quintiliani ad hanc rem pertinentia (ne mihi fine pignore credatur) afcribam. [q] Agendi (inquit) initium fine dubio q Quintil. l. c. 6. lib. 12.
fecundum vires cuiufque fumendum eft: neque ego annos definiam. Et paulò poft. Modus mihi videtur quidam tenendus, vt neque præpropere diftringatur immatura frons, & quicquid eft illud adhuc acerbum proferatur. Nam inde & contemptus operis innafcitur, & fundamenta iaciuntur impudẽtiæ, & (quod
C eft vbique perniciofiffimum) præuenit vires fiducia. Nec rurfus differẽdum eft Tyrocinium in fenectutem. Quare fructum ftudiorum viridem & adhuc dulcem promi decet dùm & venia & fpes eft, & paratus fauor, & audere non dedecet: & fiquid defit operi fupplet ætas: & fiqua funt dicta iuueniliter, pro indole accipiuntur, Et iterum paucis interpofitis. Et hercle quantumlibet fecreta ftudia contulerint, eft tamen proprius quidam fori profectus: alia lux: alia veri difcriminis facies: plufque fi fepares vfus fine doctrina, quàm citra vfum doctrina valeat. Et rurfùm. Cæterum illum quem iuuenem tenerifque adhuc viribus ni-
D tentem in forum deduximus, & incipere à quammaxime facili ac fauorabili caufa velim, vt catuli ferarum molliore præda faginantur: Et non vtique ab hoc initio continuare operam & ingenio adhuc alendo callum inducere: fed iam fcientem quid fit pugna & in quam rem ftudendum fit, refici atque renouari. Sic & tyrocinij metum dum facilius eft audere, tranfierit, nec audendi facilitatem vfque ad contemptum operis, adduxerit. Hactenus Quintilianus. Cuius fententiæ & ipfe facile acceſſerim, vt quæ etiam ab Vlpiani refponfo non admodum diffideat. Quod enim ex prætoris edicto dixit Vlpianus, annum de-

cimum & ſeptimũ capeſcendis aduocationibus eſſe idoneum, A
ſ ſic accipiendum eſt, dum nihil aliud ſit quod obſtet, & qui patrocinia incepturus eſt, vires ſuas prius expendat: Eoque pertinet, vt ante eam ætatem in foro nemo dicat: neque tamen tam ex annorum numero quàm viribus, doctrina, vſu & induſtria, qua quiſque polleat, tempus huic rei idoneum metiamur. Nam & L. Apuleium alterum ex Verris ſubſcriptoribus notat Cicero, vt agendis cauſis imparem minúſque aptum non quidem per ætatem ſed inertiam reique & vſus forenſis imperitiam. L. (inquit) Apuleium video proximum ſubſcriptorem hominem non ætate ſed vſu forenſi atque exercitatione tyro- B
nem. ᵗ Tyronem quippe vocat nouitium inexercitatum & adhuc in diſciplina forenſi rudem, quod hoc nomine cenſeretur qui eloquentiam in foro auſpicabatur & quicunque adhuc animum non expoliuiſſet diſciplinis, doctrina & rerum vſu. Seneca. Ille in foro primum dicturus tyro dictus eſt, ᵗ Cicero 4. in Verrem. Nolebat in agendo diſcere tametſi non prouinciæ rudis erat & tyro. Et alibi, Fateor enim callidum quendam hunc & nulla in re tyronem ac rudem nec peregrinum atque hoſpitem in agendo eſſe. ᵘ Et hæc quidem de tempore incipiendis C
patrociniis opportuno tutior videtur eſſe ſententia. De qua non me dimouet quod minorem annis viginti quinque idoneum in iudiciis defenſorem non eſſe dixi. Cum enim conteſtatione, litis dominus Procurator efficiatur, ˣ * adeò vt re iam non integra, reuocari nequeat poſſitque mortuo etiam domino ceptam litem perſequi: ʸ (ſtare ſiquidem, vt Simmachus ait, ᶻ Iuliani ſanctio, procuratorum iuſſit officia, cauſarum dominis viuentibus inchoata) Dicaturq; idcirco à Cicerone, quaſi quidã pene dominus hoc eſt alieni iuris vicarius: ᵃ iuſtiſſime conſtitutum fuit, annis vigintiquinque minori hoc munus non demandari, D
ᵇ ne ſi fortè læſus fuerit, ipſi fideiuſſoribúſque eius per in integrum reſtitutionem cum aduerſarij, eiuſque qui cum dederit à quo mandati iudicio conueniri poteſt, ᶜ detrimento ſuccurratur. ᵈ Quod non æque de aduocato dici poteſt, qui non de

r dicto §. pueritiam.

s Cice. 1. in Verrem.

t Seneca. 3. declamat.

v C. 1. de orat.

x l. nulla C. de procur.

* Adeo vt re iam integra) Hodie procurator poteſt reuocari poſt litem cõteſtatam. Imbertus, placito claſſis Netacẽſis an. 1600. definitũ eſt la Cortiade, procuratorem poſſe reuocari pt opter ſuſpitionem, etſi nulla cauſa inſerta eſſet libello.

y l. 1. C. de ſenten. & inte. locu. omnium. iud.
x Symmachus epiſt. lib. 1.
a Cic. in orat. pro Cæcinna.
b c. qui generaliter. §. fin. de procu. lib. 6.
c l. ſi renumerandi ff. mandati.
d dicta l. minor.

ſuo

A suo, sed alieno litigans, nulli se periculo subiicit:[e] neq; præter fidem, ingenium, consiliũ, & diligẽtiam quicquam præstat. [f] Nec verum est procuratorũ aduocatũ esse, nisi latiore vocabuli significatione: secundum quam aduocati dicuntur qui causis agendis quoquo studio operantur:[g] propriè enim aduocatum causæ actorem appellamus, tametsi sciam Asconio Pædiano aliud videri. Nec me latet * de ætate procuratoria inter nostros sententiis variari: Sed verior illa est quę huic muneri quintum & vicesimum annum definitum putat, in quam crebrius interpretes pedibus eunt,[h] pontificia quadam constitutione nixi, quæ disertis verbis ætatem eandem præscribit. [i] Cuius tamen hodie B apud nôstrates armoricos nullus est vsus. Lege si quidem cautũ habemus, vt qui xviij. ætatis suæ annum impleuerit, cognitoriam operam in foro præbere possit. [k] Quod autem dixit Quintilianus. Quantumlibet secreta studia contulerint, esset tamen proprium quendam fori profectum, temerè non est. Hinc enim annotare licet eũ qui forensi militiæ nomen daturus sit, aliquot ante vel mensibus vel annis, quam agere incipiat, foro assuescere, seque publici consilij prius spectatorem & auditorem quam consortem præbere oportere. Et hinc enim facillimum fuerit C patronum summum euadere, cui disciplina fuerit forum,* magister, vsus, & leges & instituta, mósque maiorum: quod & sequentia illa verba: alia lux: alia veri discriminis facies: plúsque si separes, vsus, & cætera, perspicuè demonstrant. Sicut & quæ de iuuenibus sui seculi foro destinatis apud Cornelium Tacitum Messala disserit his verbis. [l] Apud maiores nostros iuuenis ille, qui foro & eloquentię parabatur, imbutus iam domestica disciplina, refertus honestis studiis, deducebatur à patre vel à propinquis ad eum oratorem qui principem locum in ea ciuitate tenebat. Hunc sectari, hunc persequi, huius omnibus dictioni- D bus interesse, vtque sic dixerim pugnare in prælio discere. Magnus ex hoc vsus, multum constantiæ, plurimum iudicij iuuenibus statim contingebat in media luce studentibus atque inter ipsa discrimina, vbi nemo impunè stultè aliquid aut contrariè dicit, quod & Iudex respuat & aduersarius exprobret: ipsi denique aduocati aspernẽtur. Et inferius. Atque hercule sub eiusmodi præceptionibus iuuenis ille de quo loquimur oratorum

e *Alciat. lib. de singul. certa cap. 41.*

f *Cicer. in ver. & 7. Philipp.*

g *d. §. aduocatos.*

* *De ætate procuratoria)* Constitutione Henrici 2. an. 1551. art. 9. & Caroli 7. ætas 25. annorum requiritur in procuratore.

h *doct. rub. & l. exigendi. C. de procur. Spec. tit. de aduoc. §. 1. vers. itẽ quod est minor.*

i *dicto. c qui generaliter.*

k *art. 5. tit. de proc. in cõsuet. Britãnia.*

* *Magister vsus)* Optimum est sequi mores maiorum. l. penult § saluoque D. de iustit. & iure cõstit. Francis. 1. an 1538 art. 44. & Hẽrici 3. an. 1586. art. 5. præcipiunt conscriptis vt summa cura perquirãt antiqua decreta, stylum & iudicandi morem, vt ad similia procedere hac ratione discant, ex quibus satis apparet quam exitialis sit sententia quorumdem iudicum qui senatusconsulta aspernantur, vt per fas & nefas nullis astricti sanctionibus, decretis aut legibus de vita & bonis pro arbitrio decernere possint.

l *Tacit. in dial. de oratoribus.*

G

discipulus, fori auditor, sectator iudiciorum, eruditus & assuefactus alienis experimentis, cui quotidie audienti notæ leges, non noui iudicum vultus, frequens in oculis consuetudo concionum, sæpè cognitæ populi aures, siue accusationem susceperat siue defensionem, solus statim vnicuique causæ par erat. Hactenus ille. Ex cuius etiam verbis deprehenditur mos ille antiquus Romanorũ, quo vetustiores patroni & qui clarioris in foro erant nominis iuniores producebant foróque & famæ assignabãt. De quo similiter Plinius quadam ad Triarium epistola. [m] Peto (inquit) atque etiam paciscor vt semel agat Cremuntius Ruso, solitum hoc mihi etiam in pluribus claris adolescentibus factitatum. Nam mirè concupisco bonos iuuenes ostendere foro, assignare famæ. Est indolis optimæ, breui producturus alios si interim prouectus fuerit à nobis. Neque enim cuiquam tam clarum ingenium est, vt possit emergere, nisi illi materia, occasio, fautor etiam commendatórque contingat, in quam sententiam Seneca. [n] Nemo per se satis valet, vt emergat, oportet manum aliquis porrigat, aliquis educat. Quosdam, (ait Epicurus) indigere ope aliena, non ituros si nemo præcesserit, sed bene secuturos. Et rursum Plinius in epistola ad Maximum. Ante memoriam meam maiores natu ita solebant dicere: ne nobilissimis quidem adolescentibus locus erat, nisi aliquo consulari producente: tãta veneratione pulcherrimum opus celebrabatur. [o] Et alibi suus cuique parens pro magistro, aut cui parens non erat maximus quisque & vetustissimus pro parẽte. [p] Ab eo vero more iampridem & ex quo (vt opinor) mercenaria eloquentia esse cepit, aduocati nostri desciuerunt. Quotus quisque enim est qui iuniorem, nisi filium aut fratrem generum, aut arctissima alia necessitudine sibi iunctum promouere velit: Et non sibi decrescere putet quicquid alteri accessurum viderit? Illud autem comprimis ei obseruandum, qui patrocinia inchoaturus est, vt à foro reuersus, quæ insigniora inter disceptandum ab aduocatis audiuerit memoria repetat, secúmque domi meditetur, atque in iis sese quotidianis commentationibus acerrime exerceat, perinde ac si easdem ipse causas vel consimiles acturus esset: Sic enim dicendi & quascunque causas agendi facilitatem breui consequenter, Quandoquidem exercitatio dicendi continua, extemporalem facultatem maximè parat, [q] intelligendi prudentiam acuit, eloquendi celeritatem incitat, [r] éstque potentissimum dicendi genus, [s] Qua præcipuè

[m] Plin. ep. 23. lib. 6.
[n] Seneca lib. 7. epist. 2.
[o] Plin. lib. 2. epist.
[p] Pli. Arist. ep. lib. 8.
[q] Quintil. lib. 10. cap. 7.
[r] Idem lib. 2. cap. 17.
[s] Cic. lib. 1. de orat.

A firmatur ac alitur memoria,[t] id vel ex eo cognosci potest, quod scribit Cicero, neminem se studio nec industria maiore cognouisse, quanquam ne ingenio quidem, qui C. Pisoni genero suo præstiterit: cum nullum ei tempus vnquam vacaret, aut à forensi dictione, aut à commentatione domestica. [u] Sicut ex eo quod de C. Carbone tradit, fuisse eum canorum oratorem, valde dulcem industrium etiam & diligentem, & qui in exercitationibus commentationibúsque multum operæ solitus esset ponere. [x] De qua commentatione Crassus apud eundem Cic. B [y] Ea (inquit) exercitatio suscipienda iis est, qui ingrediuntur ad studium, quique ea quæ agenda sunt in foro tanquam in acie possunt etiam nunc exercitatione, quasi ludicra prædiscere ac meditari. Et iterum. Educenda deinde dictio est ex hac domestica exercitatione & vmbratili medium in agmen, in puluerem, in clamorem, in castra atque in aciem forensem: subeundus vsus omnium & periclitandæ vires ingenij, & illa commentatio inclusa in veritatis lucem proferenda est. Sic miles (vt est apud Senecam) in media pace decurrit & superuacuo labore lassatur, vt necessario sufficere possit. A quibus autem causis patrocinij Tyrocinium inchoandum sit, satis ex prædictis liquere C cuiuis arbitror. Diximus enim ex sententia Quintiliani facilioribus auspicandum. Quod & Plinio ipsius discipulo visum fuisse scio. Carpit enim eos qui à cẽtumuiralibus causis incipiunt, vt pote difficilioribus. Magna (inquit) ex parte adolescentuli huc transeunt, tàm irreuerenter & temerè, vt mihi Attilius noster expresse dixisse videatur: sic in foro pueros à centumuiralibus causis auspicari, vt ab Homero in scholis. Nam hic quoque vt illic primum cæpit esse quod maximum est. [z] Fuisse tamen tempus cum iuuenes Romani à publicis capitalibúsque iudiciis agendi in foro initium facerent, non me præterit, qui huius D rei testem habeam idoneum Apuleium. Sed is mos (quod ipse quoque asserit) iamdiu in desuetudinem abiit. Apuleius. Gloriæ (inquit) causa non me accusat AEmilianus, vt M. Antonius. Cn. Carbonem, P. Sulpitius Cn. Norbanum C. Curio. Q. Metellum. Quippe homines eruditissimi iuuenes laudis gratia primùm hoc rudimentum forensis operæ subibant, vt aliquo insigni iudicio ciuibus suis noscerentur. Qui mos incipientibus adolescentibus, ad illustrandum ingenij florem, apud antiquos concessus, diu exoleuit.[a]

t Quintil. lib. 1. cap. 1.
u Cic. in bruto.
x Cic. eodem loco.
y Cic. lib 1. de oratore.
z Plin. ad Maximum epist. lib. 2.
a Apuleius in 2. apologia. pro se.

A

Aduocati cultus & vestitus, toga, togati, militia togata, literata, forensis, palatina & vrbana vestis forensis, talaris, Romulea, domestica, quotidiana, priuata, cœnatoria, tricliniaris, discubitoria, cubicularis, recidupua, trechedipua, diurna, nocturna synthesis, cibaria, epularis, muliebris, viatoria, multitia, mollicinia, albata, pulla, pennula, epomis humerale, pelliculatum: Quibus horis iudicia apud Romanos exerceri solita: maiorem partem cuiusque diei septem primarum nostrarum esse, cur à Paulo dictum, cur veteres in asseruandis domesticis vestibus quam forensibus negligentiores fuerint.

B

CAP. V.



CElebris est, inter nostri iuris interpretes nominis, Vlielmus Durandus, cui à speculo, quod libro suo titulum fecit, Speculatoris agnomen indiderunt. Is, quo loco de Aduocati cultu & officio disputat: asserit causidicum, cùm ad agendum accedit, vestibus nec sordidis nec vilibus, sed honestis & muneri cui deputatus est, congruentibus indui oportere, vt in quibus ad conciliandam ei famam & gratiam momenti plurimum positum sit. Hominum siquidem ingenia ex cultu maximè censentur: inidque vulgares illos versus affert. C

Vir bene vestitus pro vestibus esse peritus
Creditur à mille, quamuis idiota sit ille,
Si careat veste nec sit vestitus honeste,
Nullius est laudis quamuis sciat omne quod audit.[a]

a Speculator tit. de aduocat. §. sequitur videre de vestibus.

Quos sic imitatus est familiaris quidam noster vir eruditus.

Qui nitet orator pretiosa veste videtur,
Illius in toto lingua diserta foro: D
Qui vero nulla pretiosa veste refulget,
Inscius omnino creditur, atque rudis.

Quam sententiam non dubito quin plerique reprobaturi sint. Quid enim vestibus commune cum doctrina? cùm neque Philosophum barba & pallium, neque Isiacum (hoc est, Isidis Sacerdotē) lini gestatio, aut rasura faciant,[b] sicut nec Monachum cucula, aut sacerdotem cathedra? Quandoquidem (quod Apuleius dixit) togam videmus parari & voto & funeri, item pallio cadauera operiri & Philosophos amici. [c]Hinc Herodis illud

b Plutarc. in lib. de Iside & Osiride.

c Apuleius lib. 1. floridorum.

A apud Gellium: Video barbam & pallium, philosophum nōdum video: Et Cęcilij apud Ciceronem: Sæpè est etiam sub palliolo sordido, sapientia. [e] Ideóque Varro: Non est, inquit, quærenda penula homini qui habet virtutem. Potest quippe (vt Seneca ai.) ingenium fortissimum sub qualibet cute latere, potest ex casa vir magnus exire, potest & deformi humilíque corpusculo formosus animus ac magnus, consimiliter potest in pannoso & sordidato corpore animus generosus ac robustus delitescere: vt sic delirare videantur, qui de habitu & vestitu æstimandum quenquam putant. Nam & Plinius in epistolis non paucos viliori

d Gellius noct. attic. lib. 9. cap. 2.
e Cic. 5. Tusc.

B vestitu præcellentes inueniri tradit. Sunt, infit, vt in castris, sic etiam in literis nostris plures cultu pagano, quos cunctos & armatos, & quidem ardentissimo ingenio diligentius scrutatus inuenies. [f] Proinde & apud Apuleium Henius centuculis dispàribus & malè consarcinatis semiamictus, latrocinalis collegij ducatum appetens. Ne me, inquit, putetis egenum vel abiectum, ne ve de pannulis istis virtutes meas æstimetis. [g] Rectè igitur Lucianus, statuarum hanc esse cognitionem atque indagationem ait, quam ab habitu & vestitu sumendam esse dicunt. Omnino enim illæ habitu ferè sunt elegantiore & amictu or-

f Plin. epist. ad Rufum lib. 7.
g Apuleius asini aurei lib. 7.

C natiori, quas aut Phidias, aut Alcamenes ad pulcherrimum absolutæ formæ archetypum expresserit. Quod si etiam maximè inde (subdit ille) coniectura capienda est, qui fieri poterit, vt qui vel perspicacissima fuerint oculorum acie prediti, ea quæ in animo tecta sunt peruidere possint, ab illa externa vestitus munditie. [h] Idcircóque Seneca. Quemadmodum, inquit, stultus est qui equum empturus ipsum non inspicit, sed sellam eius & frœnos, sic stultissimus est qui homines aut ex veste, aut ex conditione quomodo vestis circundata est, æstimat.

h Lucianus in Hermotimo.

D Et hæc quidem aduersus speculatoris sententiam adduci possunt, in quam tamen ego lubentius iuerim, vtpotè firmioribus rationibus nixam, & quæ principibus doctrinæ viris, magis probetur. Cuius dux & autor videtur Quintil. lib. 11. cap. 3. Ait enim oratoris & patroni cultum, vt in omnibus honestis, debere esse virilem & splendidum: Alibíque tradit, cultum concessum atque magnificum addere hominibus, vt Græco versu testatum est, autho. Quem autem versum ipse citat, sunt qui putant esse illum apud Homerum Odisseæ 3.

Ἐκ γάρ τοι τούτων φάτις ἀνθρώπους ἀναβαίνει A
Ἐσθλῆ id est.

Quippe homini ex istis surgit bona fama decúsque.

k *Athenæus dipnosophist. lib.1.c.16.* Haud igitur immeritò apud [k] Athenæum Callistratus Aristaphanius contumeliosè Aristarchum insectatur: quia incompositè esset indutus, cum nonnihil hoc etiam ad disciplinarum inquisitionem faciat. Quare Alexis.

Vnum hoc puto esse liberalibus parum
Decorum, abire vestibus sumptis minus B
Apte, licet quando decore sumere.
Cuius negotij finis haud grauis, nihil
Cum demus, ipsi possumus lucro frui.
Accedit his vtentibus decus bene,
Cumulus voluptatis simul videntibus,
Et corpori ornatus: quis hæc vult præmia,
Mentem sibi dicens adesse, spernere?

Quo similiter significatur ex vestibus ornamentum ac nomẽ hominibus plerúmque comparari. Vt sic appareat temerè non esse quod vulgo dictitant, Vestem virum indicare. Si quidem C purpura (vt Iuuenalis ait) vendit causidicum, vulgóque peritiores habentur, at ideo etiam pluris conducuntur, qui splendide amicti ornatíque & pluribus comitati, in publicum prodeunt: vt ex eo intelligi potest, quod de L. Apuleio scribit Cicero. Seditiosorum, inquit, omnium post Gracchos L. Apuleius Saturninus eloquentissimus visus est: magis specie tamen & motu atque ipso amictu capiebat homines, quàm aut dicendi copia, aut

l *Cice. in Bruto.* mediocritate prudentiæ. [l] Sed fusius Iuuenalis.

Et tamen hoc ipsis est vtile purpura vendit
Causidicum, vendunt amethistina. Conuenit illis D
Et strepitu & facie maioris viuere census.
Vt redeant veteres, Ciceroni nemo ducentos
Nunc dederit nummos, nisi fulserit annullus ingens.
Respicit hoc primum qui litigat, an tibi serui
m *Iuuenal Saty7.* *Octo, decem comites, post te an sit sella, togati*
Ante pedes, ideo conducta Paulus agebat
Sardonyce, atque ideo pluris quam Cossus agebat
Quam Basillus. Rara in tenui facundia panno. [m]

Qua ratione & Ismeniam choraulem ad venditandam artis suæ peritiam, gemmis multis fulgentibus, vti solitum tradit

A Plinius instituisseque vt omnes Musicæ artis hac ostentatione censerentur: quem imitatus fuerit Dionysodorus æqualis eius & æmulus, vt sibi quoque par videretur, & tertius qui eodem tempore fuit inter musicos Nichomachus, siquidem & is multas gemmas habuisse traditur.

Neque tamen hæc à me dicta velim quis existimet quod ad doctrinam vestitum quicquam efficere censeam. Nam simia, inquit Lucianus, manet simia, etiam si aureum cultum gestet.[n] Sed vt quisque pro ordinis sui conditione vestitus in publicum procedat. Ita enim fiet, vt cum externus etiam ille corporis cultus suspiciendum ostendat. Siquidem talis quis existimatur, qualem eum indicant vestes.[o] estque vestis extima pars hominis, ex qua animi quoque habitum, licet coniicere. Vnde & in Eccles. amictus corporis & risus dentium & ingressus hominis enunciant de illo.[p] Quod & apud Terent. sensisse videtur Phœdria, cum Pithiæ dicenti.

B

--ille erat
Honesta facie & liberali, respondit
--Ita visus est
Dudum, quia varia veste exornatus fuit:
Nunc eo tibi videtur fœdus, quia illam non habet.[q]

C

Cuiusmodi autem vestitu indui cultúque ornari causidicos oporteat, vix est vt definiri possit. Aliter enim atque aliter ex loci regionisque, quam quisque incolit varietate, vestiri solent: vt non male dixisse videatur Speculator, regionis quam quis inhabitet & eorum quibuscum vixerit, morem seruãdum esse.[r] Vetus enim est illud, Lex & regio, conuenitque inter omnes non amictu tantum, sed quibuscumque etiam aliis rebus, moribus regionis in qua verseris, & ętati in qua natus sis, seruiendum & obsecundãdum esse. Nam temporis cursu & vestitus & reipub. forma statúsque mutari solent.

D

Tantum æui longinqua valet mutare vetustas.

Vt rectè dictum sit tempori & scenæ seruiendum, aliaque æstiuo atque hyberno tempore fieri: quod & in hac ipsa de qua agimus quæstione Quintilianus sensit. Cultus, inquit, non est proprius oratoris, sed magis more conspicitur. Et paulò post. Est aliquid in amictu, quod ipsum aliquatenus temporum conditione mutatum est. Nam veteribus nulli sinus, perquàm breues post illos fuerunt.[s] Iure igitur meritóque laudat Hieronymus Nepotianum, quod cultus, ipsius prouinciæ morem sequens,

n *Lucianus in Piscatore, in apologia pro mercede conductis & in oratione cõtra ineruditum.*
o *Litẽ apud labeonem §. siquis virgines ff. de iniuriis.*
p *Eccles. cap. 19.*
q *Terent. in Eunucho.*
r *can. Siquis virorum 31. dist. ca. quisquis 41. dist. Specul. d. §. sequitur.*
s *Quint. d. cap. 3. lib. 11.*

nec munditiis, nec sordibus notabilis esset. [t] Nam & Cicero munditiam non odiosam neq; exquisitam nimis, tantùm quæ fugiat agrestem & inhumanam negligentiam adhibendam scribit in cultu & vestitu:in quo sicut in plerisque rebus mediocritas optima est: [u] Iudicans scilicet inter elegantiam vitiosam & agrestem negligentiam, mediam esse munditiem: Quam Quintilianus loco iam citato splendorem appellat. Postquam enim dixit,cultum oratoris,vt in omnibus honestis debere,esse splendidum & virilem,statim subdit,togam,calceos & capillos tàm nimia cura quàm negligentia esse reprehendenda: splendorem medium ponens inter extrema luxum & sordes. Tametsi sciam vocem eandem pro luxu cultúque effusiore Senecam vsurpasse cum dixit: Non splendeat toga, nec sordeat quidem. [x] Sicut Ausonium cum ait: Non possum ostendere imagines maiorum, nec deductum ab heroibus genus, sed ea quæ nota sunt dicere, patriam non obscuram: familiam non pœnitendam: frugalitatem sine sordibus, victum, vestitum,supellectilem,munda non splendida.[y]

Adsit ergo pro modo facultatum ac dignitatis, próque regione,tempore & more,cultui mundities nec sordibus notabilis,nec etiam luxu aut mollitie diffluens. Nam id Demostheni Hortensióque probro datum ab inimicis fuisse legimus, quòd vestitu cæteróque cultu corporis nitido venustóque ac nimis accurato fuerint. [z] Id quo consilio Hortensius fecerit, non mihi liquet:quod ad Demosthenem attinet,sunt qui vitio illi vertendum non putent,qui cum animaduerteret de vestitu homines iudicari, vti sibi nomen in foro compararet, cultum paulo nitidiorem acceperit, quem mox, vt famam adeptus in prætio se esse cognouit, mutauerit. Quod è nostris Albericus Rosates ex Policrati libri 8.cap.14.retulit his verbis. Demosthenes, antequam virtus eloquij eius innotuisset, cultus operosioris dicitur appetiisse nitorem,sciens quòd purpura causidicum vendit: at postquam famam & notitiam assecutus est eloquentiæ, toga contentus fuit, dicens se velle sibi à se potius quam à nitore vestium ac cultu exquisito constare gloriam, & malens vestem ex viro cognosci, quàm virum ex veste. Quem enim proprius attolit honor,vilitas vestium non deprimit. Emendicatúmque videtur laudis esse suffragium quod ab extrinsecus pendet. [a] Nec aduersantur quę de musicis scripsisse Plinium retulimus. Postquàm enim dixit gemmarum ostentatione musicos censeri addu-

t d. Hierony. in epitaphio nepotiani.

u Cic. lib. 1. offic.

x Seneca ep. 5 lib. 1.

y Ausonius in gratiarum actione pro consulatu.

z Gell. lib. 1. c. 5. Crinitus lib. 6. cap. 9. Macrobius lib. 3. cap. 13.

a Albericus l. ornamentorum ff. de auro & argento legat. & l. vn. C. de suffrag.

A ri adductis quibusdam exemplis, statim adiecit se illa initio voluminis obtulisse, vt palam sit eos qui hanc ostentationem sibi arrogant tibicinum gloria tumere.[a]

Illud autem speculatori cum Quintiliano conuenit vbicunque gentium in orbe Romano causarum patronos toga indui consueuisse, vnde & togati passim fere in iure nostro dicti, [b] togataque militia, literata, [c] forensis & palatina, quam & Cicero vrbanam appellat. Liuius. Is iuuenis vbi animum ad spem liberalioris fortunæ adiecit, togaque & forum placuere, proclamando pro sordidis hominibus, causisque, aduersus rem &
B famam bonorum primùm in notitiam populi, deinde ad honorem peruenit.[d] Cicero. Moderabor ipse, ne vt quidam magister atque artifex, sed quasi vnus è togatorum numero, atque ex forensi vsu homo mediocris, neque omnino rudis. [e] Ouidius.

---Nec enim si bella quierunt,
Occidit & virtus, licet exercere togatæ
Munera militiæ, licet & sine sanguinis haustu
Mitta legitimo sub Iudice bella mouere.[f]

Cicero. Seruius hic nobiscum hanc vrbanam militiam re-
C spondendi, canendi, scribendi, plenam stomachi ac solicitudinis secutus est: ius ciuile didicit, vigilauit, laborauit, præsto multis fuit. [g] Togam hanc forensem talarem esse oportere existimat Speculator,[h] cui & ipse accedo, qui sciam veteres Romanos ea quoque vti solitos. Cui rei iudicio est Ciceronis illud de Quintio causarum octore, (qui Oppianici defensionem aduersus Cluentium suscepit) Facite vt non solùm mores eius & arrogantiam, sed etiam vsque ad talos demissam purpuram recordemini: [i] Sicut quod de ipso Cicerone scriptum inuenio, cum similiter in causis orandis eadem veste vsum. Quod quamuis
D ad varices occulendas ab eo factum Plinius putet, mihi tamen cum Quintiliano verisimilius fit, ipsum ea in re mori regionis obsecutum. Togam, inquit Quintilianus, veteres ad calceos vsque demittebant, vt Græci pallium. Idque vt fiat, qui de gestu scripserunt circa tempora illa Plotius Nigidiúsque præcipiunt. Quo magis miror Plinij secundi docti hominis, & in hoc vtique libro penè etiam nimiùm curiosi persuasionem, qui, solitum id facere Ciceronem velandarum varicum gratia tradit: cum hoc amictus genus in statuis eorum quoque qui post Ciceronem fuerunt, appareat. [k] Videtur autem hæc talaris toga

a Plin. lib. 37. cap. 1.
b l. 2. §. procul C. de iudi. l. fin. C. de spor. l. 3. 5. 7. 8. & 9. C. de aduoc. diuers. iud.
c l. proximos vbi glossa C. de prox sacro. scrin. lib. 12.
d Liuius lib. 12.
e Cic. 1. de oratore.
f Ouidius ad Pisonem.
g Cic. pro Murena.
h d. §. sequitur.
i Cic. in orat. pro Cluentio.
k Quintil. l. c. 3. lib. 12.

apud Romanos initium à Romulo habuisse, qui & ipse, vt est A
apud Plutarchum, ea vsus est, legéque cauit, vt quisque demissam ad talos togam in vrbe haberet, Quam idcirco Romuleam à quibusdam appellari video. Cassiodorus in formula Præfecturæ vrbanæ. Admonitionum ordine decurso, per indictionem illam habitu te togatæ dignitatis ornamus, vt indutus veste Romulea, iura debeas affectare Romana. Talaribus hisce vestibus etiamnum in supremis Galliæ consessibus induuntur aduocati cum ad causas agendas accedunt, præter quas etiam humeralia pelliculata muneris sui insignia gestãt. Quod non itidem ab illis fit, qui in imis subselliis operam nauant. Et B
hi enim non humeralibus, sed collariis sericis ornati causas orant. Iis carentem in conspectum Prætoris vel Senatus prodire quenquam religio est. Quod ne accidat, nisi perraro solers apparitorum diligentia efficit, quibus curæ est, ne causidico cuipiam minus decenter amicto curiæ secretarium vel Prætorium pateat. Id temerè non fieri satis ex superioribus intelligi potest, sicut ex eo quod Tranquillus scribit, Augustum negotium dedisse ædilibus, nequem nisi togatum in foro esse paterentur. [l] Nam cum Prætor edictum de postulando dignitatis suæ tuendæ, decorisque sui causa proposuerit, decorum seruasse videri C
non potest, qui non conuenienter vestitus causarum patrocinium aggressus fuerit. [m]

* Quod si quis modestiæ nescius & decoris ignarus aliis se vestibus magis delectari dicat, id illi Catonis obiicere licebit, domi quod satis est aut quod lubet, in foro autem honeste vestiri: vt sic intelligat, aliam domi, aliam in foro vestem Aduocatum decere. Nam Romanos domi commorantes reposita toga viliorem vestem induisse, quam domesticam dicebant, ostendit Cicero libro de finibus bonorum & malorum secundo, his verbis. Aut etiam vt vestitum sic sententiam habeam aliam do- D
mesticam, aliam forensem. Tranquillus. Veste non temere alia quam domestica vsus est, ab vxore, & sorore & filia, neptibúsque confecta: calceamentis altiusculis, vt procerior quam erat videretur: forensia autem & calceos nunquam non intra cubiculum habuit ad subitos repentinósque casus parata. [n] Herodianus in Maximo. Senem corripiunt vtrumque, laceratísque vestibus quas gerebant, vilioribus sanè vtpote domi se se continentium, nudos ex aula abstrahunt. Plutarchus in Sylla. Vestem aliam cum domi maneret, aliam cum ad forum descen-

l Tranq. in Augu. c. 40.
m l. 1. in principio ff. de post.

* Quod si quis modestiæ) an. 1597. Narcissus & Fabianus agi nates vestibus sericis, splendido cultu & cincinnis politi, etenim aurea Cæsaries ollis, atque aurea vestis albo patronorũ (orante Maluino viro ciuilis sciẽtiæ peritissimo) petiere adscribi nihil sãctiente senatu Bu digalẽsi, attoniti mirabantur: procuratori causam repulsæ exploranti à fisci aduocatis responsum est tondendos esse.

Eiusdem senatus decreto 29. Iunij an. 1585. interdictũ est patronis minus decenter amictis, vestiũ elegantia, luxu, & Mollitie diffluẽtibus causas agere.

n Tranq. in Aug. ca. 73.

A deter,vel procedens.Lampridius in Alexandro Seueto.Iudices
cum promoueret,exemplo veterum,vt & Cicero docet, & ar-
gento & necessariis instruebat, ita vt Præsides prouinciarũ ac-
ciperent argenti pondo vicena, phialas senas, mulos binos,
equos binos, vestes forẽses binas domesticas singulas,balneates
singulas. Ammianus Marcellinus de Hunnis indumentis ope-
riuntur linteis, nec alia aliis domestica vestis est, alia forensis.[o] o Ammia-
Capitolinus in Antonino Pio. Visus est sanè ab amicis & cum nus Marcell.
priuatis vestibus,& domestica quædam gerens. Priuatæ enim lib.31.
B verbo domestica intelligenda est,qua domi & in priuato vteba-
tur,siquidem priuatum publico opponitur. Liuius mulieres dã-
natas cognatis,aut in quorum manu essent,tradebant,vt ipsi in
priuato animaduerterent in eas:si nemo erat idoneus supplicii
exactor in publico animaduertebatur.[o] Hinc igitur ad nos flu- o Liuius lib.
xisse videtur mos ille,etiamnum in Gallia seruatus,quo causidi- 39.
ci,quique alii iustitiæ sacris operantur, domum reuersi togam
statim forensem exuunt, domesticamque & quotidianam in-
duunt. Quod si quis à diuina lege profectum malit, qua sacer-
dotibus iisdem vestimentis ad populum,quibus in sacrificiis vti
C non licuit,non admodum repugno. Scio enim aduocatos quo-
que à nostri iuris anthotibus sacerdotum & antistitum appella-
tione nonnũquam honorari.[p] Idque de sacerdotali veste scri- p l.ff. de iu-
ptum apud Ezechielem[q] ita legi Cum egredientur sacerdotes stitia & iu.
atrium exterius ad populum,exuent se vestimentis suis in qui- l. 1. C. de
bus ministrauerint: & reponent ea in Gazophilaciis siue exe- decret. de-
dris sanctuarij,& vestient se vestimentis aliis,& sic procedent ad cur.lib.10.
populum. Specul.d §. sequitur.

Et hæc quidem de forẽsi domesticaque veste crebrior est sen- q Ezechiel
tentia, cui forte refragari quispiam dixerit, quod de Cornelio cap.43.
D Frontone adnotatum apud Dionem inuenimus, Græcè qui-
dem,sed in hunc sensum: Fuit & Cornelius Fronto magnæ au-
thoritatis,qui in agendis causis Romæ primum locum obtine-
bat: Hic aliquando cùm vesperi à cœna sero domum rediret,
audiuissétque eum cui patrocinium quandoque pollicitus fue-
rat causam agere veste cœnatoria indutus, vt erat, in ius venit, r Dion Cas-
iudicésque salutauit,non verbo:Salue,quæ matutina erat salu- sius in Adri-
tatio,sed vespertino verbo vsus, Valete,inquit.[r] ano.

Quamuis enim (quod alibi admonui)* non exemplis, sed * Non exẽplis sed legibus)

Vide in hanc sententiam plinium lib. 10. epist. 20. ratio autem cur non exemplis, sed legibus Iudicandum fit,quia de vno homino fit Iudicium,non lex, vt ait Hippocrates epist. ad Hermodorum, tum quia res inter alios acta, aliis non nocet.

legibus iudicandum sit,nec tam quid factum sit,quàm quid fieri decuit spectandum:constat tamen ab exemplis, præsertim illustrium virorum, qualis fuit Fronto, argumentum interdum non ineptè duci posse. Sed hunc quoque modum, siquis est, haud difficile fuerit expedire. Non enim videri potest Fronto indecorè quicquam aut alienum à se fecisse, qui à cœna rediẽs, in via fortè repertus, cœnatoria, vt erat,veste amictus, cùm forensem sumere non vacaret,amico, cui patrocinium pollicitus fuerat, adfuturus in ius ierit:cum sciret tunc temporis Iudices operam illi dare. Nam cum videret tempus illud vespertinum causis agendis non satis esse idoneum, iustèque ideo ignoraret, fore vt operæ suę ea hora cliens indigeret,nihil deliquit,qui vtcumque vestitus ei deesse noluerit:cum & culpa, siqua fuit,penes iudices esset,quibus vt Pomponius scribit, vespertinis temporibus in publicum esse inconueniens erat.[s] Quod & ipse,veluti Iudices notans, subindicasse videtur vespertinæ salutationis verbo vsus:nisi ad excusandam vestem dictum malis.Matutino autem tempore, septémque primis diei horis, exercendis iudiciis aliisque rebus seriis Romanos vacare solitos ostendit Martialis quodam Epigrammate: reliquum vero pallestræ,toro,cõuiuiis,iocisque tribui, vt non abs re dixerit Paulus,cuiusque diei potiorem partem septem primarum horarum esse, non supremarum,[t] quod prioribus illis seriis incomberent, posterioribus iocis & conuiuiis operam darent. Carmen Martialis hoc est.

A B C

s l.2,§.& quia ff.de origine iuris.

t l.2.ff.de verb.signif.

Prima salutantes atque altera continet hora
Exercet raucos tertia causidicos,
In quintam varios exercet Roma labores,
Sexta quies lassis,septima finis erit.[u]

u Martialis lib.4.epigra.

Et quę sequuntur.Sed adhuc forte non deerit,qui Frontonem non omnino culpæ exortem fuisse dicat, quòd cœnatoria amictus in publicum prodierit,seque non vt decebat vestitum propalam spectandum præbuerit. Forensi etenim non in foro tantum verumetiam foris & in propatulo indui debuisse,sicut cœnatoria domi & in cœna:sed hinc quoque elabi difficile non fuerit. Quid enim est in quo Frontonis culpam agnoscere queas,qui id fecerit,quod nec ei,nec alij cuiusuis ordinis homini lege vlla interdictum sit? Cuius rei non leue est argumentum, quòd Adrianus sub quo Fronto floruit, cùm Senatores, nisi togatos, in publico apparere vetuisset, eos qui à cœna do- D

A mum redirent nominatim excepit. Spartianus. Senatores, inquit, & equites Romanos semper in publico togatos esse iussit, nisi à cœna reuerterentur.[x]

Vestes vero cœnatorias accipere debemus, quibus vtebantur in cœnis, quas & cœnatoria numero multitudinis Martialis appellat.

x Spartianus in Adriano.

Pugnorum reus, ebriaque noctis
Cœnatoria mittat aduocato.[y]

y Martial. lib. 10. Epigramma.

Et è nostris Pomponius cum Q. Mutium dicentem refert, scire B sequendam Senatorem muliebribus cœnatoriis vti solitum. Cœnatoriæ quoque vestis meminit Capitolinus in Maximino iuniore his verbis: Ipse puerulus cum ad cœnam ab Alexandro esset rogatus, in patris honorem, quod ei deesset vestis cœnatoria, ipsius Alexandri accepit. Tricliniares similiter dictas sunt qui tradant à triclinio loco discubitorio, in quo discumbebant & cœnabant. Quæ vox etiam interdum pro mensa ipsa & discubitorio apparatu accipitur: Tranquillus. Legem præcipuè sumptuariam exercuit dispositis circa macellum custodibus qui obsonia contra vetitum retinerent, deportaréntque ad se, C submissis nonnunquam lictoribus atque militibus, qui si qua custodes fefellissent, iam apposita è triclinio auferrent.[z] Vnde & Laberni triclinaria vestimenta. Cum ita, inquit, legatum est. Vestimenta quæ volet triclinaria sumito, sibique habeto,[a] Plinius. Qua purpura quis non iam triclinaria facit.[b] Quo fit, vt discubitorias quoque non ineptè dici posse credam, siquidem discumbere valet mensæ accumbere, discubitoriúsque lectus Plinio dicitur in quo discumbebant cœnaturi. Qua ratione & cubiculares dici possunt, quòd iis similiter in cubiculis vterētur: vnde & cubiculares lecti Ciceroni,[c] cubiculariaque D stragula & cubicularis lucerna Martiali.[d] Nec me præterit apud Plinium tricliniariorum verbo aulæa & tapetes, quibus triclinia vel sternebantur vel obtendebantur à quibusdam intelligi, sicut & alibi cum ita scribit. Metellus Scipio triclinaria Babilonica sestertium octingentis millibus venisse. Iam tunc ponit in capitonis criminibus.[e] Sed nihil obstat quominus etiam vestes interprætemur, vt dicamus seculi illius luxum notari, quo purpura in vestibus cœnatoriis vtebantur. Nam ita vestitos permultos cœnitasse, Metelloque Pio accumbenti togam pictam amiculo plerumque fuisse, scriptum inuenimus:

z Tranquillus in Iulio Cæsare cap. 43.
a l. apud aufidium. ff. de optio. vel elec. legat.
b Plin. lib. 9. cap. 39.
c Cice. 5. Tuscul. & lib. 2. de diuinat.
d Martial. lib. 14.
e Plin. historiæ natu. lib. 8. cap. 48.

e Macrobius lib. 3. cap. 13.

f Bassius lib. de re vestiaria.

[e] scimúsque esse qui togam pictam purpuream vestem fuisse A
tradant, [f] déque ea locutum Martialem cum ait.

Constatura fuit Megalensis purpura centum
Millibus:

Quibus & ipse assentior Festi Pompeij authoritate ductus, qui de toga picta scribit ad hunc modum. Picta quæ nunc toga dicitur, antea purpurea vocitata est, eratque sine pictura. Ex quo intellectu facile est non de aulæis & tapetis lectorúmve operimentis, sed de cœnatorio indumento Plinium loqui. Cui rei & illud argumento est, quod multo ante cum natum purpuræ vsus in stragula veste viris concessus erat, vt ex Liuio intelligere datur, cum L. Valerium Trib. pleb. aduersus Catonem sic loquentem inducit. Cum tibi viro liceat purpura in veste stragula vti, matrem familias tuam purpureum amiculum habere non sines? Et equus tuus speciosius instratus erit quàm vxor vestita? [f] Sicut ex Seneca dum infit. Nihilo me fœliciorem credam, quod mihi molle erit amiculum, quod purpura conuiuis meis substernetur.[g] Martialis. B

f Liuius lib. 34.

g Seneca lib. de beata vita c. 25.

h Martial. lib. 14.

Stragula purpureis lucent villosa tapetis.[h]

Cœnatoria autem purpurea vti non licuisse ostendit Cicero 7. in Verrem his verbis: Iste cum pallio purpureo, talarique tunica versabatur in conuiuiis. Vt ita necessario prior ille Plinij locus de cœnatoria quæ indutui habebatur, non stragula veste, accipiendus sit. Quod enim ad posteriorem pertinet de triclinaribus Babilonicis,[i] facile in Budæi sententiam concesserim de tapetis & aulæis, quę ex Babilonia aduehebantur intelligendum existimantis. De quibus Lucretius: C

i Budæus lib. 2. de asse.

Pusi sæpe lacum propter se, ac dolia curta,
Somno deuincti credunt extollere vestem,
Totius humorem siccatum, vt corpori fundant:
Cum Babilonica magnifico splendore rigantur.[k] D

k Lucretius lib. 4.

Quibus verbis significat pueros sæpe putare se in somnis prope lacum ac dolia vestem attollere vt meiant: cum interea vestes stragulas & lectum lotio madefaciant & commeiant. Vtramque vestem tam forensem quàm cœnatoriam complectitur Martialis disticho quodam, cui titulus est cœnatoria.

Nec fora sunt nobis, nec sunt vadimonia nota.
Hic opus est pictis accubuisse toris.[l]

l Martial. li. 14. Epigram.

His enim versibus significat cœnatoriam vestem, quę quietis &

A otij symbolum est, forensi, quæ laboris & operæ nota est, & signum præferendam. Quem tamen locum de stragula cœnatoria, quæ & ipsa vestis appelatione continetur, accipiendum satis ex superioribus intelligi arbitror: sicut ex verbis illis, pictis accubuisse toris. Græcis forensia δικανικὰ dicuntur, sicut cœnatoria recidigna, vel vt alij malunt trechedigna: de quibus Iuuenalis satyra.3.

Rusticus ille tuus sumit trechedigna Quirine:
Et ceromatico fert niceteria collo.

Firque trechedignæ vestis ab Athenæo, Plutarcho, & aliis B plerisque mentio: sicut à Nonio diurnæ & nocturnæ [m] quæ forensem cœnatoriamque significant: quod forensem foris interdiu, cœnatoriam domi noctu, id est, sub cœnæ tempus, sumerent. Sunt & qui synthesis verbo apud Martialem cœnatoriam intelligant, cùm ait.

m Nodius in libello de genere vestimentor.

Vndecies vna surexti Zoile cœna
Et mutata tibi synthesis vndecies
Sudor inhæreret madida ne veste retentus,
Et laxam tenuis læderet aura cutem.
Quare ego non sudo, qui tecum Zoile cœno?
C *Frigus enim magnum synthesis vna facit.* [n]

n Martialis lib.5.

Mordet enim Poeta zoilum, qui vt vestes ostenderet, eas in cõuiuio simulato sudore, subinde mutabat. [o] Quod si cui etiam cibariam cum Cælio Calcagnino appellare libeat, vt qua inter vescendum & cibum sumentes vterentur, per me equidem licet, dum sciat nullibi apud vetustiorem authorem hanc vestis appellationem inueniri. [p] Sed hac ratione epularem quoque dicere religio non erit. Nam & sermones epulares, epularemque accubationem apud Ciceronem & alios legimus. Togam autem etiam dictam, quam amictui domi & in cœna habebãt, D licet à forensi diuersa, alteriusque formę esset, satis ex Macrobij Festique Pompeij locis de toga picta à nobis relatis dilucere arbitror, sicut ex iis quæ mox subiecturus sum de toga pulla: sed apertius ex Spartiano in Seuero. Cùm rogatus, inquit, ad cœnam imperatoriam palliatus venisset, qui togatus venire debuerat, togam præsidiariam ipsius Imperatoris accepit. Qua tamen in re variatum, Romanósque aliquando palliis etiam in cœna vsos indicio est, quod Martialis scripsit in Syllam.

o Turneb. aduersa lib. 23. cap. 18.

p Calcagninus Epistolica quæst. lib. 3. epist. 1.

Ad cœnam venies, sed sic diuisa recumbes,

q Martil.

Vt non tangantur pallia nostra tuis.[q]

A

Nec me præterit Imperatores ipsos palliatos interdum, nonnunquam etiam togatos discubuisse, idque aliquando permittentibus iis ab illis factum quos ad conuiuium vocabant. Spartianus in Adriano. Ad conuiuium venientes Senatores, stans excepit, semperque aut pallio tectus discubuit, aut toga submissa. Tranquillus in Cæsare dictatore. Conuiuatum assiduè per prouincias duobus tricliniis, vno quo sagati palliative, altero quo togati cum illustrioribus prouinciarum discumberent.

r Volfgāgus Lasius commēta. Reipu. Ro. lib. 8. cap. 2.

s Cic. in Vatinium.

B

Cuius verò coloris cœnatoria fuerit, parum comperi, quamuis sciam esse qui albam fuisse dicat: r sed is assiduus locuplésque adeò non est, vt ei sine pignore credendum putem. Atra quidem & pulla accumbere turpe & indecorum fuisse haud nescius sum, ac proinde Vatinium à Cicerone repræhensum, quod in epulo Q. Arij atratus, hoc est, cùm toga nigra, discubuisset. Cicero. Atque illud, inquit, etiam scire ex te cupio, quo consilio, aut qua mente feceris, vt in epulo Q. Arij familiaris mei cum toga pulla accumberes, quem vnquam videris, quem audieris, quo exemplo, quo more feceris. Et paulò post. Cedo, quis vnquam cœnauit atratus? Albatos tamen in publicis conuiuiis cœnitasse inficias non iuerim, qui videam id à Cicerone subindicari, cùm ait, Cui de balneis exeunti præter te toga pulla vnquam data est? cum tot hominum millia accumberent, cùm ipse epuli dominus Arius albatus esset? hunc tumorem ignorabas? nunquam epulum videras? t Quanquam & hoc de funebribus conuiuiis accipiendum videri possit: siquidem funebris fuit illa cœna, quam in funere patris Arius exhibuit, quod & sequentia Ciceronis verba perspicuum faciunt. Quis vnquam in luctu domestico, quis in funere familiari cœnauit cum toga pulla. Sed magis est, vt de publicis quibusuis aliis cōuiuiis idem censeamus. Generalia enim adeo sunt Ciceronis illa verba: Quis vnquam cœnauit atratus: & quæ sequuntur: Hunc tu morem ignorabas, nunquam epulum videras, nunquam puer aut adolescens inter coquos fueras, vt ad funebria restringi non possint. Quam sententiam & illud confirmat quod lib. 2. Satyra 2. Horatius cecinit dicens.

C

t Cic. ibidem.

D

---licebit
Ille repotia, Natales, aliosque dierum
Festos albatus celebret:

His quippe versibus significat veteres albatos conuiuia iniuisse,

eamque

A eamque consuetudinem, tam in Natalitiis & Repotiis, quam nuptialibus aut spõsalibus & quibusvis publicis, seruatam. Sunt & qui de hac veste sensisse Tranquillum arbitrentur, [u] cùm ita scripsit: Quosdam ad excusandi se verecundiam compulit, seruauitque etiam excusantibus insigne vestis & spectandi in Orchestra † epulandique publicè ius: [x] à quibus tam ego dissentio, quàm qui maximè. Loqui enim Tranquillum de lato clauo Senatoriæ dignitatis insigni, vel cæco apparet, vt ad interpretationem illam refellendam pluribus verbis nihil opus sit.

[u] Fulgentio Lazius d. cap. 1. lib. 8.

† Locus in theatro in quo sedebãt Senatores.

[x] Tranquillus in Augusto cap. 3.

B Quanquam & Dionis eadem de re agentis testimonium proferre possim, cùm ait. His motus Augustus denuò examen senatus instituit: quibusdámque depositis, alios subrogauit. Cum sic quoque ordine Senatorio moti essent, quorum nonnulli causas afferebant, cur iniquè secum ita actum esset, iis tum Augustus inter Senatores eodémque habitu conuiuia, & spectacula frequentandi copiam fecit. Nam & quorsum Augustus albo Senatorio erasis, in solatium amissæ dignitatis albatæ vestis vsum concessisset (qui illis in publicis conuiuiis interdictus non erat) nihilóque magis peculiaris Senatorum quàm aliorũ nobilium & diuitum fuit, vt ita insigne vestis Senatoriæ dignitatis dici C non potuerit.

Quod autem ad vestes attinet quibus in priuatis familiaribúsque cœnis domi, aut apud amicos paucis adhibitis vtebantur, similius veri est certum iis colorem definitum non fuisse, neque certam formam, iisque pro arbitrio vsos. Cui rei argumento est, quod de Senatore illo diximus, qui cœnatoriis muliebribus vtebatur, quibus extra domum sine repræhensione vestiri non potuit: [y] sicut & illud, Domi quod lubet. Nam pontificiæ constitutiones, quibus clericis sacrisque initiatis certarum vestium vsu interdicitur, de iis discertè loquuntur, qui eas pu-D blicæ gestant, [z] non qui priuatim domi vel apud amicum in cœna indutas habent. [a] Siquidem id clanculum secretóque fieri existimatur, quod illic fit, adeò vt nulla aut modica eius ratio habenda sit: vt ex eo cognoscere licet, quod de Alexandro scriptum apud Plutarchum legimus illum cum in Parthiam profectus esset Barbarã quidem stolam peregrinúmque gentis illius cultum induisse, sed eo primum in barbarorum tantum conuentu, ac domi cum æqualibus vsum, sicut quod domi & in conuiuio synthesis vsum (quæ vestis, vt quidam putant, versicolor fuit) cõcessum fuisse ex Martiale docuimus, cùm

[y] l. vestis ff. de aur. & argent. legat.

[z] cap. penult. de vita & honest. cleri. Clement. 1. & 2. eod. tit.

[a] Laurent. d. clement. 2.

tamen publicè præterquàm Saturnalitiis diebus ferre eam re- A
ligio fuerit. Martialis in Epigrammate cui titulus, Synthe-
ſis:

Dum toga per quinas gaudet requieſcere luces,
Hos poteris cultus ſumere iure tuo.[b]

Et iterum:

Syntheſibus dum gaudet eques dominuſq́ Senatus
Dumque decet noſtrum pilea ſumpta Iouem.

Tranquillus in Nerone. Circa cultum habitúmque adeo pu-
dendus, vt plerumque ſyntheſim indutus prodierit in publi-
cum.[b] Quibus locis perſpicuè demonſtratur, Romæ olim ſyn- B
theſim indutum quenquam apparere in publico ſine probro &
dedecore non potuiſſe, præterquàm (vt dixi) Saturnalitiis die-
bus. A quo more fluxiſſe videri poteſt Venetorum illud inſtitu-
tum, quo Senatores certo quodam togæ genere perpetuò vti in
publico tradunt, domi eoſdem ſericatos eſſe: qua veſte domeſti-
ca, ſi foris vterentur, capitis dimicationem ſubituros eſſe: & no-
bilitatem amiſſuros. Cuius tamen mentionem à Contareno,
Bembo, Ægnatio, aut alio, præterquàm Turnebo,[c] fieri non
memini. Publicè autem ſeu publicitus fieri intelligitur, quod C
coram populo & in omnium oculis fit, aut etiam coram multi-
tudine, tametſi hoc poſtremum non tam publicè quàm palam
fieri ſint qui tradant: Cuius ſententiæ author eſt præceptor
meus,[d] quæ tamen mihi probari non poteſt, qui videam has vo-
ces ſæpenumerò promiſcuè & eundem in ſenſum accipi, ídque
palam fieri dici, quod publicè & in conſpectu omnium fiat.[e] Ci-
cero 4. in Verrem. Cùm hæc confeſſus eris quæ in foro palam
Syracuſis in ore atque oculis prouinciæ geſta ſunt. Et ſeptima:
Qui ducem prædonum aut hoſtium cæperit, quam libẽter eum
palam ante oculos omnium eſſe patiatur? Et alibi. Quas literas. D
A. Aurius in foro palam multis audientibus, cum adeſſet Opia-
nicus, recitat.[f] Liuius. Multi ea nocte, quæ diem inſecuta
eſt, quo in concione res palam facta eſt, fugientes compræ-
henſi ſunt.[g] An verò ſyntheſis inter viliores veſtes fuerit, non
ſatis conſtat inter eruditos, Alciato,[h] Baifio & quibuſdam
aliis fuiſſe exiſtimantibus, quòd domeſtica eſſet, eaque Sa-
turnalitiis diebus domini vterentur, quibus, ex more, domi-
norum veſtes ſerui induebant, rurſuſque pari conditione do-
mini cum ſeruis erant. Súntque ideo qui ſeruilem fuiſſe cre-
dant:[i] Contrà aliis & Turnebo elegantiorẽ & lautiorem fuiſſe

b Martia. lib. 14. Epigram.

b Tranquil. in Nerone ca. 51.

c Turnebus d. cap. 13. lib. 23. aduerſa.

d Alciatus l. palam ff. de verb. ſig.

e d. l. ſed ſi pupillus verſ. proſcribere ff. de inſtitu. act.

f Cic. pro Cluentio.

g Liuius lib. 39.

h Alciat. lib. 1. prætermiſ. & lib. 2. parer. cap. 21. Baiſ. d. lib. de re veſt.

i Beatus Rhenanus in lib. Tertuliani de pallio. Cælius Rhodiginus lib. 7. ca. 27.

A affirmantibus, quibus & ipse accedo Tertuliani authoritate ductus, de Cleomacho, qui vestitum athleticum molli delicatóque cultu mutauerat, sic loquentis. Vtique sicut vestigia cæstuum viria occupauit, ita & Endromedis colorem aliqua multitia synthesi extrusit. Multitiam enim vestem pro subtili tenuíque & delicata vsurpat, sicut Vopiscus. Aureliano cui Consulatum detulimus ob paupertatem dabis ad editionem Circensium tunicas multitias viriles decem. [k] Iuuenalis Satyra 2. k Vopiscus in Aureliano.

---sed quid

B *Non faciant alij cum tu multitia sumas*
Cretice: & hanc vestem populo mirante perores
In proculas?

Et paulò post:

-- Quæro an deceant multitia testem?

Molicinam Nonius appellat à molitie.

Sanè cum forensi veste, foris tantum & in foro veteres vterentur, dubium non est, quin eius asseruandæ cura intentior illis, quàm domesticæ fuerit, vt ex Columella cognosci potest, cum in Arculis fagineis vel etiam tiliaceis, vestimenta forensia C condi solita scribit. [l] Non enim istiusmodi curam in custodiendis domesticis adhibuisse illos vsquam (quod meminerim) legitur:opinor, quia viliores essent, & his in quotidianum vsum indigerent, quod vel Herodiani locus à nobis citatus perspicuè demonstrat his verbis:Laceratis vestibus vilioribus, vtpotè domi sese continentium: Si qua tamen paulùlum modo elegans pretiosáque esset, qualem fuisse synthesim ostēdimus,haud dubium est, quin in ea asseruanda æquè diligentes,ac forensi, fuerint: ideoq; & quia etiam raro ea vtebantur,domi compositam in arculis aut prælis habebant. Quod Martialem sensisse Tur- l Columella lib.12.ca. 45.

D nebus existimat, cùm dixit.

De Palatinis domine, quod serica prælis. [m] m Martial. lib.11.

Præli enim verbo Loculos intelligit, qui & ab Amiano Marcellino pressoria dicuntur,quibus compressæ vestes cōtinebantur.Sed longè apertior est alius eiusdem Poëtæ locus,nec à Turnebo nec quoquam alio (quod legerim) animaduersus, ex quo hoc dignosci queat,Martialis.

Florida per varios, vt pingitur hybla colores
Cum breue Sicaniæ ver populantur apes:
Sic tua suppositis perlucent præla lacernis.

n Martial. lib. 2.

Sic micat innumeris arcula synthesibus. [n] A

Nec est quod quis aduersari sententiæ nostræ putet, quod Augustus forenses similiter negligentius asseruauerit, vt quas nec repositas nec vestiariæ arcæ aut scriniis inclusas in cubiculo habuerit: id enim idcirco faciebat, ne si quid subitò dignum se in foro explicandum occurreret, quod moram paulò longiorem non reciperet, præsto & ad manum non haberet. Quod Tranquilli verba illa ad subitos repentinosq; casus parata, apertè demonstrant. Quod verò foris tantùm & in foro forensibus vsos Romanos diximus, à Carthaginensibus quoque obseruatum argumento est, quod de Annibale fugam ad Antiochum B parante scriptum apud Liuium legimus his verbis. Annibal præparatis iam omnibus antè ad fugam, obuersatus eo die in foro auertendæ suspicionis causa, primis tenebris vestitu forensi ad portam cum duobus comitibus ignaris consilij est egressus, cum equi, quo in loco iussi erant, præsto fuissent. [o] Hinc enim intelligere licet illum, quod ea die in oculis principum ad vesperam vsque in foro fuisset, [p] forensi veste amictum fuisse, quam etiam rus profecturus non exuerit, ne si viatoriam & itinerariam induisset, fugæ, profectionísque suæ consilium palam fecisset. C

o Liuius lib. 33.

p Iustinus lib. 31.

Illud constat hodie in Gallia togas & epomides quibus induuntur tàm Senatores quàm Causidici, cognitores & qui alij operam in foro præbent, eiusdem esse formæ, vt ex habitu cultúque internosci nequeant, nisi cum festo cultu, purpureóque amictu visendum se Senatus præbet. Cogitauique ideo aliquando reip. expedire (quod Alexandrum Seuerum in animo habuisse Lampridius memorat) omnibus officiis genus vestium proprium dari, & omnibus dignitatibus, vt à vestitu dignoscantur: [q] quamuis me non lateat hoc Vlpiano Paulóque displicuisse, dicentibus, plurimum rixarum fore si faciles essent ho- D mines ad iniurias. [r] Non est præterea silentio transmittendum, quod de oratoribus sui seculi Tacitus scribit eos interdum in causis agendis penulis vsos, Quantum, ait, humilitatis putamus eloquentiæ attulisse penulas istas, quibus astricti & velut inclusi cum Iudicibus fabulamur? [s] cum tamen id vestimenti genus, vt est apud Lampridium, ferè semper itinerarium aut pluuiæ fuerit: [t] sintque ideo qui penulam ita definiant, vt sit vestis vilis & densa, qua cæteras ab imbre custodimus. Hincque iocus ille apud Quintilianum cum Galba penulam roganti

q Lucianus in Cinico.

r Lampridius in Alex. Seuero.

s Tacitus dialogo de oratore.

t Lampridius in Alex.

A respondit, non pluit, non est opus tibi, si pluet ipse vtar. v Et quod prouerbio dici solet æstate penulam deteris. Iuuenalis satyra. 5. v Quintil. lib. 6. cap. 3.

—fremeret sæua cum grandine vernus
Iupiter, & multo stillaret penula nimbo.

Martialis in apophoretis de penula scortea:

Ingrediare viam cœlo licet vsque sereno,
Ad subitas nusquam scortea desit aquas.

Quanquam me non lateat frigoris quoq; causa nonnunquam veteres vti ea solitos. Tertulianus in Apologet. Ne vel hyeme B voluptas impudica frigeret, Lacedæmonij penulam ludis excogitarunt. Suntque ideo qui legem 1. C. Theodosiani de habitu quo vti opor. intra vrb. quæ Senatoribus penulis intra vrbem vti permittit, frigoris tantum causa permisisse interpretantur, quod & illis antea ab Alexandro Seuero concessum fuerat. Lampridius. Tum satis esse constituit, vt equites Romani à Senatoribus claui qualitate discernerentur. Penulis intra vrbem frigoris causa vt senes vterentur permisit. Vt ita de nihilo sit, quod dicunt, mutari cum temporibus rerum formas, rémque ipsam vestiariam varijs temporibus haud prorsus eandem ratio- C nem retinere potuisse. x Inest enim, quod idem Tacitus ait, rebus cunctis quidam velut orbis, vt quemadmodum temporum vices, ita morum vertantur. y Cuius etiam rei non leue est argumentum, quòd qûum Adrianus (vt dixi) Senatores in publico togatos semper esse iussisset, dicta tamen lex 1. quæ Gratiani, Valent. & Theodosij Cæsarum est, satis habet, si Senator in Senatu & in fungendo munere senatorio togatus fuerit. Sunt autem legis illius hæc verba, Sine exceptione temporis matutini duntaxat, intra mœnia constitutus nullus Senatorum habitum sibi vindicet militarem: sed chlamidis terrore deposito, quinta D penularum induat vestimenta. Cum autem vel conuentus ordinis candidati cœperit agitari, vel negotium eius sub publica iudicis sessione cognosci, togatum eundem interesse mandamus. Quinimo nec seculo etiam Adriani obseruatum perpetuò illud fuit, sed aliquando contrarius vsus inualuit, vt videlicet Senatores tunicis & lacernis induti in publicum prodirent. Sic enim apud Gellium Titus Castritius vir summa authoritate, grauitateque, & ab Adriano ob mores atque literas spectatus, quosdam Senatores in Rhetoricis olim discipulos suos alloquitur. Equidem maluissem vos togatos esse: pigitum est

x Gell lib. 7. Baif. d. lib. de re vestia.
y Tacitus lib. 3.

cinctos saltem esse & penulatos. Sed si hic vester huiusceemodi A vestitus de multo iam vsu ignoscibilis est: Soleatos tamen vos pop. Rom. Senatores per-vrbis vias ingredi, nequaquam decorum est. z

z Gell. cap. 20. lib. 13.

Et hæc quidem mea de cœnatoria triclinarique & aliis vestibus est sententia: à qua non ita multum dissident, quæ de eadem re vir eruditissimus Pet. Faber libellorum in Regia magister, doctè copieséque disseruit. Cuius semestrium Liber nuper, postque multos, quàm hæc commentatus essem, annos, in lucem exijt. De eo mihi cum illo non conuenit, quod cœnatoriam vestem, qua amictus Cornelius Fronto, amico operam daturus in ius iuit, muliebrem fuisse tradit. Non enim mihi verisimile fit, illum sui decorisq; & pudoris adeò oblitum, vt quam vestem vix domi sine vituperio induere potuit, ferre in propatulo voluerit. Nam, vt demus diuinæ illum legis, quæ virum veste fœminea vti disertissimè vetat, notitiam nullam habuisse, legem tamen naturæ ignorare non potuit, ex qua Diogenes (quod & ipse Faber refert) esse censet, ne quis nudus in foro obambulet, aut muliebri veste vtatur. a In quam sententiam Seneca non videntur, inquit, tibi contra naturam viuere, qui commutant cum fœminis vestem: b Siquidem in mulieres (vt apud Euripidem Pentheus dicebat) è viris migrare videntur, qui muliebribus induuntur: nec vnquam animo integer volet vestem induere fœmineam. c Nec credibile est Platonem eum legisse, cuius in Dionisij conuiuio hæc est sententia: ὐκ ἂν δυναίμην θῆλυν ἐνδῦναι στολὴν ἄῤῥην ὢν πεφυκώς, id est, *Vir ipse vestem muliebrem non sumpserim*: sicut nec Ciceronem & classicos alios scriptores à Fabro citatos. Fuit quippe Fronto, vt est apud Dionem mágnæ authoritatis vir, qui in agendis causis Romæ primum locum obtinebat: d M. Antonini Philosophi dicendi præceptor, à quo adeò dilectus fuit, vt illi statuam à Senatu statui peteret: e Consulatum gessit imperante Nerua, sub quo cum ex libidine quorumdam, multi iniuste accusarentur, propalam dixisse fertur: Malum quidem esse imperatorem habere sub quo nemini licet quicquam facere: sed multo peius esse cum omnia licent omnibus. f De cuius doctrina, eloquentia, cæterisque animi & ingenij dotibus multa apud Plinium iuniorem & alios cernere est: g in queis illud Gellij æqualis sui. Adolescētulus Romæ priusquam Athenas concederem, quando erat à magistris auditionibúsque abeundis otium, ad Fron-

a Diogenes Laertius in Platone.
b Seneca ep. 123. lib. 22.
c Euripides in Bacchis.
d Dion. in Adriano.
e Capitolinus in Antonino Philos.
f Dion. in Nerua.
g Plin. epist. ad Arrianum lib. 2.

A tonem Cornelium visendi gratia pergebam, sermonibúsque
eius purissimis, bonarúmque doctrinarum plenis fruebar. Nec
vnquam factum est quoties eum vidimus, loquentémque au-
diuimus, quin rediremus fere cultiores doctioresque.[h] Auso- h Gell. lib.
nius: Vnica mihi & amplectenda est Frontonis imitatio, quem 19. cap. 8.
tamen Augusti magistrum sic consulatus ornauit, vt præfectura
non cingeret. Et paulò post: Ecce aliud quod aliquis opponat:
in tanti ergo te Oratoris fastigium te gloriosus attolis. Cui talia
requirenti, respondebo breuiter: Non ego me contendo Fron-
B toni, sed Antonino præfero Gratianum.[i] Vt ita cœnatoriam il- i Ausonius
lam vestem virilem fuisse vero propius sit. Nec me de sententia in gratiarum
dimouet stolæ verbum, à Dione vsurpatum, cum στολὴν δειπνῖτιδα actione pro consulatu.
Frontonis vestem dicit: Quamuis enim stolam Vlpianus mu-
liebribus vestimentis annumeret, à Græcis tamen vestis quæ-
libet sæpe stola appellatur, vt ex Euripide datur intelligi cùm
chorus sic Dolonem alloquitur: Ἐπὶ τίν᾽ ἄλλην τῆσδ᾽ ἕξεις στολήν; *Num
aliam quandam præter hanc indues stolam*)[k] vbi virilem intelli- k d.l. vestim.
git, quam Dolon ad naues argolicas explorator missus, indu-
turus erat: sicut muliebrem qua amicta erat Clytemnestra cum
ad ipsius cædẽ Orestes se accingeret. μὲν ὄχοις τε καὶ στολῇ λαμπρύνεται.
C *Atqui rheda & stola se ostentat magnifice.*[l] Videtur enim dicta, l Eurip. in
ἀπὸ τοῦ ἕννυμαι quod est, *inducere & vestire*: vt ideo *vestem cœna-* Rheso.
toriam,) quod ipse Faber non diffitetur) vterque Dionis inter-
pres recte verrat. Nec dubium est quin latinis hæc duo voca-
bula synonima sint. Quando quidem stolam (vt Nonius ait,)
veteres dixêre omne quod corpus tegeret.[m] Nam si mulie- m Idem in
brem cœnatoriam Dion intellexisset, verisimilium est, vo- Electra.
cem aliquam adiecturum eum fuisse, quæ id indicaret, Cice-
ronis exemplo, cum dixit. Sumpsisti virilem togam quam sta-
tim muliebrem stolam reddidisti:[n] & Varronis in Eumenidi- n Nonius d.
D bus à Nonio citati. Partum venusta muliebri ornat stola. Quid lib. de gen. vestim.
enim opus fuit, muliebrem, addere, si virorum quoque stola
non fuisset? Significari autem interdum hac voce in sacris
etiam literis virile indumentum, vel locus ille ex Euangelio[o] o Cic. phil.
Lucæ planum facit, de patre filium dissipata substantia ad se lib. 2.
reuersum osculo excipiente. Cito proferte stolam primam &
induite illum.[p] Sicut ille ex Genesi de primijs, quibus à Pha- p Luca cap.
raone ob somniorum interpretationem Iosephus honora- 15.
tus fuit. Dixitque rursum Pharao ad Ioseph. Ecce consti-
tui te super vniuersam terram AEgypti, vestiuitque eum

ſtolam byſſinam.[o] In quem ſenſum diuus Ambroſius de Iacob & vita beata. Ideo ſtolam accepit fratris ſui, quia ſenili præſtabat ſapientia.[p] Gratianus ex 8.ſynodo. Nullus eorum qui connumerantur in clero veſtimentum indecens habeat, ſiue in ciuitate degens, ſiue in itinere ambulans, ſed ſtolis vtatur, quæ conceſſæ ſunt clericis.[q] Philelphus Xenophontis interpres de Cyro loquens. Itaque elegit ſtolam medicam & ipſe ferre, & vt familiares ea induerentur perſuaſit.[r] Guarinus Plutarchi interpres in Alexandro. Caſtra mouit in Parthiam, vbi intentus otio barbaram primo ſtolam induit. Et rurſum acri pugna cõmiſſa, is quem Alexandrum appellabant victor euaſit, is igitur ab Alexandro, duodecim vicis & Perſica ſtola donatus eſt. Commune vero apud D. Ioannem in Apocolypſi intelligẽdum nemo ambigit, cum ait. Hi qui amicti ſunt ſtolis albis, qui ſunt & vnde venerunt? Hi ſunt qui venerunt de tribulatione magna & lauerunt ſtolas ſuas & dealbauerunt eas in ſanguine agni.[s] Nec obeſt quod Pomponius Q. Mutium dicẽtem refert, ſcire ſe quendam Senatorẽ muliebribus cœnatorijs vti ſolitum:[t] Non enim ideo dicit quaſi probet, vel à pluribus fieret, quod & vox illa quendam, ſatis indicat, quæ ſingularis eſt & vnicam perſonam notat: cuiuſque exemplum quenquam, qui modo cœnatoria aut alia dignitate clarus atque conſpicuus eſſet ſequutum, nuſquam, quod meminerim, legitur. Inficias tamen non iuerim id interdum à nonnullis inferioris claſſis, quibus honoris pudoriſque nulla aut admodum parua cura fuit, factitari ſolitum, vt ex authoribus à Fabro citatis intelligi poteſt, ſicut ex Pomponij reſponſo, cum ait, difficultatem facere mentem legantis, ſi & ipſe ſolitus fuerit vti quadam veſte, quæ etiam mulieribus conueniens eſt.[v] Et iterum. Si ſtipulatus fuero de te (inquit) Veſtem tuam, quæcunque muliebris eſt, dare ſpondes? Si ſolitus fuerat promiſſor muliebri quadã veſte vti, nihilo minus debebitur:[x] quanquam prius illud reſponſum non de muliebri tantùm, ſed communi promiſcuaque virorum & mulierum, me iudice, accipiendum ſit. Quod verba illa: Si & ipſe ſolitus fuerit vti quadam veſte, quæ etiam mulieribus conueniens eſt,[y] perſpicuè demonſtrant. Sed ab iſtius modi exemplis, quæ ſanus nemo ſequutus ſit, argumentũ duci perridiculum fuerit, ſicut ab iis quæ de Cæſaribus quibuſdã ſcripta legimus: non puduiſſe illos hiſce indumentis propalam etiam interdum indui, quos vel hoc nomine impudentiæ notatos paſſi ab hiſtoriæ ſcriptoribus videmus.

o Geneſ. ca. 41.
p Ambroſ. de Iacob. & vita beata lib. 2. cap 2.
q C. nullus 21. quæſt. 4.
r Xenophon de pædia Cyri lib. 8.
s Apocalipſeos cap. 7.
t d. l. inter veſtem ff. de auro & argent. legat.
v d. l. inter veſtem.
x l ſi mihi & Titio §. fin. ff. de verb. obligat.
y d. l. inter veſtem.

A B C D

A mus. Tranquillus in Caligula. Vestitu calceatúque & cætero habitu, neque patrio, neque ciuili, ac ne virili quidem semper vsus est. Sæpè manuleatus in publicum processit, nonnunquam socco muliebri atque etiam veneris cultu conspectus est. Iosephus de eodem Calligula. Quoties Chærea signum à se peteret, fœmineum aliquod & probrosum dabat vocabulum: atque hæc faciebat, cum ipsum non puderet in quibusdam à se institutis sacris, vti amictu muliebri, cincinisque & alio ornatu quo sexum mentiretur. z Lampridius in Commodo. Impudentiæ tantæ fuit, vt cum muliebri veste in amphiteatro vel theatro B sedens publicè sæpissimè biberit.

z Iosephus antiquitatum lib. 19. cap. 1.

Aduocatione omnino abstinendum esse Senatoribus, cæterisque Regijs magistratibus.

CAP. VI.

IS apud nostrates iampridem inualuerat abusus, vt plerique regij magistratus, & ex his nonnulli Senatorij ordinis, palàm & in conspectu omnium causidi- C cinam exercere non erubescerent: nihilque (vt prædicabant) indigum se munere suo facere rati, passim alienis in auditorijs, coram imi, etiam subsellij viris, obnoxiæque sententiæ iudicibus, vilioris alicuius mercedulæ spe adducti: litigantium quorumcumque desideria exponerent. Non sine magnâ amplissimi ordinis, omniumque ius dicentium iniuria. Ad quorum impudentem audaciam, fœdamque auaritiam retundendam, totiusque nostri ordinis decus retinendum, Senatus nostri consulto sancitum est, ne quis deinceps Senatoria dignitate insi- D gnitus, regiave aliqua præfectura ornatus aduocationem exercere audeat: graui mulcta eius decreti temeratoribus proposita. Quod equidem æquissimè, sanctissiméque constitutum à Senatu nostro fuisse, inficias ire nemo potest. Præter id enim quod (vt diximus) hoc edicto inexplebilis illa causidicorum quorumdam auaritia coercetur, decusque & maiestas amplissimi ordinis conseruatur, vix fieri potest, vt quis eodem tempore vtroque munere perfungi rectè possit, vt verissime dixisse videatur Iuuenalis. a

Pectora nostra duas non admittentia curas.

a Iuuenal. saty. 7.

Vnde & Iustiniani constitutione vetitum est ne quis ex his qui causarum aduocati constituti sunt, vno, eodémque tempore audeat tam aduocatione vti, quàm assessoris consiliariique alicuius magistratus muneri fungi: nedum in vtrumque festinet neutrum bene peragat. [b] Alibique traditur ei qui causidicus esse velit, eam stolam eo tempore personam neque præter eam aliam induendam. [c] Adde quod & id maximè videtur indecorum, monstrique speciem quadamtenus habere, eum cui assurgere, locoque cedere omnes soleant, omnibus sedentibus stare, eique silentium imperari, cuius iussu tacere consueuerunt omnes: & quem loquentem interpellare piaculum sit, eundem etiam probra & conuitia audire. Quæ omnia ei qui litigatoribus operam suam in foro accommodare velit, necessario sufferenda sunt. [d] Sed & si quis semel causam aliquam agendam, vel patrocinio suo tuendam susceperit, ab eius cognitione, & omni iudicandi munere (quantum ad eum attinet) abstinendum ei erit: ne non immemor pristinæ suæ affectionis, vel aduocationis non possit incorrupti Iudicis nomen perferre [e] Vnde perspicuum fieri videtur id edictum optimo iure à Senatu nostro promulgatum fuisse, longéque honestius esse si quis se Iudicem omnibus exhibeat, quam paucis aduocatum id quod & Plin. Cecilio in non absimili specie visum est Consultus enim à Pompeio Falcone, an in Tribunatu plebis causas agere sibi liceret; respondit id sibi non videri exemploque suo, vt ab omni causarum actione abstineret, in eo magistratu illum admonuit, iisdem ferè rationibus motus, quibus & nos decreti huius æquitatem ostendere nisi sumus: in qua specie licet à Plinio de Tribunitia tantum potestate sermo fiat. Quas tamen ille rationes adfert, ad quemcumque alium magistratum porrigi possunt. Vt sic manifeste liqueat, nouum illud edictum summa æquitate niti. Sed Plinii ad Falconem epistolam vti ad nostrum institutum plurimum facientem subiiciendam censui [f] C. Plinius Pompeio Falconi suo S. Consulis, an existimem te in Tribunatu causas agere debere. Plurimum refert quid esse Tribunatum putes: inanem vmbram, & sine honore nomen; an potestatem sacrosanctam, & quam in ordinem cogi, vt à nullo, ita ne a se quidem deceat. Ipse cum Tribunus essem errauerim fortasse qui me esse aliquid putaui: sed tanquam essem abstinui causis agendis: primùm quod deforme arbitrabar cui assurgere, cui loco cedere omnes oporteret,

b Nemo C. de assess.
c l. quisquis C. de post.
d l. quisquis glo. & doct. l. 1. ff. de offic. assess.
e l. solet & l. prætor ff. de iur. om. iud. l. fin. C. de assess.
f Plin. lib. 1. epist. 23.

A hunc omnibus ſedentibus ſtare: & qui iubere poſſet tacere quemcumque, huic ſilentium clepſidra indici: & quem interfari nefas eſſet, hunc etiam conuitia audire: & ſi multa pateretur inertem, ſi vlciſceretur, inſolentem videri. Erat hic quoque æſtus, ante oculos, ſi forte me appellaſſet, vel ille cui adeſſem, vel ille quem contra intercederem, auxilium ferrem, an quieſcerem, ſilerémque & quaſi eiurato magiſtratu priuatum ipſe me facerem. His rationibus motus, mallui me Tribunum omnibus exhibere, quàm paucis aduocatum. Sed tu (iterum dicam) plurimum intereſt, quid eſſe Tribunatum putes, quam
B perſonam tibi imponas, quæ ſapienti viro ita aptanda eſt, vt perferatur. Hactenus Plinius cuius ſententiæ, & illud ſuffragari videtur, quod ſcribit Dyon Tyberium Cæſarem Conſulatu functum, conſules patrocinari aliquibus cupientes, eo dicto vetuiſſe, quod ſi Conſul eſſet, id facturum negabat. [g] Neque autem is tantum ab aduocatione temperare debet, qui iudicandi munere fungitur, ſed & quiuis alius dignitate, aut munere aliquo inſignitus, cuius exercitium totum hominem deſideret, ne ſcilicet vtrique intentus, neutrum recte impleat. [h] Vetus enim eſt illud.

g Dion. in Tyberio.

h d. l. nemo

C *Omnia qui guſtas, nil proprij ſed habes*

Et quod dicitur,

Tempore quiſque duos lepores ſectatur eodem,
Aut neutrum, aut certe non capit ille duos.

Quod & Plinius ipſe animaduertens, cum ad ærarij præfecturam Traiani beneficio euectus fuiſſet, aduocationibus, & cauſidicinis omnibus nuncium remiſit: vt, ſcilicet, tota mente in illius iniuncti ſibi muneris curam incumberet: vixque adduci potuit, vt litigantibus aduerſus Marium Priſcum Afris, patrocinium præſtare vellet, quod tamen non multò pòſt fecit:
D ſed non niſi iubente Senatu cuius imperio obſequentem ſe, & morigerum exhibere voluit, vt & ipſe quadam ad Traianum epiſtola teſtatur, cuius contextum ſubijciendum cenſui. [i] C. Plin. Traiano Imp. S. Vt primum me domine indulgētia veſtra promouit ad Præfecturam ærarij Saturni, omnibus aduocationibus, quibus alioqui nunquam eram promiſcue functus, renūciaui: vt toto animo, delegato mihi officio vacarem. Qua ex cauſa cùm patronum me prouinciales optaſſent contra Marium Priſcum, & petij veniam huius muneris & impetraui. Sed cum poſtea Conſul deſignatus cenſuiſſes tacendum nobiſcum, quorum erat excuſatio recepta, vt eſſemus in Senatus

i Plin. ad Traian. epiſt.

potestate, pateremúrque nomina nostra in vrnam conijci. conuenientissimum esse tranquillitati seculi tui putaui, præsertim tam moderatæ voluntati amplissimi ordinis non repugnare: cui obsequio meo opto, vt existimes constare rationem, cum omnia facta dictáque mea probare sanctissimis moribus tuis cupiam. Quibus ex verbis manifestum fit, iuste quidem Plinium patrocinium illis suum denegasse, neque aliam ob rem eis adfuisse, quam vt Senatui morem gereret. Id quod & ex alia eiusdem ad Arrianum epistola deprahendi potest, in qua ita scribit[k] Marius Priscus accusantibus Afris, quibus Proconsul præfuit, omissa defensione iudices petit. Ego & Cornelius Tacitus adesse prouincialibus iussi, & cætera. Huc pertinet quod & ipse alibi scribit. Cum à Senatu Betici absentem eum aduocatum aduersus Classicum petijssent, multaque collegæ sui ad excusationem suam pertinentia attulissent, Senatus decreto demùm constitutum, vt illorum ipse patrocinium susciperet, si id modo ab ipso impetrari posset. Cuius epistolæ contextum elegantem, & ad rem non mediocriter facientem haud grauatè subscribam. [l] Cum publicum opus mea pecunia inchoaturus in Thuscos, excurrissem, accepto vt Præfectus ærarij commeatu: Legati prouinciæ Bæticæ quæsturi de Proconsulatu Cecilij Classici, aduocatum me à Senatu petierunt. Collegæ optimi, meique amantissimi, de communis officii necessitatibus prælocuti, excusare me & eximere tentarunt. Factum est Senatusconsultum perquàm honorificum, vt darer prouincialibus patronus, si ab ipso me impetrassent. Legati rursus inducti, iterum me iam præsentem aduocatum postulauerunt, implorantes fidem meam, quam essent contra Massam Bæbium experti, allegantes patrocinii fœdus. Secura est Senatus clarissima assensio, quæ solet decreta præcurrere. Tum ego desino inquam P. C. putare me iustas excusationis causas attulisse, placuit & modestia sermonis, & ratio. Quo ex loco perspicuum fit, valuisse quidem apud Senatum illam collegarum excusationem, quæ communis officii necessitates, instantiaque negotia prætendebat, neque Plinium nisi volentem pro Bæticis postulare iussum. Si enim idonea & legitima Senatui visa non fuisset illa à collegis proposita excusatio, quis credat Senatum illi protinus postulandi necessitatem iniuncturum non fuisse, [m] potius quàm id in arbitrio suo (vti constitutum fuit) reliquisse? Curabant autem

k Plin. ad Arria ep. lib. 2.

l Plin. ad macrinum lib. 3.

m l. 1. §. ait prætor ff. de postul.

A ærarij Præfecti publicas pecunias damnatorum,& proſcriptorũ bona in ærarium redigebant, & omnia vectigalia ad remp. pertinentia tractabant : quos hodie in Gallia generales finantiarum,Budęus dici exiſtimat.[n] Illud item ex ſupraſcriptis planum fit,nec à Plinio,nec à collegis ſuis,aliam vllam excuſationis cauſam allatam, quominus pro Beticis aduerſus Claſſicum & pro Afris contra Priſcum aduocationem præſtaret,quàm quod negotiorum mole,quibus in ærarij Præfectura diſtringebatur. obrutus eſſet : ita vt vtrique muneri par eſſe non poſſet. Nam & id officium maximum, & laborioſiſſimum fuiſſe, non vno in loco

B aſſerit Plinius.[o]

Nondum biennium compleramus in officio laborioſiſſimo, & maximo, cum tu nobis Conſulatum obtuliſti, quod & quadam ad eum epiſtola Traianus confirmat : ita enim ille.[p] Neque enim dubito te vt primum potueris ad tam diſtrictum officium reuerſurum. Neque tamen idcirco affirmare velim, dirimendis iurgantium controuerſiis. Præfecturæ illius ſuæ tempore Plinium operam non dediſſe, qui ſciam & tunc quoque pro tribunali eum ſediſſe, & litigatoribus ius dixiſſe. Nec me latet Auguſtum ærarij curam à Quæſtoribus ad Prætores, vel

C qui Prætura functi fuiſſent tranſtuliſſe. Plinius.[q] Nam diſtringor officio, vt maximò, ſic moleſtiſſimo.Sedeo pro tribunali, ſubnoto libellos, conficio tabulas, ſcribo plurimas ſed illiteratiſſimas literas.Soleo nonnunquam de his occupationibus apud Euphratem queri.Ille me conſolatur, affirmat, etiam eſſe hanc philoſophiæ & quidem pulcherrimam partem : agere negotium publicum, cognoſcere, iudicare, promere, & exercere iuſtitiam, quæque ipſi doceant in vſu habere.Idem ad Minutianum lib.3. de eadem aduocatione, quam Bæticis Claſſicum & ſocios accuſantibus præbuit,loquens.Conſilium à Senatu pete-

D bam, putaret ne debere me ſiquam haberem in dicendo facultatem in iugulum innocentis quaſi telum aliquod intendere:& ſtatim dicet aliquis : Iudicas ergo : ego verò non iudico : memini tamẽ me aduocatum ex iudicibus datum.Tranquillus.[r] Author & aliarum rerum fuit,in queis ne acta Senatus publicarentur, vt cura ærarij à Quæſtoribus vrbanis ad Prætorios Prætoréſve tranſiret. Satis autem fuit ad Plinium ab eo aduocationis onere eximendum, negotiorum quæ illi multa in Præfectura explicanda erant mentionẽ factam fuiſſe.Neque enim ad eum excuſandum quidquam amplius conferebat iuris dicendi ne-

n Bud.l.1 ff. de off.quæſt.

o Plin. in paneg. traia.

p Plin. Ep. lib.10.

q Plin. ad atri cle. epiſt. lib.1.

r Tranq. in aug.cap.36.

cèssitas:quod huiusmodi essent de quibus agebatur controuersiæ,vt earum cognitio ad se nullo pacto pertineret. Mirum autem videri cuiquam non debet, id ei à Senatu postulantibus Afris, & Bæticis imperatum, vt illis aduersus Priscum, & Classicum adesset: cum illorum causæ in Senatu agendæ essent:nihilque quominus patrociniũ illis suum præberet impedimento esset,præter illa præfecturæ negotia, quæ facilè à collegis expediri poterant. Vnde & ætate quoque nostra sæpissimè vidimus plerosque primi nominis iuridicos in Senatu causas orantes, & in iis Ioannem Musillacium rerum tunc capitalium apud Venetos Quæsitorem nunc verò dignissimũ fisci in Senatu nostro aduocatum (quem virum honoris causa nomino) idque curiæ venia,quam & ille,& alij non pauci eruditionis,& probitatis fama celebres haud difficulter obtinebant. A B

Constátque & apud veteres quamplurimos fuisse, qui magistratus sui tempore causas egerint in Senatu:vt de P. Antistio scribit Cicero,qui dum tribunatu fungeretur aduersus extraordinariam C.Iull. Consulatus petitionem causam egit,quamuis multis ante annis ab omni causarũ actione abstinuisset:id quod illi nõ infœliciter cessit, viam enim sibi aperuit ad maiores causas deinceps agendas. Cicero. [a] Coniunctus igitur Sulpitij ætati. P. Antistius fuit, rabula sanè probabilis, qui multos cùm tacuisset annos, neque contemni solùm, sed irrideri etiam solitus esset, in Tribunatu primùm contra C. Iulij illam consulatus petitionem extraordinariam, veram causam agens est probatus:& eo magis,quod eandem causam cùm ageret,eius collega ille ipse Sulpitius hic plura, & acutiora dicebat. Itaque post Tribunatum primo multæ ad eum causæ, deinde omnes maximæ quæcunque erant, deferebantur. Quibus ex verbis illud quoque colligi posse videtur,eum qui dum aduocatum ageret, ad magistratum aliquem euectus fuerit, non prohiberi eo deposito, vel abdicato causidicinam iterum exercere,& ad pristinum (quod dicitur) præsepium se recipere.Cum & post Tribunatum dicat Cicero Antistium, maximas quascumque causas defendisse. Quæ verba licet de causis in Senatu ab eo defensis, intelligi debere videantur, nihil tamen obstat quominus idem de his quæ coram obnoxiis secundariisque iudicibus aguntur dici possit.Quod & Theodosij Valentinianíque Cæsarum constitutio illa indicat, qua traditum est, eos qui in foro Præfecti Prætorio, Præfecti vrbis, vel prouinciali iudicio causarum pa- C D

[a] Cice. lib. de cla. ora.

A trocinium profitentur: si magistratum aliquem suscipiant: post peractam integre, ac sine vlla opinionis labe, administrationem, ad illud officium vnde abstracti sint, & vbi sibi vitæ subsidia comparabant, remeandi habere facultatem. Nec causas denuò orare, cuiusquam inuidia prohiberi debere.[t] Sic & Iustinianus post depositam consiliarij solicitudinem licere ad munus aduocationis reuerti rescripto quodam suo cõstituit.[u] Nec me tamen præterit esse, qui Hortensium post consulatum, ab aduocatione causarúmque (in Senatu etiam) omni actione, perpetuo feriatum putent: veritum scilicet, ne aliter faciens, ab
B equis (vt dicitur) ad asinos transiuisse, caliginémque & tenebras dignitati suæ offudisse videretur.[x] Quod quàm ridiculum sit, vel ex eo patet, quod plurimos in ipso etiam magistratu causis agendis operam dedisse iam docuimus. Præter enim P. Antistium (cuius supra mentio à nobis habita est) constat Ciceronem in Consulatu suo, C. Rabirium perduellionis reum, & in Prætura Cluentium veneficij insimulatum defendendos suscepisse. Torquatúmque Consulem, eius, qui P. Syllam accusauit, patrem, reo de pecuniis repetundis Catilinæ affuisse. Cicero.[y] Parés tuus Torquate Consul reo de pecuniis repetundis
C Catilinæ fuit aduocatus. Alibiq; de se Cicero ipse scribit quod Consul defenderit C. Pisonem & L. Murenam.[z] Extátque ipsius ad Q. Valerium epistola, in qua tradit à se in consulatu suo, defensos Volateranos cum Tribuniplebis legem iniquissimam de eorum agris promulgassent.[a] Idem similiter Caium Carbonem memorat, qui Caij Opinici causam consul apud populum se audiente defenderit.[b] Vt sic appareat nihil obesse, quominus magistratu perfuncti, causarum actionibus operam dent. Neque enim ea res, infra dignitatem eorum videri potest, quam & tanti viri, in ipso etiam magistratus sui cursu, nec in-
D honestam, nec dignitate sua alienam arbitrati sunt. Quod & aduersus L. Torquatum pro P. Sylla Cicero his verbis defendit. Si tuus parens, etiam in illa suspitione periculi sui, tamen humanitate adductus, aduocationem hominis improbissimi sella curuli, atque ornamentis, & suis & consulatus honestauit: quid est quamobrem Consulares, qui Catilinæ adfuerunt, repræhendantur? Quam sententiam & illud nonnihil iuuat quod traditum est, nihil esse quod honori suo quisquam aliquid esse detractum existimet, cum necessitatem elegerit standi, & contempserit ius sedendi.[c] Nec ad rem facit quod in Bruto

t l. si quis C. de aduo. diuers. iud.
u l. fin. c. de assess.
x Tiraq. tractatu de nobilit. cap. 19.
y Cic. in orat. pro P. Sylla.
z Cic. in orat. pro L. Flacco & L. Mur.
a Cic. famil. lib. 13. epist. 4.
b Cicero lib. de oratore 2.
c l. quisquis C. de postulan.

Cicero dixit. Hortensium post consulatum, summũ illud agendarum causarum studium, quo à puero incensus fuerat remisisse. Non enim his verbis significatur Hortensium post consulatum, foro & iudiciis salutem dixisse: sed remissius, frigidiúsque quàm pro more, in forensi militia, suscipiendísque causarum patrociniis versatum. Quod videret (inquit Cicero) ex consularibus neminem esse secum comparandum, negligeret autem eos qui consules non fuissent. Quod tamẽ perpetuum illi non fuit: Nam & multas magnásque causas, post suum Ciceronísque Consulatum egit. Quod & Cicero ipse eodem in loco non obscure significat cùm ait. Itaque cum iam pene euanuisset Hortensius, & ego anno meo, sexto autem post illum Consulem, Consul factus essem: reuocare se ad industriam cœpit, ne cùm pares honore essemus, aliqua re superiores videremur. Sic duodecim post meum Consulatum annos in maximis causis, cum ego mihi illum, sibi me ille anteferret, coniunctissimè versati sumus. Et iterum paucis interiectis, Annis ante decem causas agere cœpit, quàm tu es natus: idẽ quarto & sexagesimo anno perpaucis ante mortem diebus vna tecum socerum tuum defendit Appium. Hactenus Cicero. Extant & alia multa eorũ exempla, qui magistratu perfuncti, causarum patrociniis operam dare nõ erubuerunt: quale est illud de Galba, illius qui post Neronis imperium, rerum potitus est, parente. De quo scribit Tranquillus ad hunc modum.[d] Pater Consulatu functus, quamquam breui corpore, atque etiam gibber, modicæque in dicendo facultatis, causas industriè actitauit. Quin & Ciceronem post Consulatum suum, totum ferè in causarum patrociniis fuisse, testantur quædam illius ad Atticum epistolæ, veluti illa in qua ita scribit.[e] Remp. nulla ex parte attingimus, in causis, atque in illa opera nostra forensi, summa industria versamur. Quod egregie non modo iis qui vtũtur opera, sed etiam in vulgus gratum esse sentimus. Domus celebratur, occurritur, renouatur memoria Consulatus. Item & illa. Nos autem (nam id te scire cupere certo scio) publicis consiliis nullis interfuimus, totósque nos ad forensem operam, labotémque contulimus. Ex quo, quod facile intelligi possit, in multa commemoratione earum rerum, quas gessimus, desiderióque versamur.[f] Meminit similiter Plinius Iunior Valerij Liciniani, qui Prætura perfunctus causas egit. Prætorius hic (inquit) modo inter eloquentissimos causarum actores habebatur.[g]

A B C D

[d] Tranq. in Galba cap. 3.

[e] Cic. ad Atticum epist. 22. lib. 2.

[f] Cic. eodem lib. epist. 23.

[g] Plinius ad Minutianum epist. lib. 4.

Aduocati

A

Aduocati in alio seculo qui?

CAP. VII.

SOlent vulgò à nostratibus ludibrio haberi, qui iam senes legali disciplinæ operam nauare incipiunt. Vix enim fieri potest, vt vsui illi aliquando reipublicæ futuri sint, qui tam serò ad hæc se studia conferunt: iisque iocu-
B lare illud obiici solet, nempe quod in alio seculo patrocinium præstituri, clientibúsque adfuturi sint.[a] Id quod Isocrati Catonem Censorium obiecisse ferũt. In quem inuectus, eius in scholis discipulos consenescere aiebat: vt apud inferos causas, quas in fidem suam recepissent patrocinio tuerentur. [b] Tametsi enim alibi dixerimus ætatem nullam ad discendum seram esse. Constat tamen senectam vt plurimum indocilem, intractabilem, tardam, atque obliuiosam esse proinde Theocnis Μή μεδίδασκ', ὔτοι τηλικος εἰμὶ μαθεῖν id est ne doceas me, ætas iam facit indocilem. Vnde & metaphoricos senex doctor dicitur, qui in re
C seria, atque intempestiua frustra sumit operam: vulgoque etiã illud celebratur: senex Psittacus negligit ferulam. Item & illud senis mutare linguam, & quod dicitur annosam arborem transplantare hos Græci ὀψιμαθεῖς vocant. Nam & illis ὀψιμαθεῖν sero discere est, & ὀψιμαθία sera disciplina, hi quod iam prouecti ætate serius ad literas adhibentur raro ad verum iudicium, sensumque disciplinarum perueniunt: de quibus sic Gellius. [c] Qui ab alio genere vitæ detriti iam, & retorridi ad literarum disciplinas serius adeunt, si forte iidem garruli natura, & subargutuli sunt. oppido quàm fiunt in literarum ostentatione inepti, &
D friuoli. Quos etiam videtur notare Horatius, dicens.[d]

At magnum fecit, quod verbis Græca latinis
Miscuit. O seri studiorum.

Vnde & Martialis ille iocus in Cassellium.

Cum sexaginta numeret cassellius annos,
Ingeniosus homo est: quando disertus erit.[e]

Item & alius in Taurum.[f]

Dum modo causidicum, dum te modo rethora fingis,
Et non decernis Taure, quid esse velis,
Peleos, & Priami transit, vel Nestoris ætas

L

a Io. Fab. in rub proc. inst. verbo cupidæ legum iuuentuti.
b Pluta. in Cato. Censor.
c Gell. noct. att. lib. 15. ca. 38.
d Horat. ser. lib. 1. Sat. 10.
e Mart. epig. lib 7.
f Epigram. lib. 2.

Et fuerat serum iam tibi desinere.
Incipe: tres vno perierunt rhetores anno,
Si quid habes animi, si quid in arte vales.
Si schola damnatur, fora litibus omnia feruent.
Ipse potest fieri Martia causidicus.
Eia age, rumpe moras, quo te spectabimus vsque?
Dum quid sis, dubitas, iam potes esse nihil.

A

Qua ratione & Seneca, Turpem & ridiculam rem, elementarium esse senem ait. Iuueni enim (inquit) parandum, seni vtendum est. [g] Et alibi. Turpe est (infit) seni, aut senectutem prospicienti ex commentario sapere. [h] Et iterum alibi. Fœda est hominum leuitas, nouas spes etiam in exitu inchoantium: Quid enim est turpius, quàm senex viuere incipiens? [i] Huc pertinet quod & Plutar. in libello cui titulus, Num seni gerenda sit respublica, his ferè verbis scriptum reliquit: Si in senectute aliquis, neque priusquam ætatis annum quinquagesimum agat, ad rempublicam (veluti de Epimenide Cretensi, quem adolescentem dormitum iuisse, & in senectute à somno excitatum ferũt) omni scilicet tranquillitate vitæ & otio quæ sequi potuit, relictis accedat, & in forenses contentiones, occupationesque ciuiles descendat, maximè cum se exercitatione nulla firmauerit, neque in ciuilibus negotiis, imò ne cum hominibus ipsis satis versatus sit: huic rectè forsan vnus aliquis, quod à Pithia ex Apolinis oraculo responsum est obiecerit.

B

g Senec. epist. lib. 5. epist. 1.
h Senec. epist. 33.
i Senec. epist. 14.

C

Sero nunc ades?
Regnum simul, atque imperium à me postulans,
Sed limen aulæ serius pulsans modo,

Non aliter ac si comessator aliquis rudior & imperitior noctu errans, non regionis, non vrbis locorum, sed ipsius vitæ, cuius rationem non satis expertus, mutationem moliatur. Porro Symonidis dictum. Ciuitas virum docet, vt celebre ita quoque verum est: sed apud eos maximè locum habet, quibus abunde satis temporis, quo doceri & institui disciplinis istis, quæ contentionibus ciuilibus & forensibus negotiis exacuuntur, suppetit. Hactenus Plutarchus. Oraculi verba aliis verbis, sed eodem pene sensu Erasmus ex plutarcho transtulit: [k] nempe vt his verbis à Pythia consulenti responsum sit: Serò venisti me de principatu, & reipublicæ administratione consulens, & alieno tempore militię pulsas ianuam. Id quod etiam Baldo Perusino, cùm ætate grandior iuri ciuili operam dare cœpisset, Bartholum ex-

D

k Erasm. in prouer. sero venisti.

A probrasse quidam è nostris tradiderunt, ei quippe dixisse, tarde
venisti Balde. Sic & Eudamidam Archidami filium Agidisque
fratrem scribit Plutarchus cum Xenocratem iam seniorem in
academia cum familiaribus disputantem audiuisset interro-
gasse quisnam senex esset. Cui cùm quidam respondisset, il-
lum sapientem esse virum, ac ex eorum numero qui virtutem
quærerent, dixisse. Et quando illa vtetur, si etiamnum quærit.
[l] Eodem pertinet & illud Apulei in apolo. I. Quamquam est
iam præcipiti æuo, & occidua senectute, tamen & si videtur sus-
cipiat doctrinam seram plane & posthumam: & quod alibi tra-
B dit: inceptionem patrociniorum capulari seni non congruere.
[m] In quam sententiam & Quintilianus tyrocinium eius qui
causarum actor fieri velit in senectutem differendum non esse
scribit. Nam (inquit ille) quotidie metus crescit, maiúsque fit
semper quod ausuri sumus: & dum deliberamus quando inci-
piendum sit, incipere iam serum est.[n] Non immeritò igitur qui
tàm serò huc se conferunt, aduocati alterius seculi dicuntur, vt
qui meditari videantur apud Radamanthum, Minoem vel
Aeacum inferorum Iudices causarum actores se futuros.
Hincque & Iustinianus Institutiones suas in gratiam cupidæ
C legum iuuentuti scripsisse ait. [o] Constat si quidem iuuenilem
ætatem capessendæ doctrinæ esse aptiorẽ memoriaque magis
fida.[p] Vt vulgo dici soleat quãto Iuniores tantò perspicatores.
[q] Nec me tamen latet Aristoteli Iuuenẽ ciuilis sapientiæ ido-
neum auditorẽ non videri, sed eum potius, cuius ætas & cum
ætate iudiciũ maturuerit, quique rerum vsu valeat. [r] Scioque
Seruium Sulpitium admodum tardè ad ciuilis iuris discipli-
nam accessisse, qui tamen citò se absaluens, eminentiæ pal-
mam omnibus sustulerit. [s] Ita vt Ciceronis testimonio L. Lu-
cilium Balbum, & Gallum Aquilium, quibus operam dede-
D rat, superauerit: idque fuerit adeptus vt longè omnium non
eiusdem modò ætatis, sed eorum etiam qui antea fuissent, in
iure ciuili princeps haberetur. [t] Nostra etiam ætate Vdalricum
Zasium sunt qui tradant admodum ætate prouectum iuri ciui-
li operam dare cœpisse: id quod ei non infœliciter cessit. [u] Ne-
mo tamen sani iudicij dixerit, capularem Acheronticumque
senem eiusque ætatis hominem, ex cuius doctrina, & opera fru-
ctus nullus sperari possit, ad hæc studia idoneum esse: morti
enim quàm disciplinæ aptior videtur. In eúmque & illud ia-
ctare licebit, quod M. Crassum Deiotaro regi dixisse Plutarch.

l Plut in apophteg. laco.
m Apul. apolo. 2.
n Quintil. li. 12. c. 6.
o Iust. in proœmio instit.
p Arist. in problema. vlp. l. præcipimus ff. de ædil. edi.
q glo. l. gallus in pr. ff. de lib. & post.
Alc. parer. lib. 10. ca. 21.
r Arist. 1. ethic.
s Iaf. l. 2. §. post hos ff. de orig. iur.
t Cicer. in Bruto.
u Spigel. in nomencla. iurisper.

memoriæ prodidit. Et rursus quod Crasso Deiotarus respondit. A
Cum enim in Parthos ille proficiscẽs Deiotarum extrema iam senectute confectum, nouam tamen vrbem ædificantem comperisset, talibus verbis in eum iocatus est. O Rex (inquiens) quidnam hoc est negotij, quod tibi duodecima iam die hora cum adsit nouam vrbem ædificare incipis? Ad quæ subridens Deiotarus. Tu verò (inquit) Imperator cum sis haud quaquam satis, vt videtur matutinus, tamen in Parthos cum exercitu properas Sexagesimum enim per id temporis annum ætatis suæ Crassus agebat, sed longè vetustiorem pre se ferebat ætatem. [x] Extrema autem diei hora tunc duodecima dicebatur. Illum etiam qui B iam senex, ad reipublicæ administrationem accedit: fortassis non illepide quis pomeridianum Consulem dixerit. Sic enim apud Senecam in ludo de morte Claudij. Ianus pater appellatur: quasi Consul serò factus, vt qui nimium senex esset. Alibique apud eundem pomeridianis horis, ad rem seriam accedere is dicitur: qui graue aliquid, & serium sero aggreditur. Sic enim Seneca. [y] Nunc vero ad rem seriam, grauem immensamque, pomeridianis horis accessimus.

x Plut. in M. Crasso.

y Seneca natu quæst. li. 3.

C



A



IANI LANGLAEI

B REGII IN SENATV

BRITANNIÆ CELTICÆ

CONSILIARII, SEMESTRIVM

Liber secundus.


DE REIECTIONIBVS IVDICIVM TAM OBNOXIÆ SENTENTIÆ QVAM QVI VLTIMVM

C Iudicant.

Recusari an Præses vel Consiliarius possit, cui familiaris, vel conuictor alter ex litigatoribus sit: quive ad prandium vel conuiuium litigantis accesserit, Et explicata Caroli septimi constitutio .tit. de Curia, art. 16. & 17. declaratumque Theodosij rescriptum illud, quo cautum est, ne meridianis horis à litigatoribus Iudices videantur.

CAP. I.

D



Vdiciorum pondus atque authoritatem, magna ex parte pendere à iudicantium existimatione, in hominum opinione cōsecrata nemo est qui nesciat. Sint enim Iudices quantumuis incorrupti, sanctéque & purè censeant vltimùm etiam iudicent: nisi sartam tectam, & incolumen famam, dignitatémque suam tueantur, ab omnique non tantum culpa, sed à quacumque vel tenuissima suspitione integros se seruent, De-

creta illorum magnum pondus & momentum, apud subditos habitura non sunt. Quamobrem & regia apud nostrates Gallos sanctione, quo magis ac magis, decus, & maiestas amplissimi ordinis conseruetur: & ne sermoni etiam obtrectatorum, vel credulitati suspiciosorum, locus relinquatur, secus de Senatoribus vel loquendi, vel existimandi, quàm è dignitate eorum sit: prohibentur * Præsides, Curiæque conscripti, vsu & consuetudine cum aliquo se coniungere, qui litem eo in Senatu habeat, quò Iudices ipsi sedeant: vllúmque cum eo commertium habere, vnde coniectura duci quisquam possit, ad aliquid de ipsis sinistri suspicandum.* Neque illis etiam, aut cuiquam eorum, ad prandium vel conuiuium fas est accedere: quod litigatoris alicuius sumptibus instructum sit: siue rogatu inuitatuque ipsius veniant: siue etiam illius qui aut patrocinium, aut cognitoriam ei operam in Senatu præbeat. Modo sciant litigatoris impēsis, vel cœnā dari, vel conuiuiū celebrari.[a] Non enim quidquā refert quis vocator sit, sed quis sumptum suppeditet. Id autem Senatus principibus curæ imprimis esse debet, ne litigatoribus innotescat, quis conscriptorum controuersiæ instrumentum inspecturus, & expositurus sit. Quod si hoc ipsis, aut eorum alteri innotuisse. Præsides, vel conscripti resciuerint: ne qua mali suspitio haberi possit, statim & sine vlla cunctatione, alteri percensendum attribui debet. Ita enim Caroli septimi constitutione ad verbum ferè sancitum est. Huiusmodi autem constitutionem, qua decus amplitudóque summi ordinis conseruatur, maxima ratione niti, præter ea quæ præfati sumus, ex eo colligi potest, quod Cicero scripsit tantam fortunis omnium perniciem, non posse accidere, quàm opinione populi, rationem veritatis, integritatis, fidei, religionis ab hoc ordine abiudicari. Pertinet enim (inquit ille) ad salutem communem fama existimatioque Senatorum: quorum splendor facit, vt peccare sine summo reipublicæ detrimento, ac periculo non possint.[b] Sed nec etiam à Romano iure abhorrere ex eo liquet, quod Callistratus scribit,[c] obseruandum esse ius reddenti vt in adeundo quidem facilem se præbeat, sed contemni se non patiatur: nam & mandatis adiicitur, ne Præsides prouinciarum in vlteriorem familiaritatem prouinciales admittant. Quandoquidem ex conuersatione æquali, contemptus dignitatis nascitur. Alibique traditur, Proconsulem quidem accessu facilem se præbere debere: sed cum ingenio, ne

*Sanctione Fràcis. 1. an. 1535. art. 51.

* *Neque illis ad prādium)* Philipi. const. an. 1344. tenētes parlamentū non bibant, neque comedant, cum partibus, quæ coram eis acturæ sunt, neque partes cum ipsis. Iuxta hanc constitutionē. Valerius sup præfectus cuiusdam prouinciæ, qui pridie cœna exceptus fuerat ab aduersario litigat eiectus est. placito Paris. 12. mēs. Decemb. an. 1558.

a *Const. Caroli sept. tit. de curia, art. 16. & 17.*

b *Cic. 3. in Vert act.*

c *l. obseruandum ff. de off. præs.*

A B C D

A contemptibilis videatur. [d] Quamobrem & Q.Fratri gratulatur. M.Cicero, quod ad eum in Asiam missum,facillimi essent prouincialium aditus: paterent aures querelis omnium: nullius inopia, ac solitudo,non domo vllo populari accessu, ac tribunali, sed ne domo quidem sua, & cubiculo esset exclusa: id tamen sibi cauendum maximè censet, ne arcta assiduaque familiaritate, quemquam eorum complectatur: nimias enim familiaritates periculosas nonnunquam neque satis fideles esse.[e] Vnde& vbique ferè laudãtur Principes,iudicèsque, ad quos faciles fuerint accessus: sicut contrà vituperantur, qui B in familiaritatem interiorem litigatores recipientes, contemnendos,atque despiciendos,se præbuerint.Cicero de Pompeio loqens.[f]

d l. nec quicquam ff. de off. procons. & leg.

e Cic. ad Q. fratrem lib. 1.

Iam verò ita faciles aditus ad eum priuatorum, ita liberæ querimoniæ de aliorum iniuriis esse dicuntur,vt is qui dignitate Principibus excellit, facilitate par infimis esse videatur. Tranquill. de Augusto. [g] Promiscuis salutationibus admittebat & plebem, tanta comitate adeuntium desideria excipiens, vt quendam ioco corripuerit, quod sic sibi libellum porrigere dubitaret,quasi Elephanto stipem. Plinius iunior de Traia-C no. [h] Liberum est ingrediente per publicum Principe subsistere,occurrere,comitari,præterire:ambulas inter nos, non quasi contingat.& copiam tui,non,vt imputes,facis: hæret lateri tuo quisquis accessit, finemque sermoni suus cuique pudor, non tua superbia facit. Et iterum, An quisquam non cum omnia tua, tum vel imprimis laudibus ferat admissionum tuarum facilitatem?Et rursum, quibusdam interpositis: Nulla in adeundo difficultas,nulla in respondẽdo mora.Adeunt statim,dimittuntur statim.Lampridius de Alexandro Seuero: [i] Salutabatur quasi vnus de Senatoribus patente velo,admissionalibus remo-D ris: aut solis iis qui ministri ad fores fuerant. Cicero de seipso: [k] Aditus ad me minime prouinciales, nihil per cubicularium. Et alibi:Feci vt postea quotidie me præsentem viderent, habitaui in oculis, pressi eorum neminem à congressu meo: neque ianitor meus,neque somnus absterruit.[l] Plutarchus de eodem: Domus ianitorem non habebat, nec ipse cubãs ab vllo fuit vnquam visus,sed manè stans,vel ambulans ante cubiculum dextra, qui salutatum veniebant, excipiebat. [m] Vt sic perspicuum sit accessus facilitatem, vbique ferè in magistratibus commendari. Vnde& C. Curionem dicere solitum Plutarchus refert:

f Cic. in orat. pro l. Manil.

g Tranq. in Augu. ca. 53.

h Plin. panegi. tra.

i Lamp. in Alex. Seuer.

k Cic. lib. 5. ad Att.

l Cic. in orat. pro Plan.

m Plutar. in Cicerone.

Tribunum plebis decere, aditu difficilē non esse: sed facilem, ac multitudini commodum, & tractabilem: fuisseque ideo Romanorum moribus constitutum, vt domus Tribunitiæ ianua, nec noctu quidem clauderetur: sed interdiu noctuque semper, tanquam portus, & præsidium periclitantium, vnicuique auxilio Tribunorum egenti pateret.n A

n Plut. in problem.

Constatque M. Ciceronem, cùm amicos Prætoribus, & aliis magistratibus commēdaret: id maxime ab ipsis expostulasse, vt adituris se iuris experiundi gratia, facillimos se præstarent, veluti in epistola ad Ruffum.o

o Cic. famil. lib. 17.

Commendò tibi hominem sicuti tua fides, & meus pudor postulat: tātum, vt faciles ad te aditus habeat, & in alia ad Curtium.p In eius controuersiis quid decernas, à te non peto (seruabis vt tua fides, & dignitas postulat, edictum, & institutū tuum) sed vt quam facillimos ad te aditus habeat. Iudicis autem inconsiderati, & qui (quod litigatoribus, & aduocatis nimium familiarem se præstaret) vsque eo euiluerit, vt passim ac propalam contemptui esset: exemplum extat de Claudio, cuius patientia scribit Tranquillus, causidicos adeo abuti solitos, vt descendentem è tribunali non solum voce reuocarent, sed & lacinia togæ retenta, interdum pede appræhenso retinerent. Quin & Græculo cuidam in altercatione hoc excidisse fertur: B C

p Cic. eod. lib.

καὶ σὺ γέρων εἶ καὶ μωρός id est, *Et tu senex es & stultus:*q

q Tranq. in Claudio c. 15.

Vt sic appareat iustissimè constitutum ne Senatores cum litigatoribus, familiaritate se iungant. Quam sententiam & illud adiuuat, quod Lacydes Cyrenæus ab Attalo Rege accersitus, respondit: Imagines è longinquo spectandas esse significans, scilicet arctam, assiduamque familiaritatē virtutis, admirationem non tantum minuere, verumetiam contemptum parere. q Alia etiam ratione litigatorū consuetudine Senatoribus interdictum est, nempe quod verisimile sit, ipsos in partem illorum proniores futuros, quibuscum sibi vsus & familiaritas intercesserit: nemini enim dubium est quin vsu, & consuetudine necessitudines alantur: adeò vt Hebræorum prouerbio traditum sit, firmius inter eos esse amicitiæ vinculum, qui quotidiano vsu, familiarique consuetudine coniuncti sint, quàm inter fratres.r Est enim, inquit Cicero, haud quaquā mediocre amicitiæ condimētum, sermonum, vitæque communio.s Alibique tradit, quotidiana consuetudine familiaritatem sic augeri, vt ea D

q Can. quia necessitas 82. distinct.

r Prouer. cap. 27.

s Cic. in Lelio.

A ea nihil esse possit coniunctus.[t] Quapropter & Augustum scribit Dyon. Iudicibus qui quotannis sorte deligebantur, prohibuisse ne eo anno in domum alicuius eorum, qui causam in iudicio agendam haberent, ingrederentur.[v] A quo fluxisse ille nostræ sanctionis videtur articulus: quo cautum est, curionibus & conscriptis, ab omnibus prandiis, cœnis, comessationibus, & conuiuiis temperandum esse, quæ litigantium impendiis exhibeantur. Conuictu enim, mensæque communione, familiaritatem contrahi & amicitiam conciliari, conuenit inter omnes. Vt verissimè dixisse videatur Cato. mensam maximè amicitiæ esse

t *Cic. ser. Sulpi. epistol. fam. lib. 18.*

v *Dyon Cass. in August. hist. suæ lib. 54.*

B conciliatriculam. Quod & Theocritus indicasse videtur cum dixit.[x]

οἳ μίαν ἄμφω ἑταῖροι ἀεὶ δαίνυντο τράπεζαν id est,

Qui ad mensam semper eandem.
Cœnabant ambo fidi, nimirum vt amici

x *Theocritus in Sylla.*

Et Ennius dum infit:[y]

Hocce locutus vocat, qui cum bene sæpè libenter
Mensam, sermonesq́; suos, rerumque suarum
Comiter impertit.

y *Ennius 7. annal.*

Et Apuleius cum ait.[z] Iámque sermonibus assiduis, & con-
C uersatione frequenti, nonnumquam etiam cœna poculóque communi charior, chariorque factus. Vnde & prouerbio celebratur illud: *salem & mensam ne prætereas*: quo significatur amicorum consuetudinem negligendam non esse, neque violanda amicitiæ iura. Qua ratione, & Pythagoram, frangi panem vetuisse, memoriæ proditum est: ne dissecaretur, quod amicos copularet. Ad panem enim (vt Iamblicus, & Diogenes tradunt) veteres amici in vnum coibant: quemadmodum & Christiani, qui ad vnum sacrum & cœlestem panem in primitiua Ecclesia conueniebant: quos & frequenter simul cœnitare consuesse, ex

z *Apul. in asi. aur. lib. 8.*

D Tertuliano Cyprianóque manifestum est.[a] Id autem cœnæ genus *agape* dicebatur, à dilectione mutuato vocabulo: quod ibi ditiorum opibus pauperes reficerētur.[b] De quo intelligendum videtur quod Plinius ad Traianum scripsit, morem Christianis fuisse, coeundi ad capiendum cibum, promiscuum tamen, & innoxium[c] Mensa etiam amicitiam sanciri, hospitiíque ius contrahi, hinc apparet, quod reuerentiam mensæ, pro quadam amicitiæ lege dicere, plerique consueuere: vt Iuuenalis cum ait.[d]

Hic nullus verbis pudor, aut reuerentia mensæ

Ideóque & apud Euripidem, Hecuba polymnistoris exag-

a *Tert. in apolog. Cypri. ad quirin. lib. 3.*

b *Tert. d. loco.*

c *Plin. epist. lib. 10.*

d *Iuuenal. Saty. 2.*

gerans facinus hospitalis etiam mensæ facit mentionem. A

κοινῆς τραπέζης πολλάκις τυχὼν ἐμοι, id est,

Mensa receptus sæpè communi mihi.

Quo pacto & apud Liuium Pacuuius filium de Annibalis cæde cogitantem, à quo conuiuio exceptus, mensæque eidem adhibitus fuerat, à turpissimo consilio reuocat.[e] Surgis ab hospitali mēsa, ad quam tertius campanorum adhibitus es, ab Annibale, eam ipsam mensam cruentare vis hospitis sanguine. Sic & in libro psalmorum Christus Iudæ conuictoris sui perfidiam his verbis detestatur.[f] Etenim homo pacis meæ, in quo speraui, qui edebat panes meos: magnificauit super me supplantationem. B De quo etiam scribit Origenes,[g] quod salem ac mensam prætergressus sit. Alibique de eodem sic loquitur.[h] Neque salis eiusdem, neque mensæ, neque panis communicati memor est factus. Similiter & Ouidius, amici veteris à quo desertus fuerat, perfidiam increpans: conuictum quem cum eo habuit memorat.[i]

e Liuius secun. bell. punici lib. 3.

f psal. 40.

g Orige. aduersus Celsum lib. 2.

h Orige. in Mathæum.

i Ouid. de ponto epist. 3.

Ille ego sum (quanquam non vis audire) vetusta
Pene puer, puero iunctus amicitia
Ille ego conuictor, densoque domesticus vsu. C

Vt sic perspicuum sit, id etiam sanctissimè constitutum: ne vel Præsides, vel Senatores, ad cœnas, vel conuiuia litigantium accedant. Quod & iampridē Archadius, Honorius, Theodosiúsque Cæsares, lege illa cauisse videntur, qua sanxerunt, ne meridianis horis, à litigatoribus Iudices viderentur.[k] His enim verbis, prandij tempus intelligendum est: cum ex veterum authorum lectione constet Romanos olim, meridie, vel statim post meridiem, prandere solitos. Vnde & merendam (inquit Festus) antiqui pro prandio dicebant, quod scilicet medio die caperetur, Nonius verò merēdam esse dicit cibum, qui post meridiem datur, cuius frequens est apud veteres mentio. Calphurnius.[l] Cœnæque videbitur hora merendæ. D

k l. 1. de offic. Iud. ciuil. in C. theodosiano.

l Calphur. in bucol.

Plautus.[m]

m Plaut. in mostellaria.

—eia mastigia
Nunquid ad merendam isthic ero? quid nunc? quam mox?

Et iterum.[n]

n Plaut. in ead. comœ.

Videne forte ad merendam quopiam diuorteris.

Tranquillus.[o] Bestiariis adeò delectabatur, vt à prima luce ad spectaculum descenderet, & meridie dimisso ad prandium populo persederet. Hinc & cibus meridianus apud Tranquillū

o Tranq. in Claudio cap. 34.

pro prandio.[p] Post cibum meridianum, ita vt vestitus, calceatúsque erat, retectis pedibus paulisper conquiescebat. Hinc etiã meridiare, vel meridiari. i. prandere vel meridianum cibum capere. Plautus.[q]

p Tranq. Aug. ca. 78

q Plau.

Ientando, meridiado, comessando, pergracando
Vitam ducere.

Catullus.[r]

r Catu. ad ipsithillam.

Amabo mea dulcis ipsithilla
B *Meæ deliciæ, mei lepores*
Iube ad te veniam meridiatum.

Festus Pompeius prandium (inquit) ex Græco est dictum, nam meridianum cibum cœnam vocabant. Adde quod prandiorum, cœnarúmque exhibitione ius dicentium animos, deliniri, labefactaríque plerique crediderunt. Vnde & Senatusconsultũ Cicerone referente factũ, si prandia vulgò essent data contra legem Calphurniam factum videri. Quandoquidem vt est apud eundem Ciceronem: Negabat Cato iustúm esse allici beneuolentiam cibo, negabat iudicium hominum corrumpi voC luptatibus oportere.[s] Hinc & illud Ciceronis de Metello & Verre. Apronius ipsum Metellum non pretio, vt Verrem, non conuiuio, nõ muliere posset corrũpere.[t] Quibus rebus non sensim, atque moderate ad istius amicitiam adrepserat, sed breui tempore, totum hominem, totámque eius Præturã possederat. Inde etiam Dolabellæ iocus ille apud Ciceronem, de cœnis & conuiuiis Ciceroni à Nicia, & Sophia exhibitis. Cum enim dixisset Cicero, iudicem se seuerum inter Niciam & Vidiũ futurum: secundúmque eum, qui potiorem causam haberet litem daturum: obiecit illi Dolabella Fungos, quos apud Niciam & D Sophiam esitauerat: indicans scilicet ab iis Ciceronem lautis conuiuiis sæpius exceptum. Quod iudicis integritati nonnihil aduersari videbatur. Cui Cicero, quamuis ob cœnas perperam pronuntiaturus non esset: se tamen iucundissimum conuiuam illum Niciam indemnem in iudicando seruaturum, ait. Verba verò Ciceronis hæc sunt.[u] Nihil Romæ geritur, quod te putem scire curare: nisi fortè scire vis, me inter Niciam nostrum, & Vidium iudicem esse. Profert alter (vt opinor) duobus versiculis expensum Niciæ: alter Aristarchus hos ὀβελίζει. Ego tanquam criticus antiquus iudicaturus sum, vtrum sint τοῦ ποιητοῦ an παρεμβεβλημένοι Puto te nunc dicere. Oblitus ne es igitur fungorum illorum, quos apud Niciam & ingentium culinarum

s Cic. in ora. pro Mur.

t Cic. 5. in Verrem.

u Cic. dolabe. epist. lib. 9.

cum Sophia Septimiæ,quid ergo? tu adeò mihi excussam seueritatem veterem putas, vt ne in foro quidem reliquiæ pristinæ frontis appareant: sed tamen suauissimum συμβιώτην nostrum præstabo integellum: nec committam, vt si ego eum condemnaro, tu restituas. Fit & à Diuo Hieronymo in epistola ad Rusticum monachum Grunnij cuiusdā mentio,qui (infit ille) plus placebat in prandiis. Nec mirum,si qui multos inescare solitus erat facto cuneo circunstrepentium garrulorum,procedebat in publicum.His scilicet verbis significans,lautis conuiuiis Grunnium hunc multorum fauorem gratiámque conciliasse, iuxta Persianum illud. A B

--Calidum scis ponere sumen
Scis comitem horridulum,trita donare lacerna.

Et quod Horatius dixit:

Non ego ventosæ plebis suffragia venor,
Impensis cœnarum.

x Martial. epigra.lib.6.

Et Martialis.[x]

Quod tam grande sophos clamat tibi turba togata.
Non tu Pomponi,cœna diserta tua est.

Potest & alia ratio afferri,ob quā huiusmodi cœnis,& conuiuiis,Senatoribus & aliis iudicibus interdictū sit:nempè ne quid de seueritate grauitatéque illa (quam in eo qui ius reddit,cumprimis spectari, & elucere oportet) detractum videatur.[y] Traditum siquidem ab aliquibus est, amicorum elationi,magnitudiníque deprimendæ aptissimum esse conuiuium:quando inibi grauitatis seueritatísque expectationem seruare,vel difficilimū sit.Quamobrem Periclem scribit Plutarchus, conuiuia, & cœnarum apparatus, omnémque huiusmodi voluptatem & consuetudinem perpetuo contempsisse, ac reiecisse, vt tam longo tempore,quo in republica versatus est,nunquam apud amicum cœnarit, præterquàm Euriptolemo nuptias celebrante, & id quoque eatenus, vt peractis libationibus mox abiret:[z] quanquam priuatus ab istiusmodi cœnis & conuiuiis, non abhorreret:vt de eo dictum idcirco fuerit,quod cum magistratu mores mutauerit:sicut & Themistocles; nam & is etiam,statim vt animum ad rempublicam capessendam appulit,compotationibus, conuiuiisque & comessarionibus abstinuit. Quod profectò vtrique eorum laudi non immeritò assignatur: debet enim quisquis ad rempublicam accedit, vitam sibi & mores ita excolere,vt omni prorsus nota,vituperationéque careat.Quando C D

y d.l.obseruandum Gell. noct.art.lib. 14.cap.4.

z Plut.in per.

A (vt pulchrè Plutarchus scribit) eorum qui reipublicæ præsunt: non modo singula verba, nec res tantum publicitus gestæ animaduerti, notarique solent, sed virtutes quoque, ioci sicut & seria quæque, domus ipsa, familia, vxor, cubile, curiosius conquiruntur.[a] Non ineptè etiam fortè quis dixerit, nostram hanc sanctionem (quantum ad cœnas & prandia spectat) ab Antia lege originem habuisse. Ea enim cautum fuit, vt qui magistratus esset, magistratúmve cœpturus: ne quô ad cœnam nisi ad certas personas itaret. [b] Quam legem (inquit Macrobius) [c] quamuis B esset optima, obstinatio tamen luxuriæ, & vitiorum firma concordia, nullo abrogante, irritam fecit. Illud tamen memorabile de Antio restione latore ipsius legis fertur, eum quoad vixit foris postea non recœnasse, ne testis fieret contemptæ legis, quam ipse bono publico pertulisset.

a Plut. in politicis.
b Gell. noct. att. lib. 2. cap. 24.
c Macrob. saturn. lib. 3. cap. 17.

Improbantur & à diuo Hieronymo in epistola ad Nepotianum non ea tantum quæ iudicibus à litigatoribus verumetiam quæ ab alijs maximéque clericis exhibentur conuiuia, quamuis pro miseris, & afflictis intercessuris. Sunt autem hæc Hieronymi verba. Conuiuia tibi vitanda sunt secularium, & maximè eorum qui honoribus tument. Turpe est ante fores sacerdotis, C Christi crucifixi, & pauperis qui cibo quoque vescebatur alieno, lictores consulum, & milites excubare. Iudicemque prouinciæ melius apud te prandere, quam in palatio. Quod si obtenderis te facere hæc, vt roges pro miseris, atque subiectis, Iudex seculi plus defert clerico continenti quàm diuiti: & magis sanctitatem tuam venerabitur, quàm opes. Aut si talis est, qui non audiat clericos pro quibuslibet tribulatis, nisi inter phialas, libenter carebo huiuscemodi beneficio, & Christum rogabo pro Iudice, qui magis, & citius subuenire potest, quàm Iudex.

Ex his igitur liquere cuiuis dilucidè arbitror, nostram hanc D constitutionem summa ratione niti. In quam tamen ante paucos quàm hæc commentaremur annos, à quibusdam nostri ordinis, grauiter offensum, commissumque fuisse rumor fuit: vulgo enim ferebatur eos ab ijs qui iudicio in Senatu decertabant, ad cœnam vel conuiuium vocatos, haud grauatè accedere: vicissimque ipsos litigatores comiter excipere: mutuaque (quod Virgilius dixit) inter se lætos conuiuia curare. Vt id interea sileam quod de nonnullis dicebatur, ipsos etiam à consuetudine aliquorum non temperare, qui opinionis erant non integræ, quique vadimonio duriore in Iudicium erant euocati. Qua de

re memini regiæ aduocationis duumuiros, in Senatu quandoque verba fecisse, cum solemnis illa curiæ censura (quam Mercurialem dicunt) agenda esset. Vidimus etiam non ita pridem, hominem quendã, regio magistratu in hoc ducatu insignitum: qui quamuis diuitijs affluerret, ad omnes tamen, omnium cœnas, & ipse quidem sæpius inuocatus accedebat: nihil pensi habens, illinc litigatores essent, à quibus adhibebatur cœne, an alij. Hunc (quod de Sallustio dixit Cicero) [d] mensarum omnium assεclam vulgo vocabant, nonnulli curricœnam, & cœnipetam alij, nonnemo etiam mendicum valentem. B
Nec id quidem iniuria: quærere enim vocationes in triuijs, mendicorum est, ac eorum qui domi paratum non habeãt. Myconium etiam vicinum, vel conuiuam appellare hunc licuit. Hoc enim nomine notatos olim Myconios constat, quod alienas cœnas captarent, inuocatique ad conuiuia accederent [e] Tales à Græcis ἀυτόματοι appellantur, quasi sponte sua se mouentes, vel vt est apud Homerum ἀυτοκλήτοι hoc est per se vocati. Quæ omnia nomina hominis illius moribus aptissimè conueniebãt. Is liquido iurare potuit (quod Martialis Philoni tribuit) se domi nũquam cœnasse. C
Non enim propriis sumptibus cœnauit vnquam vt cui dulce semper fuerit aliena viuere quadra. Huiusmodi autem vel Præsides vel Senatores, si qui eorum in hanc legem commisisse comperti fuerint, præter solemnem curiæ censuram, quam subire digni sunt: dubium non est, quin & ab albo Iudicum expungi ea in lite possint: qua de re familiaris cõuictoris vel compransoris agatur, vt quos ex suprascriptis verisimile sit, aduersario iniquiores futuros. Nam & iure etiam communi, iustas idoneasque illas esse causas reijciendo iudici manifestum est: si ius reddentis, conuictor, vel familiaris alter ex litigatoribus sit.[c] D
Quin & vulgo receptum est, hos etiam regulariter dicendo testimonio idoneos non esse. [d] Quod & non obscurè Cicero significat, cum ita scribit.[e] Siquem infimo loco natum defenderem: tamen ciuis ciuem à ciuibus communis humanitatis iure, ac misericordia deprecarer, ne accusatoris consessoribus, conuiuis contubernalibus, ciuem ac supplicem vestrum dederetis. Sane quamuis in regia nostra sanctione, de his tantum agatur, qui ad cœnas, prandia, vel conuiuia litigantium accesserint: idem tamen censendum crediderim, si & ipsi Præsides, vel Senatores ad mensam suam aliquem adhibuerint, quem lite coram se contendere non nesciuerint: vt & ob eam etiam causam

d Cice. in defens. contra Salust.

e Athæn. dipnosoph. cap. 3. lib. 1.

c cap. in sinuãte vbi hostien. ab & Fel. ext. de off. dele. glo. cau. accusatores vel testes 3. q. 5. Ias. & Iaco. à sanct. Georg. & alij l. apertissimi C de Iudic.

d glo. & doct. cap. in literis de test. doct. l. testis idoneus ff. de test. ferectus l. 1. eodem

e Cic. in orat. pro L. Flacco.

A reiici poſſint. Subeſt quippe & hoc etiam caſu eadem amicitiæ,
affectioniſque ſuſpicio.[e] Sicque non ſemel in Senatu noſtro de- e l. illud ff. ad l. Aquil.
cerni vidi. Qua ratione & ipſos quoque, in negotijs colluſorum,
eorúmq; qui vnà cum illis, (vt illud interim Augusti apud Tran-
quillum vſurpem) aleatorium forum calfaciunt, reijci poſſe pu-
tauerim: quod etiam credibile ſit illos colluſoribus, quàm ad-
uerſariis æquiores proniores q; futuros ex conſuetudine bene-
uolentiaque, quam ſicut ſermonis & cibi, ita & luſus cõmunio
conciliat. Quandoquidem vt eſt apud Ouidium, ludendo ſæpe
paratur amor.[f] Vnde & M. Antonium ſcribit Cicero Licinium f Ouid. 3 de arte aman.
B Lenticulam colluſorem ſuum, de alea condẽnatum reſtituiſſe.
Vt quod in alea perdiderat, beneficio legis diſſolueret. Qua in
re (inquit ille) Antonius qui nullam reſtitutionis illius cauſam
afferre potuit, apertiſſimè ſtudiũ ſuum in colluſorem profeſſus
eſt. Cum nihil huiuſmodi in gratiam Caii Antonii, quamuis pa-
trui ſui, repetundarum damnati, ipſe fecerit: hoc pacto oſtẽdens
magis ſe erga colluſorem, quàm propinquũ affici.[g] Alibi etiam g Cic. 2. philip.
Cicero ipſe compranſores, & colluſores eodem loco ponit. Ita
enim ille de eodem Antonio loquẽs. Agrum Campanum qui
cum de Vectigalibus eximebatur, vt militibus daretur, tamen
C infligi magnum reipublicæ vulnus putabamus. Hunc tu com-
pranſoribus tuis, & colluſoribus diuidebas. Alibique ad cõcor-
diam eorum, qui diutina ludi conſuetudine coniuncti ſunt, al-
ludens Lyſide, inquit, nemo magis feſtiuus, vt ei cum M. Curio
conſeſſore eodem, & colluſore facillimè, poſſit conuenire.[h] Me h Cic. 5. philip.
minit & Ammianus Marcellinus, aleatoriæ, teſſerariæque ami-
citiæ; quam ætate ſua, alia quacunque firmiorem, validiorem-
que fuiſſe contendit. Sic enim ait hoc fatendum eſt, quod cùm
omnes amicitiæ Romæ tepeſcant, aleariæ, ſolæ, quaſi glorioſis
quæſitæ ſudoribus, ſociales ſunt, & affectu nimio, firmitate ple-
D na connexę. Vnde quidam ex his gregibus inueniuntur ita con-
cordes, vt quis illos eſſe exiſtimet fratres.[i] i Ammia. Marcell. lib. 28.
Sunt & qui iuſtam idoneamque eiurando Iudici cauſam il-
lam eſſe contẽdunt: * ſi alter ex litigatoribus, Iudici quidquam * Sed hallucinantur.
in aurem obgannire, vel ſuſurrare viſus ſit: aut aliter ſeorſum, &
clam cum eo colloqui. Non enim ſuſpitione carent clandeſtina
huiuſmodi colloquia.[k] Neque in aurem dici ſolent: niſi quæ k Cic. in cato. maio.
clanculum, & ſecretò committuntur. Quod & Homericus ille
verſiculus indire videtur. ἀγχισχὼν κεφαλὴν ἵνα μὴ πευθοίατο ἄλλοι id eſt,

Admoto capite, reliqui ne audire valerent.

Vt non iniuria dixerit quidam ex nostris, iudicem qui auris A
sibillum patitur, meritò parti alteri suspectum haberi: nisi sic
auditum palam statim efferat.[l] Quandoquidem & ad huiusce-
modi colloquia non temerè recipiuntur, nisi qui perquam fa-
miliares, diutinaque consuetudine nobis astricti sint. Quod &
apertè Cicero significat, cum de Cleomene Syracusano, furto-
rum verris socio agens ita scribit.[m] Atque cum vident sedere
ad latus Prætoris, & ad aurem familiariter, vt solitus erat insu-
surrare. Tum verò omnibus indignissimum visum est, homines
honestissimos, electos ex suis ciuitatibus, in ferrum, atque in
vincla coniectos, Cleomenem propter flagitiorum, ac turpitu- B
dinis societatem familiarissimum esse Prætoris. Adde quod &
semper ferè quæ clàm & latenter geruntur, haberi suspecta so-
lent.[n] Vnde & Alexandrum Seuerum scribit Lampridius, cum
omnibus pariter locutum, neque vllum vnquam solum, nisi
Præfectum suum Vlpianum vidisse: & cum alterum adhibuit
Vlpianum rogari iussisse. Qua ratione & Valentiniani, Valen-
tisque constitutione quadam statutum est, vt iudices non in se-
cessu, sed apertis secretarij foribus, intro euocatis omnibus, aut
pro tribunali locati, & criminales, & ciuiles controuersias au- C
diant.[o] Quod vtique in causis grauioribus, & quæ ordinario iu-
re exerceri solent expeditum est.[p] In leuioribus verò contro-
uersijs, quæ tumultuariè, summatim & è plano iudiciorum
etiam solennibus omissis expediuntur,[q] existimauit Bartolus,
posse litigatorem, siquid habeat, quod clanculum Iudici com-
mittere velit, ad aures ipsius accedere: neque idcirco iudicem
eiurari posse, quod tale colloquium auersatus nō fuerit.[r] Quod
& Iason & Iacobinus probant.[s] Qua tamen in re, ego amplius
deliberandum arbitror: non enim video, cur quæ in his tumul-
tuariæ, compendiariæque cognitionis controuersijs aguntur,
minus innotescere vtrique litigantium debeant, quam quæ in D
ordinariis iudiciis geruntur. Quæ tamen de clanculariis hisce
sermonibus vulgo traduntur, sic accipienda sunt, vt iustam qui-
dem præbeant reiiciēdi Iudicis causam: si tunc habiti sint: cum
Iudex litigatoribus operam daret: eorum fortè causam audiēs,
aut testes ab altero productos interrogans: non item si in ædi-
bus propriis degentem alter ex litigatoribus adierit, quidquam
ei alienum à causa renunciaturus: quod priuatim Iudicis ipsius
intersit, vel etiam publicè expediat, ad aliquod tempus tacitum
haberi. Tum enim ipsum eiurari iniquum non posse credi-
derim,

l spec. tit. de deposc §. 7. Ysic, quid si ponens arg. cap. cum ex iniuncto delic. ret Ias. d. l. apertissimi.
m Cic. 7. in ver. act.
n l. fin. ff. de ritu nupt. l. non existimo ff. de administ. tut.
o l. Iudex de off. rect. prouinc. in c. Theodos.
p Anto. de but. & Panor. cap. accedens ext. vt lit. non contest.
q l. nec quicquam §. de plano ff. de off. procons. & leg.
r Bar. extrana. ad deprimendam verbo sine strepitu quomodo in lesæ maiest. cri. proced.
s Ias. & Iaco. l. apertissimi. c. de iudic.

A derim, nisi quid aliud accedat, quod suspicionem augeat.

Planè quod in constitutione nostra de sumptibus dicitur, quos in cœnas, vel conuiuia litigatores suppeditant: ociosum non est, sicut nec quod de rogatu ipsorum adijcitur. Nihil enim obstat quominus, vel Præses, vel Senator, ad nuptiale aut aliud conuiuium, quod rogatu, accersitùve litigatoris, non exhibeatur, inuitatus accedat: licet eò etiam litigator veniat.[t] Nam & Periclem * ad nuptias Euriptolemi vocatum iuisse, iam ostendimus. Quin & Curionem etiam ipsum vel Consiliarium nihil in legem committere putauerim: qui mensa instructa & epu-B lis onerata, aduenientem fortè litigatorem, cum iam aqua manibus infunditur, lauare, & discumbere, sicut & cæteros conuiuas iusserit. Qui enim nullam illius rationem habens, irrogatum dimitteret subrusticus planè, & subagrestis haberetur. Si modo non ille indignus videretur, quem cœnæ, mænsæque suæ conuiuator adhiberet. Præterquam si litis expositor is esset, qui cœnam vel prandium daret: hic enim excusatione dignus non esset. Vt qui omnium maximè ab omni vel minima suspicione alienissimum se præstare debeat. Nam & hunc facilius, leuioribúsque ex causis quàm alium quemcumq; conscriptorum, reij-C ci posse manifestum est. Nec id quidem iniuria, cum in ipsius sententia non contemnenda pars iudicij, & catastrophe controuersiæ sita sit. Prærogatiuam enim sententiam sequi, in causa iuris, aut facti paulo magis ambigui, satis est in procliui. Vnde & sæpius quamuis causæ commentator litis expositione, sententia curiæ, vt suspectus ab altero litigatorum accusatus, se abdicet, non ideo tamen è consessu, consilioq; facessere iubetur, quod tum potissimum contingit, cum suspecti accusatio parum est verisimilis, aut speciosa.

Illud conuenit inter nostros, non ideo Iudicem alienari à D causa alicuius posse, quod conuictorem habeat diuersæ partis, vel Cognitorem vel aduocatum * etiam si iudicãtis filius is sit.[u] Neque enim hi sunt qui litigant, sed qui litigantibus ministerium, operamque suam accommodant.[x] Vulgoque receptum

[t] Rebuff. in hanc constit.

* Opinio Langlæi explosa est.

[v] Perusi. cap. postremo de app.

[x] arg. l. qui cum maior §. patroni filius ff. de bonis liberto. cap. 1. vbi glo. & doct. de off. iud. Iason & alij l. prætor ff. de iurisd. om. iud.

* Etiam si iudicantis) Filius potest esse Iudex in causa appellationis à sententia patris iudicis ordinarij interpositæ, nec ideo suspectus existimatur, vt Senatus conf. Burdig. definitum est, secundum Theobaldum Aquitaniæ Curialem 10. mens. Iun. an. 1570. aliud priscum curiæ Pariensiensis conscriptum sine die & consule refert Lucius lib. 11. tit. de iudicijs art. x. prima facie vix est, inquit, vt qui à patre iudice prouocarit, filiũ prouocatoriæ litis iudicem ferat, qua ratione prouocator conscripti reiectione summotus est, cuius pater vnus erat è basilicanis recuperatoribus, à quibus interposita fuisset appellatio. & sane quantum coniectura assequi possumus, id causæ fuit, quod recuperatorij collegij sentẽtia esset, non illius refutati conscripti patris, qui vnici tantum puncti numerum obtineret, & fortassis non ita censuisset, per Basilicanos recuperatores. Lucius intelligit magistros libellorum.

est, causam illam recusando iudici idoneam non esse: quæ ab aduocati cognitoris, causæve institoris persona dicatur.[y] Quod & in non absimili specie Parisiensem Senatum censuisse tradunt.* Cæterum quod postremo nostræ sanctionis articulo, de litis enarratore constituitur: iampridem exoleuit. Neque enim litigatores, scire cui conscriptorum causæ suæ commentatio attributa sit, religio est: permagnique referre videtur, id ipsis notum fieri: quò si forte litis inspector designatus sit alteri parti æquior, curet cui suspectus is fuerit, successorem illi suscribi: & ipsam litis inspectionem, in alium transferri: qui neutram in partem propensus sit. Sed & litigator ipse, vel cognitor, aut causæ custos, (cuius muneri id incumbit, vt assiduitatem curandæ, atque vrgendæ causæ, quoad eius fieri possit præstet) hac via litis enucleatorem salutabundè admonitum sæpius ibit. Quem si cunctatorem repererit, Præsidem adibit, qui Consiliario sui officij admonito, cunctationem omnem præcidat. Vt sic apertissimè liqueat, regiam illam sanctionem quantum ad hunc spectat articulum, optimo iure in desuetudinem abiisse.

y Pap. tit. de recus. art. 10.

* 21. Iulij. an. 1534.

A

B

Quin & illud vsu compertum habeo, Senatorem, munere suo non rectè fungi existimari: non tantum qui litem inspectam non rogatus enucleauerit: sed qui vel tantum causæ commentarium confecerit: vel quoquo alio modo litis inspectioni non appellatus operam dederit. Id enim faciens sæpiusculè oleum & operam perderet: vt qui decisæ litis instrumentum percensens, remque (quod dicitur) actam agens frustrà tempus contereret. Quandoquidem & id plerumque euenit, vt sacculis litium ad eos delatis, quibus constitutione Præsidum attributi sint, (litigatoribus Iudicum æquitatem experiri nolétibus) interuentu causidicorum, vel amicorũ negotium cõponatur.

C

Sanè quod diximus, Iudicem litigatoribus aditu facilem esse debere, neq; ab illius ædibus, litigatores excludendos: de his accipiendũ est, qui ciuili iudicio decernũt: non item de his qui de vita vel existimatione dimicant. * Lege enim Iulia iudiciaria. Si quis reus, vel accusator domũ Iudicis ingrediatur: in legẽ ambitus cõmittit, mulctamq; aureorum centũ fisco inferre iubetur.

D

* l. 1. §. 4. etsi quis D. de lege Iulia ambitus sed §. ille 4. dissentit ab vsu, ex quo desumpta sunt hæc verba:

Recusatio Senatoris suspecti, quo tempore fieri possit. Et an reiectaneæ litis iudicium eiurati religioni committi debeat, recteque an perperam faciat Senator cognatus, vel affinis, qui nec etiam eiuratus cognitione, & iudicatu litis abstineat.

CAP. II.

A 

QVANTA ei qui litigaturus sit, immineant à suspectis Iudicibus pericula: vel ex eo potest intelligi, quod omnes omnium fortunæ, positæ sunt in eorum potestate qui iudicant.[a] Quodque nullius res in iudicium venit, quin eiusdem aut fortunæ, aut caput, aut existimatio periculum subeant: quibus omnia contineri manifestum est, quæ non solum ad benè beatéque viuendum, sed ad ipsam etiam vitam pertinent. Cui enim potest ademptis fortunis, (vt Ennius scribit) vita
B esse vitalis? vt non immeritò voluerint maiores neminem, non modo de existimatione cuiusquam, sed ne pecuniaria quidem de re minima esse iudicem, nisi qui inter aduersarios conuenisset,[b] dederintque facultatem tam reo, quàm actori in sortiendis Iudicibus, reiiciendi, expungendique ex albo, quos sibi parum æquos, aut aliqua ratione incommodos fore arbitrarentur.[c] Vnde & Romanorum Imperatorum legibus, ei etiam qui datum Iudicem suspectum habere dicat, licet ipsum antequam lis inchoetur, reiicere: libello illi recusationis porrecto. Cordi si quidem Cæsaribus semper fuit lites omnes sine suspicione
C procedere.[d] Nec id quidem iniuria, cum traditum sit naturale quodam modo esse, suspectorum Iudicum insidias declinare: & inimicorum Iudicium velle refugere:[e] rémq; esse periculosissimam, & quæ tristissimos sortiri soleat euẽtus sub iudice suspecto subire iudiciũ.[f] Cuius rei exẽplum reliquit Socrates, quem nullo suo facinore, sed sola Iudicum inuidia, & iniquitate periclitatum, impiisque sententiis damnatum, nemo non fatetur.[g] Vt sic optimo iure culpam ipsius, quãuis summi Philosophi scriptores agnoscãt, quod dum grauitatem, seueritatémq; tueri voluit, infensos sibi iudices non reiecerit. Ad hoc igitur præsidium
D tanquam ad sacram anchorã, confugiẽdum ei est, qui Iudicem nactus fuerit, quẽ iusta probabiliq; ratione ductus, credat in aduersarii partem propensiorem futurũ. Nec erit quod id ægrè ferat magistratus, quisquis ille fuerit modo honori nominiq; eius litigator pepercerit: neq; libello suspicionis quidquã cõplexus sit, quo vel tantillum læsa videri possit ipsius existimatio. Nam & Augustus testẽ se in iudiciis inductum, non tantum interrogari, sed re felli etiã æquissimo animo passus est.[h] Nec refert vera sint, an cõmentitia, quæ ad eiurãdum cum litigator protulerit. Semper enim moderatè patienterque ferre ea ipse debet: idque

a Cic. 4. in verr.

b Cic. in orat. pro Aul. cluent.

c Ascon. pad. 2. in ver actio.

d l. apertissimi C. de iudic.

e Can. quia suspecti 2. q. 5. cap. 2. requisiu de pell.

f d. can. quia suspecti.

g Cic. li. 1. de diuinatio. & de orat. lib. 1. Plutarch. in Plato.

h Tranq. in aug. cap. 56.

secum in animo versare quod Cicero dixit, [i] Magnitudinem A
periculi, & eius maximè qui de fortunis omnibus, vel maiori earum parte, iudicio decernat, summo timore hominem afficere: qui id dum cogitat, non minus sæpe venit ei in mentem potestatis, quàm æquitatis ipsius qui ius dicturus sit: propterea quod omnes quorum in alterius manu, vel vita, vel fortunæ positæ sunt, sæpius illud cogitant, quid possit is cuius in ditione, ac potestate sunt, quàm quid debeat facere, potestatem eius magis timentes, quàm æquitatem & clementiam agnoscentes. Ideoque & Caroli octaui constitutione, illi etiam qui in curiæ cōscriptum inciderit, aduersario suo æquiorem, vel sibi iniquio- B
rem aut ea necessitudine coniunctum, quæ eiurãdo iudici idonea sit, reijcere eum licebit: siue ijs sit qui fasces habeat, litis inspector aut alius: ita tamen vt qui sic iniquus eiuratus fuerit, non ideo minus iudex sedeat, munereque suo fungatur, nisi suspicionis libellus * ante litem inchoatam offeratur, reiectionisque causæ curiæ approbentur: cui & id interdicitur ne iudicium illud reiectaneum, eiurati conscientiæ committendum edicat: & ne eiurãtem, qui suspitionis causas obiecerit, quæ opinionem offendũnt confidentis, dimittat impunem, sed in eum
nunc seuerius, nũc remissius vt sibi visum fuerit, pro modo con- C
tumeliæ qualitatéque reijcientis animaduertat: nisi iustæ sint, ac de ijs doceatur. [k] Neque tamen prohibetur quisquam, post litem etiam in Senatu diiudicari cœptam, vel Præsidem, vel Consiliarium ob iustas causas suspectum dicere: si eiusmodi hæ sunt, quæ in notitiam ipsius nuper delatæ fuerint, idque sacramento dicere paratus sit: vel de nouo emerserint: tum enim nihil obstabit, quominus iniqui Iudicis præscriptionem opponat.[l] Idque etiam licet iam sacculi litium ad pluteum sint allati, causaque in consilium missa, modò reiiciendus sententiam non-
dum dixerit.[m] D

Sanè quod diximus reiectaneæ litis iudicium fidei, religionique ipsius, qui recusatus sit non committendum: sic accipiendum est, vt qui reiectus sit, de his suspicionum causis, nec iureiurando etiam se expurgare possit: Licet ab eius pendeant conscientia, vt quia in ea lite, à cōsiliis aduersarii fuisse dicatur.[n] Hoc enim pacto exulcerato Iudicis animo,[o] via periuriis aperiretur. [p] Vix quippe fit vt non grauatè quis ferat, ab albo Iudicum se reiici. Nam & Vlpianus quadamtenus arbitro contumeliam

i Cic. in orat. pro Quintio.

k Const. Caroli 8. art. 64.

l l. pōponius §. ratiff. de procur. l. non distinguemus §. cum quidã ff. de arbit. l. eleganter §. si quis post. ff. de condi. indeb. l. 2. C. de consort. eiusdem litis cap. insinuãte vbi Fel. de offic. deleg.

m Immol. cap. iudex de off. deleg. in 6. docto. d. c. insinuante & c. pastoralis de exceptio. Rebuffus in hãc cōstitutionem.

n Imbert. instit. forens. lib. 1. §. & quoniam nõ raro.

o Arg. l. fin. C. de testa. manumiss. Spec. tit. de recusa. §. qualiter autem.

p l. 2. C. de iudic. vid. toll. quæ sub conditione ff. de cond. inst.

* Ante litem) Hodie in Gallia Iudex suspectus dici potest post litem contestatam iuxta caput inter Monasterium, de sent. & re iudicata.

A inferti scribit, si spreta ipsius authoritate, ad iudicium, vel alium arbitrum litigatores ierint: adeò vt quamuis ad ipsum mox redierint, cogi non possit inter eos disceptare. [q] Cum itaque faciles sint nonnulli homines ad iurandum: [r] non abs re constitutũ in moresque inductum est, vt ea in re, sacramento ipsius minimè stetur. Nam & perquam durum esset, eiurantem, cui fortè testes, aut tabulæ ad manum sint, quibus huiusmodi suspicionũ fidem facere possit, à facultate probationum excludi, summæque controuersiæ, Iudicem iterum illum fieri, quem infensum sibi, & fortè implacabilem eiurator reddidisset. Putauerim tamen

B conscriptum qui iureiurando adactus, veras esse suspicionis causas non abnuerit, à litis cognitione, & iudicio temperare debere: neque alia probationis specie, eiuratorem onerandũ: si modo eiusmodi sint causæ, quas ipse qui recusatus est, ignorare non possit: fraudisque vel calliditatis nulla præsumptio subsit: neque etiam aduersarius rem aliter se habere, docere velit: tum enim sacramento ipsius standum non esset cum receptissimum sit, iis etiam casibus, quibus lex cõscientiæ & religioni alicuius quidquam committit, * nec iurato ipsi credendum: si diuersa pars probandi onus in se transferre velit. [s] Nec me quid-

C quam monet, quod Rebuffus dixit. [t] fieri posse, vt in gratiam reiicientis suspitionis causas quamuis commentitias, eiuratus agnoscat: quo sic à iudicandi munere se expediat. Neque enim id simile veri est, vt sic eius qui hoc dixerit nulla ratio habenda sit: nisi vel testibus vel argumentis. verum id esse planum faciat. Quam sententiam & illud adiuuat (quod Rebuffus ipse non diffitetur) super hisce reiectionis causis curiæ conscriptum interrogari posse. [u] Quid enim opus fuerit percontationes huiusmodi fieri, si nulla eorum quæ conscriptus responderit, ratio habeatur? Nam & cum in capitali etiam lite, arceri à testimonio is

D debeat, qui reo commissus, sacramẽtóque rogatus, quæ ad eum refellendum accusatus, idoneè, legitiméque obiecerit, confessus sit: dubium non est quin & idem de eo dicendum sit, quod

q l. sed & si seruum §. fi. l. sequen. & l. litigatores ff. de arbit.

r d. l. quæ sub conditio.

s glos. & doct. §. sed istæ Inst. de actio. & l. fulcinius §. quid sit ff. quibus ex caus. in possess. ea.

t Rebuff. in d. const. Caro. 8. glos. 3.

u glo. cap. 1. de excep. Perus. cap. cum speciali de appellatio.

* Nec iurato ipsi credendum) Bernardus Casaus proxeneta Bertæ ancillulæ pulcherrimæ amore flagrans, tãdẽ votis fruitur. paulò post Berta animaduertens menses non reddere tributa, & leues per corpus infirmitates ancipiti animo. denuntiat hero, se grauidam esse, quod ille velut triste omen auertit, tandem vterus tumescens rei gestæ testis appertissimus appa. et, tunc Berta paupertatis & pudoris angustiis obruta, herum vocat in Ius affirmans proxenetæ attè florem virginitatis sibi ereptum, & hoc Mangonio tumidum vterum factum, quod ille negat, iusiurando proxenetæ bis delato à Berta, ac reuocato, tandem amplissimus ordo Burdigalensis vlt. diè veneris, mensis Nouember anno 1587. probationis onus in Bertam transtulit.

in amplissimum aliquem ordinem cooptatus, & is etiam non iniuratus agnouerit. Eoque maximè quod vnanimi nostrorum consensu receptum est, facilius, leuioribúsque ex causis iudicem, quàm testem refutari. Quod qui ius reddant, inueniri, plures possint, quam qui testimonium dicant.[x] Vsúque ideo compertum habeo confidentes qui interrogati suspitionum causas agnoscunt, cùm prius curiæ probatæ sint, à iudicandi facultate ea in lite submoueri. Quin & illud sæpius vidi, Senatores quamuis non eiuratos, si de lite cuiusquam ageretur, qui eos sanguine, vel affinitate propius contingeret, illísve amicitia, & familiaritate magna, coniunctus esset: vltro se iudicatu, (quantum ad eam litem spectabat) exoluere: idque sibi ipsis vt liceret, Senatui, supplices postulare. Quorum modestum honestúmque pudorem semper ego laudaui, doctrináque & eruditione præstantioribus viris probari vidi. Nam & probos modestósque Iudices hoc facere solitos, sub persona Secundi Cornel. Tacitus scriptum his verbis reliquit:[y] Ego verò (inquit Secundus) antequam me Iudicem Aper recuset, faciam quod probi & modesti Iudices solent. Vt in his cognitionibus excusent, in quibus manifestum est, alteram apud eos partem gratia præualere. Quis enim nescit, neminem mihi coniunctiorem esse, & vsu amicitiæ, & assiduitate contubernij, quàm Saleium Bassum, cùm optimum virum, tùm absolutissimum Poëtam? Qua ratione Dimæos, Megalopolitanos, & Argiuos in consilium Achæorum adhibitos cum de societate & amicitia cum Romanis, Attalo & Rhodiis bellum aduersus Philippum gerentibus ineunda disceptaretur: priusquam decretum fieret rogarentúrque sentētiæ, spontè nec reiectos è curia excessisse, Senatu etiam approbante, scriptum apud Liuium legimus. Quod quidam ex his Attalo, alij Philippo beneficiis se obstrictos, nonnulli etiam priuati iure hospitij, familiarique necessitudine cum hoc se coniunctos, & Macedoniæ Reges à patria sua oriundos causarentur. Liuius Dimæi, Megalopolitani, & quidam Argiuorum priusqua decretum fieret, consurrexerunt, ac reliquerūt consilium neque morante vllo, neque improbante. Nam Megalopolitanos auorum memoria pulsos à Lacædæmoniis restituerat in patriam Antigonus: & Dimæis captis nuper, direptísque ab exercitu Romano, cum redimi eos vbicunque seruirent Philippus iussisset, non libertatem modò, sed etiam patriam reddiderat, iam Argiui præterquam quod Macedonum Reges

x glo. cap. cū v. canonicus de off. deleg. glo. & innoc. cap. insinuante eod. Bald. cap. de causis eod. Ias. l. apertissimi C. de iudic.

y Cor. Tacit. in dialo. de orato.

[Margin letters: A (line 1), B (line 11), C (line 20), D (line 31)]

A ab se oriundos credunt, priuatis etiam hospitiis, familiarique amicitia plerique illigati Philippo erant. Ob hæc consilio quod inclinauerat ad Romanam societatem ineundam excesserunt: veniáque iis huius secessionis fuit, & magnis & recentibus colligati beneficiis. [z] Quamobrem & L. Cæsar. in causa M. Antonij, ex sorore nepotis priusquam censeret, cognationem excusauit, quod & Consule Cicerone fecerat in causa P. Lentuli, sororis suæ viri. Palámque professus est, se aliam in M. Antonium sententiam dicturum fuisse, nisi propinquitatis ius obstitisset. z Liui. decad. 4. lib. 2.

B Quod & Cicero memoriæ prodidit. Sic enim ille L. Cæsar antequam sententiam diceret, propinquitatem excusauit: Idem fecerat, me consule, in sororis viro, quod hoc tempore in sororis filio: vt & luctu sororis moueretur, & saluti reipub. prouideret. Atque ipse tamen Cæsar præcepit vobis quodammodo P.C. ne sibi assentiremini, cum ita dixit aliam sententiam se dicturum fuisse, eámque se ac repub. dignam nisi propinquitate impediretur. Hactenus Cicero. [z] alibi eadem de re habemus fortem Senatum, Consualreis partim timidos, partim malè sentientes. L. Cæsar optimè sentit: sed quod auunculus est, non acerrimas dicit sententias. Quibus ex verbis illud etiam colligi potest, sanguinis ius, impedimento L. Cæsari fuisse, ne rectè iustéque censeret: neque ideo dicendæ sententiæ locum fieri illi debuisse. Quod vel ex eo clarius fit, quod alios quosdam in suam sententiam traxit, quos & Cicero reprehendit, quia quamuis nulla necessitudine Antonio iuncti, sententiam tamen L. Cæsaris sequuti fuissent. perinde ac sic propinqui ipsius essent. Ita enim Cicero. Ergo ille auunculus, nùm etiam vos auunculi qui illi assensi estis? Quod non itidem de sententia ab eo in P. Lentulum sororium suum dicta existimari potest, in qua nihil ei affinitas obstitit: quominus rectè grauiterq; censeret, vt ex alio eiusdē Ciceronis loco cognosci potest, z Cicer. 8. Philipp.

D cum ait: Sin remissiores esse voluerimus summæ nobis crudelitatis, [a] in patriæ ciuiumq; pernicie fama subeunda est, nisi verò cuipiam L. Cæsar vir fortissimus & amātissimus reipublicæ crudelior nudiustertius est visus, cùm sororis suæ fœminæ lectissimæ virum præsentem & audientem vita priuandum esse dixit rectè. Itáque & ex ordine ille, qui priusquam censeret propinquitatem excusauit. Quod & ab iis fieri opportet, quibus cum altero ex litigatoribus iurgij aut dissidi aliquid fuerit, vel quiduis aliud, ex quo iniqui illi videri possint, & hi enim similiter a Cicer. Ep. fam. lib. 10.

quantum in eis fuerit iudicatu se exoluere debent, vel inimicitiæ causam quæcunque illa fuerit excusare exemplo Hannonis, qui in Annibalē apud Carthaginenses dicturus inimicitias, quæ illi cum Amilcare huius patre fuerant excusauit. Sic enim loquentem illum Liuius facit. Scio meam leuem esse authoritatē propter paternas inimicitias.[c] Qua ratione (quod & alibi diximus) Iulianus imperator, ab aduersariis Thalassij cuiusdā, inimici sui aditus, vt ius illis redderet: tantisper à iudicādi munere in ea lite temperauit, dùm inimico illi suo reconciliaretur: mandauitque assidenti Præfecto ne antè negotium id audiretur, quàm cum Thalassio rediret in gratiam.[d] Prudēter igitur factutū Iudicem putauerim, qui in ea lite qua de re consanguinei, aut affinis sui, aliáve necessitudine sibi coniuncti, vel etiam inimici tractetur, iudicādi partes à se ablegauerit: neque expectauerit dum reiiceretur ab aduersario, huiusmodi fortè suspitionum minimè gnaro, hoc enim pacto, famæ existimationique suæ consultū ibit, puréque & sine vlla suspitione iudicium procedet. Nec erit quod amicus vel consanguineus ille conqueri possit, iudicandi munus necessarium esse.[e] Quodque receptum sit, magistratum iniuncto munere fungi detrectantem, cogi posse id agnoscere.[f] Id enim de eo intelligi oportet, qui nihil habet, quo se excusare possit. Quod & Vlpiani responsum illud indicat, quo traditur eum qui excusationem non habeat, inuitum iudicare cogi:[f] non autem eum qui manifestè suspectus sit. Hic enim spontè etiam iudicandi munus deserere potest. Vnde & alibi scribit idem Vlpianus, eum qui ante magistratum aduocationem alterius partis susceperit iustam habere excusationem * ne ea in lite in qua aduocatus fuerit, Iudicis munus obeat. Non erit etiā quod iniquo animo ferat, magistratum Iudicis personam ea in lite exuere maluisse, quàm cum famæ suę dispendio amici commodis inseruire. Nec enim indignè tulit Cicero, relātum à Consulibus de reditu suo non fuisse, quamuis sæpius ea de re efflagitatis, cum veriti essent, ne causa gratiæ fecisse viderentur, quod alter illi affinis esset, alterius causam capitis recepisset.[i] Vix quippe fieri potest, vt qui in eiusmodi causa Iudicem agit, quantumuis rectè se gerat, fuisse non credatur saltem ab æmulis in propinqui partem propensior: idque maximè si secundum eum

b Cic. Epist. Philipp. 8.
c Liuius lib. 21.
d Ammia. Marcel. li. 23.
e l. fin. §. iudicandi ff. de muner. & hono.
f l. si quis magistratus co l. tit. authen. vt lite ca'. iud. non expec. fac. iuss. coll. 9 nouell. Iusti. de iudic. const. 129.
f l. penult. ff. de vacat. mune.
g arg. l. 1 ff. de off. eius cui mand. est iurisd.
h l. Prætor ff. de iuri. di. om. iud. l. nemo C. de assess.
i Cic. in ora. post red. ad Quir.
* Ne ea in lite] Iusta est eieratio Iudicis, qui patrocinium litigatori præstitit, vel cuius opera aut consilio negotia regebantur, vel ordinabantur, vt curiæ Parisiensi visum 4. Mens. Ian. an. 1575. Ne dum excusatur volens vt ait Langlæus, immo inuitus reiicitur.

litem

A litem dederit. Quod Quintilianus in declamatione pro milite, contra Tribunum Marij propinquum satis ostendit, cùm ait: Propinquus tuus fuit, ô rem omnibus narrandam cum absolueris. Nam si quid tibi iudicandi fides tua causa facere permittit, cogitas profectò quantum tibi hoc ipsum apud æmulos, quos virtutibus affendis, allaturum sit inuidiæ: cum videberis, aut corruptorem militis iudicare innocentem. Quod si benè inuidiã noui, hoc quoque tibi obiicietur, quod saltem propinquus tuus peccauit. Quare abdicandus, & abiurandus est, non tuus sanguis.

B Et hoc quidem in imis subselliis, obnoxiæque sententiæ tribunalibus vsu moribúsque receptum est. In supremis verò consessibus, si quam ob causam conscriptus (vt iam dixi) Iudicem se in lite aliqua sedere non debere, credat, quamuis eiuratus non sit, curiæ renuntiat, cuius decreto vel sedere vel conticêre iubetur. Sed hæc vt ita se habeant, non me tamen fugit, dicendis in Senatu Romano sententiis, senatúsque consultis faciendis interdum affuisse Senatores aliquos, cum de re eorum ageretur, qui sanguine illos contingerent. Id enim vel ex his quæ de L. Cæsare, ex Cicerone diximus satis perspicuum fit, sicut & ex eo

C quod Liuius tradit, de S.C. in sententiam T. Manlij Torquati facto, cum de captis ab Annibale redimendis disceptaretur, cui faciendo affuerunt & qui captiuos consanguineos haberent. Id enim Liuius significare videtur, quod vt apertius fiat, ipsius verba subiiciam: Senatus summotis arbitris consuli cœptus, ibi cum sententiis variaretur, & alii redimendos de publico, alii nullam publicam impensam faciendam, nec prohibendos ex priuato redimi, si quibus argentum in præsentia esset, alii dandam ex ærario pecuniam mutuam, prædibúsque, ac prædiis cauendum populo censerent, tum T. Manlius Torquatus priscæ,

D ac nimis duræ, vt plerisque videbatur seueritatis, interrogatus sententiam ita loquutus fertur.[k] Et inferius postquam Manlius dixit, quanquam patrum quoque plerosque captiui cognatione attingebãt, præter exemplum ciuitatis minimę in captiuos, iam inde antiquitus indulgentis pecuniæ quoque summa homines mouit. Extant & alia apud veteres eiusdem rei exempla multa: sed vnum, ac alterum proferre satis fuerit. Primùm de M. Liuio Salinatore, qui in causa. M. Liuii Macati propinqui, gentilisque sui: cuius de fama, & existimatione agebatur, sententiam in Senatu Romano dixit, vniuerso ordini adeò gra-

k Liuius secu. bell. puni. lib. 2.

O

tam, vt cum ante populi iudicio damnatus, ruri multis annis delituisset, non fuerit quisquam qui non illi iniuriam factam à populo censeret: reique publicæ multum damni allatum, quod fructu consilij sui tamdiu caruisset. De quo Liui. Sed tum quoque (infit) M. Liuius aut verbo assentiebatur, aut pedibus in sententiam ibat, donec cognati hominis eum causa M. Liuij Macati, cum de fama eius ageretur, stantem coëgit in Senatu sententiam dicere. Tum ex tanto interuallo auditus conuertit ora hominum in se, causamque sermonibus præbuit: Indigno iniuriam à populo factam, magnóque id damno fuisse, quod tam graui bello, nec opera, nec consilio talis viri vsa respub. esset.[l] Alterum de C. Mario qui in causa Plotij militis, vel, vt Plutarchus mauult.[m] Trebonij de cæde Clusij militum tribuni propinqui sui Iudex sedit.[n] de quo Cicero, Pudicitiam cùm eriperet militi Tribunus militaris in exercitu C. Marij propinquus eius Imperatoris interfectus ab eo est, cui vim afferebat: facere enim probus adolescens periculosè, quàm perpeti turpiter maluit: atque hunc ille vir summus scelere solutum periculo liberauit.[o] Cur autem censendi potestas facta illis fuerit, in negotio, quod ad cognatos, gentilésque suos pertineret, non satis mihi liquet. Veri tamen simile est id ipsis ideo concessum, quia non cum priuatis, sed cum republica res esset, cuius in perniciem credibile non erat, ipsos quidquam pro sententia dicturos, proniorésque aduersus ius, fasque omne in partem gentilium futuros: cum vulgo receptum sit parentibus Romanis, ipsa etiam liberorum charitate antiquiorem priuatisque quibusuis necessitudinibus potiorem fuisse rempublicam.[p]

† Planè quæ de consanguineis affinibus, aliísque huiusmodi diximus ad alios quoscumque qui in alteram partem * qua vis ex causa videri possint propensiores, trahenda putauerim: vt & ij similiter spontè nec reiecti, iudicatu & cognitione litis temperare debeant, vel causam ob quam alterutri litigãtium æquiores existimari possint ad curiam deferre, quæ quod æquius, meliúsque visum illi fuerit decernat: nisi ea sit causa, quam præcidere, atque præcludere ipsi possint. Tum enim nihil oberit

l Liui. dec. 3. lib. 7.

m Plutar. in Mario.

n Val. lib. 6. tit. de pudicit. cap. 12.

o Cic. in ora. pro Mil.

p l. post liminium §. filius ff. de capt. & post l. reuer. & Liu. sec. bell. pun. li. 4.

† De eieratione consãguineorum & affinium vide Bles. cõstitutionem Henrici 3. latam ao. 1579. art. 118. & illius interpretationem ad l. 8. lex cornelia. vers. qua l. D. de iniuriis collat. Iuris Gall.

* *Quauis ex causa*) Eos Iudices, quos res Iudicanda sola speciei similitudine contingit: de ea re, sententiam dicere non debere placuit, esset enim sibi ipsi quodammodo ius dicere, & difficile est nobis aliquid cupientibus, aliqua in parte non obsequi: Nos iam aliquam in partem inclinantibus nihil persuadere: & iura potissimum cuariantia ad id, quod maximè volumus non contorquente 7. Id. Ian. M.CCCCXXVIII. & 21. Iu. 1534. decretis Lutetianis. Iuxta caput personã. de testibus gloss. in cap. super abb. de off. deleg. lib. 6.

A quominus Iudices ipſi ea in lite ſedeant. Nam & hac ratione Cæſar Auguſtus à Tario de filij paricidio cognituro, in conſilium adhibitus (cùm ante ab eo hæres ſcriptus fuiſſet) ſuſpicionem quæ de ſe haberi ob hęreditatem illam poterat, purgauit, & is enim (vt eſt apud Senecam) priuſquam aperirentur codicilli, iurauit ſe Tarij hominis locupletis hæreditatem, non aditurum. Hocque modo libertatem ſententiæ ſuæ redemit.[q]

q Senec. de clement. lib. 1. cap. 15.

B

Recuſari veluti ſuſpectus an Præſes, Conſiliarius, aut alius iudex in negotio eius poſsit, cuius ſuffragio in ampliſsimum ordinem cooptatus ſit alioue magiſtratu ornatus, vel à quo ſacerdotio vt aliquo donatus ſit.

CAP. III.

C REgiæ conſtitutionis, in ſuperiori capite facta mentio, nos admonet: vt de aliis etiam ad eandem rem ſpectantibus nonnihil diſſeramus. Illa autem iuſta, idoneáque reiiciendo iudici cauſa viſa eſt, cum quis vel principis, vel reguli alicuius ſuffragio in ampliſſimum ordinem cooptatus eſt, vel alio magiſtratu donatus, aut antiſtitis alicuius beneficio ſacerdotio aliquo honeſtatus. Et is enim in negotio ſuffragatoris, vel antiſtitis illius iudex non ſedebit, ſicut nec in lite illius per quem vel liberi ipſius, aut fratres, aut conſobrini patrueléſque magiſtratum vel ſacerdotium aſſequuti ſint, ſiue princeps claſſis ſit, Senator, diœcetos, ſeu prouinciæ præfe-D ctus, aut alius iuridicus, vel qui vicariam præfecturam gerat: modò ad eum eiurandum iniqui iudicis præſcriptio oppoſita ſit. Ita enim Ludouici duodecimi conſtitutione cautum nominatim eſt. [a] Cuius rei illa eſt ratio: quod veriſimillimum ſit, ipſum proniorem in eum futurum, cuius ope, vel liberalitate locupletatus ſit, aut honoribus auctus & amplificatus: quique ipſum beneficio aliquo deuinctum habeat, quàm in aduerſarium à quo nihil huiuſmodi conſequutus ſit. Propenſiores enim ad benè merendum de eo ſumus qui de nobis benè aliquando meritus ſit: [b] vt qui naturali iure obligati ad

a tit. de recuſatio. art. 37.

b Can. illud vbi gloſ. 3 q. 2.

c l. sed & si lege. §. consuluit. ff. de petit. hered.

d cap. cum in officij de testam.

e Can. vsus 16. q. 2.

f Can. 2. 8. q. 2.

* antidora simus.[c] Et in officiis charitatis, primo loco illis tenemur obnoxii, a quibus beneficium nos cognoscimus recepisse. [d] Vnde & alibi traditur, humani moris esse illum vereri, cuius iudicio aliquis erectus sit. [e] Scribitque Gregorius eum qui patrocinio alicuius fuerit electus, volontati ipsius cùm fuerit ordinatus reuerentia cogente obedire compelli.[f] Proditúmque ideo monumentis est, multos principes viros, ad celsiores dignitatum gradum quosdam euexisse: non aliam ob rem quàm vt iis ad firmandum statum suum, dignitatémque suam tuendam vbi opus foret vterentur, vel quibus vsi essent beneficia remetirentur. Quod de Tarquiniis Liuius, & de Iulio Cæsare, Dyon Cassius, Tranquillusque scriptum reliquere. Liuius [g] de Tarquinio patre loquens. Nec minus regni sui firmandi, quàm augendæ reipublicæ, memor, Centum in patres legit, qui deinde minorum gentium sunt appellati, factio haud dubia regis, cuius benefio in curiam venerant. Idem de filio, his muliebribus instinctus furiis Tarquinius, circumire, & prehensare minorum maximè gentium patres, admonere paterni beneficii, ac pro eo gratiam repetere. Dyo. Cassius. [h] Cæsar hoc modo multitudine sibi conciliata, sociosquoque suos, adiutorésque, qui Senatorii ordinis erant, sacerdotiis & magistratibus, partim in reliquam anni partem, partim in sequentem annum collatis sibi deuinxit. Tranquillus ad securitatem ergo posteri temporis, in magno negotio habuit, obligare semper annuos magistratus, & è competitoribus non alios adiuuare, aut ad honorem pati peruenire, quàm qui sibi pepigissent, propugnaturos absentiam suam.[h] Et iterum iam rerum potens quosdam etiam infimi generis ad amplissimos honores prouexit. Cum ob id culparetur, professus est palam, si grassatorum, & siccariorum ope in tuenda sua dignitate vsus esset talibus quoque se parem gratiam relaturum.[i] Et hæc quidem de Cæsare illi à quibus non abhorret quod magistratus, qui Cæsaris partes fouebant, cum ab ipso creati essent. Cicero quadam ad Atticum epistola, tyranni satellites in imperiis appellat. Vides (inquit) magistratus, si quidem magistratus illi sunt: vides tamen tyranni satellites in imperiis [k] Memoratur & ab histotiæ scriptoribus Agripina Neronis mater, quæ eadem spe ducta multos sibi bene-

g Liu. ab vrb. cond. lib. 1.

h Dyo. lib. 42.

h Tranq. in Iul. Cæs. cap. 23.

i Tranq. in Iul. Cæs. cap. 72.

k Cice. ep. ad Atticum lib. 14.

* Antidora) Antidora verbũ Græcum remunerationes significans, quæ à nobis pro acceptis pecuniis redduntur. hinc Vlpianus l. sed si. 21. §. consulit. D de petitione hereditatis. plane si antidora acceperunt, dicendum est eatenus locupletiores factos, quatenus acceperunt, velut genus quoddam esset permutationis.

A ficiis deuinxerit, [l] quibusdamque ex iis dignitates impetrauerit. De qua scribit Tacitus quod veniam exilii pro Anneo Seneca, simul præturam impetrauerit: quo Domitii pueritia tali magistro adolesceret: & consiliis eiusdem ad spem dominationis vteretur: quia (subdit ille) Seneca. Fidus in Agrippinam memoria beneficii credebatur. [m] Idque de ipsa traditum ab eodem authore est, quod eius suffragatione prætoriarum cohortium cura, Burro mandata à Claudio fuerit: cùm ad ea quæ summa ipsa moliebatur, futurum sibi vsui illum confideret. Ob

B idque Neronem, cùm de ea interficienda cogitasset. Burro etiã quasi matri deuincto, meritisque responsuro, præfecturam adimere constituisse. Tacitus. [n] Nondum tamen summa, moliri Agrippina audebat, ni prætoriarum cohortium cura exoluerẽtur L. Geta & Rufus Crispinis. Igitur distrahi cohortes ambitu duorum, & si ab vno regerentur intentiorem fore disciplinam asseuerante vxore, transfertur regimen cohortium ad Burrum Affranium egregiæ militaris famæ, gnarum tamen cuius sponte præficeretur. Et iterum Paris compositus ad mœstitiam, expositóque iudicij ordine, ita audientem Neronem exterret,

C vt non tantum matrem Plautúmque interficere, sed Burrum etiam dimouere præfectura destinaret, tanquam Apripinæ gratia prouectum, & vicem reddentem. [o] Multos etiam vtriusque ordinis viros Ælium Seianum prætoriarum cohortium sub Tyberio præfectum prouexisse, cum dominationem captaret. Tacitus ipse non obscurè significat cum ait. [p] Nunc originem, mores, & quo facinore dominationem captauerit expediam. Et paulò post. Centuriones, ac Tribunos ipse deligere, neque Senatorio ambitu abstinebat clientes suos honoribus, aut prouinciis ornando facili Tyberio atque ita prono, vt socium laborum non modò in sermonibus, sed apud patres & populum ce-

D lebraret. Dyo. Cassius. [q] Quia verò prætorianos milites Seianus sibi summè deuinxerat, Senatorum alios beneficiis, nonnullos spe, quosdam metu sibi adiunxerat, ideo Tyberius palam nihil conatus est. De Vespasiano similiter imperium adepto sic Tacitus multos præfecturis, & procurationibus, plerósque Senatorij ordinis honore percoluit, egregios viros, & mox sũma adeptos. [r] C. etiam Verris beneficio, Q. Metellum ad consulatum peruenisse, non defuère qui dicerẽt: idque ab ipso etiam Verre iactatum cùm speraret ad eludẽdum repetundarum iudicium, Metelli opera se vsurum. Quæ spes eum non fefellit. Metellus

l Dyo. Cass. lib. 60.
m Tacit. annal. lib. 12.
n Tacit. annal. lib. 12.
o Tacit. annal. lib. 4.
p Tacit. annal. lib. 13.
q Dyo. Cass. lib. 58.
r Tacit. annal. lib. 12.

enim vocatis ad ſe Siculis, eos ab accuſatione deterrere conatus eſt: neque quidquam omiſit, quod ad corrumpendum iudicium ſpectare exiſtimaret. Quod & illi à Cicerone obiectum his verbis eſt: Arceſſit alter conſul deſignatus Siculos: veniunt nonnulli,cum his ita loquitur, ſe conſulem eſſe: fratrem ſuum alterum Siciliam prouinciam obtinere, alterum eſſe quæſiturum de pecuniis repetundis. Verri ne noceri poſſit, multis rationibus eſſe prouiſum.Quid eſt(quæſo)Metelli iudicium corrumpere,ſi hoc non eſt?teſtes præſertim ſiculos, timidos homines, & afflictos non ſolum authoritate deterrere, ſed etiam conſulari metu, & duorum prætorum poteſtate? quid faceres pro homine innocente, & propinquo, cum propter hominem perditiſſimum, atque alieniſſimum de officio, ac dignitate decedis & committis, vt (quod ille dictitat)alicui, qui te ignoret, verum eſſe videatur? Nam hoc Verrem dicere aiebant: te non fato, vt cæteros ex veſtra familia, ſed opera ſua conſulem factum. [s] Hactenus Cicero. Quamuis autem ex noſtræ conſtitutionis verbis, qui recuſatus non fuerit, iudicandi munia, in cauſa illius à quo ornatus, aut beneficio aliquo obſtrictus ſit, obire poſſit: modeſtius tamen prudentiúſque fecerit, ſi ad tollendam omnem gratiæ ſuſpicionem ab huiuſmodi litis cognitione, & iudicatu abſtineat: vt qui ſcire poſſit (quantumuis æquum ſe præbeat) quicquid à ſe pronunciatum in ea cauſa fuerit, gratiæ magis, & ſtudij, quàm ſententiæ, apud eius rei ignaros vim & pondus habiturum, id quod de iudicio ſuo in cauſa P. Lentuli de reductione regis Ptolemæi Cicero non vno in loco ſcribit. Sic enim ille. [t] Nos in cauſa authoritatem eo minorem habemus,quod tibi debemus. Et rurſum. [u] Nam noſtra propugnatio, ac defenſio dignitatis tuæ, propter magnitudinem beneficij tui fortaſſe pleriſque officij maiorem authoritatem habere videatur, quam ſententiæ. Idemque alibi tradit de ſententia ab affine dicta, authoritas (inquit) propter coniunctionem affinitatis minor eſt putanda. [x] Sanè quod in conſtitutione dicitur, iudicem in negotio antiſtitis illius reiici poſſe, à quo vel ipſe, vel liberi, aut fratres & reliqui de quibus dictum eſt ſacerdotio aliquo inſigniti fuerint: adeò verũ eſſe aliqui tradunt, vt nihil referre dicant, vltrone vel requiſitus id ſacerdotium Antiſtes contulerit, an etiam principe vel ſcholaſtico aliquo conuentu nominante. Nam & hoc quoque caſu ſi refutatus fuerit, à lite illa iudicanda, temperandum illi eſſe exi-

A B C D

s Cic. 2. in Verrem.

t Cic. ep. 1. ad Lentulum.

u Cice. ep. 7. eiuſ. lib. cuius initium; Legi tuas literas.

x Cic in orat. pro Domo ſua.

A ſtimant,* idque Pariſienſi Senatui quandoque viſum à quibus tamen ego longè diſſentio: qui ſciam nihil eſſe, cur ob id antiſtiti quàm aduerſario pronior eſſe iudex debeat. Non enim ſe beneficum cauſari antiſtes ille poteſt, qui nihil ſponte contulerit, ſed vel pontificis reſcripto, vel legis imperio obſequutus neceſſitati paruerit. Quando & illud vulgo dicitur neminẽ in neceſſitatibus liberalem exiſtere.[z] Neque eum donare qui neceſſariis oneribus ſuccurrit.[A] Verè enim donari dicitur, quod nullo iure cogente conceditur.[a] Suntque propriè dona, quæ nulla B neceſſitate iuris officióve, ſed ſponte præſtantur: quæ ſi non præſtantur nulla reprehenſio eſt, & ſi præſtentur plerumque laus ineſt. [b] Vnde & alibi dicitur, nec ignorantem, nec inuitum quidquam donare. [c] In quam ſententiam & Seneca Beneficium (inquit) accipit nemo à neſciente: Et rurſum, Profuit aliquis mihi dum neſcit, nihil illi debeo. Et iterum. Non ei (infit) aliquid debetur, qui nobis inuitus profuit. Nam ſiquis coactus aliquid boni fecit, quin nos non obliget, manifeſtius eſt quàm vt vlla in hoc verba impendenda ſint. [d] Et paulò poſt, multum intereſt vtrum dicas, non poteſt hoc facere, quia cogitur, an non poteſt nolle. C Nam ſi neceſſe eſt illi facere, non debeo ipſi beneficium.[e] Beneficium enim id eſt quod quis dedit, cum illi liceret & non dare. [f] Quod poſtremum Seneca mutuatus à Cicerone videtur cùm dixit. Si iis qui imprudentes læſerunt ignoſci conuenit iis qui neceſſario profuerunt, haberi gratiam non oportet. [g] Efficit quippe (quod alibi Seneca ipſe tradit) res eadem ne his beneficium dederit, ne ille iniuriam fecerit. [h] Vt ſic appareat ſententiam illam nec iuri neque æquitati conſentaneam eſſe. Nam & quod de Senatus Pariſienſis conſulto tra- D dunt,* non benè illis cum Paponio, Rebuffoque conuenit: ii enim diuerſam ſententiam curiæ illi placuiſſe contendunt, ſecundúmq; illam pronunciatũ.[i] Ille tamen caſus, à noſtrę cõſtitutionis regula, citra controuerſiã excipiẽdus eſt: cum ſacerdotium ab eo euincitur cui collatum fuerit: tum enim munificẽ-

z l. rem legatum. ff. de adimen. leg.

A l. ſi quis pro vxore. ff. de donat. int. vir. & vxo. l. 1. ff. de fun. dota.

a l. donari. ff. de donat.

b l. munus 2. ff. de verb. ſignif.

c l. nec ignorans C. eod.

d Sene. lib. de benef. 6. cap. 7 8. & 9.

e Senec. eod. lib. cap. 21.

f Senec. lib. 2. de benef. cap. 19.

g Cic. 1. de inuent.

h Sene. d. lib. 6. cap. 9.

i Rebuff in hanc conſt. Papo. tit. de recuſa. art. 11.

* Senatui Pariſienſi) Conſcriptũ ſibi à principe proditũ aliumue, quẽ cõſcriptus deſignarat, antiſtes reſcripto ſummi pontificis obſequutus, eccleſiaſtico beneficio effecerat, poſtea Conſcriptus, ab antiſtitis aduerſario, ſuſpectus Iudex eo nomine poſtulatus eſt, quod cum ob huiuſmodi Collationum frequentiam, multis vſuuenire poſſe crederetur, & res non parum ad exemplum pertineret, tertiæ inquiſitionum claſſi viſum eſt, aliarum oracula ſciſcitatum iri, & tandem ex earum omnium ſententia placuit, conſcriptum cui tale aliquid contingeret, à ſui beneficij lite iudicanda, ſi tamen ipſe refutaretur, temperare debere VI. Calend. Septẽb. M.D.XLIII. Lucius Placito. Curiæ lib. II. tit. de Iudiciis ar. II.

* Non bene) Lucio. ſcilicet & aliis quorũ tamẽ ſentẽtia rationi & æquitati proxima ac cõſanguinea eſt.

ciæ, illius quæ effectũ nullum habuerit, ratio nulla habenda est. A
[k] Cum pro regula traditum sit, verba cum effectu esse accipienda, neque acquisiuisse videri, nisi cui quæsitum durat. [l] Quod tamen de eo dici non posset, qui sacerdotium in gratiam alterius eiurasset: siue purè simpliciterque eo se abdicasset: siue permutationis gratia, vt alterum consequeretur. Tunc enim cœpisse dicitur, qui alij quæsiuit. [m] Subestque in hoc eadem affectionis ratio quæ & in eo qui adhuc possideret: vt qui iisdem vinculis ad remunerandum quod accepit beneficium obstrictus maneat: quibus & qui adhuc sacerdotio fruitur. B

k l. aliud & l. nomen. §. fin. ff. de verbo. sign. Rebuff. in hanc constit.

l Alcia. l. cœpisse & d. l. nomen §. fin. ff de verbo. si.

m d. l. cœpisse Rebuff. in hanc const.

Recusari an Collega in negotio collegæ possit, & explicata regiarum constitutionum Aureliæ editarum capita duo.

Cap. IIII.



VI in iudicantium ordinem, vel collegiũ allectus, aut cooptatus est: vix fieri potest, vt apud collegas, & qui eiusdẽ cũ eo officij, & potestatis fuerint, gratiosus non sit. Affert enim collegij coniunctio, & publici muneris societas, non mediocre vinculum: ad voluntates hominum, copulandas. [a] Nec vlla (quod à maioribus accepisse se Cicero scribit) neque iustior, neque grauior causa necessitudinis reperiri potest, quàm coniunctio sortis, quàm prouinciæ, quàm officij: [b] adeò vt Prætores Quæstoribus suis, quamuis eiusdem potestatis non essent, quia ad eandem prouinciam & administrationem, mittebantur, pro parentibus habiti sint. [c] Hique inuicem illis in liberorum loco. [d] Tantumque in augurum collegio, huic necessitudini, quæ inter collegas est tributum sit, vt in eo non modo amicitiam violari fas non fuerit, sed ne cooptari quidem sacerdotem licuerit, qui cuiquam ex collegio esset inimicus: [e] Fueritque etiam vulgò creditum, infaustum esse si quis aliquid fecisset vel procurasset, quo collega suus dignitate pelleretur. Nam & P. Titius cum P. Seruilium Cascam Tribunum plebis collegam suum, magistratu, quòd contra leges vrbe excessisset, deposuisset, haud multo post diem suum obiit: idque quod antiquitus iam notatũ fuerat suo exẽplo firmauit. Animaduersum enim fuit (vt est apud Dyonem) neminẽ ab initio vrbis, ad ea vsque tẽpora, qui collegã suũ magistratu deiecisset.

(right margin, beside the lines "eiusdẽ cũ eo officij…" and "huic necessitudini…": C, D)

a Cic. famil. lib. 3. epist. 4.

b Cic. diuinat. in Verr.

c Cic. diuinat. in Ver & in orat. pro Cn. Planc.

d Cic. 3. in Ver. & in orat. post reditum & famil. lib. 13. in epist. ad Brutum.

d Cic. ad Appiũ Pulchrum famil. lib. 13. epist. 16.

A set, ipsum annum superuixisse. Sic Brutus cùm Collatino consulatum abrogasset, statim occidit, Gracchus cum Octauium deposuisset cæsus est: Cinna Heluius cum Marullum Flauiúmque magistratu exturbasset, mox ipse interiit. [f] Tantam præterea vim ac potestatem huius fuisse coniunctionis animaduerti, vt per eam etiam inimici, & qui capitali odio dissidebant, nonnunquam redierint in gratiam cuius rei exemplum memorabile refertur à Gellio, de Æmilio Lepido, & Flauio Flacco: qui cũ (inquit ille) odio inter se graui & simultate diutina conflictati, postea populi iudicio simul Censores facti essent, mox vbi præconis voce renunciati sunt, ibidem in campo statim nondum dimissa concione, vltro vterque & pari voluntate cõiuncti complexique sunt ex eoq; die & in ipsa Censura, & post ea iugi concordia fidissimè amicissiméque vixerunt. [g] Huius necessitudinis crebra est apud Ciceronem mẽtio, veluti in epistola ad Appium, cum ait. [h] Quid est causæ, cur mihi non sit in optatis complecti hominem? collegam meum præsertim, & in ipsa collegij laude & scientia studiosum mei? Et in epistola Sulpitij ad illum. Cum Sulpitius de Marcello collega suo in consulatu agens, quẽ honorificè sepeliendum curauerat, sic loquitur. Ita, quæ nostra officia fuerunt pro collega, & viuo, & mortuo omnia ei præstitimus. [i] Et iterum in alia Ciceronis ad Brutum. [k] Coniunctio tua cum collega, concordiáque vestra, quæ literis communibus declarata est, Senatui populóque Romano gratissima accidit. Et in Lælio. Vidimus Paulum Æmilium Caio Luscinio familiarẽ fuisse bis vna Consules & collegas in Censura: tum etiam cum iis & inter se coniunctissimos fuisse M. Curium & T. Coruncanum memoriæ traditum est. Et in libro de oratore, cùm sic Antonium de Cæpione Quæstore suo, loquẽtem inducit: cœpi pro meo sodali qui mihi in liberum loco more maiorũ esse deberet, & pro mea omni fama fortunísque decernere, nihil mihi ad existimationem turpius, quam si is qui sæpè alienissimis à me, saluti existimarer fuisse, sodali meo auxilium ferre non possem. [l] Et in epistola ad Seruiũ Sulpitium. [m] L. Mescinius ea mecum necessitudine coniunctus est, quod mihi Quæstor fuit. Sed hanc causam quam ego, vt à maioribus accepi, semper grauem duxi, fecit virtute, & humanitate sua iustiorem. Meminit & Plinius necessitudinis eiusdẽ in epistola quadam ad Macrium cum ait. [n] Collegæ optimi, meiq; amantissimi de communis officij necessitatibus prælocuti, excusare me & eximere tentarũt. Et alibi de Cor-

B C D (margin section letters)

f Dyo i Cassius lib. 46.
g Gel. lib. 12. cap. 8.
h Cic. famil. lib. 2. epist. 3.
i Cic. famil. lib. 4. ep. 12.
k Cic. famil. lib. 11. ep. 15.
l Cic. de orat. lib. 2.
m Cic. fam. lib. 13. ep. 26.
n Plin. epist. lib. 1.

nuto Tertullo loquens. Accessit(inquit) vinculũ necessitudinis A publicæ. Idem enim mihi, vt sit collega, quasi voto petitus, in præfectura ærarij fuit, fuit & in consulatu.[o] Alibique sæpius ostendit Consulibus eandem, quàm Prætoribus cum Quæstoribus suis fuisse coniunctionem, vt hi etiam illis liberorum loco essent. Veluti in epistola ad Traianum cum ita scribit. Rosianum Geminum domine arctissimo vinculo mecũ tua in me beneficia iunxerunt. Habui enim illum Quæstorem in consulatu.[p] Et in alia ad Fundanum de Asinio Basso quem Quæstorem creari Fundano cupiebat: hoc solum dico dignum esse iuuenem, quem more maiorum in filij locum adsumas. Debent B autem sapientes viri, vt tu tales à repub. liberos accipere, quales à natura solemus optare. Decorus erit tibi Consuli quæstor. Et paulò post. Revereatur iam te Bassus, vt Consulem: tu dilige eum vt Quæstorem.[q] Nec verò ij tantum qui eiusdem officij & potestatis sunt, & qui ad eandem administrationem mittuntur, necessitudine inuicem astricti existimantur: verum in vniuersum ij omnes qui eodem tempore reipub. præficiuntur. Nam inter hos etiam quædam videtur esse reipublicæ coniunctio. Quod in oratione pro L. Muræna non obscurè Cicero significat cum ita scribit. Putares, cum in eiusdem anni C custodia te atque L. Murænam fortuna posuisset: aliquo te cum hoc reipub. vinculo esse coniunctum. Catonem enim alloquitur, qui eodem anno designatus fuerat Tribunus plebis, quo L. Muræna Consul. Respexit & ad hanc necessitudinem Statius quadam ad Stellam epistola cum dixit. Et fortasse tu pro collega mentieris. Quibus verbis significare videtur, eam esse quorundam erga collegas amicitiam: vt in eorum gratiam, à veritate iustitiaq; deflectere nefas non ducant. Quamobrem sunt qui putent, iustam, & idoneam recusationis illam esse causam: si in iudicem quis incidat, aduersarij sui collegam, quasi coram eo, æqua cõditione litigari non possit. Quod quamuis qui- D busdam displiceat: regia tamen sanctione in conuentibus ordinum regni Aureliæ anno 1560. habitis lata, ad tollendam omnẽ ambitionis, & gratiæ suspicionem, constitutum est: vt si cui iudicio cum eo certandum sit, qui in Præsidiali foro, vel iudicem agat, vel publicum aliud regiumque munus obtineat, postulante eo negotium ad vicinius tribunal disceptandũ, iudicandúmque relegetur.

o Plin. ad Pontium epi. lib. 5.

p Plin. ad Traia. ep. lib. 10.

q Plin. epist. lib. 4.

Quantum verò ad eas lites attinet, quæ in Senatu supremóve alio consessu, cum Præsidibus, aut consiliariis exercentur,

A earum diiudicandarum facultate iis interdictum est, qui eiusdem decuriæ fuerint: cautúmque eadem constitutione, vt ad aliam classem reiiciantur. Nisi ex iusta aliqua causa, Princeps huiusmodi causarum cognitionem sibi asciscat, ad aliud forum mox transferendam.[r] Quod equidem iure, meritóque sancitum fuisse, ex his quæ præfati sumus satis liquere videtur. Nam & credibile est vnumquemque in partem collegæ procliuiorem futurum, dum forte sperat, si quando eius opera vti ipsum in re non absimili contigerit, animum ei ad reponenda merita non defuturũ: parque pari (quod dicitur) relaturum.
B Pensatur enim officium officio, & (quod prouerbio dici solet) abluit manum manus. Vnde & Publianus ille mimus Senecæ falso attributus.

Ab altero expectes, alteri quod feceris.

Vt non abs re traditum à plerisque sit, iniquum eiurari eum posse, qui iudex datus sit, in lite illius coram quo de re propria ipse vicissim iudicio decertet.[s] Quod (vt non illepide dixisse videtur quidam ex nostris) periculum sit ne contractum qui facio vt facias dicitur, ineant: mutuásque operas, tanquam senes inuicem scalpentes, tradant.[t] Rasitant enim tonsores in-
C ter se, & canis caninam non est. Vnde & vulgò dici solet, fricantem refrica: Sicut & illud, da mihi mutuum testimonium. Quid enim obstat, quominus in eos qui mutuis inuicem sententiis, sibi opitulantur, torqueri possit? sicut & in illos qui neglecta religione, ad gratiam mutuum testificantur, aut qui aliter mutuo studio sibi inuicem suffragantur? Adde quòd & qui in idem collegium: vel sodalitium asciti sunt, dignitatis communione socij dicuntur. Vnde & collega (inquit Isidorus) à colligatione societatis, & amplexu amicitię dictus[x] Socius* autẽ, quin in causa socij reiici possit, nemo dubitat.[y] Habet quip-
D pe societas (vt Vlpia. ait) Ius quodammodo fraternitatis in se:[z] Frequénsque ideo, apud veteres, tam orthodoxos, quàm profanos scriptores est: vt collegæ inuicem se fratres appellent. Vnde & beatus Paulus in epistola ad Philippenses. Epaphroditum coepiscopum fratrem nuncupat. Necessarium (inquit) existima-

r art. 52 & 53. const. regiar. Aurelia editarum.

s can. visis 16. q. 2. cap. 1. 8. q 2. ca. 1. de collus. de leg. Spec. tit. de iudi. deleg. § superest las. & Iacobi. l. apertissimi C. de iud. dect. cap. fin. de offic. deleg. in 6.

t Rebuff. tract. de recusat. art. 9. glos. 1.

x Isid. etymolo. lib. 10.

y doct d. l. apertissimi cap. insinuãte de off deleg. & cap. postremo de app.

z l. verum ff. pro socio.

* Socius autem.] Non alij de Senatorum dignitate vita vel existimatione decernunt, quam collegæ ipsi, & Hugo Conciacus præses Curiæ Parisiẽsis, qui sordidè magistratum gesserat, laqueo vitam finiuit decreto Senatus 14. Calend. sextiles an. 1336. vide plura in titulum vbi Senatores vel clariss. C idque non solum in causis criminalibus locum habet, sed etiam in ciuilibus. societas enim siue collegium nõ sunt iustæ causæ suspitionis, si adeò arcta & assidua sit coniunctio & familiaritas vitæ, vt se conuiuiis Mutuis excipere & beneficiis deuincire consueuerint, tunc locum fore reor his quæ dicit auctor, non secus.

ui Epaphroditum fratrem & cooperatorem, & commilitonem A
meum, vestrum autem Apostolum & ministrũ necessitatis meæ mittere ad vos: [z] rursúmque alium quendam collegam suum, & ad idem cum eo officium ministeriúmque electum, germanũ id est fratrem vocat: Etiam, inquit, rogo te Germane compar adiuua illas. [A] Germanus, ait D. Hieronymus, nomine dictus, qui compar erat officij, Sic & Cyprianus Põtifex Carthaginensis. Cornelium Romanæ vrbis Episcopum: nunc fratrem nunc collegam vocitat: ac subinde alios coepiscopos fraterna appellatione compellat. Qua ratione & Canonicus in lite sodalis sacerdotis Iudex datus, reiectione fugari poterit: vt qui socius sit, B
& idcirco (inquit) Celestinus tertius aduersæ parti merito suspectus,[a] quod apud eum socius gratia præualere credatur. Quam sententiam & illud nonnihil iuuat, quod Albericus scripsit, arctius esse fraternitatis, coniunctionisq; vinculũ inter eiusdẽ Ecclesiæ canonicos, quã inter eos, qui sanguine & cognatione fratres sint. [b] Sicut & quod Gordianus Cæsar dixit, societatẽ laborum, & obeundorũ munerum consortium, affectui fraterno nõnihil addere: quinimò vice mutua chariores inuicem ipsos etiã fratres sibi reddere. [c] &, quod alibi dicitur, commilitio charitatẽ C
augeri. [d] Quod non de armata tantum, sed palatina etiã forensique militia, accipi velim: vt huius etiã societate iunctos, (quales sunt qui ad eandẽ causam agendam, vel tuendam accersuntur) chariores inuicem effici putẽ. Nam & ob hanc causam, Lucciũ Albium, amiciorem sibi factum. Plinius scribit. [e] Aderã (inquit) Beticis, mecumque Lucceius Albius, vir in dicendo copiosus, ornatus, quem ego cum olim mutuo diligerem, ex hac officij societate amare ardentius cepi. Quin etiam & illud fortassis non ineptè quis dixerit, necessitudinem illam, qua collegæ inuicem astringuntur, fraterna ipsa coniunctione potiorem esse. Quamuis enim quibus ex priuilegio data est à tutelis remissio, fratrum D
curationem suscipere non cogantur, [f] * qui tamen corporis, aut collegij iure excusantur, à collegarum suorum filiorum tutelis, vacationem non habent. [g] Similiter & quibus cum tutelam, vel curam gererent, Senatoria dignitas accesserit: licet absolui ab ea sollicitudine debeant, si tamen in tutela vel cura positi

z Paul. epist. ad Philipp. cap. 2.

A Paul. eadẽ epist. cap. 4.

a cap. cum R. de offic. deleg.

b arg. can. 2. & 3. 30. q. 2. hostien. cap. nonnullis de rescrip. Alber. d. l. verũ.

c l. cum allegas de castr. pecu. mil. lib. 12. C.

d l. miles filiusfamil. l. si forte & l. penult. ff. de castre. pecul.

e Plin. ad minutianum epist. lib. 3.

f l. iurisperitos §. qui priuileg. ff. de excusa. tuto.

g l. administrantes § fin. eod. tit.

* Qui tamẽ corporis.) Senatores à tutelis filiorum collegarum excusari placuit Senatui Burdigal. 3. Martij 1493. Contra legem 41. D. de excusationib. tuto. his verb. qui corporis, inquit Hermogenianus, item collegij iure excusantur, filiorúmque eorum, tutela non excusantur.

A Senatorum liberi sint non absoluentur. [h] Sic & milites qui honestæ militiæ tempus compleuerint, tametsi remissionem habeant tutelarum: post tamen dimissionis annum, aduersus filios eorum qui in eodem ordine communicauerunt, vti excusatione non possunt. Coequalitas enim honoris (infit Modestinus) priuilegio militari fortior est. [i] Eorum autem qui in iudicijs, in partem collegarum propensiores fuerint: cum multa apud veteres exempla legantur: illud de Proculo in causa Publicij Certi collegæ sui in præfectura ærarii, retulisse satis fuerit.

h l. spadonem §. scire oportet eodem tit.

i l. sed & milites eod. tit.

B De quo Plinius iunior, qui ipse Certum Heluidii Priscii necis authorem, accusauit, quadam ad Quadratum epistola scripsit, ad hunc modum iam censendi tempus. Dicit Domitius Apolinaris Consul designatus, dicit Fabricius Veiento, Fabius Posthumius, Vectius Proculus collega Publicii Certi, de quo agebatur: post hos Annius Flaccus: omnes Certum nondum à me nominatum, vt nominatum defendunt, crimenque quasi in medio relictum defensione suscipiunt. [k] Quibus ex verbis clarum fit, non Proculum tantum, sed alios etiam non paucos Senatores, Certi (qui & ipse Senator erat) in iudicio illo paulò studiosiores fuisse, quam ex dignitate illorum esse videretur. Quo

k Plin. ad Quadratum ep. lib. 9.

C tempore (subdit ille Plinius) Senatus inuidia apud ordines alios flagrabat, quod seuerus in cæteros, Senatoribus solis dissimulatione quasi mutua parceret, fit & à Cicerone M. Cælii mentio qui (ait ille) in re manifesta, putabat nefas esse publicanum iudicare contra publicanum. [l] Quam periculosum autem apud Carthaginenses fuerit: cum aliquo iudice litigare, aut aliter infensum eum habere: vel hinc coniicere licet, quod cum Iudicum ordo illic dominaretur: eò maximè quòd iidem perpetui Iudices erant, resque fama, & vita omnium in illorum potestate esset, qui vnum eius ordinis (infit Liuius) idem omnes aduer-

l Cic. in orat. pro L. Flacco.

D sos habebat. [m] Hunc vero morem quo collegæ mutuum sibi in iudicãdo fauent, expressit perpulchrè Seneca in Ludo de morte Claudii, dum dixit. Variæ erant sententiæ, & videbatur Claudius sententia vincere. Hercules enim qui videret ferrũ suum in igne esse, modo huc, modo illuc cursabat, & aiebat noli mihi inuidere, mea res agitur: deinde si quid volueris inuicẽ faciam: manus manum lauat. Sed vt de huius etiam seculi moribus, nonnihil afferamus: ante paucos quam hæc commentaremur annos fama fuit magistratus & optimates Venetos, hoc vitio comprimis laborare, vt mutuas inter se operas dantes in eorum

m Liu. deca. 4. lib. 3.

gratiam in iudicando conniuerent, qui mox pari beneficio remetiri beneficium possent: hoc scilicet ius collegii appellantes. A Neque secus ac piaculum reformidarent in eum, qui collegii vinculo coniunctus ipsis esset, sententiam pronuntiare. Non intelligentes sublata è medio iustitia, neque amicitiam, neque necessitudinem, neque officiorum coniunctionem cuiquam posse constare. [n] Vt sic appareat constitutiones nostras maxima æquitate niti. Quibus tamen locum non esse crediderim, cum inter collegas de re aliqua ambigitur: tum enim, qui eiusdem collegii sit, Iudicem sedere nihil impedit. [o] Cum pro regula traditum sit, parem affectionis causam, suspicionem omnem tollere. B [p] Vnde & apud Liuium Philippus Macedonum rex inter Perseum Demetriúmque filios iudex sedet. Sedeo (inquit ille) miserrimus parter Iudex inter filios. [q] Sed & qui cognitionis susceptæ tempore, collega non est, non ideo recusari poterit, quod olim fuerit: attendi enim tempus id debet, quo lis exercetur. [r] Nisi ex verisimilibus coniecturis appareat Iudicem pristinæ sodalitatis non immemorem, collegæ dudũ suo æquiorem futurum. Nam & quamuis societate dissoluta, Iudex quis sedere in lite socii quondam sui possit: si tamen ex antecedenti illa societate, adhuc in eo residere videantur vllæ affectionis & C amicitiæ reliquiæ, conuenit inter omnes, Iudicis iniqui præscriptionem opponi posse. [s] Vix enim fit vt æquum se ac incorruptum Iudicem præbere queat, & ad collegam inclinatior non sit: Idque maximè si de vita vel existimatione eius agatur. Nam & in causa M. Aquilii, cum in summum discrimen adductus ab Antonio oratore defenderetur, C. Marium collegam dudum suum (qui tum præsens ac sedens erat) Antonii orationem multum lachrymis suis adiuuisse, cum Antonius crebro illum appellans collegam ei suum commendaret, scriptum apud Ciceronem inuenimus. [t] Sed cur constitutum est, litis quæ in Senatu D cum Senatore tractatur decisionem, ad aliam eiusdem Senatus decuriam transcribendam esse, Et non potius ad alium consessum: Sicut & cum aduersus præsidialem (quem vocant) magistratum forensi certamine dimicatur? Collegæ enim non ideo minus Senatores sunt, quod in diuersis conclauibus collocati, seiunctique munus suum obeant: sicut nec conueterani, vel commilitones, qui in diuersis numeris, & sub diuersis signis militant. Vna enim eademque est respublica, pro qua militatur: ita vt legionarius eius qui inter nocturnos custodes meruerit

n Cal. cal. cag. in lib. de ratio. iudic.

o doct. d. c. cum R.

p l. non solum §. 1. ff. de ritu nup.

q Liui. dec. 4. lib. 10.

r l. 1. §. idem mummio ff. de quæst.

s arg. l fin. C. de assess. Immola & alij d. cap. cum R.

t Cic. lib. 2. de oratore.

A (quasi commilitonis sui) filiorum tutelam suscipere cogatur.[t] Vt sic parui referre videatur, ea in classe cui alter ex litigatoribus adscriptus est lis diffiniatur, an ad aliam transferatur. Putauerim tamen diuersam sententiam idcirco principi æquiorem visam, quia crediderit non eandem inter diuersarum classium conscriptos esse necessitudinem, quam quæ inter decuriales est. Quamuis enim collegæ omnes sint, constat, tamen consuetudine beneuolentiam augeri:[u] quæ multo maior inter eos est, qui eadem in classe operam nauant. Quod & Cicero significare videtur, dum ad Cælium ita scribit. Cum optatissimum nuncium accepissem, te mihi Quæstorem obtigisse, eò iucundiorem mihi eam sortem sperabam fore, quo diutius, in prouincia mecum fuisses. Magni enim videbatur interesse, ad eam necessitudinem, quam nobis sors tribuisset, consuetudinē quoque accedere.[x] Quamobrem & in iam citata ad Appium epistola,[y] Cicero vincula quibus astrictum se Appio dicit, commemorans, ad amplissimi sacerdotii collegii necessitudinem, consuetudinis suauitatem, delectationem vitæ, atque victus, & sermonis societatem addit. Quæ omnia quotidiana esse inter eos liquet, qui vni eidemque decuriæ adscripti sint: non item in his qui in diuersas classes distributi, seorsum suo munere defunguntur. Vt sic non perinde hi, ac illi suspecti haberi possint. Sed & cum supremæ cuiusque ditionis fines in Gallia sint, latissimi: malè admodum cum Senatoribus ageretur, si de re propria disceptaturi, tanquam hospites & peregrini in externa regione, alienóque in foro litigare cogerentur. Quod de præsidialibus non æque dici potest, propter præfecturarum vicinitatem. Accedit, quod in Senatorum numerum, ferè non referuntur nisi selecti viri quique doctrina, eruditione, sapientia, fide, fama, & integritate cæteris antè stant: facitque ideo ordinis illius splendor, vt in eum allecti, temerè leuitérque in suspicionem cuiquam venire non debeant. Quod non itidem præsidialibus accidit quos nobis temporis iniquitas, rei nummariæ difficultatem prætexens, abortiuos peperit: de his enim, non idem quod de illis existimare licet. Quapropter licet etiam in præsidiali foro, diuersæ sint iudicantium decuriæ (vt Lutetiæ & Tholosæ) non ideo minus negotium, quod cuiquam illic cum præsidiali magistratu fuerit, ad aliud proximiusque tribunal, disceptandum reijcietur. Generaliter enim constitutio nostra loquitur.[z] Sed & si cum præside vel considente, in alia etiam

(Marginal letters: B, C, D)

t l. sed & milites §. veteranus.
u Cic. in Lælio.
x Cic famil. lib.3.ep.19.
y d. famil. lib.3.ep.10.
z l. de pretio. ff. de pub. in rem act.

classe, disceptari non nisi iniqua conditione possit: quia gratio- A
sus non apud decuriales tantum: sed collegas omnes, is adeò
sit, vt studio & ambitui ipsius aduersarius par esse non possit ad-
eundus erit princeps, qui re cognita, controuersiam illam ad se
reuocabit: ad alium consessum deinde transferandam. Idem-
que dicendum si iusta alia sit causa, quæ huiuscemodi causæ
translationem fieri suadeat. Qua de re nos alibi plura.

Illud constat, ante has constitutiones, Regis Francisci primi
edicto sancitum fuisse: ne à supremo aliquo consessu, litis cuius-
quam auocamentum ob conscriptorum reiectiones fieret: si il-
lic ad numerum adhuc Iudices manerent. Cum enim ibi ius B.
suum persequi, & obtinere litigator posset: nihil visum fuit, cur
causam euocatum inde velle deberet. [a] Nisi tamen cum curiæ
Principe, vel conscripto, vxoréve, vel liberis aut fratribus cuius-
quam eorum, forense iurgium commissum esset. His enim ca-
sibus aditum Principem, litigatoribus, habita ratione numeri
reiectorum, & eorum qui æquiores curiali viderentur, vt ius
æquumque suaderet, prospecturum. [A] Ita vt si numero plures
essent reiecti, & qui reiectione fugandi existimarentur contro-
uersia inde auocaretur: alioqui eodem in cœtu terminanda re- C
linqueretur. [a] Erunt tamen quibus fortè superuacaneum vide-
bitur, quod in nostra constitutione dicitur, lites quæ cum Præ-
sidibus exercentur, in ea classe tractandas non esse, in qua fasces
ipsi habeant. Cum enim de re eorum agatur, sintque ideo suspe-
cti: [b] consequens est, & vt collegium totum fugari reiectione
possit. Ex regula illa, si caput collegii suspectum sit, collegium
totum iniquum eiurari posse. [c] Nam & ecclesiasticum conuen-
tum (quem Synodum vocant) si qui ei præsidet suspectus sit re-
cusari posse plurimis placet. [d] Quorum sententiæ nonnihil suf-
fragatur quod aiunt æquis passibus appellationem, & Iudicis D
reiectionem ambulare. [f] Atqui à Synodali conuentu prouocari
posse nemo it inficias: Vnde & reiici poterit. [g] Adde quod & de-
cretali quadam epistola cautũ legimus: Rothomagensem Ar-
chidiaconũ, aliosque Iudices à Romano Pontifice datos, à cau-
sa quadam alienatos fuisse: non aliam ob rem, quàm quod su-
spectus Archiepiscopus esset, cui collegæ dati erant. [h] Vt sic si de
lite Curionis summi aut alterius Præsidis agatur, qui in prin-
cipe classe stationem habeat, reiici non tantum decuriales, qui-
bus illæ præsit, possint: sed conscripti etiam omnes, quamuis in
aliis classibus collocati. Capitis enim collegij nomen vnusquis-
que

z arg. cap. fin. de procur. Panor. cap. 1. de iudic. Boer. decis. Burdeg. 269.

A tracta. de euoc. art. 2. in constit. reg.

a Rebuff. d. art. 2.

b l. 1. C. ne quis in sua caus. iudi.

c Clementina pastoralis re iudic. can. quod suspectis 3. q. 5. Bald. l. 1. C. si rect. prouinc. Spec. tit. de iudic. deleg. §. fin. versic. item quod ex pluribus iudicibus.

d cap. in singulis de stat. monac. doct. cap. 1. de iudic. & cap. causamque de off. deleg.

e cap. super eo de app. l. g. can. inutis 17. dist.

f doct. cap. 1. de iud. & cap. licet ex suscepto.

g de foro cõpetenti.

h cap. cum sicut. ext. de eo qui mitt. in poss. causa rei seruandæ.

A que* quatuor primorum sibi quasi suo iure vendicat. Sed ad
hæc omnia non admodum difficilis est responsio. Quod enim
dicitur collegii capite recusato, reicii totum collegium posse,
de huiusmodi capite accipiendũ est, cui subiectum collegium
sit:[i] cuique contradicere, & obniti nemo audeat.[k] Quod vti-
que de Præsidibus dici non potest. Quis enim dixerit in cuius-
quam eorum dominatu, ditione & potestate curiam esse? Quis
item nescit eius, cuius auspicia sunt rei iudicandæ, vocem vnius
tantum calculi vicem præbere: Neque amplius quam cuiusuis
ex conscriptis in rebus iudicandis pollere: nec ipsum etiam so-
B lum expedire quidquam posse? Nam & curia quin in ipsos
etiam Præsides, sicut cæteros conscriptos imperium habeat,
eósque si quid deliquerint, coercere possit, nemo ambigit. Pro-
inde & reiecto Præside, & è numero censentium in alieno ne-
gotio expuncto: non ideo minus lis quæ ad illum non pertineat
in ea etiam classe, cui præesse ipse soleat, ab his qui suspecti non
fuerint dirimetur. Nihil enim videtur esse causæ, cur magis ad
aliam decuriam relegari debeat, quàm si quiuis alius ex con-
scriptis reiectus esset. Sed cur in capitali lite, qua de vita, existi-
matione̋que collegæ agitur, Senatores quamuis eiusdem clas-
C sis, & decuriæ, Iudices sedent, cum id illis in causa ciuili non li-
ceat? Maior enim est criminalis causa, quacunque pecuniaria,
quantumuis magna.[l] Traditúmque pro regula est, non debere
cui quod plus est licet, & id quod minus est non licere,[m] Et cui
denegatur quod minus est, id etiam quod maius sit prohibitum
videri. Vnde Vlpianus cui patria interdictum sit, vrbe etiam ab-
stinere debere respondit.[n] Sicut cui aliquo honore interdictum
est, non tantum eum honorem petere non potest, sed nec eos
quoque qui eo honore maiores sunt. Est enim (subdit ille) perri-
diculum, eum qui minoribus prohibitus sit, ad maiores aspira-
D re.[o] Quamobrem & Pomponius eum qui indignus inferiori
ordine est, superiori indigniorem esse scripsit.[p] Quo pacto & Ci-
cero, qui Prætor fieri non potuerit, eum petere Cõsulatum per-
absurdum esse dixit,[q] Et putauerim id ideo inductum, quia ini-
quum semper visum fuerit, de eo qui decuriæ alicui adscriptus
sit, alios quàm collegas censuram facere:[r] constitueritque ideo
(quod alibi dixi) Alexander Seuerus, ne quis non senator, de vi-
ta & existimatione Senatoris iudicaret.[s] Neque hoc casu ea-
dem subest suspicionis ratio, quæ in lite & controuersia ciuili
ex collegij societate sumi solet. Non enim ij tãtum qui eiusdem

* Hodie sex.
i Ioannes And. in additio. ad Spec. d. tit. de iud. deleg. §. fin. Felin. d. cap. 1. de iud.
k Feli. d. cap. 1. Boer. decis. Burdeg. 269
l §. si verò in authen. vt om. obe. iud. prou. l. in seruorũ vbi Albe. ff. de pœn.
m l. non debet cui quod plus est. ff. de reg. iur. c. cui quod plus est eod. tit. in 6. l. nec in ea versic. sed qui occidere ff. adul. Iul. de adult.
n l. relegatorum §. fin. ff. de interd. & releg.
o §. fin. eiusdem legis.
p l. qui inferiori ff. de Senato.
q Cic. Phil. 11.
r l. 1. vbi Iacob. Rebuff de decuria. vrbis Roma. lib. 11. C.
s Lamprid. in Alexan. Seuero.

Q

decuriæ, & qui arctiore inter se necessitudine coniuncti sunt, A
hanc sibi cognitionem assumunt: sed vniuersum curiæ concilium, classibus in primum & maximum consessum coactis. Vnde fit, vt ijs omnibus sic coeuntibus, suspicioni locus nullus relictus videri possit. Nam & vulgò receptum est, suspicionem quæ de Iudice aliquo haberi iustè legitiméq; potest expurgari dimouerique si ei in muneris societatem, alius adiungatur, qui extra suspicionem omnem sit.[t] Accedit quod necessitudinis illud vinculum, quo inuicem ligati, & astricti decuriales, & collegæ sunt, is reuellit dissoluitque, qui se grauiore aliquo scelere contaminat. Ita vt iam nihil sit, cur in eum, quàm penitùs alienum B
propensiores esse collegæ debeant. Quapropter & Cicero Antronij Catilinariæ coniurationis rei, quamuis collegæ sui patrocinium repudiauit, & Varganteo defuit: id quod ab Hortensio, & aliis qui eadem necessitudine cum his coniuncti videri poterant, similiter factum ipse tradit. Sic enim ille.[v] Quis nostrum adfuit Varganteo? nemo: ne hic quidem Q. Hortensius, præsertim qui illum solus antea de ambitu defendisset: non enim iam se vllo officio cum illo coniunctũ arbitrabatur, cum ille tanto scelere commisso omnium officiorum societatem diremisset. Et paulò post. Quid, Antronio nonne sodales, num C
collegæ sui, num veteres amici, quorum ille copia quondam abundarat: num hi omnes qui sunt in republica principes, defuerunt? Immo etiam testimonio plerique læserunt. Et rursum: Veniebat ad me, & sæpè veniebat Antronius multis cum lachrymis, supplex vt se defenderem: & se meum condiscipulum in pueritia, familiarem in adolescentia, collegam in Quæstura commemorabat fuisse. Ex his igitur clarum perspicuumque fit, longè aliam capitalis litis, quàm ciuilis controuersiæ esse rationem: ne in hac vt in illa, Senatores qui eiusdem decuriæ sint, D
Iudices sedeant. Neque ideo iuris illas regulas obstare, quibus traditur, cui quod plus est licet, & id quod minus est licere: & cui quod minus est interdicitur, id quoque quod maius est prohiberi. Et iis enim locus non est, nisi cum eadem est ratio in eo quod minus est: & cum plus & minus eiusdẽ sunt speciei.[x] Vnde & latrunculator qui capite animaduertere potest, de re pecuniaria non iudicat.[y] Et qui exulem occidere potest, vxorem illius neque stuprare, nec alio dedecore afficere poterit.[z] Sic & Tribuni plebis, quamuis præhensionem summamque coercendi potestatem haberent: ius tamen non habebant ad se quem-

t l. si quis ex argentarijs §. 1. ff. de eden. authen. si vero contigerit. C. de iudic.

v Cic. in orat. pro P. Sylla.

x Philip. dec. d. l. non debet cui alcia. lib. de verbo. signif. 2.

y l. Solemus §. latrunculator ff. l. de iudic.

z Cardinal. clementina ne Romani de electio. Alcia. d. lib. 2. de verbo signif.

A quam vocandi, quamuis maior præhensio sit, quam vocatio: qui enim præhendi, is etiam in vincula duci potest.[A]

Sanè quæ de collegarum necessitudine diximus, sunt & qui ad eorum liberos trahenda putent: vt & ij sicut facultatum, ita & paternarum necessitudinem, amicitiarumque hæredes esse debeant: quibus & ipse assentior, Isocratis auctoritate ductus, qui hæredem non defuncti tantum substantiam, verùm & amicos tueri debere dixit.

Quod & Symmachus pluribus epistolis docuit, nempe illa

B qua ita scribit: amicitiæ parentum rectè in liberos transferuntur, vt charitas semel inita successoribus eorum hæreditario iure proficiat. Quo nomine optimi quondam viri Gregori filium diligendum pariter ac tuendum recepi. Fuit enim mihi cum patre eius fidum fœdus animorum, sed religionis debitum tecum opto partiri.[A] Et rursum alia. Inter cætera parentum decedentium bona, amicitiæ quoque affectanda successio est, & fortasse studio validiore captanda familiaritatis hæreditas: quia facultates fortuna præstat, charitas iudicio fœderatur. Volo igitur vt inter nos promptius conualescat familiæ tuæ propagata coniunctio.[B]

C Cuius rei etiam Menedemi Philosophi extat exemplum: qua ratione & apud Cornel. Tacitum M. Terentius amicitiæ cum Seiano conciliatæ reus, inter cæteras causas, ob quas ad Seianum amandum adductum se fuisse profitetur, hanc quoque adfert: quod Seianus patris sui collega in præfectura prætoriarum cohortium fuerit: vnaque illi tam vrbana, quàm militaria munia obierint. Sic enim loquentem Terentium Tacitus facit, fatebor & fuisse me Seiano amicum, & vt essem expetisse, & postquam adeptus eram, lætatum. Videram collegam patris regendis prætoriis cohortibus, mox

D vrbis & militiæ munia simul obeuntem, & cætera.[a] Consimilique ratione Cn. Piso Germanicum veneficio extinxisse insimulatus: proque liberis cùm iam moriturus esset apud Tyberium deprecaturus, consulatus, quem cum Octauio patre eius gessit memoriam illi renouat: quasi per huiusmodi collegium Tyberio factus amicus. Per quinque (infit) & quadraginta annorum obsequium, per collegium consulatus quondam diuo Augusto parenti tuo probatus, & tibi amicus, nec quidquam post hæc rogaturus: salutem. Infœlicis filii rogo.[b] Extantq; apud veteres multorum aliorum exempla, qui

A Gell. noct. attic. lib. 13. cap. 12.

A Symmachus ep. 253. lib. 2.

B Symmac. d. lib. 2. epist. 285.

a Tacitus annal. lib. 5.

b Tacitus annal. lib. 3.

paternas huiusmodi necessitudin es sanctè perpetuóque coluerint: quale illud est de M. Curio, qui in Cicerone reducendo (quod is patri suo quæstor fuisset) plurimum studij, operæque, ac diligentiæ posuit. De quo Cicero iam inquit T. Fadius qui mihi quæstor fuit. M. Curius, cuius ego patri quæstor fui, studio, amore, animo, huic necessitudini non defuerunt.[c] A

c Cic. in orat. post redit.

Iure igitur meritoque carpitur ab historiæ scriptoribus Cæsar Augustus, quod triumuir, cùm de nefaria illa ciuiũ proscriptione inter eum Lepidum & Antonium conuenisset, nec Caio quidẽ Toranio pepercerit, quamuis tutelam eius ijs gessisset, vel vt Appianus tradit, res suas procurasset, fuissetque patris sui in ædilitate collega. De quo Tranquillus: Proscripsit, inquit etiam Caium Toranium tutorem suum eundemque collegam patris sui Octauii in AEdilitate: Non desunt etiam qui necessitudinem inter nos contrahi putent, & eos qui fratrum nostrorum, aut cuiusquam eorum collegæ fuerint. In qua sententia fuisse, videtur Cicero cum ita scripsit: Siciliam petiui animo, quæ & ipsa erat mihi sicut domus vna coniuncta, & obtinebatur a C. Virgilio, quo cum me vno vel maxime cum vetusta amicitia, tum mei fratris collegia, tum respublica sociarat. Et paulò post: qui cum ad me L. Tubero meus necessarius, qui fratri meo legatus fuisset decedens ex Asia venisset.[d] Sed vix huic necessitudini tantum tribuerim, vt eam reijciendo iudici satis idoneam credam, nisi quidpiam aliud accesserit, quo pronior in huiusmodi collegam iudex videri possit. B C

d Cic. in orat. pro Cn. Planc.

Planè quod diximus regiis sanctionibus locum non esse, cum inter collegas de re aliqua ambigitur: quod ad supremos consessus attinet, sic accipiendum putauerim, dum ij quos interdisceptatur, turmales, ac eiusdem decuriæ sint. Tum enim nihil obstare, quominus collegæ, seu eiusdem seu diuersæ ab ijs classis sint, ius inter eos dicant. Tollit quippe (vt diximus) necessitudinis illa æqualitas, qua vtrinque pariter coniuncti sunt, suspicionem omnem quæ de ijs haberi posset. Quod vero ad eos spectat, qui diuersis in classibus operam nauant, si de re aliqua, siue pecuniaria, siue hæreditaria inter eos certetur: crediderim vel à Senatu vniuerso, vel ab alia classe, quàm cui attributi ipsi sint, certamen illud dirimendum: ne causari alteruter possit, aduersario gratia se parem non fuisset: Neque apud decuriales illius æquo iure disceptatum. Quamuis enim colle- D

A gæ (quod iam diximus) omnes sint, dubium tamen non est, quin impensius, acrioribúsque studiis mutuum sibi faueanr, qui eidem classi attributi sint, vel ex consuetudine, quæ inter ipsos est quotidiana: sicut & in armata militia commilitones ad eos inclinatiores esse constat, qui iisdem in numeris, & sub iisdē signis militant. Cuius rei memorabile exemplū extat apud Liui. de Q. Tyberilio quartæ legionis Centurione, & Sex. Digitio nauali socio, pro murali corona, quam vterque capta Carthaginenoua, quòd prior murum ascendisset, sibi deberi contendebat, disceptantibus. In qua contentione adeò exarsisse studia

B commilitonum vtrinque apparuit, dum vnusquisque in partem turmalis, commanipulonísque sui pronior, falsum pro eo testimonium dicturus videretur: vt recuperatores à Scipione dati, rei indignitate moti, coacti sint rem iniudicatam relinquere, integrámque ad Scipionem deferre. Quod vt clarius fiat Liuij verba adscribam. Quamquam omnibus omnią deberet, præcipuū tamē muralis coronæ decus eius esse, qui primus murum ascendisset: profiteretur qui se dignum eo duceret dono. Duo professi sunt Q. Tyberilius Centurio legionis quartæ, & Sex. Digitius

C socius naualis. Nec ipsi tam inter se acriter contendebant, quàm studia excitauerāt vterque sui corporis hominum: sociis C. Lælius classicis, Legionariis M. Sempronius Tuditanus aderat. Ea contentio cum propè seditionem veniret, Scipio tres recuperatores cum se daturum pronunciasset, qui cognita causa, testibúsque auditis iudicarent, vter prior in oppidum transcendisset: C. Lælio & M. Sempronio aduocatis partis vtriusque, Cornelium Claudium de medio adiecit: eósque tres recuperatores considere, & causam cognoscere iussit. Cum res eo maiore ageretur certamine, quod admoti tantæ indignitatis non tam aduocati,

D quàm moderatores studiorum fuerant. C. Lælius relicto consilio, ad Tribunal ad Scipionem accedit, eumque docet rem sine modo ac modestia agi, ac prope esse, vt manus inter se cōferant. Cæterum etiam si vis absit, nihilominus detestabili exemplo rem agi: quippe vbi fraude, ac periurio decus petatur virtutis. Stare hinc legionarios milites, hinc classicos, per omnes deos apparatos, iurare magis quæ velint, quàm quæ sciant vera esse: & obstringere periurio non se solum, súumque caput, sed signa militaria, & aquilas, sacramentique religionem.

Recusari an Iudex ob inimicitiam possit? Et quid de illo cui, cuiusue parenti simultas cum litigatoris parente fuerit, aut litigatori cum illius patre?

CAP. V.

Libi annotauimus iustiorem nullam refellendi testis causam afferri posse, quàm simultatis & inimicitiæ, si qua forte oborta inter testem & litigatorem fuerit. B
Vix enim fieri potest, vt qui inimicus alicui existit, non ex odio magis quàm ex veritate testimonium det. Qua ratione & Iudicem, qui simultatem cum aliquo gerit, recusari ab eo posse conuenit inter omnes. Quæcunque enim causa refellendo testi idonea est, eadem & reiiciendo Iudici sufficit: vulgóque receptum est, facilius minoréque negotio iudicem, quàm testem reiici posse, quòd plures reperiantur qui ius dicant, quàm qui testimonium dare possint.[a] Nam & qui fieri potest, vt quis iustum ab eo iudicium expectet, à quo capitali odio dissideat: cum C
plusquam manifestum sit, impedire odium ne is falsum à vero discernere possit? Non enim (quod Aristoteles scribit) eadem iudicibus videntur diligant, si cùm oderint, nec iratis ac quietis: sed vel omnia diuersa', vel magnitudine diuersa. Nam reus aut nullam, aut paruam fecisse iniuriam amanti videtur: contrà verò ei qui oderit.[b] Et sicut amantes (ait Quintilianus) de forma iudicare non possunt, quia sensum oculorum premit amor: ita omnem inquirendæ veritatis rationem iudex amittit, occupatus affectibus.[c] Nec nisi perraro fit, vt qui Iudex in causa inimici sedet, nõ magis de vltione & vindicta, quàm partium D
iuribus sit solicitus. Sic enim inimicitiam definit Cicero, vt sit ira vlciscendi tempus obseruans.[d] Vnde & Caius ad edictum Prætoris vrbani, de liberali causa respondit, iustam causam ne ad aliquem iudicem mittatur, illum afferre: qui cum sibi inimicum esse affirmet:[e] Aitque Paulus arbitrum, quem ex aliquibus causis inimicum esse manifestè apparuerit, adiri testationibúsque conueniri ne sententiam dicat posse:[f] quod periculosum sit (vt est apud Cassiodorum) pati Iudicem rationabiliter iratum & illum de fortunis tuis decernere, quem te constat grauiter irritasse.[g] Si quis itaque in huiusmodi Iudicem incidat,

a glos. 2. & doct. cap. cum R. canonicus de off. deleg. glo. & Imo. in cap. insinuãte eod. tit. Bald. c. de causis eod. tit. Ias. l. apertissimi C. de iud.

b Aristot. rhetoric. ad Theode. lib. 2. cap. 1.

c Quintil. lib. 6. cap. 2.

d Cic. tusc. quæst. lib 4.

e l. si pariter ff. de liberali causa.

f l. non distinguemus §. cum quidã ff. de arbitris.

g Cassiodo. varia lib. 12. epist 1.

A quem nec vana, nec futili ratione ductus, ob simultatem, quàm cum eo habuerit, parum æquum sibi fore credat: neque se apud eum ius suum obtinere posse: iniqui iudicis præscriptionē opponet, ne idem fortè ipsi eueniat quod Socrati, qui cùm grauitatē, seueritatémque tueri cupiens, infensos sibi Iudices non reiecisset, impiis illorum sententiis damnatus (quod alibi diximus) innoxius periit: cū huiusmodi periculo non magno negotio, nempe reiectis Iudicibus obsistere ipse potuisset. Vt non abs re culpam ipsius plerique agnoscāt, quod tam salutare remedium (ad B quod vel natura duce trahebatur) aspernatus, se se ipse perdiderit: Naturale quippe quodammodo est, suspectorum Iudicum insidias declinare, & inimicorum Iudicium velle refugere.[h] Nec me latet eam esse Iudicum quorundam integritatem, vt neque odio, neque gratia flecti à vero possint: esséque rursum, qui gloriæ paulò cupidiores, in re etiam non ita obscura proniores sint, ad litem secundū eos dandam quibuscum simultates habeant. Est enim nonnunquam (vt Quintil. scribit) prauis hic ambitus aduersus amicos, aut pro his quibuscum simultates gerant, pronunciandi faciendique, iniustè ne fecisse videantur.[i] Non ideo tamen inimici iudicium subeundi cuiquā C author fuerim: id enim perinde esset, ac si is cui plurimæ ad commeandum viæ, & eæ quidem tutissimæ patent, per eam iter faciat, quam à latronibus sciat obsessam. Quàm etiam periculosum sit cuipiam de inimico censendi, vel decreti de eo perscribendi potestatem facere: vel ex eo cognosci potest, quod de sententia à Cicerone aduersus Antonium in Senatu dicta scriptum inuenimus. Sed magis ex S. C. de eo facto, quo hostis est iudicatus, quod à Cicerone (cui perscribendi illius legatísque tradendi prouincia data fuerat) neque verè: neque ex fide scriptū fuisse traditur. De quo Appianus: Decretum est (inquit) D vt offerretur Antonio Macedonia pro Gallia: cætera mandata, vel decepti, vel volentes commiserunt Ciceroni perscribenda & mittenda per legatos ad eum: Quæ is pro sentētia conscripsit in hunc modum, &c. Et mox paucis interpositis. Ita tum contentiosè nec satis ex Senatus sententia Cicero mandata cōscripsit. Et rursum, Cæterum legati missi ad Antonium, quod pudebat mandatorum tam insolentium, nihil aliud præfati, ea ipsa tradiderunt.[i]

Cuiusmodi autem inimicitiam esse opporteat, vt ex ēa suspectus fieri Iudex possit, sententiis variatur inter nostros: qui-

h *can. quia suspecti 2. q. 5. cap. secund. requiris de appella.*

i *Quintil. lib. 4. cap. 1.*

i *Appianus lib. 3. de bello ciuili.*

busdam existimantibus capitalem aut alias acerbam esse debere, neque leuem sufficere: nam nec ea refutando etiam testi satis est idonea.[k] Nec arbitri excusationem sententiam dicere recusantis, ob inimicitias quæ inter eum & alterum ex litigatoribus intercesserint, prætor recipit, nisi capitales sint.[l] Aliis crebriore numero diuersum sentientibus, & quãcumque ferè inimicitiæ causam, cuius fides fieri possit, admittentibus.[m] Quorũ sententiæ facilè accesserim (cum sæpius dixerim, facilius, leuioribúsque ex causis à iudicandi munere, quam à dicendi testimonij facultate aliquem arceri. Parui enim refert an hunc, vel illũ Iudicem quis nanciscatur, dum is iuris imperitus non sit, neque in alteram partem propensior. Quod non æquè de testibus dici potest: cum hic veritatis conscius esse possit, non item ille. Vnde & * Lustricus pater qui sacris in lauacris pro aliquo fideiusserit, suscepti ipsius parenti testimonium rectè dabit: cum tamen in causa eius, Iudex sedere nequeat. Adde quod quacunque ex causa reuocari procurator potest, ex eadem & Iudex reiici.[n] Atqui mutari procuratorem posse, si inimicus ei fiat à quo datus sit, tametsi capitalis aut alias grauis illa inimicitia sit, extra controuersiam est: vnde & Iudex recusari.[o] Qua tamen in re plurimum poterit Iudicis arbitrium, cuius liticulę illius fuerit cognitio, qui persona Iudicis reiecti qualitatéque negotij quod in disceptationem venerit & inimicitiæ causis sedulò circumspectéque perpensis, eas vel admittet, vel vt friuolas reiiciet. Nisi fortè Iudex is, qui sic reiicitur, postulante illo datus sit, qui suspectum eum facit: & hunc enim ex quo in eum consensit, iniquum eiurare illi non licebit. †[p] Vulgata si quidem iuris illa est regula: quem semel probaui reprobare non possum[q]. Hinc illud Iustiniani: cuius in agendo obseruat quis arbitrium, eum habere & contra se Iudicem in eodem negotio, dedignari non debet.[r] Quod & Plinium latuisse non videtur: cuius in præfatione naturalis historiæ ad Vespasianum hæc sunt verba. Præterea est quædam publica etiam eruditorum reiectio: vtitur illa M. Tull. extra omnem ingenij aleam positus. Et mox. Quod si hoc Lucilius dicendum sibi putauit, si Cicero mutuandum, quantò

A B C D

k §. si verò odiosus in authen. de test. Alb. Bal. Sali. & alij d. authẽ. si testis C. de test. Bal. l. 1. C. si quacumque præditus potestate.

l l. licet ff. de arbit.

m cap. cum super vbi glos. ext. de off. deleg. glo. in ca. 2. in verbo inimicum vbi geminia. de procur. lib. 6.

n Ioannes And. & alij cap. postremo de appel. Iacob. d. l. apertissime.

o l. vel exilio vbi doct. ff. de procu. Iacobi. d. l. apertissimi.

p authen. efferatur C. de lit. cõtest. Ias. & Iacobi, d. l. apertissimi

† Nisi noua superueniẽte causa.

q l. Pompo. ff. de nego. gest.

r l. cum Papin. C. de senten. & interloc. om. iud.

* Lustricus pater] Macrinus Senator filium Martiani sacro baptismatis fonte lustrandum suscepit, dein mota controuersia inter Martianum & florianum, Macrinus suspectus postulatur, quia Patrimus Martiani filij. Curia Burdigalẽsis an. 1600. Martianum suspectum pronuntiauit, ratio consulti est, quia in dante apparet symbolum amicitiæ, non in accipiente, cui potius necessitas vtilitate publica vrgente imposita videtur. ex his constat vsum forensem aduersari sententiæ Langlæi.

nos

A nos caussatius ab aliquo Iudice defendimur? Sed hæc ego mihi nunc patrocinia ademi nuncupatione. Quamplurimum refert, sortiatur aliquis Iudicem, an eligat: multúmque aparatus interest, apud inuitatum hospitem, & oblatum. Et paulò inferius. Cum tribunos appellaret L. Scipio Asiaticus, inter quos erat Gracchus, hoc attestabatur, vel inimico Iudici se approbare posse: adeò summum quisque causæ suæ iudicem facit, quemcunque elegit. Sunt & qui de iudice quem procurator alicuius dari postulauerit, idem dicendum putent, vt nec hic etiam ob inimicitiam fugari reiectione possit. [t] Quibus & ipse assentior, B dum vetus illa * simultas sit, eiusq; litigator ignarus non fuerit: nam si occulta, nupérque ad notitiam litigatoris delata sit, vel noua etiam emerserit, nihil obstabit, quominus iudex ille, vel à litigatore, vel ipsius procuratore impetratus, iniquus eiuretur, [t] Non enim videri potest litigator in eum iudicem consensisse, quem inimicum sibi esse omnino nesciuit, neq; fore putauit.[u]

Sed quid de simultate illa dicendum, quæ cuiquam parentive ipsius cum iudicis patre fuerit, vel iudici cum litigatoris parente an ea etiam iustam recusationis caussam præbeat? Et videtur præbere: quod filii plerumque vti fortunarũ, ita & simultaC tum paternarum successores sint, harúmque vlciscendarum cupidiores, quàm illarum tuendarum: piéque & sanctè parentum memoriam non aliter se colere putent, quàm si simultates eorum persequantur. Id quod gloriæ & honori L. Lucullo datum fuisse, his verbis Cic. memoriæ prodidit. Lucullus admodum adolescens cum fratre pari pietate, & industria prædito, paternas inimicitias magna cum gloria est persecutus. [x] In quã propemodum sententiam Plutarchus, Lucullus (inquit) adolescens cum priuatus nullum adhuc in rep. magistratum gessisset, Seruilio Auguri qui patrem accusauerat, diem de publicæ pecuniæ D † peculatu dixit: visa est ea res clarissima Romanis, & omnium laudata consensu. [y] Quo fit, vt iustas legitimasque huiusmodi inimicitias esse, multi dicant, quas à parentibus inchoatas liberi suscipiunt: vt sic appareat iustissimam hanc esse recusationis caussam. Nam & L. Flacco id obiectum à Deciano fuisse Cicero memorat, quod ab eo Prætore in Asia iniustè damnatus fuisset, ob simultatem quæ Flacci patri cum huius parente fuerat.

s Glo. cap. ex olim de cauf. possess. & propreta. Iason. d. l. apertissimi.

t l. 2. C. de cõsort. eiusd. lit. glo. cap. cum special. de appellat. & cap. insinuante de offi. dele. Cyn. Ang. Saly. Paul. & Ias. d. l. apertiss. glo. can. si quis in §. exceptio 3. q. 6.

u arg. l. prætor §. fin. ff. de vaca. mune. l. qui cum tutoribus ff. de transac. l. in confirmando & l. seq. ff. de confirm. tuto. l pater ff. de testa. tute. Alber. d. §. cum quidam.

† Peculator est pecuniæ publicæ ablator. l. f. D. eodem.

x Cic. acad. quæst. lib. 1.

y Plutarc. in Lucullo.

* Vetus illa simultas) Simultas est inimicitia à simulando vt quidam volunt, quod propriè latẽs & dissimulatum odium nomine hoc significari existiment, quanquam re vera etiam de apertis inimicitiis dicatur. Cicero pro lege Manilia, vt multas etiam simultates partim obscuras, partim apertas intelligam, mihi non necessarias, vobis non inutiles suscepisse.

Cic. verba, ad hanc rem pertinentia sunt hæc: Veridicas adiun- A
gis caufas inimicitiarum, quod patri L. Flacci ædili curuli pa-
ter tuus tribunus plebis diem dixerit. Sunt & alia multa quæ
ab interpretibus nostris in hanc sententiam afferuntur. Quale
est quod Vlpianus respondit: inimicitias quas quis cum patre
pupillorum vel adultorum exercuit, si capitales fuerunt, nec re-
conciliatio interuenit, à tutela vel cura solere excusare. [z] Sed
illud omnium maximè vrget (quod alibi attigimus) ob eandem
simultatem testes refutari. [▲] Cui consentaneum quod Cicero
scibit: militari lege ei qui in numeros referendus fuit licuisse, B
Tribunum illum iniquum eiurare, cui cuiusve patenti cum pa-
tre suo simultas fuisset. Cic. verba pro Flacco in Decianum di-
cta ascribam: Si iustas inimicitias putabas, cur cum * Tribunus
militum Flaccus esset, in eius legione miles fuisti: cum tibi per
leges militares effugere liceret iniquitatē Tribuni? Quæ itaque
causa reiiciendo Tribuno visa est idonea, eadem & iudici recu-
sando legitima existimari debet. Ducitur enim non ineptè, vt
ab armata ad cælestem, ita ad forensem Palatinamque mili-
tiam argumentum,[a] tum maximè cum eadem in hac atque in
illa est ratio: vt in hac specie in qua miles Tribunum, quem C
parum æquum in se fore putat, ob simultates quas ipsi vel pa-
rentes eorum inuicem exercuerint, iniquum eiurat, eiusque
imperium effugit: quippe qui sciat magnam Tribuni in milites
esse authoritatem. Et is enim (vt Polybius ait) potestatem habe-
bat mulctandi, pignoris capiendi, cædendique:[b] &, vt ex nostris
Macer scribit, milites in castris continebat, ad exercitationem
producebat, * querelas commilitonum audiebat, & delicta se-
cundum authoritatis suæ modum castigabat.[c] Atque, vt cum
Quintiliano dicam, non solùm militibus, sed Centurionibus
præpositus, partem quandam imperatoriæ potestatis obtine- D
bat,[d] vt non malè fortè iudicem hunc militū fuisse dicas: quan-
doquidem & à tribuendo iure dictum Vegetius contendit,

z l. *Athleta* § *dat. remiss. ff de excusa. tuto & § ini micitiæ instit. eod.*

▲ *Bal. d. §. de remissio Iacob. l. 3. ff de test.*

a *l. miles vbi glo. & doct. ff de re iud. c. degradatio de pœnis in 6. Fels. in cap. cum ex officij circa princip. de præscrip. cantiuncula in topicu lega.*

b *Polyb histo. lib. 6.*

c *l. officium ff. de re milit.*

d *Quintil. declam. 3.*

* *Tribunus militum*) Tribuni militum officium erat semestre. hinc Iuuenalis Saty. 7.

Semestri vatum digitos circumligat auro.

id est, poetas facit tribunos militum, vt idem Iuue. eadem Satyra innuit.

Præfectos Pelopea facit, Philomela tribunos.

Fungebantur hoc munere sex mēsibus, eoque tempore ferebant annulos aureos vt ait Appia. lib. de bello Libico cap. 11. perperā Turnebus lib. 20. cap 11. aduers. Ius aureorum annulorum interpretatur.

* *Querelas commilitonum*) De militaribus delictis cognitio ducibus tribuitur, quandium quidem in expeditione sunt. l. 1. C. de offic. Magist milit. Magisteriæ C. de iurisd. omn. iud. tamen præfecti arciū non habent coertionem ministrorum, aut comilitonum suorum, idque vetitum fuerit Consilij Iudicio an. 1527. contra præfectum arcis Nanatensis. Vide quæ dixi ad dictam l. Magisteriæ collat.

A [e] quod iura militibus cohortis suæ tribueret. Id quod vel Liuij locus ille satis indicat, quo de seditione militum Ro. in castris ad Sucronem Scipione in Hispania ægrotante, loquens ita scribit: forma tamen Ro. castrorum constabat vna ea spe, quod Tribunos ex contagione furoris haud expertes seditionis defectionisque rati fore, & iura reddere in principiis sinebant, & signum ab eis petebant. [f] Quæ ratio & in eo qui iudex inter priuatos sedet, locũ habet: vt rectissimè sentire videãtur, qui hunc similiter ob eandem simultatis causam fugari reiectione posse censent. [g]

B Nam & apud Liuium Hanno de Annibale in Senatu Carthaginiensi dicturus non satis se idoneum iudicem esse neque sententiam suam magnum momentum habituram, fatetur ob inimicitias quæ illi cum Amilcare huius parente fuerant. Scio (inquit) meam leuem esse in eo authoritatem propter paternas inimicitias. [h] Vt non immerito Liuius, quàm ille postea, Annibalis victoriam eleuans, aduersus Magonem & Himilconem eodem in Senatu sententiam dixit, ponderis parùm habuisse tradat ob inimicitiam quæ illi cum Annibale & Barchina factione erat. Haud (infit) multos mouit Hãnonis, oratio. Nam & simultas cum familia Barchina leuiorem auctorem faciebat.

C [i] Qua tamen in re plurimum Iudicis arbitrio tribuendum, putauerim: qui qualitate negotij quod in controuersiam venerit personisque, tam iudicis, quàm eorum quos interdisceptatur, & simultatum causis diligenter, & * ad libellam perpensis, pro sua prudentia existimabit an admittere vel respuere eas debeat: ita tamen vt in iis admittendis non admodum difficilis sit: si verisimilibus coniecturis ductus, quasdam adhuc earum veluti reliquias in familiis residere odoratus fuerit: idque maximè si graues & acerbæ fuerint. Contra si ex vetustate, aut

D alias, imminutas, vel omnino obliteratas, & perpetua quasi obliuione obrutas suspicari possit: aut non tam atroces, vt non cum ipso defuncto potuerint, ac debuerint finiri aspernabitur, nec earum rationem vllam habebit. Nam credibile non est, Christianum hominem cum periculo salutis æternæ, huiusmodi simultatum hæredem fieri velle, easque vel iniquè iudicando vltum ire. Meminisse enim (quod alibi diximus) semper eum opportet, mortales inimicitias, sempiternas amicitias esse debere. Cuius rei exempla vel ab ethnicis mutuari

e Veget. lib. 2. cap 7.

f Liui. 3. dec. lib. 8.

g Arg. l. lex Cornelia ff. de iniur. Bald. d. §. dat. remissio. Iacob. d. l. 3. test. moderni d. §. immunitia & d. l. apertissimi.

h Liuius lib. 21.

i Liuius lib. 23.

* Ad libellã perpensis) Libella est hic stater, instrumentũ quo penderamus, aliquando pro nummulo argenteo, qui & as dicitur. Cicero. 4. Verr. ecquis Volcatio, si sua sponte venisset, vnam libellam dedisset.

Cic.verba,ad hanc rem pertinentia sunt hæc: Veridicas adiun- A
gis causas inimicitiarum, quod patri L.Flacci ædili curuli pa-
ter tuus tribunus plebis diem dixerit. Sunt & alia multa quæ
ab interpretibus nostris in hanc sententiam afferuntur. Quale
est quod Vlpianus respondit: inimicitias quas quis cum patre
pupillorum vel adultorum exercuit, si capitales fuerunt, nec re-
conciliatio interuenit, à tutela vel cura solere excusare. [z] Sed
illud omnium maximè vrget (quod alibi attigimus) ob eandem
simultatem testes refutari. [A] Cui consentaneum quod Cicero
scibit: militari lege ei qui in numeros referendus fuit licuisse, B
Tribunum illum iniquum eiurare, cui cuiusve patenti cum pa-
tre suo simultas fuisset. Cic. verba pro Flacco in Decianum di-
cta ascribam: Si iustas inimicitias putabas, cur cum * Tribunus
militum Flaccus esset, in eius legione miles fuisti: cum tibi per
leges militares effugere liceret iniquitatē Tribuni? Quæ itaque
causa reiiciendo Tribuno visa est idonea, eadem & iudici recu-
sando legitima existimari debet. Ducitur enim non ineptè, vt
ab armata ad cælestem, ita ad forensem Palatinamque mili-
tiam argumentum, [a] tum maximè cum eadem in hac atque in
illa est ratio: vt in hac specie in qua miles Tribunum, quem C
parum æquum in se fore putat, ob simultates quas ipsi vel pa-
rentes eorum inuicem exercuerint, iniquum eiurat, eiusque
imperium effugit: quippe qui sciat magnam Tribuni in milites
esse authoritatem. Et is enim (vt Polybius ait) potestatem habe-
bat mulctandi, pignoris capiendi, cædendique: [b] &, vt ex nostris
Macer scribit, milites in castris continebat, ad exercitationem
producebat, * quærelas commilitonum audiebat, & delicta se-
cundum authoritatis suæ modum castigabat. [c] Atque, vt cum
Quintiliano dicam, non solùm militibus, sed Centurionibus
præpositus, partem quandam imperatoriæ potestatis obtine- D
bat, [d] vt non malè fortè iudicem hunc militū fuisse dicas: quan-
doquidem & à tribuendo iure dictum Vegetius contendit,

[z] l. Athletæ §. dat. remiss. ff. de excusa. tuto & § inimicitiæ instit. eod.

[A] Bal. d. §. de remissio Iacob. l. 3. ff. de test.

[a] l. miles vbi glo. & doct. ff. de re iud. c. degradatio de pœnis in 6. Fels. in cap. cum ex officij circa princip. de præscrip. cantiuncula in topicu lega.

[b] Polyb histo. lib. 6.

[c] l. officium ff. de re milit.

[d] Quintil. declam. 3.

* *Tribunus militum)* Tribuni militum officium erat semestre. hinc Iuuenalis Saty. 7.

Semestri vatum digitos circumligat auro.

id est, poetas facit tribunos militum, vt idem Iuue. eadem Satyra innuit.

Præfectos Pelopea facit, Philomela tribunos.

Fungebantur hoc munere sex mēsibus, eoque tempore ferebant annulos aureos vt ait Appia. lib. de bello Libico cap. 11. perperā Turnebus lib. 20 cap 11. aduers. Ius aureorum annulorum interpretatur.

* *Quærelas comilitonum)* De militaribus delictis cognitio ducibus tribuitur, quandium quidem in expeditione sunt. l. 1. C. de offic. Magist. milit. Magisteriæ C. de iurisd. omn. iud. tamen præfecti arciū non habent coertionem ministrorum, aut comilitonum suorum. idque vetitum sacri Consilij Iudicio. an. 1527. contra præfectum arcis Nanarensis. Vide quæ dixi ad dictam l. Magisteriæ collat.

A [e] quod iura militibus cohortis suæ tribueret. Id quod vel Liuij locus ille satis indicat, quo de seditione militum Ro. in castris ad Sucronem Scipione in Hispania ægrotante, loquens ita scribit: forma tamen Ro. castrorum constabat vna ea spe, quod Tribunos ex contagione furoris haud expertes seditionis defectionisque rati fore, & iura reddere in principiis sinebant, & signum ab eis petebant. [f] Quæ ratio & in eo qui iudex inter priuatos sedet, locũ habet: vt rectissimè sentire videatur, qui hunc similiter ob eandem simultatis causam fugari reiectione posse censent.[g]

B Nam & apud Liuium Hanno de Annibale in Senatu Carthaginiensi dicturus non satis se idoneum iudicem esse neque sententiam suam magnum momentum habituram, fatetur ob inimicitias quæ illi cum Amilcare huius parente fuerant. Scio (inquit) meam leuem esse in eo authoritatem propter paternas inimicitias. [h] Vt non immerito Liuius, quàm ille postea, Annibalis victoriam eleuans, aduersus Magonem & Himilconem eodem in Senatu sententiam dixit, ponderis parùm habuisse tradat ob inimicitiam quæ illi cum Annibale & Barchina factione erat. Haud (infit) multos mouit Hãnonis oratio. Nam & simultas cum familia Barchina leuiorem auctorem faciebat.

C [i] Qua tamen in re plurimum Iudicis arbitrio tribuendum, putauerim: qui qualitate negotij quod in controuersiam venerit personisque, tam iudicis, quàm eorum quos interdisceptatur, & simultatum causis diligenter, & * ad libellam perpensis, pro sua prudentia existimabit an admittere vel respuere eas debeat: ita tamen vt in iis admittendis non admodum difficilis sit: si verisimilibus coniecturis ductus, quasdam adhuc earum veluti reliquias in familiis residere odoratus fuerit: idque maximè si graues & acerbæ fuerint. Contra si ex vetustate, aut

D alias, imminutas, vel omnino obliteratas, & perpetua quasi obliuione obrutas suspicari possit: aut non tam atroces, vt non cum ipso defuncto potuerint, ac debuerint finiri aspernabitur, nec earum rationem vllam habebit. Nam credibile non est, Christianum hominem cum periculo salutis æternæ, huiusmodi simultatum hæredem fieri velle, easque vel iniquè iudicando vltum ire. Meminisse enim (quod alibi diximus) semper eum opportet, mortales inimicitias, sempiternas amicitias esse debere. Cuius rei exempla vel ab ethnicis mutuari

e Veget. lib. 2. cap 7.

f Liui. 3. dec. lib. 8.

g Arg. l. lex Cornelia ff. de iniur. Bald. d. §. dat. remissio. Iacob. d. l. 3. test. moderni d. §. inimicitia & d. l. apertissimi.

h Liuius lib. 21.

i Liuius lib. 23.

* Ad libellã perpensis) Libella est hic stater, instrumentũ quo ponderamus, aliquando pro nummulo argenteo, qui & as dicitur. Cicero. 4. Verr. ecquis Volcatio, si sua sponte venisset, vnam libellam dedisset.

Cic. verba, ad hanc rem pertinentia sunt hæc: Veridicas adiungis causas inimicitiarum, quod patri L. Flacci ædili curuli pater tuus tribunus plebis diem dixerit. Sunt & alia multa quæ ab interpretibus nostris in hanc sententiam afferuntur. Quale est quod Vlpianus respondit: inimicitias quas quis cum patre pupillorum vel adultorum exercuit, si capitales fuerunt, nec reconciliatio interuenit, à tutela vel cura solere excusare. [z] Sed illud omnium maximè vrget (quod alibi attigimus) ob eandem simultatem testes refutari. [A] Cui consentaneum quod Cicero scibit: militari lege ei qui in numeros referendus fuit licuisse, Tribunum illum iniquum eiurare, cui cuiusve patenti cum patre suo simultas fuisset. Cic. verba pro Flacco in Decianum dicta ascribam: Si iustas inimicitias putabas, cur cum * Tribunus militum Flaccus esset, in eius legione miles fuisti: cum tibi per leges militares effugere liceret iniquitatē Tribuni? Quæ itaque causa reiiciendo Tribuno visa est idonea, eadem & iudici recusando legitima existimari debet. Ducitur enim non ineptè, vt ab armata ad cælestem, ita ad forensem Palatinamque militiam argumentum,[a] tum maximè cum eadem in hac atque in illa est ratio: vt in hac specie in qua miles Tribunum, quem parum æquum in se fore putat, ob simultates quas ipsi vel parentes eorum inuicem exercuerint, iniquum eiurat, eiusque imperium effugit: quippe qui sciat magnam Tribuni in milites esse authoritatem. Et is enim (vt Polybius ait) potestatem habebat mulctandi, pignoris capiendi, cædendique:[b] &, vt ex nostris Macer scribit, milites in castris continebat, ad exercitationem producebat, * quærelas commilitonum audiebat, & delicta secundum authoritatis suæ modum castigabat.[c] Atque, vt cum Quintiliano dicam, non solùm militibus, sed Centurionibus præpositus, partem quandam imperatoriæ potestatis obtinebat,[d] vt non malè fortè iudicem hunc militū fuisse dicas: quandoquidem & à tribuendo iure dictum Vegetius contendit,

A (beside "Cic. verba, ad hanc rem…") B (beside "…militari lege ei qui…") C (beside "illa est ratio…") D (beside "præpositus, partem quandam…")

z l. Athleta §. dat. remiss. ff. de excusa. tuto & § inimicitiæ instit. eod.

A Bal. d. §. de remissio Iacob. l. 3. ff. de test.

a l. miles vbi glo. & doct. ff. de re iud. c. degradatio de pœnis in 6. Fels. in cap. cum ex officij circa princip. de præscrip. cantiuncula in topicis lega.

b Polyb. histo. lib. 6.

c l. officium ff. de re milit.

d Quintil. declam. 3.

* Tribunus militum) Tribuni militum officium erat semestre. hinc Iuuenalis Saty. 7.

Semestri vatum digitos circumligat auro.

id est, poetas facit tribunos militum, vt idem Iuue. eadem Satyra innuit.

Præfectos Pelopea facit, Philomela tribunos.

Fungebantur hoc munere sex mēsibus, eoque tempore ferebant annulos aureos vt ait Appia. lib. de bello Libico cap. 11. perperā Turnebus lib. 20. cap. 11. aduers. Ius aureorum annulorum interpretatur.

* *Quærelas comilitonum*) De militaribus delictis cognitio ducibus tribuitur, quandium quidem in expeditione sunt. l. 1. C. de offic. Magist. milit. Magisteriæ C. de iurisd. omni. iud. tamen præfecti arciū non habent coertionem ministrorum, aut commilitonum suorum, idque vetitum fuerit Consilij Iudicio. an. 1527. contra præfectum arcis Nanatensis. Vide quæ dixi ad dictam l. Magisteriæ collat.

A [e] quod iura militibus cohortis suæ tribueret. Id quod vel Liuij locus ille satis indicat, quo de seditione militum Ro. in castris ad Sucronem Scipione in Hispania ægrotante, loquens ita scribit: forma tamen Ro. castrorum constabat vna ea spe, quod Tribunos ex contagione furoris haud expertes seditionis defectionisque rati fore, & iura reddere in principiis sinebant, & signum ab eis petebant. [f] Quæ ratio & in eo qui iudex inter priuatos sedet, locũ habet: vt rectissimè sentire videãtur, qui hunc similiter ob eandem simultatis causam fugari reiectione posse çensent.[g]

B Nam & apud Liuium Hanno de Annibale in Senatu Carthaginiensi dicturus non satis se idoneum iudicem esse neque sententiam suam magnum momentum habituram, fatetur ob inimicitias quæ illi cum Amilcare huius parente fuerant. Scio (inquit) meam leuem esse in eo authoritatem propter paternas inimicitias.. [h] Vt non immerito Liuius, quàm ille postea, Annibalis victoriam eleuans, aduersus Magonem & Himilconem eodem in Senatu sententiam dixit, ponderis parùm habuisse tradat ob inimicitiam quæ illi cum Annibale & Barchina factione erat. Haud (infit) multos mouit Hãnonis, oratio. Nam & simultas cum familia Barchina leuiorem auctorem faciebat.

C [i] Qua tamen in re plurimum Iudicis arbitrio tribuendum, putauerim: qui qualitate negotij quod in controuersiam venerit personisque, tam iudicis, quàm eorum quos interdisceptatur, & simultatum causis diligenter, & * ad libellam perpensis, pro sua prudentia existimabit an admittere vel respuere eas debeat: ita tamen vt in iis admittendis non admodum difficilis sit: si verisimilibus coniecturis ductus, quasdam adhuc earum veluti reliquias in familiis residere odoratus fuerit: idque maximè si graues & acerbæ fuerint. Contra si ex vetustate, aut

D alias, imminutas, vel omnino obliteratas, & perpetua quasi obliuione obrutas suspicari possit: aut non tam atroces, vt non cum ipso defuncto potuerint, ac debuerint finiri aspernabitur, nec earum rationem vllam habebit. Nam credibile non est, Christianum hominem cum periculo salutis æternæ, huiusmodi simultatum hæredem fieri velle, easque vel iniquè iudicando vltum ire. Meminisse enim (quod alibi diximus) semper eum opportet, mortales inimicitias, sempiternas amicitias esse debere. Cuius rei exempla vel ab ethnicis mutuari

e Veget. lib. 2. cap 7.

f Liui. 3. dec. lib. 8.

g Arg. l. lex Cornelia ff. de iniur. Bald. d. §. dat. remissio. Iacob. d. l. 3. test. moderni d. §. inimicitia & d. l. apertißimi.

h Liuius lib. 21.

i Liuius lib. 23.

* Ad libellã perpensis) Libella est hic stater, instrumentũ quo ponderamus, aliquando pro nummulo argenteo, qui & as dicitur. Cicero. 4. Verr. ecquis Volcatio, si sua sponte venisset, vnam libellam dedisset.

Cic. verba, ad hanc rem pertinentia sunt hæc: Veridicas adiungis causas inimicitiarum, quod patri L. Flacci ædili curuli pater tuus tribunus plebis diem dixerit. Sunt & alia multa quæ ab interpretibus nostris in hanc sententiam afferuntur. Quale est quod Vlpianus respondit: inimicitias quas quis cum patre pupillorum vel adultorum exercuit, si capitales fuerunt, nec reconciliatio interuenit, à tutela vel cura solere excusare. [z] Sed illud omnium maximè vrget (quod alibi attigimus) ob eandem simultatem testes refutari. [▲] Cui consentaneum quod Cicero scibit: militari lege ei qui in numeros referendus fuit licuisse, Tribunum illum iniquum eiurare, cui cuiusve parenti cum patre suo simultas fuisset. Cic. verba pro Flacco in Decianum dicta ascribam: Si iustas inimicitias putabas, cur cum * Tribunus militum Flaccus esset, in eius legione miles fuisti: cum tibi per leges militares effugere liceret iniquitatẽ Tribuni? Quæ itaque causa reiiciendo Tribuno visa est idonea, eadem & iudici recusando legitima existimari debet. Ducitur enim non ineptè, vt ab armata ad cælestem, ita ad forensem Palatinamque militiam argumentum,[a] tum maximè cum eadem in hac atque in illa est ratio: vt in hac specie in qua miles Tribunum, quem parum æquum in se fore putat, ob simultates quas ipsi vel parentes eorum inuicem exercuerint, iniquum eiurat, eiusque imperium effugit: quippe qui sciat magnam Tribuni in milites esse authoritatem. Et is enim (vt Polybius ait) potestatem habebat mulctandi, pignoris capiendi, cædendique:[b] &, vt ex nostris Macer scribit, milites in castris continebat, ad exercitationem producebat, * quærelas commilitonum audiebat, & delicta secundum authoritatis suæ modum castigabat. [c] Atque, vt cum Quintiliano dicam, non solùm militibus, sed Centurionibus præpositus, partem quandam imperatoriæ potestatis obtinebat,[d] vt non malè fortè iudicem hunc militũ fuisse dicas: quandoquidem & à tribuendo iure dictum Vegetius contendit,

z l. Athletæ §. dat. remiss. ff. de excusa. tuto & § inimicitiæ instit. eod.

▲ Bal. d. §. de remissio Iacob. l. 3. ff. de test.

a l. miles vbi glo. & doct. ff. de re iud. c. degradatio de pœnis in 6. Fels. in cap. cum ex officij circa princip. de præscrip. cantiuncula in topicis lega.

b Polyb histo. lib. 6.

c l. officium ff. de re milit.

d Quintil. declam. 3.

* *Tribunus militum*) Tribuni militum officium erat semestre. hinc Iuuenalis Saty. 7.

Semestri vatum digitos circumligat auro.

id est, poetas facit tribunos militum, vt idem Iuue. eadem Satyra innuit.

Præfectos Pelopea facit, Philomela tribunos.

Fungebantur hoc munere sex mẽsibus, eoque tempore ferebant annulos aureos vt ait Appia. lib. de bello Libico cap. 11. perperã Turnebus lib. 20. cap 11. aduers. Ius aureorum annulorum interpretatur.

* *Quærelas comilitonum*) De militaribus delictis cognitio ducibus tribuitur, quandium quidem in expeditione sunt. l. 1. C. de offic. Magist milit. Magisteriæ C. de iurisd. omn. iud. tamen præfecti arciũ non habent coertionem ministrorum, aut comilitonum suorum, idque veritum sacri Consilij Iudicio. an. 1527. contra præfectum arcis Nanarensis. Vide quæ dixi ad dictam l. Magisteriæ collat.

A [e] quod iura militibus cohortis suæ tribueret. Id quod vel Liuij locus ille satis indicat, quo de seditione militum Ro. in castris ad Sucronem Scipione in Hispania ægrotante, loquens ita scribit: forma tamen Ro. castrorum constabat vna ea spe, quod Tribunos ex contagione furoris haud expertes seditionis defectionisque rati fore, & iura reddere in principiis sinebant, & signum ab eis petebant. [f] Quæ ratio & in eo qui iudex inter priuatos sedet, locũ habet: vt rectissimè sentire videãtur, qui hunc similiter ob eandem simultatis causam fugari reiectione posse censent. [g]

B Nam & apud Liuium, Hanno de Annibale in Senatu Carthaginiensi dicturus non satis se idoneum iudicem esse neque sententiam suam magnum momentum habituram, fatetur ob inimicitias quæ illi cum Amilcare huius parente fuerant. Scio (inquit) meam leuem esse in eo authoritatem propter paternas inimicitias.. [h] Vt non immerito Liuius, quàm ille postea, Annibalis victoriam eleuans, aduersus Magonem & Himilconem eodem in Senatu sententiam dixit, ponderis parùm habuisse tradat ob inimicitiam quæ illi cum Annibale & Barchina factione erat. Haud (infit) multos mouit Hãnonis, oratio. Nam & simultas cum familia Barchina leuiorem auctorem

C faciebat. [i] Qua tamen in re plurimum Iudicis arbitrio tribuendum, putauerim: qui qualitate negotij quod in controuersiam venerit personisque, tam iudicis, quàm eorum quos interdisceptatur, & simultatum causis diligenter, & * ad libellam perpensis, pro sua prudentia existimabit an admittere vel respuere eas debeat: ita tamen vt in iis admittendis non admodum difficilis sit: si verisimilibus coniecturis ductus, quasdam adhuc earum veluti reliquias in familiis residere odoratus fuerit: idque maximè si graues & acerbæ fuerint. Contra si ex vetustate, aut

D alias, imminutas, vel omnino obliteratas, & perpetua quasi obliuione obrutas suspicari possit: aut non tam atroces, vt non cum ipso defuncto potuerint, ac debuerint finiri aspernabitur, nec earum rationem vllam habebit. Nam credibile non est, Christianum hominem cum periculo salutis æternæ, huiusmodi simultatum hæredem fieri velle, casque vel iniquè iudicando vltum ire. Meminisse enim (quod alibi diximus) semper eum opportet, mortales inimicitias, sempiternas amicitias esse debere. Cuius rei exempla vel ab ethnicis mutuari

e *Veget. lib. 2. cap 7.*

f *Liui. 3. dec. lib. 8.*

g *Arg. l. lex Cornelia ff. de iniur. Bald. d. §. dat. remissio. Iacob. d. l. 3. test. moderni d. §. inimicitia & d. l. apertissime.*

h *Liuius lib. 21.*

i *Liuius lib. 23.*

* *Ad libellã perpensis)* Libella est hic stater, instrumentũ quo ponderamus, aliquando pro nummulo argenteo, qui & as dicitur. Cicero. 4. Verr. ecquis Volcatio, si sua sponte venisset, vnam libellam dedisset.

A [e] quod iura militibus cohortis suæ tribueret. Id quod vel Liuij locus ille satis indicat, quo de seditione militum Ro. in castris ad Sucronem Scipione in Hispania ægrotante, loquens ita scribit: forma tamen Ro. castrorum constabat vna ea spe, quod Tribunos ex contagione furoris haud expertes seditionis defectionisque rati fore, & iura reddere in principiis sinebant, & signum ab eis petebant. [f] Quæ ratio & in eo qui iudex inter priuatos sedet, locū habet: vt rectissimè sentire videātur, qui hunc similiter ob eandem simultatis causam fugari reiectione posse çensent.[g]

B Nam & apud Liuium Hanno de Annibale in Senatu Carthaginiensi dicturus non satis se idoneum iudicem esse neque sententiam suam magnum momentum habituram, fatetur ob inimicitias quæ illi cum Amilcare huius parente fuerant. Scio (inquit) meam leuem esse in eo authoritatem propter paternas inimicitias. [h] Vt non immerito Liuius, quàm ille postea, Annibalis victoriam eleuans, aduersus Magonem & Himilconem eodem in Senatu sententiam dixit, ponderis parùm habuisse tradat ob inimicitiam quæ illi cum Annibale & Barchina factione erat. Haud (infit) multos mouit Hānonis, oratio. Nam & simultas cum familia Barchina leuiorem auctorem faciebat. [i] Qua tamen in re plurimum Iudicis arbitrio tribuendum, putauerim: qui qualitate negotij quod in controuersiam venerit personisque, tam iudicis, quàm eorum quos interdisceptatur, & simultatum causis diligenter, & * ad libellam perpensis, pro sua prudentia existimabit an admittere vel respuere eas debeat: ita tamen vt in iis admittendis non admodum difficilis sit: si verisimilibus coniecturis ductus, quasdam adhuc earum veluti reliquias in familiis residere odoratus fuerit: idque maximè si graues & acerbæ fuerint. Contra si ex vetustate, aut

D alias, imminutas, vel omnino obliteratas, & perpetua quasi obliuione obrutas suspicari possit: aut non tam atroces, vt non cum ipso defuncto potuerint, ac debuerint finiri aspernabitur, nec earum rationem vllam habebit. Nam credibile non est, Christianum hominem cum periculo salutis æternæ, huiusmodi simultatum hæredem fieri velle, easque vel iniquè iudicando vltum ire. Meminisse enim (quod alibi diximus) semper eum oportet, mortales inimicitias, sempiternas amicitias esse debere. Cuius rei exempla vel ab ethnicis mutuari

e *Veget. lib. 2. cap 7.*

f *Liui. 3. dec. lib. 8.*

g *Arg. l. lex Cornelia ff. de iniur. Bald. d. §. dat. remissio. Iacob. d. l. 3. Test. moderni d. §. immunitia & d. l. apertissimi.*

h *Liuius lib. 21.*

i *Liuius lib. 23.*

* *Ad libellā perpensis*) Libella est hic stater, instrumentū quo ponderamus, aliquando pro nummulo argenteo, qui & as dicitur. Cicero. 4. Verr. ecquis Volcatio, si sua sponte venisset, vnam libellam dedisset.

licet quorum permultos inimicorum non modo paternorum, verumetiam propriorum iudicia subiisse non pœnituit: quales Cic. commemorat, L. Scipionem C. Marium, Mosopium & Q. Metellum de quibus ille: an (inquit) T. Gracchus (patrem dico, cuius vtinam filij non degenerassent à grauitate paterna) tantam laudem est adeptus: quod Tribunus pleb. solus ex toto illo collegio L. Scipioni auxilio fuit, inimicissimus & ipsius, & fratris eius Africani, iurauitque in concione se in gratiam non rediisse, sed alienũ sibi videri dignitate imperij, quo duces essent hostium Scip. triumphante ducti, eodem ipsum duci qui triumphasset. Quis plenior inimicorum fuit C. Mario? L. Crassus, M. Scaurus, aliiue inimici, omnes Metelli: at ii nõ modo illum inimicum ex Gallia sententiis suis non detrahebant, sed & propter rationem Gallici belli, prouinciam extra ordinem decernebãt.[b] In quam fere sententiam Liuius, Tribunusp. (ait) eo tempore T. Sempronius Gracchus erat, cui inimicitiæ cum P. Scipione intercedebant: is cum vetuisset nomen suum decreto collegarum ascribi, tristioremque omnes sententiam expectarent, ita decreuit: Cum L. Scipio excuset morbum esse causam fratri, satis id sibi videri: se P. Scipionem priusquam Romam rediisset, accusari non passurum, tum quoque si se appellet, auxilio, ei futurum, ne causam dicat. Ad id fastigium rebus gestis honoribus po. Romani P. Scipionem deorum hominumque cõsensu peruenisse, vt sub Rostris reum stare, & præbere aures adolescentium cõuitiis, P. Romano magis deforme, quàm ipsi sit.[i] Et hæc quidem de Scipione illi, de quo similiter Plutarchus: Accusantibus (inquit) Tribunis contumaciam viri, à L. Fratre absentiæ suæ causam in ægritudinem referente, vnus è Tribunis plebis Tyberius Gracchus, cui simultates cum Africano erant, contra opinionem omnium, hanc excusationem accepit: & Scipionis causam, modo eum summis laudibus efferendo, modo aduersarios deterrendo egregiæ tutatus est.[k] De Mosopio autem & Q. Metello, qui cum graui, asperoque odio à Cicerone dissiderent, salutares tamen de reditu ipsius sententias in Senatu dixerunt, sic ille: Quid Mosopius cui ego ipsi, parenti, fratrique eius sentio quantum debeam, qui cum à me voluntas eorum in priuato iudicio esset offensa, publici mei beneficij memoria, priuatam offensionem obliterauerunt? & paulò post. Nam Q. Metellus & inimicus, & frater inimici, perspecta vestra voluntate, omnia priuata odia deposuit.[l] A quibus non abhorret

b Cic. in orat. de prouinc. cons.

i Liui. dec. 4. lib. 8.

k Plutar in Scip.

l Cic. in orat. post red. in Sena.

A quod ex Plinio retulimus: Scipionem cum Tribunos appellasſet, dixiſſe ſe vel inimico iudici cauſam ſuã probare poſſe. Sicut nec illud quod de Catone maiore ſcriptũ apud Valeriũ eſt: qui cum in diſcrimen famæ ab inimicis vocatus eſſet: Tyberium Gracchum inimicum ſuum, & à quo in adminiſtratione reip. ad multum odium diſſidebat, diſceptatorem non modo non recuſauit, ſed etiam depopoſcit.[m] Ruſſum etiam quendam memorat Philoſtratus Nicetæ Smyrneo inimico ſuo iudicem à Nerua imperatore datum: non tantum aſperum nihil in eum conſtituiſſe, verum impunem effuſis etiam ſupra eum lacrymis B dimiſiſſe.[n] Sed de his fortè nimium multa.

m Val. lib. 3. de fiducia ſui.

n Philoſtra. in Nicete de vit. Sophiſt. lib. 1.

An autem is cui cum aliquo eiúſve parente ſimultas fuerit, vltro nec reiectus iudicatu, & cognitione litis tẽperare debeat, alibi fuſius attigi. Illud obiter admonuiſſe ſatis fuerit: prudentius illum acturum ſi omnino quantum in ſe fuerit, iudicis partes à ſe ablegauerit: id que maximè, ſi grauis illa ſimultas fuerit, neque reconciliatio interuenerit: exemplo Iuliani imperatoris, qui (vt eſt apud Ammianum Marcellinum) in cauſa Thalaſſij cuiuſdem inimici ſui iudex ante ſedere noluit, quàm cum eo rediiſſet in gratiam.[n] Et hoc quidem in imis ſubſelliis locum C habet: in ſupremis enim cõſeſſibus, ſiquam vel præſes vel conſiliarius ſimultatem cum altero litigatorum habeat, illam Senatui excuſat: cuius decreto, prout grauis, vel leuis inimicitia fuerit vel abit vel iudicat. Sed cum ea huiuſmodi hominum, qui ſummis in conſeſſibus vltimum iudicant, ſit integritatis & probitatis opinio, vt non temere à iudicandi munere ſubmoueantur: id illis comprimis curæ eſſe debet, vt ſimultate omni depoſita, hominum de ſe expectationi reſpondeant: meminiſſe quippe debent, Dei ſe non hominum iudicia exercere.[o] Nam cum vel ex Ciceronis ſententia, amici perſonam ponat, quiſ- D quis iudicis induit, vt qui ſciat, aut ſcire debeat, ex ſacramento quod in ingreſſu magiſtratus dedit, Deum ſe adhibere teſtem,[p] quanto magis inimici exuere debet? vt nõ abs re dixerit apud Sal. Cæſar, omnes homines, qui de rebus dubiis iudicant, vt ab amicitia, ita& odio vacuos eſſe decére: haud facilè enim (ſubdit ille) animus verum prouidet, vbi illa officiunt.[q] Et ſicut fieri nõ poteſt, vt rectum clauum teneat, qui amicitiarum rationem inire velit, ita nec vt is purè, ac ſanctè iudicet qui factiones, atque iniurias habeat in conſilio. Qua ratione Alphonſum Aragonum regem dixiſſe ferunt, ſi ſibi contigiſſet naſci temporibus

n Ammia. Marcel. li. 23.

o Lib. 2. paralipo. ca. 19.

p Cic. lib. 3. offic.

q Salluſt. in coniurat. Catil.

quibus Rom. resp. florebat: se constructurum fuisse iuxta Curiam. Ioui Positorio templum, in quo Patres Conscripti sententiam dicturi, antequam curiam ingrederentur, odia atque alias animi pestes deponerent. Plerumque enim fieri, vt res tam publicæ, quàm priuatæ, odiis & affectibus iudicum pessundētur. [t] Nec præterea dubium est, quin multæ grauésque pœnæ illos maneant, qui in magistratu positi iustitię sacris ad vlciscendas inimicitias abutuntur. Vt rectissimè sensisse videatur Eusebius, cùm dixit: Magistratum gerens ne reminiscaris inimicitiarum, & dissentionum si quæ tibi prius cum aliquibus intercesserunt: non enim ad Magistratū euectus es, vt teipsum vlciscereris, verùm vt imperio tuo subditos etiam ab aliorum insidiis securos, atque tutos custodires: & vt custos esses recti, & magnę deæ iustitiæ minister, ac interpres. Itaque si quid admiseris præter eius sententiam, aut deceperis ipsam, velut in deam maximam delinquens: tum ab ipsa, tum à constitutis circa eam geniis custodibus, & vltoribus pro factis vindictam expectato. Et rursum. Inter inimicos iudex constitutus, ius examina & sententiam ad eius momentum inclina: iustitia enim, & præfectus ei genius digniores sunt, maioresque haberi merentur, quàm vt inimicitiæ gratificeris. Et iterum: si constitutus in magistratu, inimicitiæ memor fueris, in deteriorem conditionem teipsum das, & grauitate ac sanctitate quæ requiritur in Iudice, teipsum priuabis apud conscios tibi: quod inimicitiæ indulgeas, & pro sanctissimis nominibus, & pro iudice inquam ac magistratu causam agentium, hostis eorum turpissimo nomine appellandus sis. [t] Et hæc quidem Eusebius. In quàm sententiam Chrysostomus. Benigni (inquit) & iusti Iudicis est, suas iniurias contemnere, & aliorum iniurias vindicare: qui autem suas (quāuis iustè) vindicat, nunquā tamen Iudex iustus esse putatur. [t] A quibus nec illud abhorret, quod dici solet cōsulis vel Iudicis inimicitias, quāuis iustè legitimeq; susceptas, in magistratu tamē vindicandas non esse. Vnde & L. Posthumius à Liuio notatus, qui illatam sibi à Prænestinis (cum priuatus esset) iniuriam Consul factus vltum ierit, multa illis insueta onera imponens, quæ cæteri deinde magistratus secuti, graues admodum molestique Prænestinis fuerunt, de quo ille: Hic iratus Prænestinis quod cum eò priuatus sacrificij in templo Fortunæ faciundi causa profectus esset, nihil in se honorificè, neque publicè, neque priuatim factum à Prænestinis esset, priusquam à Roma

[t] Andre. Panor. lib. 3. de dict. ac fact. Alpho.

[t] Stobæ. sermo. 44. de magistratu.

[t] Chrysost. hom. 45. in cap. 23. Matthæi.

A proficiſceretur, literas Præneſte miſit, vt ſibi magiſtratus obuiā exiret, locum publicè pararet vbi diuerteretur, iumentaque cum exiret inde præſto eſſet. Ante hunc Conſulem nemo vnquam ſociis in vlla re oneri: aut ſumptui fuit. Et paulò inferiùs: Iniuria Conſulis etiam ſi iuſta, non tamen in magiſtratu exercenda, & ſilentium nimis aut modeſtum, aut timidum Prænestinorum ius velut probato exemplo magiſtratibus fecit grauiorum in dies talis generis imperiorum.[u] Prudenter ergo grauitérque Ariſtides qui (vt eſt apud Plutarchum) arbiter inter B duos delectus, cùm alter vt ipſum in aduerſarium magis ac magis afficeret extra cauſam pleraque illius in Ariſtidem maledicta recenſeret, hæc miſſa faciamus (ait) Tu vero, bone vir, ſiquid in te commiſſit explica, quoniam in præſentia tibi, non mihi iudicium exerceo.[x] Sed quid ſanctius hominéque vel Chriſtiano dignius, quàm quod Cicero pro Cluento dixit? non debere ſe dubitare, quin ſi eius cui negotium faceſſetur, cum inſons ſit, cauſa ad incorruptum ſpectatæque integritatis iudicem defeatur, etiamſi eum oderit, etiamſi inuitus abſoluturus ſit, abſoluat tamen & religioni potius ſuæ quam odio pareat. Eſt enim C (ſubdit ille) ſapientis Iudicis, meminiſſe ſe hominem: cogitare, tantum ſibi permiſſum, quantum commiſſum ſit & creditum: & non ſolum ſibi poteſtatem datam verùm etiam fidem habitam eſſe meminiſſe: poſſe, quem oderit abſoluere, quem non oderit, condemnare: & ſemper non quid ipſe velit, ſed quid lex & religio cogat; cogitare animaduertere, qua lege reus citetur, de quo reo cognoſcat quæ res in quæſtione verſetur. Cum hæc ſunt videnda, tum vero illud eſt hominis magni atque ſapientis, cùm illa iudicandi cauſa, tabellam ſumpſerit, non ſe putare eſſe ſolum, neque ſibi, quodcunque concupierit, licere, ſed habere in cōſilio legem, religionem, æquitatem, fidem: libidinem D autem odium, inuidiam, metum, cupiditatéſque omneis amouere: maximéque æſtimare conſcientiam mentis ſuæ, quam ab diis immortalibus accepimus, quæ à nobis diuelli non poteſt, quæ ſi optimorum conſiliorum atque factorum, teſtis in omni vita nobis erit, ſine vllo metu, & ſumma cum honeſtate viuemus.

u Liui. dec. lib. 5.

x Plutarchus in Ariſtide.

 A



IANI LANGLAEI REGII IN SENATV B BRITANNIÆ CELTICÆ CONSILIARII, SEMESTRIVM

Liber tertius.

DE REFVTATIONIBVS AC REPREHENSIONIBVS TESTIVM. C

Testem idoneum in re propria neminem esse.

CAP. I.



NVLLVS (inquit Pomponius) idoneus testis in re sua intelligitur: [a] Alibique traditur, omnibus in re propria, testimonij ferendi facultatem iura submouere. [b] Durum enim admodum esset, in ea causa quæ aliquem contingat, cuiusque vel damnum vel emolumentum ad eum pertineat, testimonium ipsum, dicere. D [c] cum natura quisque ferè sibi suffenus, suique supramodum amans, animi quadam propensione corruptus, propriis commodis, (alienis etiam rebus neglectis vel afflicti s) impensius faueat: omneque quod velit, & è re sua esse ducat, sanctum existimet. Cui si in suo ipsius negotio, fides haberetur, ius ipse sibi quadamtenus redderet quod quam iniquum sit, clarius est, quàm vt probatione vlla egeat. [d] Id autem adeò verum est, vt nec dignitas, vel existimatio, vitæve alicuius integritas, quidquam efficere possit, ad fir-

a l. nullus ff. de testib.

b l. omnibus C. de test.

c Therp. §. antep. Inst. de testa. ordi.

d l. qui iurisdictioni ff. de iurisd. om. iud. l. 1. C. ne quis in sua cau. iud.

A ad firmandum illius, in propria causa testimonium: * quacumque enim dignitate quis polleat, vel vitæ sanctimonia præcellat, testimonium omnino illius de se, vel in re propria reiicitur. Id quod eleganter in orat. pro Sex. Roscio Amerino exprimit Cicero, dicens: more maiorum comparatum est, vt in minimis rebus homines amplissimi testimonium de sua re non dicerent. Africanus qui suo cognomine declarat tertiam partem orbis terrarum se subegisse, tamen si sua res ageretur, testimonium non diceret, nam illud in talem virum non audeo dicere: si diceret, non crederetur. Nec est quod quisquam ob id secum ma-

B lè agi existimet, cùm nec Seruator noster Christus, sibi etiam de se testimonium dicenti, credi voluerit: [e] quod Diuus Cyprianus his verbis scriptum reliquit. [f] An putas esse maius de me meum, quàm Dei testimonium: cum dominus ipse doceat, & dicat testimonium non esse verum, si quis ipse de se testis existat, eo quod vnusquisque vtique sibi faueat, nec contra se aliquis infesta & aduersa depromat, fides verò syncera sit veritatis, si in prædicationibus nostris alius sit prædicator ac testis? Si testimonium (inquit) dixero de me, testimonium meum non est ve-

C rum: alius est enim qui testis est de me. Quod si ipse dominus qui omnia post modũ iudicaturus sit, noluit de testimonio suo sibi credi, sed maluit iudicio ac testimonio Dei patris probari: quanto magis hoc seruos eius obseruare oportet, qui iudicio ac testimonio Dei non probantur tantum, sed etiam gloriantur. Hactenus Cyprianus. Cuius ex verbis & quæ ex Cicerone annotauimus, manifestum fit, turpissimè lapsum fuisse Speculatorem, dum dixit in sua vel suorum causa, testem iudicémve esse eum posse, qui eius qualitatis sit, vt verisimiliter in eũ non cadat suspicio mendacij: puta quia Cisterciensis sit monachus,

D vel sodalis Cartusianus.[g] Neque enim huic vel illi magis quàm alteri credi debet, cum & vulgò traditum sit propter meritum vitæ non esse à communibus regulis iuris recedendum: [h] neque ideo minus Pontificij diplomatis vti surreptitij, repulsam Thomas Bekettus Cantuarensis Antistes tulerit, quod vitæ sanctimonia clarus esset.[i] Ei igitur qui de se, vel in propria lite, testimonium dicere velit, illud ex euangelio Ioannis obiici poterit.[k] Tu de te ipso testimonium perhibes, testimonium

e Ioan. cap. 5.

f Cyp. epist. lib. 4. epist. 9. ad Florent.

g Specul. tit. de iud. deleg. § superest versic quid si non est consanguineus cap. postremo de appella. Alexã. l. qui iurisdictioni ff. de iurisd. om. iud.

h Ias. d. l. qui iurisdictioni.

i Cap. 1. in fine vbi Bald. ext. vt lite pend. Ias. d. l. qui iurisdictioni & authen. iubemus C. de iud.

k Ioan. cap. 8.

* Quacumque enim dignitate.] Ab hac regula exemptus est rex Galliæ, quia in propria causa iudex esse potest, vt forensiũ morum peritissimi omnes testantur, vide quod scripsi de hac exceptione omissa à Langlæo. in l. 1. Ne quis in sua causa. C. En la conference du droict fra[n]çon auec le droict Romain.

tuum non est verum. Nam & alibi Cicero ridiculum eum videri tradit, qui in lite aut in iudicio domestico testimonio pugnat, & suipsius testimonio abutitur. Domesticum enim testem intelligit, qui de se vel in proprio negotio testimonium dicit: quod & verba illa, & suipsius testimonio abutitur, perspicuum faciunt: quamuis latior sit huius verbi significatio, vt quæ etiam omnes qui ex eadem domo & familia sunt comprehendat:[m] quos similiter à dicendo testimonio arceri, dubium non est. Scribit si quidem Iulianus idoneos non videri esse testes, quibus imperari potest, vt testes fiant:[n] & Paulus interrogari testes nō debere, ait, quos accusator de domo produxerit:[o] alibique traditur,[*] domestici testimonij fidem improbari.[p] Docet etiam non vno in loco Cicero testes idcirco repelli posse, quod vel domestici vel conuictores accusatoris sint. Ita enim ille:[q] Hoc vero quid est? vnà sedent, ex accusatorum subselliis surgunt non dissimulant, non verentur. De subselliis queror, vna ex domo prodeunt. Et mox quibusdam interpositis. Summa est in testibus: hi viuunt cum inimicis, adsunt cum aduersariis, habitant cum accusatoribus. Et iterum. Si quem infimo loco natum, nullo splendore vitæ, nulla commendatione famæ defenderem, tamen ciuis ciuem à ciuibus communis humanitatis iure, ac misericordia deprecarer, ne ignotis testibus, ne incitatis, ne accusatoris cōsessoribus, conuiuis, contubernalibus, ciuem ac supplicem vestrum dederetis: ne periculosam imitationem exempli, reliquis in posterum proderetis. Et alibi.[r] Nihil opus fuit te isti credere: neque enim accusatore muto, neque teste quisquam vtitur eo, qui de accusatoris subsellio surgit. Quo in loco Cicero mutum accusatorem appellat, qui de domo accusatoris producitur: de quo & Lucianus.[s] Euge testem (quod aiunt) domo adductum.

A B C D

m l. respiciendum §. furta ff de pœn.

n l. idonei ff de test.

o l. penult. eod. tit.

p l. etiam C. eo.

q Cic. in orat. pro L. Flacco.

r Cic. in orat. pro Rosc. Amerino.

s Lucianus in Ioue. trago do.

* Domestici testimonij.] In criminibus commissis noctu, aut in priuatis ædibus domestici testimonij fides non reprobatur cap. dilecto. de officio archid. in antiq. l. quoties de naufragiis lib. 11. C. Guido Pap. singula. 48. hine Theodosius & Valens Imperatores in l. Consensu §. seruis C. de repudiis seruis etiam seu ancillis puberibus si crimen adulterij vel Maiestatis ingeritur, tam viri quam mulieris ad examinandam causam repudij, quo veritas aut facilius eruatur, aut liquidius detegatur, si tamen alia documenta defecerint, quæstionibus subdendis.

A

Fratris testimonium iure etiam ciuili admittendum non esse.

CAP. II.

VVlgo receptum est, fratris testimonium, idcirco nō
reiici: quod id nulla lege constitutum reperiatur. [a]
Scribit enim Arcadius tam in criminalibus, quàm
B pecuniariis litibus, testes omnes adhiberi posse, qui-
bus lege non interdicitur testimonium. [b] Nam &
quæ de parentibus & liberis sancita sunt, vt sibi inuicē testes esse
non possint, [c] ad fratres quibuscum neque tanta est, quanta cum
parentibus naturæ cōiunctio, neque etiam pietatis & amoris ra-
tio, trahenda non sunt: [d] sicut nec quæ de domesticis traduntur,
[e] cum domesticorum nomine ij tantum censeantur, qui nobis-
cum degunt, & cum quibus nobis conuictus est. [f] Quamobrem
& fratri, qui eandem domum inhabitet, & cui frater conuictor
sit, testimonium dici non poterit: [g] quemadmodū neque ei qui
C patris eiusdem imperio subiectus sit, cui etiā quamuis seorsum
habitanti, frater testis non erit. [h] Quandoquidem & hic qui fra-
tri per patriam potestatem coniunctus est, in rem suam, lucrúm-
que suum testis esse videretur. [i] Idem & si capitis diem, frater,
cuiquam dixerit: nam nec in hac lite frater illi testimonium da-
bit. [k] Sicut nec in causa ciuili ardua, & quæ maximi momen-
ti sit. [l] Et hæc enim ad capitalem litem quam proximè accedit,
cum (vt alibi diximus) multi non minus de fortunis, quàm de
capite solliciti anxiique sint: [m] vt non immeritò in his litibus
testes dumtaxat integros, & qui extra omnem suspitionem
D sint, admitti oporteat. [n] Idem & cum frater, illatam sibi iniu-
riam iudicio vlciscitur: quæ enim cuiquam fit iniuria, ad
eos omnes qui sibi sanguine coniunguntur pertinere vide-
tur. [o] Et, vt Paulus dixit, ad totius generis contumeliam,
dolorémque porrigitur, [p] Vnde æquissimum est in ea lite fra-
trem à testimonij dictione temperare, sicut & generaliter
quoties negotium aliqua ex parte ad eum spectat, vt quis de
cōmunibus bonis agatur. [q] Et his quidē casibus conuenit inter

a *Bartol. & alij l. qui testamēto ff. de testa. Bar. Bald. Salj. & alij l. parentes C. de test. Innoc. & alij cap. insinuante ext. de offic. deleg.*

b *l. 1. ff. de test.*

c *l. parentes c. de test.*

De fratris testimonio vide Masuer. titu. de testibus.

d *l. 1. vbi Conna. ff. de inof. testa. Imol. fratres c. eo Nou. Iustinia. 22. & 115.*

e *l. etiam c. de test.*

f *l. respiciendum § furta ff. de pœn.*

g *glos. & Saly. d. l. parētes glo. can. consanguinei 3. q. 5. Alex. in add. ad Bart. d. l. qui testamento. Fely. d. cap. in literis.*

h *§ sed si nec hæres inst. de testa. glo. & docto. d. l. parentes.*

i *Theo § antepe. instit. de testam. ordi.*

k *Can. super prudentiā 14. q. 2 Bald. l. fin. c. de probat.*

l *Bald d. l. parentes Fel. d. c. in literis.* m *glo. & Bal. l. aduocati C. de aduo. diu. iud.* n *l. 3. ac prin. ff. de test. Bald. & Saly. l. fin. c. de proba. Fely. & alij d c. literas.* o *l. lex Cornelia ff. de iniur.* p *l. 1. & 2. ff. de liber. causa.* q *Anto. ana. & alij d. c. cum oporteat Fely. d. c. literas Alcia. tract. præsumpt. reg. 2 præsumpt. 23.*

nostros fratris testimonium non recipi.[r] Verùm ego, cum Duareno nostro, præter hos, etiam generaliter huiusmodi testimonium reiiciendum crediderim,[s] ex regula etiam illa, qua traditum est, domestici testimonij fidem improbari: vt qui sciam domesticos non tantum dici, qui easdem ædes incolunt,[u] sed & qui eiusdem familiæ, gentis & agnationis sunt.[x] Vnde & apud Vergilium domus Assaraci, pro familiaribus & gentilibus eius, dum ait.[y] A

Cum domus Assaraci phtiam clarasque Mycenas
Seruitio premet, ac victis dominabitur argis.

Intelligit enim Poëta Romanos quia de Assaraco per Troianos originem ducunt. B
Et alibi.[z]

Da propriam Tymbrææ domum, da mœnia fessis
Et genus & mansuram vrbem.

Et iterum.[a]

Sergestúsque, domus tenet à quo Sergia nomen.

Et rursum alibi.[b]

In te omnis domus inclinata recumbit.

Sic & apud Horatium.[c] C

Nec sæuam Pelopis domum.
Conamur.

Intelligit enim Atræum, & Thyestem Pelopis filios, à quibus diis epulæ humanæ carnis appositæ sunt. Et alibi.[d]

—nec Priami domus
Periura, pugnaces Achiuos
Hectoreis opibus refringit

Ouidius.[e]

Tota domus duo sunt iisdem paréntque iubéntque

Iuuenalis.[f] D

Sed cum tota domus rheda componitur vna.

Cicero[g] Sed si contentio quædam & comparatio fiat, quibus plurimum tribuendum sit officij: principes sunt patria, & parentes, proximi liberi, totáque domus, quæ spectat in nos solos, neque aliud vllum potest habere perfugium. Sic & in sacris literis domus dei pro populo Israëlitico, dum dominus ad Aaron sic loquitur.[h] At non talis seruus meus Moyses, qui in omni domo mea fidelissimus est. Alibíque domus suæ nomine Dauid genus suũ intelligit, cum ait.[i] Et locutus es pro domo serui tui in longinquũ. Et iterum, Nunc incipe & benedic domum

r Doct. d. l. parentes d. c. cum oporteat & d. c. literas.
s Duare. disp. anniuer. lib. 1. cap. 28. r. d. l. etiam.
u d. §. furta.
x l. cum vnus ff. de alim leg. l. 1. C. de emenda. propinq. Alcia. l. lecta ff. si cert. peta. ver. de domo & l. pronunciatio §. familia ff. de verb. signific.
y Virgil. 1. Aeneid.
z Virgil. 3. Aeneid.
a Virgil. 5. Aeneid.
b Virgil. 12. Aeneid.
c Horat. car. lib. 1. od. 6.
d Horat. car. lib. 3. od. 3.
e Ouid. metamo. lib. 8.
f Iuue. saty. 3.
g Cic. offic. lib. 1.
h num. 12.
i 2. Reg. 7. cap. Aug. de ciuitate dei li. 17. cap. 12.

A ſerui tui vſque in internum. Vnde & ex noſtris Paulus, fratrem etiam domeſticum appellat dum ait. [k] In actore ciuitatis conſtituendo, fratris etiam ſuffragium prodeſſe, quod id non quaſi domeſtica perſona, ſed quaſi decurio frater dederit. Sed quia nouiſſimè Ioannes Robertus, Duareni (vt apparet) parum ſtudioſus, quę ab eo citantur teſtimonia non admittit,[l] neq; etiam fortè noſtra probaturus eſt, vt quæ non magis vrgere videantur, adducam & alia quibus ſi fieri poſſit, de ſua ipſum ſententia dimoueam: Et illud imprimis, quod apud Paulum alibi, domus
B pro tota familia, gente, & agnatione accipitur, dum ita ſcribit. [m] Præſes cum cognoſcit de ſeruo corrupto, vel ancilla deuirginata, vel ſeruo ſtuprato, ſi huiuſmodi homo corruptus eſſe dicitur, vt non ſolum iactura aduerſus ſubſtantiam, ſed ad totius domus euerſionem pertineat, ſeueriſſimè animaduertere debet. Item quòd Leonina quadam conſtitutione, coloni noſtri, quamuis nobiſcum non degentes, inter perſonas domeſticas connumerantur, [n] vſque adeò vt plerique eos etiam à dicendo pro dominis teſtimonio arcendos exiſtiment, idq; etiam vſu receptum eſſe contendant: [o] quod & Conſtantinus Her-
C menopulus credidit, [p] Colonus (inſit) ad teſtimonium pro locatore dicendum repulſus eſt, & Iudex dicebat, teſtes omni ſuſpicione carere oportet, ſed is qui alicui amicitia iungitur, non poteſt non ſuſpectus haberi: non igitur extra ſuſpicionem eſt colonus, atque ideo eſt reiiciendus. Vt ſic longè maiori ratione frater, domeſticus dici debeat. Quod ſi quis cum Salyceto ſubſcriptoribúſque eius dicat, domeſticos quidem aliter, atque aliter pro re ſubiecta accipi, [q] ita vt coloni etiã hoc nomine quandoque comprehẽdantur: [r] quantum tamen ad teſtimonia ſpectat, domeſticos tantum accipiendos, quibuſcum nobis conui-
D ctus ſit: [s] reſpondebo diſtinctionem hanc nulla lege probari, domeſticorúmque teſtium nomine etiam propinquos & cognatione nobis iunctos intelligi. Quod & Cicero libro de oratore 2. his verbis indicat: Quos tum vt pueri refutare domeſticis teſtibus, patre, & C. Aculeone propinquo noſtro, & L. Cicerone patruo ſolebamus. Vt ſic dilucide liqueat, fratrẽ etiam domeſtici teſtis appellatione cõtineri, idcircoque & teſtimonium eius vti ſuſpectum reiici debere. [t] Nam ſi domeſticus non eſſet: quænam, dii boni, ratio ſuaderet, illius teſtimonio credi, in negotio fratris, quo cum illi tanta intercedit neceſſitudo, adeóque propinqua ſanguinis coniunctio, vt eum habeat ferè alte-

k l. item eorum ff. quod cui. vni.

l Ioann. rober. ſent. iur. lib. 4 cap. 2.

m l. fin. ff. de offic. præſ.

n l. fin. C. de his qui ad eccleſ. confug.

o gloſ. §. in teſtib. inſt. de teſtam. Alber. d. l. etiam Iaco. à ſanctò Geor. l. nullus & l. teſtes ff. de teſt.

p Conſtanti Herme. in epito. iur. ciui. tit. de teſt.

q Salice d. l. teſt. ff. de teſt. Æmil. Ferre. eod. tit. l. 1.

r d. l. fin. de his qui ad eccleſ. confug.

s d. §. furta.

t d. l. etiam.

v Non. Marcell. post nigidium in lib. de prop. ser.

rum,[v] post parentes liberósque proximum, quem omni fauore prosequatur: in cuiusque gratiam verisimile est, nihil non illum pro testimonio dicturum: quod ei commodo, vsuique futurum credat? Vix enim vnquam frater solet fratri deesse: vt non immerito prouerbio celebretur illud, Frater viro adesto.[x] Quod de fido auxilio dici solet Homer.[y]

x Plat. in dial. de repub. seu de Iusto.

y Home. Ily. 21.

Φίλε κασίγνητε, σθένος ἀνέρος ἀμφότεροι περ σχῶμεν id est.

Frater amice, hominis pariter compescere vires
Ambo huius studeamus.

z Home. Ily.

Et alibi.[z]

Δηΐφοβον δ᾽ ἐκάλει λευκάσπιδα μακρὰν ἀΰσας id est.

Deiphobum fratrem intento clamore vocabat.

A Cic. de finibus bono. & malo. lib. 5.

Vnde & fraterni amoris & consensus fraterneq; beneuolentiæ, coniunctionis & concordiæ frequenens apud Ciceronem. A Et L. Cicero frater noster, cognatione patruelis, amore germanus. Et alibi. B Ego dolori tuo non solũ ignosco, sed summam etiam laudem tribuo: meus enim me sensus, quanta vis fraterni sit amoris admonet. Et rursum Amoris vero erga me, cum à fraterno amore, domesticóque discessi, tibi primas defero.[a] Et iterum.[b] Cum te desidero fratrem solum desidero, ego vero suauitate propè fratrem, propè æqualem, obsequio filium, consilio parentem. Et mox paucis interpositis: Quem meus Cicero & amabat vt fratrem, & vt maiorem fratrem verebatur.[c] Et rursum alibi. Charitate mouentur homines, vt deorum, vt patriæ, vt parentum, aut amore, vt fratrum, vt coniugum, vt liberorum, vt familiarium. Et iterum.[d] Cura vt valeas, & nos ames & tibi persuadeas te à me fraternè amari. Et alibi.[e] Quod si penitus perspicere posses concordiam Ligariorum, omnes fratres tecum iudicares fuisse. An potest quisquam dubitare, quin si Q. Ligarius in Italia esse potuisset, in eadem sententia futurus fuerit, in qua fratres fuerunt? quis est, qui horum consensum conspirantem, & penè conflatum, in hac propè æqualitate fraterna non mouerit? qui hoc non sentiat, quiduis prius futurum fuisse, quam vt hi fratres diuersas sententias, fortunásque sequerentur. Et rursum alibi.[f] Sequuntur fratrum coniunctiones, post consobrinorum sobrinorúmque: qui cum vna domo iam capi non possunt, in alias domos, tanquam in colonias exeunt. Salustius in Iugurtha: Quis autem (inquit) amicior quàm frater fratri? Quintil.[g] Quæ potest amicitia esse tam fœlix, quæ imitetur fraternitatem? certè quoties blandiri vo-

B Cic. epist. lib. 5. ad Q. Metellum.

a Cic. ad Att. lib. 1.

b Cic. ad Q. fratrem lib. 1. epist. 3.

c Cic. in partitio.

d Cic. 1. ad Atticum.

e Cic. in orat. pro Q. Ligario.

f Cic. offic. lib. 1.

g Quintil. decl. 321.

A lumus his, qui esse amici videntur, nulla adulatio procedere vltra hoc nomen potest, quàm vt fratres vocemus. Fraterni etiam fœderis, fit à plerisque mentio: veluti ab Horatio cum ait. [h]

--- Vbicumque locorum
Viuitis indigni fraternum rumpere fœdus.

Hoc autem fœdus, longe firmius, & sanctius esse debet, quàm amicorum quæuis necessitudo: vt ex eo manifestum sit, quod Hesiodus vetat, tantidem amicum, quanti fratrem facere. Pulchre itaque Homerus facit Telemachum calamitatis loco deputare, quòd fratre careret. [i]

B

Vsque adeo nostram gentem Saturnius orbam
Reddidit, vt me stirps dependeat omnis ab vno.

Extant & apud veteres quam plurima fraterni amoris exempla, quale illud est de P. Rutilio qui morbo leui impeditus, nunciata fratris repulsa in Cõsulatus petitione illicò expirauit. [i] De Polluce qui apud se quendam in fratrem susurrantem pugnis interfecit: factus immortalis à Ioue, semideus fieri maluerit, quo Castori fratri diuinitatem impertiret. [k] Sicque fratris mortem suo interitu redemit: de quo Virgilius. [l]

C

Si fratrem Pollux alterna morte redemit.

De Lucano & Tullo, quorum amorem Martialis, Castoris & Pollucis amicitiæ idcirco anteponit, quòd alter alteri, ne superstes esset in votis habuerit: cupieritq; alter alterum æuum vtriusque peragere. Martialis. [m]

Si Lucane tibi, vel si tibi Tulle darentur:
Qualia Ledaci fata leones habent.
Nobilis hæc esset pietatis rixa duobus.
Quod pro fratre mori velles vterque prior.
Diceret infernas si quis prior isset ad vmbras,
Viue tuo frater tempore, viue meo.

D

Et alibi. [n]

Quod semper superos inuito fratre rogasti,
Hoc Lucane tibi contigit ante mori.
Inuidet ille tibi, stygias nam Tullus ad vndas
Optabat, quamuis sit minor, ire prior.
Tu colis elysios, nemorisque habitator amœni
Esse tuo primum nunc sine fratre cupis,
Et si iam nitidis alternus venit ab astris,
Pro Polluce mones Castora, ne redeat.

h *Horat. ad Iulium Flo. epist. lib. 1.*

i *Homerus odyss.*

i *Plin. lib. 7. cap. 36.*

k *Lucia. in dyalo. Apol. & Mercur.*

l *Virgil. 6. Æneid.*

m *Martial. epigr. lib. 1.*

n *Martial. epigr. lib. 9.*

De Proculeio, qui Scipione & Murena fratribus bello ciuili A spoliatis, patrimonium suum ex integro diuiserit, quod cum eis iam ante post patris obitum diuiserat. De quo ad hunc modum scripsit Horatius. [o]

o Horat. carm. lib. 2. od. 2.

Viuet extento Proculeius æuo,
Notus in fratres animi paterni:
Illum aget penna metuente solui
Fama superstes.

De Pandaro, qui pro vltione fraternæ cædis, contra Turnum irruens, libenter se morti obiecit, de quo Virgilius. [p]

p Virgil. 9. Æneid.

—Tum Pandarus ingens. B
Emicat, & mortis fraternæ feruidus ira
Effatur, &c.

De milite illo Romano, qui in bello ciuili dum occiso spolia detrahens, fratrem, nudato cadauere agnouisset, ciuilia bella detestatus, seipsum ibi perimens fraterno corpori adiunxit. [q] Item & de Persica illa muliere Intaphernis vxore, cui (vt est apud Herodotum) cum Darius optionem dedisset, vnum ex victis supplicioque addictis domesticis suis, quem vellet liberandi, prætermissis viro & filiis, fratrem elegit, inquiens: Alius (si Deus volet) maritus, alii liberi possunt contingere: at non alius C frater defunctis parentibus. [r] In qua etiam sententia apud Sophoclem est Antigon. cui similiter marito, & liberis frater potior est, sic enim illa.

q Augusti. de ciuitate Dei lib. 2. ca. 25.

r Herod. lib. 3. in Thalia.

Neque vero vnquam si mihi
Natura dedisset, vt pulchra fierem
Prole mater, & obijssent liberi,
Aut si maritus morte consumptus foret:
Nunquam, inquam, mi isthæc ego inuitis ciuibus
Subeunda iudicassem pericula. D
Sed in cuius legis hæc dico gratiam?
Quod functo marito adforet mox alius:
Sed & ex alio semine liberi
Suscitarentur, istis si orba forem.
At vero sepultis patréque matréque,
Haud alius vnquam suscitari queat
Mihi frater.

Iuuat, & illud nostram hanc sententiam quod Labeonem Antistium scripsisse refert Gellius, sororem appellatam, quod quasi seorsum nascitur, separaturque ab ea domo in qua nata est,

A est, & in aliam familiam transgreditur: fratrem verò dictum quasi fere alterum, quia in ea domo & familia qua natus sit maneat.[s] Ideoque & Cicero ad Cælium de fratre loquens. Quoniam (inquit) alterum me reliquissem,[t] aquo non ita multum abhorret, quod Isidorus fratres dictos existimat, quod sint ex eodem fructu, id est, ex eodem semine nati.[v] Vnde & frater à Symmacho dictus viscera propria,[x] quasi in naturæ vinculis nihil sit fratrum charitate copulatius. Quintilianus. Quid est (inquit) aliud fraternitas quàm diuisus spiritus?[y] & Græcis adelphi quasi ὁμόδελφοι quod ex eodem prodierint vtero. Nam δελφοὺς

B Græcis vuluam sonat.[z] Eámque ob rem & Aristoteles, Fratres (inquit) inter se diligunt, quod ex iisdem orti sunt parentibus. Quæ enim ipsis cum illis est coniunctio, eadem inter illos efficit. Itaque eundem sanguinem prædicant, candémque stirpem & sobolem, cæteráque generis eiusdem. Sunt igitur (subdit ille) in diuisis sciunctisque rebus res eadem quodam modo[A] quod & sentire Symmachus videtur, cum fratrē sui partem esse scribit. Hunc (infit) vt amicissimum fratrem, vel quod est verius partem mei diligas.[B] Tanta autem est fraterni amoris vis vt quod alter velit, alteri sit non ingratum, neque seorsum alter ab

C altero sentiat. Ad quod alludens Horatius.

--- Hac in re scilicet vna.
Multum dissimiles, ad cætera pene gemelli,
Fraternis animis, quicquid neget alter, & alter
Annuimus pariter vetuli, notique columbi.

Vnde manifestum fieri videtur, fratris testimonium omnino reiiciendum esse: cum dicat Callistratus id cumprimis in persona testis obseruandum, ne amicus ei sit, pro quo testimonium dat.[a] Alibique traditum sit à tutelæ munere eum excusari, cuius frater cum pupillo litem habeat, vel habiturus sit:

D quia verisimile sit fraterno affectu impeditum eum iri, ne defensioni pupilli studiosè & accuratè incumbere possit.[b] Quam ego sententiam vti æquissimam, etiam si legibus nostris hac de re nihil expressum esset, adhuc tamen tueri vellem. Nec ab ea me reuocaret, quod dicitur, omnibus dicendi testimonii ius esse, quibus lege interdictum id non sit:[c] quodque vulgo traditur, vbi lex aliquid non exprimit, nec id nos adiicere debere, quasi nec ea sit legis intentio.[d] Non enim locus huiusmodi regulis est, in ijs quæ magis arbitrio iudicis lex commisit, quàm vt super ijs statuendum quidquam putauerit,[e] veluti in probanda

s Gell. noc. lib. 13. cap. 10.
t Cic. famil. lib. 2.
v Isido. etymologiarum lib. 10. cap. 6.
x Hierony. in Amos lib. 1. cap. 1.
y Quintil. declama. 321.
z Eras. in scholijs suis in Hierony. epitaph. Nepotia.
A Arist. ethico. lib. 8.
& Symmac. l. 2. ep. 125.
B Horat. ad Fuscum epistolarum l. 1. epistola 10.
a d. l. 3. ff. de test.
b l. humanitatis C. de excusa. tuto.
c d. l. 1 ff. de test.
d l praeses 2. ff. de offi. praesid. l. de precio ff. de pub. in rem act.
e l liberti ff. de off assess.

fide testium, de qua lex sic adiudicẽ: Tu magis scire potes quanta fides habenda sit testibus.[f] Quamobrem cum quæreretur an calumniæ dãnatus, in publicis iudiciis testimonium perhibere posset, licet leges Rhemia, Iulia de vi repetundarum, & peculatus eum hominem testimonium dicere non vetuerint, respõdit Papinianus, non ideo minus à dicendo testimonio arcendum esse: quodq; legibus omissum est, religione iudicantium suppleri debere ad quorum officium pertinet, eius quoq; testimonij fidem, * quod integræ frontis homo dixerit, perpendere.[g] Crebriore tamen interpretum nostrorum consensu receptum est: fratris testimonium, in causa etiam capitali, ad subleuandum fratrem admitti,[h] cum Pontificia quadam constitutione traditum sit, posse reum impietatis in deum, illatum sibi crimen, fratris etiam testimonio diluere.[i] Tantum enim faueri innocentię aiunt, vt ad eam probandam testes etiã minus idonei recipiantur: idque maxime, cum fisci solius interest, neque præter eum, eiusve procuratorẽ alius accusat.[k] Non enim lucri, quod cum aliena iactura forsan percepturus sit, habenda ratio est:[l] quandoquidem vt & Papi. scribit, pœnæ non irrogatæ indignatio, solam duritiem continet.[m] Ego verò in eo etiam casu vix crediderim fratrem idoneum irrefutabilémque testẽ esse, ne hac via impunè omnibus sit deliquisse, qui fratres habeant. Quis enim crediderit, fratrẽ, vt vitæ salutique fratris, prospectum eat quicquid ad eum purgandum pertinere putauerit, pro testimonio non dicturum? nemo sanè qui recti sit iudicij: Quod enim dicitur, amicis vsque ad aras cõmodandum, id est, eatenus ne propter eos numinis reuerentiam violemus:[n] vix de fratribus accipi potest, quibus tum maximè cum de vitæ periculo agitur, nihil quod ad tuendam fratrum salutem spectet, non licere videtur. Vt haud abs re dictum sit ignoscendum ei esse, qui quaqua via, sanguinem suum redemptum voluerit.[o] Id quod & Virgilius eleganter sub persona Iunonis exprimit, sic enim illam ad Inturuam, de Turni fratris singulari certamine cum Ænea congressuri, salute, solicitam loquentem facit.[p]

A B C D

f d. l. 3. §. 1. ff. de test.

g l. quæsitum ff. de testi.

h Bal. Saly. & a. j. l. l. parentes iaco. l. pater & filius ff. eod.

i c. literas de præsumpt. Specul. tit. de inqui. §. 1. versic. sed ne quid Ana. cons. 59.

k d. c. literas.

l Arg. l. si quis vxori §. fin. ff. de furt.

m l. seruus ea lege ff. de ser. export.

n Gell. noct. att. lib. 1. c. 3.

o l. 1. ff. de bo. eo qui mor. sibi cõsci.

p Virgil. 12. Æneid.

* Quod integræ frontis) Papinianus dicit hominem integræ frontis, figuratè pro homine integræ famæ opinionis, dignitatis, inquit Cuiacius in l. quæsitum D. de testibus. Sed propie admodum hominem integræ frontis citra Metaphoram, non dici pro homine qui frontem integram habet, idest, non compunctam notis, non inscriptam, vt habent calumniatores, qui in iudicio publico calumniati sunt, quorum fronti ex lege Remia inuri solebat litera R. quæ calumniam significabat hinc Plinius in Panegyrico Nunc, inquit, non vt antea exanguem illam & ferream frontem, ne quicquam vulneratam punctis præbeât, & notas suas rideant.

Productos in se testes generatim omnes Mæuius, Nebulones, stigmaticos, errones, famosos atque intestabiles factos esse dixit, pridie Calend. Septemb. 1509. cum ab inquisitorijs curiæ classibus, ad ipsius curiæ, curiam, generalem testium omnium reprehensionem admitti placuit, tãtum quippe in omnibus generale valere, quantum singulare in singulis, & omnes infamia notatos, vel alia quauis ratione refutabiles, quid prohibet vno eodemque luto commaculare, vt supradicto iudicio definitum est.

A *Tu pro germano, si quid præsentius audes,*
Perge, decet.

In quem locum Seruius, Præsentius, inquit, id est efficacius, vehementius, nam decet germanum illicita etiam pro fratris salute tentare. Et iterum Iuno vt Inturnam mœstam & lachrimabundam videt.

Non lachrimis hoc tempus, ait Saturnia Iuno,
Accelera: & fratrem si quis modus, eripe morti
Aut tu bella cie, conceptumque excute fœdus:
B *Author ego audendi.*

Quibus verbis apparet Inturnæ Iunonem suadere, vt si aliter fratrem ereptum ire non possit, fœdus infectum reddat: neque enim id sibi dedecori futurum. Adde quod & plerique, gratuitum se deo obsequiũ præstare credunt, si testimonio suo quamuis falso, reum criminis à periculo mortis eripiant: in qua sententia fuisse videtur & Cicero, qui tale mendacium, quod pro salute alicuius dicitur, reprehensione minime dignum esse censet: vocatque misericors & honestum: [q] Quod si (ait) probare Cæsari possemus, in Africa Ligarium omnino non fuisse: si honesto & misericordi mendacio, saluti ciuis calamitosi consultum esse vellemus: tamen hominis non esset, in tanto discrimine & periculo ciuis refellere & coarguere nostrum mendacium. Ideoque & alibi, si qua fortuna acciderit, vt minus iustæ voluntates amicorum adiuuandæ sint, in quibus eorum aut caput agatur, aut fama, declinandum esse de via scribit: [r] quod & ante eũ Chiloni illi Lacædemonio visum fuerat. Is enim conseruandi amici causa, paululum de via deflexisse fertur, falsumque pro salute ipsius consilium dedisse.[s] Et vt demus verè Christianum hominem, hasce Chilonis, Virgilij, & Ciceronis sententias non probaturum, sed Pericli potius illi Atheniensi accessurum, qui ab amico rogatus, vt pro re causaque eius falsum deieraret, his ad eum verbis vsus est, opus est me amicis opitulari, sed vsque ad Deos: [t] nemo tamen inficias ibit cum eo qui pro salute fratris, falsum dixerit, benignè, misericorditerque agendum esse. Nam & id receptissimum est, fauori consanguineorum tantum tribui, vt quod in gratiam illorum facinus admissum sit; asperè grauitérque non vindicetur. * Vnde

C (margin, beside "nesto & misericordi mendacio")
D (margin, beside "tentias non probaturum")

[q] Cic. in orat. pro Q. Ligario.

[r] Cic. in Lælio.

[s] Gell. d. cap. 3. lib. 1.

[t] Plut. in apoph. græc. Gell. d. cap. 3.

* Huguetus præfectus vigilum cum esset in vinculis ædium publicatum Burdig. ostio carceris ab vxore occupato euasit, at vxor pro marito retinetur. tamen decreto Burdigal. an. 1602. absoluitur contra l. 2 D. de receptatoribus, quæ ait eos apud quos affinis vel cognatus latro conseruatus est, neque absoluendos neque seuerè admodum puniendos. placitum istud aduersatur constitut. Francis II. an 1559 & Caroli IX moli. art. 16. quibus infligenda pœna mortis aut alia, damnatorũ receptatoribus, at hæ constitutiones abiere in desuetudinem.

& Paulus eos apud quos affinis, vel latro cognatus conseruatus est, non admodum seuerè puniendos scribit: quod (ait ille) non sit par eorum delictum, & eorum qui nihil ad se pertinentes latrones recipiunt.[v] Alibique traditur, emansori militi, veniam concedi, qui hoc parentum & affinium affectioni dederit, vt aliquandiu à signis abesset:[x] neque lege illa, qua eum qui sacris interdictum sit, auersari, colloquióque abigere debemus, consanguinei comprehenduntur.[y] Tollit siquidem sanguinis ratio, omnem inimicitiæ præsumptionem: & qui in gratiam consanguineorũ offendunt, magis pietate, sanguinisque affectu, quàm dolo duci videntur.[z] Cum itaque sciat, vel scire possit frater, testimonium, quod pro salute fratris dederit, crimini illi assignatum non iri, aut saltem ob id grauem sibi pœnam subeundam non esse: quis dubitat, quin fratris salutem, leui famæ vel rerum suarum iacturæ, prælaturus sit? Illúdque in animo habiturus, quod Theophrastus dicebat, paruam & tenuem turpitudinem, vel infamiam subeundam esse, si ea re magna vtilitas amico quæri possit? Rependitur quippe, & compensatur leue damnum delibatæ honestatis, maiore alia, grauioréque in adiuuando amico honestate: maiórque illa labes, & quasi lasciuia famę immissentis, partarum amico vtilitatum ratione solidatur.[A] Vt sic perspicuè probatum videatur, fratris testimoniũ etiam cum de subleuando fratre agitur, admittendum non esse, ne via aperiatur periuriis, inuitentúrque homines ad delinquendum: nemo enim ignorat maximam esse illecebram peccandi, impunitatis spem.[a]

Id autem apud nostrates Armoricos, lege constitutum est, ne in lite vlla, patrueles, consobrini, sobrinique amitini, & qui propiore gradu sint, sibi inuicem testimonium dicant: nisi eodem sanguinis gradu vtrique litigantium coniuncti sint, tunc enim testificari illis licet:[b] quod vulgo traditum sit, parem affectionis causam suspicionem omnem remouere.[c] Idem si de re mobili agatur, quæ centum solidorũ monetæ nostræ valorem non excedat: multa enim propter rei tenuitatẽ aduersus communes iuris regulas introducta sunt.[d] Vnde & in iudicariis actionibus, cum de rebus leuibus ciuiliter agitur, vel cum de modicis criminibus accusatio instruitur, dilationes amputantur, summariéque & de plano magis proceditur:[e] ita vt vulgo traditum sit, de rebus minimis nullam esse Prætoris curam.[f] In causa verò capitali, omnes qui sanguine accusatori

v l. 2. ff. de recept.

x l. qui cum vno §. fin. ff. de re milit.

y c. inter alia ext. de sentẽt. exco.

z l. vestem vbi ange. ff. de in. iur. l. fin. de præuarica. ff. Alber. d. l. 2. ff. de recept.

A Gell. d. c. 3. lib. 1.

a Cic. in orat. pro Milo.

b Cõsuet. Brit. art. 161. & 8. tit. de proba.

c l. non solum §. 1. ff de ritu nupt. Bart. d. l. qui testamẽto ma- vi a. d. c. cum oporteat post glos. can. consanguinei 3. q. 5. Fely. d. c. literas.

d l. Senatus §. Marcellus ff. de leg. 1.

e Authen. nisi C. de sen. exper. l. Leuia ff. de accusa.

f l. scio ff de rest. in int. Alci. lib. de verbo sig. 1.

A iunguntur,* ad nonum vſque cognationis, vel agnationis gradum, à teſtimonij dictione arceantur, niſi qui pariter reo coniuncti ſint: nam & ij etiam accuſatori teſtimonium dicunt,[g] cum nihil ſit cur minus huic, quàm illi fauere velle ſuſpicari poſſimus.[h]

g d. tit. de probat. art. 9. & textus voluminis 162.

h d. l. non ſolum Fely. d. c. literas.

* *Ad nonum vſque.*] Quidam parentum & conſanguineorum teſtimonium intra quartum gradum reiiciendum exiſtimāt. Iuxta rationem conſtit. Bleſenſis art. 117. alij vero, vt Maynardus vltra quartum gradum: idque non ſolum in criminali lite, ſed etiam in ciuili locum habere volunt. ego vero intra decimum gradum conſanguineos à teſtimonio arcendos reor. ad quem gradum ſucceſſionem ab inteſtato locum habere voluit Iuſtinianus. Nam inter nobiles ratio ſanguinis longiſſimè extenditur, ne ſplendor familiæ turpitudine
B & dedecore commaculetur.

Teſtis idoneus an Collega collegæ ſit, & commilito commilitoni.

CAP. III.

C ALibi admonuimus, cum de neceſſitudine illa qua conſtricti, coniunctique inuicem collegæ ſunt, ageremus, iuſtam illam & legitimam reiectionis eſſe cauſam, cum quis incidit in Iudicem aduerſarij ſui collegam, & qui eiuſdem cum eo officij, ac poteſtatis ſit credibile enim eſſe, illum ad collegam inclinaturum. Socij quippe & confeſſores ij ſunt, fratréſque & contubernales à pleriſque appellantur. Qua ratione ſunt qui putent, collegam etiam in negotio collegæ teſtem idoneum non eſſe: Non enim ſocius ſocio teſtimonium dicit.[a] ſicut nec frater fratri,[b] vel contubernalis contubernali, aut confeſſor confeſſori.[c] Et ſicut
D in iudicando collegæ mutuò ſibi fauere creduntur, dum alter ab altero gratiam parem expectat, ita veriſimile eſt, inuicem illos teſtimonium ad gratiam daturos, neque quenquam eorum, vel à falſi dictione temperaturum, ſi ipſius opera in dicendo teſtimonio alter vti velit. Mentiri enim pro collega vel commilitone quibuſdam religio nō eſt. Vnde & illud Statij ad Stellam: Et tu fortaſſe pro collega mentieris, Id quod in cauſa Q. Tyberilij & Sex. Digitij (quos inter de murali corona ambigebatur) contigiſſe Liui. memorat. Cum enim dediſſet Scipio tres recuperatores, qui cognita cauſa, teſtibúſque auditis, iudicarent vter

a Gloſ. & doct. l. quiliberi C. de teſt.

b l. etiam C. de teſt. dixi ſup. cap. proximo.

c Cic. in ora. pro L. Flac.

prior in oppidum transcendisset: iique consedissent causam cogituri, neutri eorum commilitones sui defuere, vtrinque parati falsum pro commilitone testimonium dicere. Stabant quippe (infit Liui.) hinc legionarij milites, hinc classici per omnes deos apparati, iurare magis quæ vellent, quam quæ scirent vera esse: & obstringere periurio non se solum, suúmque caput, sed signa militaria & aquilas, sacramentique religionem.[d] Vt sic idonei, & qui suspicione careant, testes collegæ esse non videantur. Quorum (vt est apud Demosthenem contra Cononem) splendida, & magnifica solét hæc esse verba, an non aliis alij mutua testimonia dicemus? an non hæc sodalium & amicorum officia sunt? Quamobrem & in oratione pro L. Flaco Cic. testes accusatoris contubernales confessorésque refellit, quod vix fieri possit, vt sine studio & cupiditate vel gratia testimoniũ dicant. Et hæc quidem sunt in hac parte.

In alia est, quod Arcadius dixit, tam in causis criminalibus, quàm pecuniariis litibus, sicubi res postulat, testes omnes adhiberi posse, quibus testimonium interdictum non sit.[e] Non enim lex vlla vel constitutio extat, quæ à dicendi testimonij facultate collegam submoueat. Quapropter & qui in sacrum canonicorum sodalitium assumptus fuerit, collegæ sodalique suo (quem concanonicum vocant) testimonium rectè dabit, sicut & scholasticus condiscipulo, & militi cõmilito.[f] Nec ad rem pertinet quod diximus sociũ testem idoneum non esse. Id enim de eo accipiendum est, qui bonorum omnium socius sit. Nam cum in huiusmodi societate omnes res, quæ coeuntium sunt continuò communicentur[g] is non socio tantum, sed sibi etiam ipsi, & in re propria testimonium diceret,[h] Quod quàm absurdum ridiculúmque sit, quis non videt? Quod verò ad eum spectat, qui rei vnius societatem inierit, dubium non est quin testimonium socio dare possit: dummodo ea de re non disceptetur, de qua coita societas sit, neque aliter ipsius qui testimonium dicturus sit, priuatim intersit.[i] † Cum igitur quibuscum rei alicuius particularis contracta est societas, quamuis priuati nec vllo in magistratu positi, non ideo minus testimonium dicant, non video cur collegę, & qui dignitatis tantùm cõmunione socij sunt, arceri debeant. Nam & quãuis iudices dati in negotio collegæ, reiectione fugari possint, non idcirco consequens est, testes idoneos

d Liui. 2 belli puni. lib. 6.

e l. 1. ff. de test.

f Glo. & doct. in cap. cum R. de offic. deleg.

g l. 1. ff. pro socio.

h l. nullus ff. de test.

i Ange. & Iacob. a sanc. Geor. l. si duo rei ff. si quis caut. glo. Saly. & alij d. l. quoniã liberi docto. cap. insuper de test. & §. legatarij instit. de testam.

† Quæ dicit hic Langlæus aliena sunt à vsu, nam socius in causa socij, licet vnius rei inita sit societas, testis esse non potest.

A neos non esse: non enim quæcumque causa reiiciendo iudici sufficit, eadem refellendo testi est idonea. Cuius rei illa est ratio, quòd multo plures reperiantur qui ius reddant, quàm qui testimonium dare possint, quódque vulgo dici solet, probationibus fauendum, neque eas in arctum cogendas esse. Quò fit vt nouissimam hanc sententiam amplecti malim, quam & eruditissimis plerisque probari scio: extaréque apud veteres exempla multa eorum, qui collegis, commilitonibúsque suis reis criminum postulatis testimonium dederunt, magnóque illis adiumento in tuenda innocentia fuerunt: quale est illud de A. Vir-
B ginio, qui Spur. Seruilium collegam suum in Consulatu (cum à L. Ceditio, & T. Statio Tribunisp. dies ei dicta esset, eique prœlium cum Tuscis ad Ianiculum crimini datum) testimonio suo subleuauit. De quo Liui. Iuuit (inquit) & Virginius collega testis productus participando laudes. [k] Item & aliud de Cæsone Quintio, quem capitis discrimine, commilitonum suorum testimoniis liberatum Liui. tradit: cum M. Volscius fictor testimonio illum suo grauiter læsisset, ceu is Volsci fratri natu maiori, necis causam attulisset. Cum enim eorum, qui vnà cum Cæsone stipendia fecerant, testimoniis apparuisset, eum tum
C cum Volscij frater interfectus dicebatur, in acie fuisse: ille non tantùm capitis discrimen euasit, sed Volscius etiam testimonij falsi cõuictus damnatúsque Lanuuium exulatum abiit. Quod vt planius fiat, Liuij verba adscribam. Præmebat Cæsonem, quod M. Volscius fictor, qui ante aliquot annos Tribunuspl. fuerat, testis extiterat, se haud multò postquàm pestilentia in vrbe fuerat, in iuuentutem grassantem in Suburra incidisse: ibi rixam natam esse: fratrémque suum maiorem natu, necdum ex morbo satis validum pugno ictum à Cæsone cecidisse semianimem, inter manus domum allatum, mortuúmque inde arbi-
D trari. Et rursum quibusdam interpositis. Multis enim emanabat indiciis neque fratrem Volscij (ex quo semel fuerit æger) vnquam visum in publico: nec iis temporibus, in quæ testis crimen coniecisset, Cæsonem Romę visum: affirmantibus qui vnà meruerant, secum eum tum frequentémque ad signa sine vllo commeatu fuisse. [l] Accedit quod C. Cornelium imminutæ Tribunitiæ maiestatis reum ad obiectum sibi crimen diluendum collegarum suorum testimoniis vsum, scriptum apud Ciceronem inuenimus, his verbis: Codicem legisse dicebatur: defendebatur testibus collegis suis non recitandi causa legisse

k Liui. dec. 1. lib. 2.

l Liui. dec. 1. lib. 3.

m Cic. in Vatinium.

sed recognoscendi. [m] Ex his itaque dilucidè liquere cuiuis arbitror: collegarum vel commilitonum testimonium reiiciendum non esse: qua tamen in re plurimùm, pollere iudicis arbitrium putauerim, qui diligenter dispiciet, quo affectu prosilire ad dicendum testimonium testis videatur, vt si vel gratia, vel cupiditate duci comperiat, nihil aut parũ fidei sibi adhibeat. [n] Id quod prudenti circumspectóque iudici perceptu haudquaquam difficile fuerit. Nam & hoc in ea controuersia, quæ inter Tyberilium & Digitium de murali corona fuit, animaduersum fuisse à C. Lælio altero ex recuperatoribus à Scipione datis, his verbis Liuius ostendit. Lælius, relicto consilio ad tribunal ad Scipionẽ accedit, eúmq; docet rem sine modo ac modestia agi: stare hinc legionarios milites, hinc classicos apparatos iurare magis quæ velint quàm quæ sciant iusta esse. [o]

n l. 3. ff. de test.

o Liuius 2. belli punici lib. 6.

Condiscipulus an condiscipulo testis sit idoneus?

Cap. IIII.



Vperiori quæstioni affinis est illa de qua comperi dubitatum à peritioribus aliquando, an condiscipulus condiscipulo, & qui iisdem cum eo studiis initiatus, ab iisdémque præceptoribus institutus sit, testimoniũ dare possit. Et quosdam non leues nec contemnendos Pontificij iuris interpretes in ea esse opinione, vt putent posse, quod id ei nulla lege prohibitum reperiatur: [a] testimonium autem dicat quiuis, cui id lege interdictum non sit. [b] Nam commilitonem commilitoni idoneum testem esse docuimus, hunc autem rectè commilitonem dici, videri quippe iisdem in castris & sub iisdem signis meruisse, qui iisdem studiis inchoatus ab iisdémque præceptoribus edoctus fuerit. Et vt demus condiscipulos vt plurimùm inter se amare, cum tamen amicitia virtutis & fidei nomen sit, non videtur admittendum, vt propter eam fidei minus testi adhibeatur. [c] Contrà, alij maiorem esse necessitudinem illam aiunt, quàm vt affectu carere possit: at qui affectibus seruit extra suspicionem non est, neque ideo testis idoneus est: siquidem testes, vt ait Callistratus, carere omni suspicione oportet. [d]

a Glosa Felinus & alij cap. cum R. de off. deleg.

b l. 1. ff. de testibus.

c Bald. l. eos C. de test. Alcti l. late §. amicos ff. de verb. signif.

d l. 3. ff. de test.

Quod

A Quod autem condiſcipulatus ſit arctiſſimum conciliandæ perpetuóque retinendæ amicitiæ vinculum, clarius eſt quam vt probatione vlla egeat. Nam à primis ſtatim ætatibus in eandẽ coire vitam, habet aliquem fraternitatis affectum: duránt que, vt eſt apud Quintilianum à teneris annis amicitiæ ad ſenectutem vſque firmiſſimæ religioſa quadam neceſſitudine imbutæ: Nec eſt ſanctius ſacris iiſdem quàm ſtudiis initiari. [e] Eſtque ideo huius neceſſitudinis crebra apud ſcriptores mentio, de qua Cicero pro Sylla: Veniebat, inquit, ad me & ſæpè veniebat

B Antronius multis cum lachrimis ſupplex vt ſe defenderem, & ſe meum condiſcipulum in pueritia, familiarem in adoleſcentia, collegam in Quæſtura cõmemorabat fuiſſe. Et alibi. [f] Quãquam nos ab ineunte illius ætate vſus, conſuetudo, ſtudiorum etiam honeſtiſſimorum ſocietas ſimilitudóque coniunxit. Plinius lib. 1. epiſtolarum. Municeps meus & condiſcipulus, & ab ineunte ætate contubernalis pater tuus, & matri auunculo meo, mihi etiam, quantum etatis diuerſitas paſſa eſt, familiaris: magnæ & graues cauſæ cur ſuſcipere, augere dignitatem tuam debeam. [g] Et alibi de Voconio Romano. Hunc ego cum ſimul

C ſtuderemus arctè familiaritérque dilexi, hic meus in vrbe, ille in ſeceſſu contubernalis, cum hoc ſeria, cum hoc iocos miſcui. Quid enim aut illo fidelius amico, aut ſodale iucundius? Et pòſt paulò. Amatur à me plurimùm, nec tamen vincitur. Equidem iuuenis ſtatim iuueni quantum potui per ætatem auidiſſimè contuli, & nuper ab optimo Principe trium liberorum ei ius impetraui. [h] Idem ad Traianum de eodem Romano. Indulgentia tua (Imperator optime) quam pleniſſimam experior, hortatur me, vt audeam tibi etiam pro amicis obligari, inter quos ſibi vel præcipuum locum vindicat Voconius Romanus ab in-

D eunte ætate condiſcipulus & contubernalis meus, quibus ex cauſis & à diuo patre tuo petieram, vt illum in ampliſſimum ordinem promoueret [i] Apuleius aſini aurei lib. 1. Inde me commodum egredientem continuatus Pythias condiſcipulus apud Athenas Atticas meus, qui me poſt aliquantulum, multum temporis amanter agnitum inuadit, amplexúſque ac comiter deoſculatus, mi Luci, inquit, ſat Pol diu eſt quod interuiſimus te. At Hercules, exinde è Veſtio magiſtro digreſſi ſumus. Et alibi de Æmiliano Strabone. Nam, vt comperior, nudiuſtertius libello miſſo, per quem poſtulabat locum celebrem ſtatuæ meæ, cum primis commemorauit inter nos iura

e Quint. lib. 1. cap. 2. & declam. 16.

f Cic. Philip. 7.

g Plinius lib. 1. epiſt. ad Firminum.

h Idẽ lib. 2. epiſt. ad Priſcum.

i Idem li. 10. epiſt.

amicitiæ ac commilitiæ ſtudiorum, iiſdem magiſtris inchoata A
honeſtè: tunc poſtea vota mea omnia ſecundum dignitatis ſuæ
gradus recognouit: iam illud primum beneficium, quod con-
k Apuleius Floridorum lib 3. diſcipulum ſe meminit. [k] Iuſtinus item Hiſtoricus. Multum
profuere & Caliſthenis Philoſophi preces, condiſcipulatu
apud Ariſtotelem familiaris illi.[l] Sidonius Apollinaris. Multis
l Iuſtinus lib. 12. quidem vinculis charitatis ab ineunte pueritia quicquid veni-
mus in iuuentutem, gratiæ ſeſe mutua cura nexuerat: primum,
quia matribus noſtris ſumma ſãguinis iuncti neceſſitudo, dein
quod iiſdem temporibus nati, magiſtris vſi, artibus inſtituti, lu-
ſibus ociati, Principibus euecti, ſtipẽdiis perfuncti ſumus [m] Am- B
m Sidonius Apoll lib. 3. epiſt. 1. mianus Marcellinus Feſtinus quidam Tridentinus vltimi ſan-
guinis & innoti in nexum Germanitatis à Maximino dilectus
vt ſodalis & contogatus [n] Capitolinus in Antonino philoſo-
n Ammia. Marcellinus lib. 29. pho. Amauit ex condiſcipulis præcipuos Senatorij ordinis Seiũ
Fuſcianum & Anfidium Victorinum: ex Equeſtri Bebium
Longum & Calenum in quos maximè liberalis fuit: & ita qui-
dem vt quos non poſſet ob qualitatem vitæ reip. præponere, lo-
cupletatos teneret. Et hæc quidem de condiſcipulatus neceſſi-
tudine illi: cuius etiam apud veteres plurima extant exempla C
quale illud de Philoſtrato & Hippoclide philoſophis, qui, vt eſt
apud Valerium, eodem die nati eiuſdémque præceptoris Epi-
curi ſectam ſecuti, patrimonij etiam poſſidendi alendæque
ſcholæ communione coniuncti, eodem momento temporis vl-
n Val. max. lib. 1. tit. de miraculis. tima ſenectute extincti ſunt. [n] de Proæreſio Sophiſta, qui Ephe-
ſtionem condiſcipulum ſibi adiunxit tanta charitate vt vnani-
mes perſeuerarent, vna veſte vterque contentus, breui & pau-
o Eunapius in vita Proæreſii. pere ſupellectile. [o] de Gregorio Nazianzeno & magno Baſilio
qui Athenis ſub iiſdem præceptoribus educati cùm etiam con-
tubernij neceſſitudinem inter ſe contraxiſſent, ea coniunctio- D
ne animorúmque concordia perpetuò fuerunt, vt veteribus
p Gregorius presbyter in vita Greg. Nazianze. amicorum paribus conferri poſſint, anteferri meritò debeant,
quia & conditionis & religionis cauſa coniuncti fuerint. [p] de
diuo Auguſtino & Alipio, qui iiſdem ſtudiis enutriti, cœptam
à teneris annis amicitiam indiſſolubili charitatis vinculo con-
ſeruarunt. Vnde manifeſtum ſit maximo ſemper in pretio con-
iunctionem hanc habitam fuiſſe, grauiſſimique ſceleris reũ exi-
ſtimatum, qui in huius neceſſitudinis iura commiſiſſet: vt iure
optimo ſæuitiæ & immanitatis notetur Vitellius, qui, vt eſt
apud Tranquillum, nobiles viros condiſcipulos & æquales ſuos

A omnibus blanditiis tantum non ad societatem imperij allicefactos vatio genere fraudis occidit. [q] Ego tametsi leuem hanc necessitudinem non existimem, tantum tamen illi tribui nolim, vt refellendo testi idoneam sufficientémque censeam, nisi quidpiam aliud afferatur ex quo aucta videri possit, vt quia ad eam familiaris vsus conuictúsve propè quotidianus, aut contubernij assiduitas accesserit: Tùm enim à dicendo testimonio submouendum condiscipulum facilè concesserim, cùm dicat Callistratus in persona testium explorandam imprimis esse B conditionem cuiusque, & an amicus ei sit pro quo testimoniũ dat. [r] alibique annotauerimus in refellendis testibus tam conuictum quàm contubernium & familiarem vsum plurimum momenti habere. Qua tamen in re plurimum poterit ius dicentis arbitrium, qui ex personatũ quas interdisceptatur, testiúmque & negotij de quo ambigitur qualitate, aliisque circunstantiis, pro sua prudentia existimabit, an testem admittere vel eleuare debeat. Nam & si diutina temporis intercapedine magnáve locorum distantia disiunctis discipulis veluti obliterata aut refrigerata videri possit quæ inter illos pridem fuit beneuolen-C tia, nihil aut parum de fide testis diminuet. Vt enim assiduo cõuictu ac frequentibus alloquiis necessitudines aluntur, ita intermissione & absentia dissoluuntur, Tritum siquidem est sermone prouerbium, Multas amicitias silentium diremit: de quo Atistoteles: Si, inquit, diuturna sit absentia, amicitiam quoque delet, ac obruit obliuione. Ex quo factum est prouerbium.

Plurimum amicitias soluere silentia ruptas. [s]

Vnde & ille de amicitia commilitonum: inter Amicos, inquit, commilitones & cæteros similiter socios, atque quatenus com-D municant eatenus est amicitia, vt verissimè dixisse videatur Cicero remissione vsus amicitias, vt non omnino discindantur, eleuati tamen ac diffui. [t] Siquidem prouerbio quoque iactatur illud. Non sunt amici, amici qui procul degunt. Fit enim nescio quo pacto, vt simul atque è conspectu necessariorum seiuncti sumus, obrepat obliuio quædam familiarium: hincque Propertij ille versiculus.

Quantum oculis animo tam procul ibit amor. [u]

Et quod Symmachus dixit, tacitam concordiam instar odiorum esse. [x] Quæ non eo à me dicta velim quis existimet, vt locorum sola seiunctione dirimi amicitias putem (id enim fieri

q Tranq. in Vitellio cap. 14.

r d.l.3. ff. de testib.

s Arist. lib. 8 Ethico. ca. 5.

t Cic. in Lalio

u Propertius lib. 3.

x Symmachus epist. 82. lib. 2.

Aristoteles & Isocrates negant) sed quia officia interrumpit, sublatis his velut amicitiæ alumnis emoritur & amicitia.[y] Quapropter inter illos qui veteris condiscipulatus non immemores missis vtrinque epistolis mutuò se subinde compellant, amicitiam non minus quàm inter præsentes conseruari crediderim, vt quos inter remissa videri non possit consuetudo. Quandoquidem, vt eiusdem Symmachi verbis vtar, ideo literas adfabra rerum vel natura vel industria præbuit, vt nunquam muta esset affectio: & si quando absumus, vt linguæ opera fungerentur signa verborum.[z] Docétque ideo Isocrates amicitias inter absentes literis renouandas. A Sed quid de condiscipulis dicendum, quos inter lis aliqua & contentio inciderit, an alter in alterum testimonium rectè dabit? Et non putauerim si modo huiusmodi ea fuerit quæ refellendo cuiuis alij idonea sit. Grauiores quippè sunt quæ inter illas personas oboriuntur simultates, quàm quæ inter extraneos & qui se nulla necessitudine contingunt, vt non abs re dictum sit fratrum & necessariorum iras inter se esse acerbissimas. Nam qui supra modum amant, iidem & supramodum oderunt: à quibus enim deberi sibi beneficium expectant, ab eisdem non solum priuari beneficio, sed insuper lædi se putant:[a] Vt sic appareat testes idoneos & qui refelli non possint aduersum se inuicem illos non esse. Quod & de his multomagis dicendum, qui susceptas à primis vitæ rudimentis inimicitias aluerint, neque adhuc quamuis ætate graues deposuerint, quod Aristidi & Themistocli contigisse scriptū apud Ælianum inuenimus his verbis. Iisdem tutoribus vsi sunt Themistocles & Aristides Lysimachi filius. Quare simul etiam sunt educati, & ab eodem præceptore instituti, atque cum adhuc essent pueri, frequentibus dissidiis inter se concertarunt: Quæ controuersia à primis annis vsque ad extremam senectutē inter illos perseuerauit. Nam & memoria teneo coætaneum quendam meum ante paucos quam hæc commentarer annos, vita functum iis fuisse moribus, vt nullum vnquam ex condiscipulis, nec etiam ex collegis prouectior factus dilexerit cùm is inuicem à nemine vnquam æqualium, quòd ad me peruenerit dilectus fuerit. De quo idcirco dici iure potuit quod de Hirro scripsit M. Tul. Odij quàm ineptus, quàm seipse amans sine riuali: Vix enim aut nunquam fit, vt qui alios non amat, ipse ab aliis ametur: vnde & illud Hecatonis sapienter dictum. Si vis amari ama: &, quod prouerbio dici solet, amas teipsū, ideo nullus tibi amicus.

y Arist. d. cap. 5. lib. 8. ethico.

z Symmachus d. epist. 82. lib. 2.

A I. Socrates in parenesi. ad Dæmonicum.

a Arist. lib. 7. politicorū.

A B C D

A

Inimicitiam vt à testimonio repellat, cuiusmodi esse opporteat.

CAP. V.


VM variis ex causis refelli testes à iuris nostri conditoribus proditum sit, illa semper priores obtinere partes visa est quæ odij, inimicitiæque titulum habeat. [a] Conuenit enim inter omnes, inimici hominis testimonium, in quacunque causa respui oportere: siue de vita, statúque vel fama hominis agatur, siue de hæreditate, re nũmaria, vel quauis alia tractetur: [b] adeò vt nec in perduellionis etiam, vel impietatis in Deum crimine, testimonium id recipiatur, † [c] ad quod tamẽ probandum, abiecti vilésque, ac deplorati homines, passim nullóque anteactæ vitæ, famæque illorum delectu habito admittuntur. [d] Cuius rei, illa videtur esse ratio, quod facilè inimici mentiri peieraréque præsumuntur: [e] vt non immeritò dixisse videatur Callistratus, testimoniorum fidem diligenter examinandam, in personisque eorum explorandum imprimis esse, an is qui testimoniũ dicturus sit, inimicus sit ei, aduersus quẽ inducitur. [f] Nam Aristoteles [g] Considerandum esse, ait, an testis ei contra quem testificatur inimicus sit. Neque enim (vt ait Cicero) precio tantùm vel metu, vel gratia, sed etiam simultate corrumpi testes possunt. [h] Quandoquidem, cùm vt plurimũ ex iniuriis inimicitiæ nascantur, vix fieri potest vt nõ earum qui ipsas passus fuerit reminiscatur: vetus nempe est quod dicitur, perennem esse iniuriarũ memoriam. Vnde & illud cantatissimum. [i]

---manet alta mente repostum,
Iudicium Paridis,

D Et, quod Cicero dixit, Cui placet obliuiscitur, cui dolet meminit. [k] Ita enim natura comparatũ est, vt altius iniuriæ quàm merita descendant, & illa citò defluant, has tenax memoria custodiat. [l] Ideoque & inimicitiam Cicero ipse sic definit, vt sit ira vlciscendi tempus obseruans: [m] prouerbiique vice illud celebratur, quod Seneca dixit. [n] Inimicum vlcisci, vitam accipere est alteram: & quod dicitur, iniurias flere esse pueri, viri vlcisci. Ad quod alludens Horatius. [o]

An si quis atro dente me petiuerit,
Inultus vt flebo puer?

a l. liberti C. de inoffi. testam. cap. cũ p. & cap. cum oporteat ext. de accusa.
b l. Famosi ff. ad l. Iul. maiest. c. per tuas de simo. Bart. l. in questionibus ff ad l. Iul. maiest. Roma. l. si vero §. de viro ff. solu matr.
† Pap. lib. 9. tit. de probat art. 16. ita Lutetianis Iudiciis definitum fuisse testatione confirmat.
c d. l. famosi.
d doct. l. 1. C. de sum. trini. & fi. catho. c. fin. de test.
e l. 1. §. prateréa ff. de quæstio.
f l. 3. ff de testi.
g Aristo. in rhetor. ad Alexand.
h Cic. ad Herenni, lib. 2.
i Virgil. 1. Æneid.
k Cic. 4. Tuscul.
l Senec. lib. de benefi. 1. ca. 1.
m Cic. 4. lib. Tusc.
n Senec. in prouerb.
o Hora. epod. lib. 1. od. 6.

VndeCicero quod in beneficio gratia,iniuria,vltio nominatur. A
p Cic.in lib. Partit. [p] Tanto autem(vt est apud Tacitũ)procliuius est iniuriæ, quàm beneficio vicem exoluere:quia gratia oneri,vltio in quæstu habetur:[q] vt sic optimo iure constitutum fuerit,ne inimicus testimonium dicat.
q Tacit.annal.lib.19.

Nec refert cuius famæ sit vel opinionis, qui in inimicum testimonium dicturus sit: quantumuis enim ille vitæ sit inculpatæ,sacrosanctáque sit ipsius apud omnes existimatio: semper si inimicus sit, testimonium illius reiicitur. Non enim voluêre maiores, hanc * inimicitiis fenestram aperiri: vt quem quisque odio haberet,testimonio suo lædere posset. Vnde nec Cn.& Q. Cepionibus,& L.&Q.Metellis,licet virtute,genere,rerúmque ab iis gestarum memoria clarissimis viris,cum in Q.Pompeium inimicum suum testimonium dixissent,fides est adhibita. Quã enim fidem testimoniis suis,virtus,claritas, vitæque ac morum integritas tribuisse videri poterant: inimicitia & simultas abrogabat.[r] Qua ratione nec M.etiam Æmilio Scauro, cuius nutu & arbitrio, vniuersus ferè terrarum orbis regebatur, cum C. Memnium C.que Flaminium repetundarum reos,testimonio suo insecutus fuisset,creditũ est,[s] neque eius quod in M. Marcellum sibi inimicum L.Crassus pro testimonio dixit, ratio vlla habita est. [t] Id quod copiosissimè in oratione pro M. Fonteio Cicero exequitur, cuius elegantissima verba, vti ad rem maximè facientia non grauabor adscribere.An vero (inquit) vos id testimoniis hominum barbarorum dubitabitis, quod persæpè & nostra, & patrum memoria sapientissimi iudices de clarissimis nostræ ciuitatis viris dubitandum non putauerunt:qui Cn. & Q. Cepionibus, L. & Q. Metellis testibus in Q. Pompeium hominem nouum non crediderunt:quorum virtuti, generi,rebus gestis, fidem & authoritatem in testimonio, cupiditatis atque inimicitiarum suspicio derogauit.Ecquem hominem vidimus, ecquem verè commemorare possumus parem consilio, grauitate,constantia,cæteris virtutibus,honoris,ingenij,rerum gestarum ornamentis M.AEmilio Scauro fuisse? tamen huius, cuius iurati nutu propè terrarum orbis regebatur, iurati testimonio neque in C.Fimbriam, neque in C.Memnium creditum est. Noluerunt hi qui iudicabant, hanc patére inimicitiis

r Valer.tit.de test.cap.1. B
s Valer. tit. de test.cap.2. C
t Valer. de test.cap.3. D

* Inimicitiis fenestram)D. Ambrosius lib.8.epist. illis non creditur, qui ante hesternum. & nudiustertius fuerint inimici, ne irati nocere cupiant, ne læsi vlcisci se velint,offensus igitur affectus testium queritur,ita tamen vt accusator prius in medium procedat an inimicus possit esse testis,fusè Masuerius tit.de testibus.

A viam: quem quisque odisset, vt eum testimonio posset tollere. Quantus in L. Crasso pudor fuerit, quod ingenium, quanta authoritas, quis ignorat? tamen is, cuius etiam sermo testimonij authoritatem habebat, testimonio ipso, quæ in M. Marcellum inimico animo dixit, probare non potuit. Fuit, fuit illis iudicibus diuinum ac singulare, Iudices, consilium, qui se non solùm de reo, sed etiam de accusatore, de teste iudicare arbitrabantur, quid fictum, quid fortuna ac tempore allatum, quid pretio corruptum, quid spe aut metu deprauatum, quid à cupiditate aliqua, aut inimicitiis profectum videretur. Nec quidquã obstat,
B quod Cicero ipse P. Vectium Chilonem testem in Verrem inducturus, dixit, ita virum bonum eum esse, vt etiam si inimicissimus ipsi Verri esset, tamen eius testimonio credi oporteret. [u] Id enim à Cicerone dictum, odio magis Verris apparet, quàm quod ita iure fieri posse credidisset: Alioqui pugnantia Cicero locutus esset. Non igitur molestum esse alicui debet, quacumque is dignitate sit præditus, quòd ob hanc inimicitiæ causam testimonium suum reiiciatur: nam nec hoc indignè tulit Augustus, quamuis vniuersi penè orbis moderator: nec Iulius Cæsar, in causa inimici, iudicare sustinuit, priusquàm reconci-
C liaretur. Tranquillus in Augusto. [x] Testem se in iudiciis & interrogari, & refelli æquissimo animo patiebatur. Ammia. Marcelli. de Iuliano. [y] Thalassium quendam ex proximo libellorũ insidiatorem fratris oderat Galli, quo adorare adesséque officio inter honoratos prohibito, aduersarij cum quibus litigabat in foro, postridiè turba congregata superflua, adito imperatore, Thalassius, clamitabant, inimicus pietatis tuæ, nostra violenter eripuit. Et ille hac occasione hominẽ opprimi posse coniiciens, Agnosco, respondit, quem dicitis offendisse me iusta de causa, & silere vos interim consentaneum est, dum mihi inimico po-
D tiori faciat satis: mandauitque assidenti Præfecto, ne audiretur eorum negotium, antequam ipse cum Thalassio rediret in gratiam, quod breui euenit.

Illud tamen inter nostros interpretes satis conuenit, non omnem inimicitiã à testimonio repellere: sed eam dumtaxat, quæ capitalis vel acerba admodúmque grauis sit. Neque enim simile veri est, ob id quod cuiquam leue aliquod cum alio dissidium intercesserit, peierare eum velle, falsúmque testimonium perhibere, [z] Vnde quamuis arbitri excusatio sententiam proferre detrectantis, accipi à Prætore debeat, si inimicitiæ in-

u Cic. 5. in Verr.

x Cap. 56.

y Ammia. Marcell. lib. 22.

z § si vero odiosus manet. de test. Albe. Bal. Saly. & alii authen. si testis c. de test. Bald. l. 1. c. si qua præd. potest.

ter eum & litigatores, aut alterum ex litigatoribus intercesse- A
rint, oportet tamen huiusmodi inimicitias capitales esse: aliter enim sententiam dicere cogi potest. [a] Sic simultas, quæ alicui cum patre pupillorum intercesserit, à tutela dat remissionem. si capitalis fuerit, non item si leuis: [a] Sic & * legatum seu fideicômissum licet ob capitales, vel grauissimas inimicitias, quæ testatori, cum legatariis intercesserint, ademptum videatur, si tamê leuis fuerit offensa, manet. [b] Eius enim ferè nulla in iure nostro ratio habetur: [c] Vulgoque traditur leuem offensam leuiter côdonari, [d] ob eamque factam alicui donationem non reuocari.
[e] Vt non iniuria vitio detur Claudio Cæsari, quod cum Ælia B
Petina ex leuibus offensis diuortium fecerit. [f] Capitalem autê inimicitiam esse aiunt, si quis cuiquam mortem interminatus fuerit: [g] quod tamen ipse ex moribus eius qui minitatus sit, diiudicandum censeo: si enim potens is sit; diróque vir ingenio, aduersus iura expressim agens, minas & iniurias exequi solitus, crediderim capitalem eum inimicum dici, existimarique debere: nô item si humanis sit moribus, iræque alioquin innoxiæ. [h] Is quoque capiralis alicuius censerur inimicus, cui ei quandoque capitis diem dixerit: ideóque & testimonium eius in quauis
alia lite respuitur: [i] sicut & illius cui dies dicta sir, si inductus in C
eum fuerit à quo in iudicium capiris vocatus sit. Vix enim fieri potest, vt non capitali odio dissideant, quibuscum capitis & famæ certamen intercesserit. [k] Quando quidem vt verissimê Cicero dixir, hoc natura est insitum, vt quem timueris, qui cum de vita fortunisque conrenderis, cuius ex insidiis euaseris, hunc semper oderis. [l] Idem si de re nummaria, vel hæreditaria,

a l. licet ff. de arbit.
a §. inimicitiæ instit. de excu tut. l. athlethæ §. 1. ff. eo.
b l. 3. §. fin. ff. de ads. lega. l. si inimicitia ff. de his qui vt indig.
c Arg. c. peruenit vbi Innoc. ext. de sent. exco. §. seruis Inst. de iniuriis cap. cum te de re iud. d. 1. §. sed sciendum vbi Cepola ff. de adsl. edic.
d c. cû dilecti circ. fi. ext. de accusa. Albe. l. leuia. ff de accusa. & l. quod dicitur ff. de adim. lega.
e l fin. c. de reuo dona. Albe d. l. quod dicitur.
f Tranq. in Claudio c. 26.
g Glo. d. l. licet c. cum oporteat ext. de accusa. h l. metum C. de his quæ vi met. caus. gest. sunt vbi Bald. & Saly. nouell. inst. de test. § insuper. i Glo. d. l. licet doct. d. c. cum oporteat & c. cum p. mancou. lia ext. de accusa. k Cic. off lib. 1.
l Cic. in orat. pro P. Sylla.

* *Legatum seu fideicommissum*) Legatum seu fideicommissum, licet inimicitiæ grauissimæ vel capitales intercesserint inter testatorem & legatarium, meo Iudicio, non censetur ademptum. etenim cum D
iniuriæ dissimulatione tollantur, & legata quæ relinquuntur propter merita personarum sint antidora, remunerationes seu liberalitates licebit? Fingere inimicitias testantis grauiores, quam ipse ostenderit, cum nullo modo appareat ad animum reuocasse. Côstat enim donationes lege confectas, firmas illibatasque manere, si non donationis acceptor ingratus circa donatorem inueniatur: ita vt iniurias atroces in eum effundat, vel manus impias inferat, vel iacturæ molem ex insidiis ingerat, quæ nô leuê sensum substantiæ donatoris imponat, vel vitæ periculum aliquod ei intulerit, ex his tantummodo causis, inquit Iustinianus in l. fina, C. de reuocandis donat. si fuerint in Iudicium dilucidis argumentis cognitionaliter approbatæ, etiam donationes in eos factas euerti concedimus. & infra. etenim si ipse qui hoc passus est, tacuerit, silentium eius maneat semper, & non à posteritate eius suscitari concedatur, vel aduersus eum qui ingratus esse dicitur, vel aduersus eius successores. Mirum cum Iustinianus aliud sentiat nihilominus retulisse in Pandectas, vt l 3. in fine de adimendis leg. ob inimicitias capitales censeri ademptû legatum, quod nusquâ ab interpretibus Iuris ciuilis animaduersum est. Iura ergo à Langlæo allata, sæuiora ipsis iniuriis ad proletarios sunt ableganda. at nos qui in veris non fictis litibus & Iudiciis versamur, rationem æquitati consanguineam amplectimur.

lite

A lite ac iudicio, aliqui quandoque contenderint, neque adhuc controuersiæ illi finis impositus sit: tum enim tradunt suspectum vtriusque testimonium in aduersarium esse:[m] cum plerique non minus de opibus facultatibúsque suis, quàm de vita anxij sint, vulgóque dicatur, bona secundarium esse sanguinem:[n] argentúmque & aurum animam esse mortalibus. Nam & verissimum videtur quod dici solet, litibus inimicitias contrahi, fœderáque dissolui, Quod versiculus ille Ausonianus indicat.[o]

Vexat amicitias, & fœdera dissociat lis.

B Quod tamen accipiendum crebrius aiunt, cùm de fortunis omnibus vel maiori parte earum controuertitur.[p] Ego verò hac in re plurimùm posse, ius dicentis arbitrium crediderim, qui inspecta rei qua de agitur æstimatione, personarúmque qualitate, prudenter dispiciet, an verisimile sit, aliquem, inimico animo, testimonium dicturum, an id minus:[q] vt sic ei fidem habeat, vel testimonium eius vt suspectū reiiciat. Vix autem apud nostrates, alicuius testimonium recipitur, aduersus eum quo cum de re hæreditaria, & quæ soli sit, cōtrouersiam habeat: magni si quidem momenti res illa censetur, neque nisi perrarò fit,

C vt quibuscum de ea re iurgium fuerit, inter se ament. Ideóque & Theophilus, iudicium cum pupillo, vel adolescente, excusationem à tutela præstare scribit, non tantùm cum de omnibus bonis, aut plurima parte eorum agitur, sed etiam si de re hæreditaria controuersia sit.[r] Quin & nouo iure, hæc causa non tam excusare, quàm omnino à tutela arcere videtur. Non enim vult Iustinianus illum qui cum pupillo litem vllam habeat, eius tutorem esse.[s]

Pluribus etiam aliis modis, capitalem inimicitiam contrahi

D dubium non est: veluti cum famam alicuius quispiam prosciderit, eique palam & apertè maledixerit, & (vt Vlpianus dixit) infaustas voces aduersus eum iactauerit.[t] Neque enim minoris fit, famæ, & existimationis, quàm vitæ dispendium.[u] Idem & si quis in lite, qua de capite cuiusquam agebatur, testimonium dixerit. Scribit enim Venuleius produci testem in eum non posse, in quem reum ante testimonium dixerit.[x] Cuius rei illa videtur esse ratio, quod à veteribus testis & accusator, quantum ad inimicitias spectat: eodem penè loco habiti sint.[y] Vnde Vlpianus eum qui in caput liberti testimonium dixerit, à contra tabulas bonorum possessione, perinde remoueri scribit, ac si ca-

m *l. propter litem ff de excu. tuto. glo d. auth. si testis.*

n *l. aduocati C. de aduo. diuer. ind.*

o *Auso. in monosyll.*

p *Arg. d. l. propter litem §. propter litē inst. eo l. fin. c. de reuo. dona.*

q *l. 3. §. tu magis ff. de test.*

r *§. iudicium de excusa. tut. in institut. Theophil.*

s *Nouell. Inst. 72.*

t *d. l. si inimicitia.*

v *l. iusta ff. de manu vindic. l. isti quidem ff. de eo quod met. causa.*

x *l. producti ff. de test.*

y *c. meminimus vbi glo. ext. de accu. glo. c. fraternitatis de testib. & can. in criminali. 4. q. 4.*

pitale iudicium in illum intentasset. [z] Sic & Paulus ei qui testi- A
monio suo adiuuerit intentionem accusatoris, denegandam
æquè actionem esse respondit, ac accusatori, qui ipse falsum arguere testamentum præsumpserit. [A] Qua tamen in re, ego sic distinguendum censeo, vt si fortè quis ab accusatore rogatus, nullo præcedente iudicis imperio, testimonium dixerit, vel ei dicendo vltro se neque requisitus obtulerit, produci rursum aduersus eundem non possit. [A] Aliud tamen si à iudice iussus: cùm enim dicendi testimonij munus necessarium sit, quod nemo, nisi ex iusta causa defugere potest: [a] non est quod quid- B
quam imputari ei possit, qui magistratus imperio audiens fuit, munerísque necessitati paruit. Nam & Vlpiani responsum, quo patronus qui testimonium in caput liberti perhibuerit, eodem iure censetur, quantum ad inimicitiam attinet, quo accusator: [b] De eo etiam accipi debet, cui denunciatum non fuerit, vt testimonium diceret: quod vel ex eo planum fit, quod Vlpianus subiicit patroni filium, qui accusatori liberti aduocationem præstiterit, à contra tabulas bonorum possessione non excludi. [c] Sicut nec Paulus ei qui accusator testamenti coactus adfuerit, actionem denegat. Tollit enim officij neces- C
sitas, omnem inimicitiæ suspicionem. [d] Quamobrem & fiduciarius cliens, si non inuitus, testimonium in causa capitis aduersus patronum dixerit beneficium amittit, non item si id ei vt diceret, denunciatum fuerit. [e] Sicque Venuleij responsum explicandum autumo, [f] eóque libentius, quod præter veteres, Duarenum quoque nostrum eandem sententiam, amplexum fuisse sciam. [g] Nec me mouet, quod aduersus eum, suppresso ipsius nomine, Ioannes Robertus disputat [h] eandem quidem accusatoris, & testis ferè esse rationem, quod ad odij maleuolentiæque causam, quam ipsi reo præbeant: [i] vt D
inde inimico in eos animo reus sit: neque ideo tamen consequens esse, vt inimicitias suscipere intelligatur, qui alicui capitis diem dicit, vel in ea lite testimonium perhibet. Quis enim nescit, & hos quoque inimicitias exercere videri, qui capitis periculum alicui inferunt? cum vtrique liberum fuerit, tam ab accusatione, quàm testimonij dictione temperare: [k] quod iam quo ad accusatorem manifestum me fecisse arbitror. Quod verò ad voluntarium testem attinet, qui spontè, & iniussus ad dicendum testimonium accedit: is manifestè suspectum se reddit, quasi ex odio testimonium

z l. qui eum maior § ita- men ff. de bon. libe.
A l. post legatum versi. his vero vbi Alber ff. de his qui. vt indig.
A Hostiens. d. c. meminimus glo. & Alber. d. l. post legatum §. ætats.
a Toto tit. de test. cog. in antiq. l. inuiti ff. de test. l. si quando C. eo. l. cum locũ §. hoc interdictũ ff. de tab. exhi.
b d. l. qui eum maior §. penult.
c d §. penult.
d d. l. post legatum §. aduocatum glo. §. item si delatorqu. fu. causa benef. amit. in vsi. feud.
e l. 2. §. 1. ff. si qu. caut. Alb. d. §. hoc interdict.
f d. l. produci.
g Duar. disputa. anniuer. lib. 1. cap. 29.
h Io. Rob. sent. iur. lib. 4. cap. 3.
i d. l. qui cũ maior.
k Rob. & l. 2. C. vt nemo inuit. ag. vel acc. cog.

A det, magis quàm ex veritate: non itidem ille cui denunciatum sit, vt testimonium ferat: quod & Fabius Quintil. his verbis eleganter ostendit: [l] Maximus patronis circa testimonia sudor est: ea dicuntur per tabulas, aut à præsentibus. Et paulò inferius. Nemo per tabulas, dat testimonium, nisi sua voluntate: quo ipso non esse amicum ei se contra quem dicit, fatetur. Quibus ex verbis, illud quoque colligi potest, voluntarios testes, vt plurimum per tabulas testimonium dedisse: vt sic appareat grauiter labi, qui præsentiam
B testium, necessariam esse contendunt: neque quidquam fidei habendum testimoniis censent, quæ per tabulas dicta sunt. Non enim hoc lege vlla vel ratione probari potest: [m] quod suo loco perspicuè demonstrabo. Sed vt de semita in viam redeam: Erunt fortasse, qui Venuleij responsum si de voluntariis testibus intelligatur, dubitatione carere affirmabunt: [n] quod generaliter traditum sit, testes vltroneos, & qui ad dicendum testimonium iniussi accedunt, reiiciendos esse: Hoc enim ipso (inquit Vlpia.) suspectus est aliquis, quod operas suas irrequisitus ingerit: [o] quod ego planè diffiteor. Loquitur enim Vlpia. de procuratore qui sibi procurationem asserit, operás-
C que suas ingerit, inuito, cui meritò suspectus videri debet. [p] Idque receptius est, vt in ciuilibus causis non ideo respui testes debeant, quod illis denunciatum non sit, vt testimonium dicant: [q] Alioqui frustrà constituissent iuris authores discrimen, inter eos qui inuiti testimonium dicunt, & qui cogi non possunt. [r] Ex his igitur dilucidè liquere arbitror: Venuleij responsum, de eo accipiendum, qui ante in reum criminis alicuius postulatum, sponte & iniussus pro testimonio quidquam dixerit: siue voce, siue scriptura: vt ex hac ini-
D micitiæ suspicione, si rursum in eum producatur, refelli possit: non sic si priore loco in causa ciuili etiam iniussus testimonium dederit. Cum hoc enim iure fecerit, neque ob id videri possit ei, in quem testificatus sit, inimicus, nihil obstat, quominus iterum in alia lite aduersus eundem, testimonium præbeat.

Multis & aliis modis conflari dicitur capitale odium, veluti si quis torum alicuius contemerauerit, & vxori ipsius adulterio se iunxerit, filiam, nurum, vel sororem apud eum habitantem in stuprum illexerit, vitæ eius veneno, gladio, aut quouis alio pacto insidiatus sit, aut grauiore aliqua iniuria eum af-

l Quintil. orat. inst. lib. 5. cap. 7.

m Bart. l. Theopompus ff. de dot. prælég.

n l. quod Labeo ff. de carb. edic. l. 1. ff. ad municip.

o l. quæ omnia §. 1. ff. de procur.

p l. semper § conductores ff. de iur. immu. can. scripturis 8. q. 1. c. per vestras ext. de iure patron. l. vxoris §. 1. ad l. Corn. de fals. ff.

q Albe. & alij d. l. cum locum §. hoc interdictum l. nec honore C. de epi. & cler. d. l. si quando.

r d. l. inuiti & l. 3. §. lex Iulia. eo. tit.

fecerit.[s] Idem existimant nonnulli, & si cum inimicis eius, amicitias suas copulauerit:[t] Hoc enim pacto tradunt amicitiæ iura resolui: Nam & Romulus dum clientes & patronos summa inter se beneuolentia coniungere voluit, hoc inter cætera constituit: ne cum inimicis alterius, alter amicitiam institueret: Alioqui lege proditionis teneretur.[u] Quod ita verum existimauerim si cum illis, in eius perniciem se coniunxerit, conspirauerítque aduersus eum.[x] Hac enim maximè ratione violari amicitiam Liuius scribit, si quis cum hostibus meis se coniungat, sicut & si amicos meos pro hostibus habeat.[y] Cui consentaneum quod in libro Paralipomenon Iehu filius Hanani cum occurrisset Iosaphat regi reuerso in Hierusalem, dixisse fertur ad eum. Impio præbes auxilium, & his qui oderunt dominum amicitia iungeris, & idcirco iram quidem domini merebaris.[z] Ob id autem tantùm, quòd ante vel pòst, in amicitiam inimicorum meorum, quis se contulerit, pro inimico meo habendus non est, vt haud abs re dixerit Cicero, non esse insectandos inimicorum amicos.[a] Ideóque & alibi conqueritur, quod Cornelius Balbus non à suis, quos nullos habebat, sed à suorum, qui & multi & potentes erant vrgeretur inimicis: æquum esse subiiciens, nobísque & omnibus qui nostris familiaritatibus implicantur, vtile, vt nostras inimicitias ipsi inter nos geramus, amicis nostrorum inimicorum temperemus.[b] Propius tamẽ verò est, vt & de fide huiusmodi testis, nonnihil detrahi debeat, quod ex vsu & consuetudine, quam cum inimico meo habeat, verisimile sit inimico quoque eum in me animo esse. Vix enim fit, vt qui alicui sit amicus, cum eo etiam inimicitias non communicet. Vnde Martianus, si accusatio alicuius publicè instituta sit, non esse compellendum accusatorem ait, ad eum legationem suscipere, qui se amicum dicat accusati.[c]

Addunt aliqui, ad eleuandum testem sufficere, si capitalis odij occasio probetur: tametsi verè, odium testi, cum eo in quem producitur intercessisse, doceri non possit:[d] quæ sententia vel ex eo confirmatur quod Callistratus ait, testem vtique admittendum si suspitione careat, quod neque lucri, neque gratiæ, neque inimicitiæ causa, testimonium dixerit.[e] Quibus ex verbis perspicuum fit, ad refellendum testem, inimicitiæ suspitionem sufficere. Quapropter & eum qui in me olim hostili animo fuerit, vti mihi inimicum refutari posse,

s c.1.§.præterea. quæ fuit 1. caus. benef. amitt. in vsi. feud.
t l. liberti C. inoff. testa.
v Dyo. Hali. car. ant. Ro. lib. 2. Plut. in Romulo.
x l.1.§. cum patronus ff. de offi. præfec. vrb.
y Liui. de bello macedo. lib. 4.
z Paralip. lib. 2. cap. 19. & Decl. d. §. cum patronus
Phil. dec. l. cõsilij §. fecisse ff. de reg. iur.
a Cic. ad att. lib. 4.
b Cic. in ora. pro Cornel. Bal.
c l. sciendum §. si accusatio vbi Bart. & Alber. ff. de legat.
d Innoc. c. cum Io. & à ad finem de re iud. Bald. l. præscriptione, C. si contra ius, vel vtil. pub. Saly. d. authen. si testis Ro. in repe. rub. ff. de arbit. Iacob. de sancto Georg. l. 3. ff. de test.
e l. 3. in prin. ff. de test.

A crebriore nostrorum calculo receptum est: neque enim credendum est, placatum eum esse, veterésque illas simultates deposuisse.[f] Quod & ad eum cui cum patre meo, dum in humanis ageret, dissidium fuerit producendum plerique credunt: vt nec is etiam mortuo patre aduersum me, ob præsumptam inimicitiæ suspicionem testimonium dicere queat: sicut nec ego in eum.[g] Resident enim plerúmque in familiis inimicitiæ: gloriæque & honori sibi futurum aliqui rentur, si paternas inimicitias vlti fuerint. Vnde Cicero: L. Lucullus admodum (inquit) adolescens, cum fratre, pari pietate, & industria prædito, paternas B inimicitias magna cum gloria est persecutus.[h] Ideoque & iure nostro, inimicitiæ quas cum patre pupillorum, vel adultorum quis exercuerit, si capitales fuerint, à tutela vel cura remissionem dant.[i] quod tamen totum iudicis arbitrio committendum aiunt, qui ex qualitate negotij, & personarum arbitrabitur, an testimonium dicturus, verisimiliter veterum inimicitiarum memor sit, quæ sibi vel patri suo, cum eo aduersus quem producitur, vel eius parente intercesserint: an verò ex diuturnitate temporis imminutæ sint, vel animo penitus exciderint.[k] Nam & C Christianus quilibet meminisse debet, sempiternas amicitias mortales iniurias esse debere, neque filios paternæ simultatis successores esse oportere. Eorum autem, quorum de fide, in testimoniis, nonnihil ob inimicitiæ suspicionem imminutum fuerit, extant exempla quædam apud veteres: quale est illud de indice seruo, in quæstione incendij, paulò post captam Capuam, Romæ pluribus in locis orti. De quo Liuius. Et primo eleuabatur index, indiciúmque pridiè cum verberibus castigatum ab dominis discessisse, per iram, ac leuitatem ex re fortuita crimen commentum.[l] Item & aliud de Catone teste in M. Attilium Glabrionem, quem in Censura cōpetitorem habebat. De quo D etiam Liuius M. inquit, Cato ante alios testes conspiciebatur, cuius authoritatem perpetuo tenore vitæ partam toga candida eleuabat.[m] In vtraque enim specie, quamuis de inimicitia planè non liqueret: inimicitiæ tamen suspicione non carebat, quod pro testimonio dicebatur à seruo in dominos, à quibus pridiè verberibus cæsus fuerat: sicut nec quod à Catone in eum, quo cum sibi honoris, dignitatisque certamen erat.[n]

Sunt & qui dicant ad refellendum testem inimicum, nihil referre, cuius culpa susceptæ inimicitiæ sint, eiúsve qui testimonium dicat, an illius aduersus quem dicitur.[o] Quod vtique in

f l. in ipsius vbi nota, C. famil. hercisc.

g Bald. l. athleta §. dat. remissionem ff. de excusa. tuto. Iacob. d. l. 3. de testi.

h Cic. Academ. q. lib. 1.

i d. §. inimicitia.

k §. si vero odiosus in authen. de test. Dec. Rip. & alij cap. 1. de indit. Alcia. tractatu præsumpt. regula 2. præsumpt. 11.

l Liui. sec. bell. pun. lib. 6.

m Liui. bell. cum Antiocho lib. 7.

n Cic. 1. offic.

o glos. & Albe. d. §. dat remissionem Albe. & alij d. authen. §. testis Iacob. d. l. 3. de test.

supra scriptis casibus,& si qui sunt,similibus verum crediderim: A
nisi tamen testem,cum eo in quem inducitur, id gratiam rediisse probari possit : tum enim admittendum ipsius testimonium crederem : quod sublatus reconciliatione videatur, inimicitiæ omnis effectus.[p]

p d. §. inimicitiæ.

Ea nempe reconciliationis est vis, vt gratiam sartiat, & simultatem sempiterna deleat obliuione : vt non abs re dictum sit,discordia interdum fieri chariorem concordiam, & ex recõciliatione firmiorem nasci amicitiam,quod & his versibus apud Plautum affirmat Alcumena.[q]

q Plaut in Amphitr.

Nam in hominum ætate,multa eueniunt huiusmodi, B
Capiunt voluptates,mox rursum miserias:
Iræ interueniunt,redeunt rursus in gratiam
Verum, iræ si quæ forte eueniunt huiusmodi
Inter eos,rursum si reuentum in gratiam est,
Bis tanto amici sunt inter se quam prius.

Extantque apud veteres quamplurima eorum exempla,qui cũ prius simultates inuicem exercuissent,in gratiam reducti, dehinc amicitiã persanctè coluerint,vt de P. Africano ac Tyberio Graccho.M. Æmilio Lepido,& Fuluio Flacco,Cælio Ruffo,& C
Q.Pompeio. Cicero,Valeriúsque commemorant.[r] Illud verò nobilissimum de L. Cinna,quem cũ vitæ suæ insidias molitum Octauius Augustus cõperisset, verbis tantùm correptum dimisit:nec ita multò pòst vltrò ei(cùm petere non auderet) Consulatum detulit,amicissimúmque & fidelissimũ posthæc habuit :[s] vt sic firmissimis rationibus, exẽplisque memorabilibus niti videatur hæc nostra sententia : quam & illud nonnihil adiuuat, quod Vlp.scripsit, quamuis inter testatorem & legatarium capitales inimicitiæ intercesserint, si iterum in amicitiam redierint,& pœnituerit testatorem prioris offensæ, legatum vel fidei D
commissum redintegrari :[t] & (quod alibi traditur) inimicitias quas quis cum patre pupillorum aut adultorum exercuerit, à tutela illi vacationem non præstare, si reconciliatio interuenerit.[v] Nec me tamen latet esse quibus durum admodum videatur,inimici hominis,quãtumuis reconciliati, testimonium recipi:quod vulgò traditum sit amico reconciliato temerè fidendum non esse.† [x] Qui enim,vt Dion Cassius scribit,post vehementes inimicitias in gratiã redierũt,multa leuiuscula,ac temerè accidẽtia in suspicionẽ rapiunt, atque in vniuersum omnia tamquam consultò & malam in partem, facta, ad conceptũ

r Cic. in orat. de Prouinc. consul. Vale. l. 4. de his qui ex inimic. iuncti sunt amicit.

s Seneca de clem. lib. 1. cap. 9.

t l. 4. ff. de adimp. leg.

v d. §. inimicitia.

† Reconciliatæ amicitiæ infirma fides.

x can. accusatores.3.q.5. cap. proposuit ext. de apell. Alb. d. l. 4. de adim. leg.

A ante odium apponunt.[y] Vnde fit, vt quamplurimi post reconciliationem, inimicitias instaurent: multóque quàm antea magis, alienato inuicem sint animo, vt de Octauio & M. Antonio literis plerique prodiderunt:[z] & de Cicerone & Crasso, quibuscum etiam post reditum in gratiam magna simultas intercesserit, ob defensum à Crasso Gabinium: quod quadam ad Lentulum epistola, his verbis Cicero ipse significat. Cognosce de Crasso. Ego cùm mihi cum illo magna iam gratia esset, quòd eius omneis grauissimas iniurias communis concordiæ causa voluntaria quadam obliuione contriueram, repentinam
B eius defensionem Gabinij, quem proximis superioribus diebus acerrimè oppugnasset: tamen si sine vlla mea contumelia suscepisset, tulissem. Sed cùm me disputantem non lacessantem lacessisset: exarsi non solum præsenti (credo) iracundia (nam ea iam vehemens fortasse non fuisset) sed cum inclusum illud odium, multarum eius in me iniuriarum, quod ego effudisse me omne arbitrabar, residuum tamen insciente me fuisset, omne repentè apparuit. Hactenus Cicero. Ego tamen vt meum quoque hac in re iudicium interponam, priori senten-
C tiæ (in quam etiam frequentius itur) lubentius accesserim nisi recens adeò sit reconciliatio, vt de eius perennitate probabiliter dubitari possit. Tunc enim ex fide testis aliquid imminuendũ existimarẽ, quod & Innoc. & alijs plerisq; visum est[a] sicut & si iudici probabilibus argumẽtis ducto, infirmior videretur recõciliatæ gratię fides: vt quia in mœrore, & infortunio eius quo cũ in gratiã quis redisset, visus fuerit gaudio lætitiáque efferri. Id enim nõ leue est fictè reconciliatæ gratiæ indicium.[b] Manifesta autẽ sunt illa veræ minimèque fucatæ recõciliationis argumẽta: si qui in gratiã redierũt, familiari vsu, cõsuetudinéque
D se coniungant, mutuáque inter se læti conuiuia curent, officiis certẽt, vel si alter alterum mensæ suæ conuiuióque excipiat, ad quod qui vocatus sit nõ inuitus accedat. Nã & hac ratione, postremus Crassi cũ Cicerone in grariam reditus pop. Rom. innotuit. Cice.[d] Crassus vt quasi testata pop. Rom. esset nostra gratia, penè à meis laribus in prouinciã est profectus: nã cum mihi cõdixisset cœnauit apud me in mei generi crassipedis hortis. Idẽ & si alter alterũ donis muneribúsque afficiat, vel quauis alia ratione studeat de eo bene mereri:[e] aut si fœdus aliquod inuicẽ percutiát, pactionéve aut cõtractũ ineát.[f] Quod & Salicetus ad eos producẽdũ cẽset, qui per epistolas, aut nuncios, rerũ se quas

y Dion Cassius li. 45. in Octau. August.

z Tranq. & Dion in Octauio.

a d. cap. accusatores Innoc. & alij d. c. cum oporteat Io. and. in ad d. ad spec. tit. de iud. de leg. Versic. super est Saly. d. authen. si testis Iaco. de sanct. Geor. d. l. 3. de test. Alciad. tractatu præsump. regula 11.

b Cic. in orat. pro Milo. c. §. fi. vbi doct. inst. de iniur. Bald. d. authen. si testis.

d Cic. ad Lentulum epist. lib. 1.

e Salic. l. in ipsius C. famil. hercisc.

f l. creditor §. 1. vbi Bart. ff. mand. Bal. c. 1. de prohib. feu. alien. per Frider. in vsibus feud.

ignorant certiores faciunt,[g] cui & ipse assentior, modò epistolæ A
contumeliosæ non sint, neque amari quidquam in iis insit, nec
aliquid etiam huiusmodi quod stomachum mouere possit per
tabellarios nuncietur. Idem existimant aliqui, & si palmas inui-
cem percutere, dextramque dextræ iungere visi sint.[h] Id enim
fidei tam publicæ, quàm priuatæ obligandæ, fœderisque & con-
cordiæ symbolum est: constatque ex veterũ authorum lectio-
ne hanc manuum coniunctionem ad fidei confirmationem fie-
ri solitam: quod fidei consecrata esset dextra, sicut genua mise-
ricordiæ.[i] Vnde & Liuius dextra data, fidem futuræ amicitiæ
sanxerunt. Et iterum alibi. Sed date dextras, fidémque haud B
impunè adultero fore. Et rursum alibi.[m] Data dextra in id quod
petebatur obligandæ fidei, in regiam contendit. Et iterum ali-
bi. Paucæ horæ sunt, intra quas iurantes per quicquid deorum
est. Dextras dextræ iungentes fidem obstrinximus, Xenophon[o]
iunctis dextris, ille vt puellam daret, alter vt duceret, spoponde-
runt. Et iterum: Appolophanes Agesilao promisit, Pharnaba-
zum pro pace firmanda id colloquium se adducturum id Age-
silaus audiens consensit, & ille accepta fide dextraque data,
Pharnabazum in condictum adduxit locum. Et mox paucis in- C
terpositis. Pharnabazus prior dexteram protulit: cui Agesilaus
manum quoque iunxit. Et alibi.[p] Hircaniis quibus & iusiuran-
dum, & dextras dedi, fidem seruabo. Cicero.[q] Per dexteram te
istam oro, quam Regi Deiotaro, hospes hospiti: porrexisti istam,
inquam dexteram non tam in bellis & in præliis, quàm in pro-
missis & fide firmiorem. Et alibi dextræ, quæ fidei testes esse so-
lebant perfidia sunt & scelere violatæ. Virgil.[r]

Ipse pater dextram Anchises, haud multa moratus
Dat iuueni: atque animum præsenti pignore firmat.

Et rursum.[s] D

Nec te noster amor, nec te data dextera quondam
Nec moritura tenet crudeli funere Dido.

Statius.[t]

Iam pariter coeunt animorum in pignora dextra.

Ouid.[u]

Iura fides vbi nunc commissaque dextera dextra.

Qua de re etiam sic ludit Alciatus.[x]

Fœderis hæc species, hoc est Concordia signum
Vt quos iungit amor iungat & ipsa manus.

Ideoque, & veteres fidem, concordiámque interdum effin-
gebant,

g Salic. d. l. in ipsius.
h l. 1. ff. de cen. glo. Bar. Paul. cast. Iac. à sanc. Geor. Ias. l. 1. ff. de pact.
i Pli. lib. 11. cap. 45.
m Liui. secu. bell. puni. lib. 10.
o Xenophon rerum Græcarum lib. 4.
p Xenophon de pædia Cyri lib. 5.
q Cic. in orat. pro rege Deiotaro.
r Virgil. 3. Æneid.
s Virg. 4. Æneid.
t Stat. 1. Thebaid.
u Ouid. in epistola Phill. ad demophon.
x Alciat. in emblem.

A gebant, duabus iunctis manibus, interdum imagũculis duabus dextram dextræ iungentibus. [a] Fuit & hæc maiorum salutatio, vt dextram dextræ coniungerent: ad quod alludere videtur. Virgilius dum ait. [b]

— Auidi coniungere dextras
Ardebant.

Et iterum. [c]

Cur dextra iungere dextram.
Non datur, ac veras audire, reddere voces?

Vt sic appareat perspicuum id esse reditus in gratiam iudi-
B cium. Nam & plerique etiam ex nostris existimant, salutatione remissam iniuriam, reconciliationémque factam videri. [d] Sicut è diuerso inimicum præsumi alicuius illum aiunt, cui cum salutem impertire assueuisset, obuium factum, tacitum & insalutatum præterit [e] quod ego verum putauerim, si ex contemptu factum appareat, alioqui leuem admodum huiusmodi inimicitiæ occasionem existimarem, pro nihilóque ferè habendam. Vt enim amicus non dicitur qui salute tenus amicus sit, [f] ita nec pro inimico quisquam ob id tantum habendus, quod in salutando sit remissior.

C Illud ferè inter nostros conuenit, si verè probari possit, capitales inimicitias, testem cum aliquo exercere: vt quia minitatus sit, se ei damna consiliaturum ipsiúsque commodis quoad eius fieri possit, obstiturum: tametsi iusta satis odij causa nulla subsit, non ideo minus fidem eius carpi, labefactarique posse. [g] Oriuntur enim capitales inimicitiæ, ex leuissimis sæpe causis: quod Innocentij tertij quadam constitutione probari videtur, in qua mentio quorumdam fit, inter quos, quòd conuitiis inuicem certassent; graues acerbæque ortæ fuerunt inimicitiæ.
D [h] Ex qua colligunt interpretes, ex conuitiis verbalibusque (quas vocant) iniuriis (tametsi negligendæ pro nihilóque ducendæ videantur) capitales etiam inimicitias nonnunquam contrahi: quod quamuis mirum quibusdam videatur [i] id tamen Platonis etiam testimonio comprobatur. Ita enim ille. Cum aliqui (inquit) sibi inuicem verbis turpibus maledicunt, muliebres habẽtur: & imprimis ex verbis, quæ certè leuissima res est, odia grauissima: & inimicitiæ sæpè nascuntur. [k] Sic & apud Terentiũ Pamphilo conquerenti, quod se absente, relicta socrũ, vxor ad suos abierit, dicentique, magnã aliquam causam subesse oportere, propter quam tam diuturnas inimicitias inuicem illæ gesserunt

a lit. Grego. Deo gentil. Syntag. I.
b Virgil. I. Æneid.
c Virgil. eod. lib.
d Cap. omnis qui 24. q. I. can. cũ Adrianus vbi glo. 63. dist. Archid. cap olim ext de iniurijs l. filio quẽ pater in princ. ff. de lib. & post Ias. & Iacob. d. l. I. ff. de pact.
e glo. d. can. cum Adrianus Panor. cap. cum super Abbatia de off. de leg. Iacob. d. l. I. de pact.
f Theogn. in sen. Eras. in prouerbio lingua animus.
g Io. Fab. d. §. inimicitiæ.
h c. veniens extra de iureiur. vbi Bal. & alij.
i Iason l. pro curatoribus C. de procura.
k Plato. Dialo. de legi. II.

ſerint, ait Parmeno, ſententiam eius ſe non probare: qui de iræ magnitudine, æſtimet iniuriæ quantitatem. Oſtenditque vel leuiſſima interdũ cauſa, inter aliquos grauiſſimas inimicitias exoriri, idque potiſſimum mulieribus, pueris & aliis quibus animus infirmior ſit, euenire, vt vel propter vnum aliquod verbum acerbas inimicitias ſuſcipiant. Quod vt clarius fiat Terentij verba quatenus ad rem faciunt adſcribam. A

Pan. *Sed magnum neſcio quid neceſſe eſt eueniſſe Parmeno,*
Vnde ira inter eas interceſſit, quæ tam permanſit diu.
Par. *Haud quidem hercle parum eſt: ſi vis verborum rationem exequi*
Non maximas, quæ maximæ ſunt interdum iræ, iniurias B
Faciunt: nam ſepe eſt, quibus in rebus alius ne iratus quidem eſt,
Cum de eadem cauſa eſt iracundus factus inimiciſſimus
Pueri inter ſeſe quàm pro leuibus noxiis iras gerunt.
Quapropter? quia enim qui eos gubernat animus, infirmum gerunt.
Itidem illæ mulieres ſunt ferme, vt pueri leui ſententia:
Fortaſſe vnum aliquod verbum inter eas iram hanc conciuerit. [k]

k *Terentius in Hecyra.*

Verba etiam ſola, paulo aſperius dicta grauiſſimum quandoque odium concitare innuit apud Virgilium Sinon, dum ait.[l] C

l *Virgil. 2. Æneid.*

--- Et verbis odia aſpera moui.

In quam ſententiam & Cato, vel alius quiſquis is ſit author eius libelli, qui Catonis nomine inſcribitur.

Lis minimis verbis, interdum maxima creſcit.

Vt ſic rectiſſimè ſentire videantur, qui ex cauſa capitalis inimicitiæ teſtem reiiciunt, nulla quamuis odij illius occaſio iuſta adduci poſſit. Neque enim odij cauſa magnopere requirenda eſt, ſed an verè odium ſubſit, cùm ſint qui neque tantillum quidem læſi, odium plus quam Vatinianum in eos etiam interdum concipiant, qui de ipſis optimè meriti ſint: quorum etiam teſtimonium refutari, ſi odii illius quantumuis iniuſtè ſuſcepti, fides fieri poſſit æquiſſimum videtur.[m] Nam & (vt Seneca dixit.[n]) Si nullos inimicos tibi paret iniuria, multos tamen inuidia. Et iterum, Quamuis agas id vt ne quis merito tuo te oderit, erunt tamen ſemper qui oderint. Et hæ ferè ſunt cauſæ, ob quas capitales inimicitiæ contrahi dicuntur, quanquam & aliæ non abſimiles incidere poſſunt: quas iudicantis prudentia, religioque (cuius arbitrio plurimum hac in re noſtri tribuendum D

m *Ioan. Fab. d. §. inimicitia.*

n *Senec. in prouerb.*

A censent) studiosè dispiciet, existimabitque an huiusmodi sit inimicitia, quæ omnino à dicendo testimonio arcere debeat, vel id minus. [o] Nam eius quam dedita opera, quisquam procurauerit: rationem nullam habebit: veluti si quis alicuius testimonium metuens, quo id eleuetur, sicque veritas delitescat, pugnum in ipsum ducat, vel eum colaphis defigat in terram. Non enim idcirco quod illi ob acceptam iniuriam, inimicus videri testis possit, fidem sibi iudex abrogabit,[p] ne dolus suus cuiquam patrocinetur, sitque in potestate ipsius delicto suo aduersarii iuri officere. [q] Quando & illud receptum est, ejus calliditatem
B qui famulum domo exegerit, sperans se testimonio ipsius adiutum iri, sibi commodo esse non debere: nec ideo minus quod tum conuictor non sit, istiusmodi testis fidei obtrectari posse.[r] Quin & ego cum Alberico quantum ad eum attinet, qui impunitatem sibi captans, vel debiti remissionem, testem cæciderit, existimarem pro confesso habendum, causæque iactura plectendum, qui ipse probationum copiam, aduersario suo subtrahere nisus fuerit. [s] Illud autem sciendum in hac inimicitiarum mentione eos qui ægrè placantur, plumbeasque & diuturnas iras gerunt Græcè πολυπίκρους vocari, Latinè a quibusdam amaru-
C lentos dici: qui autem grauiter etiam propter quæ non oportet irascuntur, & non prius placantur, quàm vltio atque animaduersio sit consequuta χαλεποὶ appellantur, Latinè acerbi à plerisque dicuntur. [t]

Testem non ideo minus idoneum esse quod iniussus vel non citatus testimonium dixerit.

D

CAP. VI.



DIVERSIS opinionibus inter nostros interpretes certatum est: an idoneus testis is sit, qui nec citatus, nec à iudice iussus testimonium dixerit. Quibusdam existimantibus non esse [a] quod is operas suas ingerere videatur, qui tale testimonium dat: vulgóque traditum sit, suspectum eum esse qui se ingerit, [b] & videri de veritate in proferendo testimonio nonnihil corrumpere velle, qui ad id dicendum, festinanter

o Bal. Sali. & alij d. authen. si testis Innoc. Butr. Fels. & alij d. c. cum oporteat.

p l. 1. §. cum quis latrones vbi Bart. & alij ff. de quæst. Bald. & Salic. d. authen. si testis Io And. c. testimonium de test. Bald. l. sed. & si quis §. illud ff. si quis cautio. Iacob. l. consensisse §. sed si agant ff. de iud. & d. l. 3. ff. de test.

q d. §. sed si agant.

r l. 1. §. si seruis vbi Albe. ff. de quæstio.

s Sarg. l. prouidendum C. de postu. l. ad probationem de probatio. l. 2. §. 1. ff. de iure fisc. Albe. d. §. si seruus.

t Cal. Rhodig. lec. an. lib. 23. cap. 25.

a Spec. tit. de teste §. qualiter vers. volēs Bald. l. parentes C. de testi. Ange. l. quæ omnia ff. de procura. ferre. l. 1. ff. de fide instru. guill. cle. 1. de iureiur.

b d. l. quæ omnia.

& inuocatus accedit.[c] Ideoque ad suspicionem omnem tollendam, expectandum testi plerique contendunt, donec vel citatus fuerit, vel ei denunciatum, vt testimonium dicat.[d] Contrà aliis sentientibus, testémque non ideo reiiciendum asserentibus, quod vel non vocatus, vel iniussus testimonium dederit: quæ sententia vt crebrior[e] ita & verior mihi semper visa est. Quamuis enim qui testimonium dicturus sit, produci ab eo debeat, qui vti ipsius opera velit:[f] * nulla tamen est lex, principis, vel Pontificis constitutio, quæ testis citationem vti necessariam exigat, sicuti nec iudicis præceptum:[g] vt sic non ideò minus testis fidem faciat, quod in iure fortè repertus, productus fuerit. Tollit enim huiusmodi productio, litigatorisque qui eum profert requisitio, omnem affectati testimonii præsumptionem.[h] Nam & quid in ius vocato eo opus fuit, cum in iure tunc adesset?[i] Adde quod & leges illæ, quibus traditur quosdam esse qui inuiti testimonium non dicunt,[k] satis indicant, volentes à testimonii dictione non arceri: quamquam me non lateat, esse, qui nec etiam volentes admittantur.[l] Sed & Honorii Theodosiique rescriptum illud, quo constitutum est, libertorum aduersus patronos testimonium reiiciendum esse, ita vt non modo sponte prodire non audeant, sed nec vocati etiam in iudicium venire cogantur,[m] perspicuum facit, secundum communes iuris regulas, eius etiam testimonium recipi, qui neque vocatus in ius sit, neque ei denunciatum testimonium. Hancque sententiam, & illud non mediocriter adiuuat, quod Fabius Quintilianus ait[n] duo esse genera testiū. nempe voluntariorū, & eorum quibus iudex lege denuntiare solet. His enim verbis apparet, non ideo respui testimoniū alicuius posse: quod citatus non fuerit neque etiam ei denunciatum testimonium. Quod in controuersiis vtique ciuilibus expeditum est, in capitali enim lite aliud est: in qua qui nec iussus nec citatus, sed sua voluntate testimonium dat eo ipso non esse amicum ei se contra quem dicit fatetur.[o] Idque vsque adeò verum esse alibi do-

A

B

C

D

c §. si vero ignotis in authen. de test. Io. Andr. in additionibus ad Specul. d. § qualiter tit. de test.

d l. præsbyteri C. de episc. & cler. l. quoniā liberi & l. si quando C. de testi. Ia. a sancto Geor. l. inuiti ff. eodem.

e Abb. Butr. Fely. & alii c. in nomine domini de test. Bal. c. 3. loco de proba. c. 1. de iudic. & authen. sed nouo iure C. si cer. pet. 20. decis. 356. in nouis.

f d. l. præsbiteri & d. l. quoniam liberi & l. si quando vbi Salic.

g Bal. c. 1 §. porro quæ fuit in. caus. benef. amitt. in vsi. feud. Fely d. c. in nomine.

h Abb. c. cum in tua per illū tex. in prin. de spons. Bald d. l. præsbiteri & d. §. porro & l. 2. C. de bo. autho. iud. possess. Fely. d. c. in nomine. i §. fin. inst. de pœna tem. litig. c. fin. de elect. in vi. Iaco. l. 2. C. si min. ab hære. se absti. alcia. rub. c. de in ius voc. l. etiam §. si ff. de minor. k l. Inuiti 1. & 2. & l. lege Iulia ff. de test. l l. parentes. C. eodem. m l. libertorum C. de testib. n Quintil. orat. instit. lib. 5. cap. 7. o Quintil. d. cap. 7. dixi in cap. præcedenti.

* Nulla tamen est lex) Vsus Forensis aduersatur his quæ dicit Langlæus. Hinc Masuerius, item si aliquis se ingerat testificari, non citatus à iudice, nec productus à parte, vt suspectus meritò est repellēdus Arg. l. quæ omnia D. de procuratoribus. Not. Bart. l. vxore § qui se filio D. de falsis secus in eo qui productus à parte, licet non fuerit in ius vocatus, vt leg. Iulia & ibi glos. D. de testib. l. qui cum maior §. si falsum D. de bonis libert. notat. l. si quando C. de testib. l. cum ab initio D. quemadmodum test. aperiantur.

A cuimus: vt nec in alia etiam lite, ob præsumptam inimicitiæ suspicionem, aduersus eum produci possit, in quem reum ante testimonium dixit.[p]

Maior autem est dubitatio, quid de spontaneo teste censendũ sit, qui nec iussus, nec rogatus vltro se ad dicẽdum testimonium alicui obtulerit: an & hic in ciuili saltem controuersia testis idoneus erit? Et existimauit Oldradus esse, nec ideo arcendum, quod irrogatus, & iniussus accesserit:[q] id enim speciale in Episcopo esse, vt vltroneus testis esse non possit:[r] vnde communis B iuris regula in contrarium.[s] Adde quod & Pauli responsum illud, quo traditur iis qui testimonio suo intentionem adiuuerint accusatoris, æquè denegandam esse actionem eius quod sibi legatum fuerit, ac accusatori ipsi qui falsum testamentum accusauerit.[t] De his intelligitur qui sponte eiusmodi testimonium dederint:[v] sicut & quod Vlpian. de patrono scripsit, qui in caput liberti testimonium dixerit, vt & is à contrà tabulas bonorum possessione remoueatur.[x] Vnde colligi posse videtur firmum etiam illius esse testimonium qui ad id dicendum vltro miniméque requisitus vel monitus venerit. Si enim inutile esset, minus rectè locutus fuisset Paulus, dum ex eo accusatoris C intentionem adiuuari dixit.[y] Duréque censuisset Vlpianus ob testimonium inutiliter datum, patronum à bonorum possessione contra tabulas liberti remoueri:[z] Nec obstat quod ex Vlpiano dicunt, suspicione eum non carere, qui se irrequisitus ingerit:[a] cum Vlpia. nominatim loquatur de procuratore, qui procurationis muneri se obtrudit, inuitóque operas suas ingerit, cui ideo non immeritò suspectus videtur. Quod de teste operam suam cuiquam offerente dici non potest: is enim ea ratione non tam ei contra quem dicturus esset testimonium, D quam cui se offerret suspectus esset. Quamobrem & Alber. Oldradi sententiam sequutus, superuacaneas & inutiles huiusmodi esse interrogationes credidit, quibus conquisitores percontari testes solent, sponté ve vel vocati ad dicendum testimonium accesserint, quasi nihil id intersit.[b] A qua tamen opinione, tam ego dissentio, quàm qui maximè. Neque enim aliunde, quàm ab inimicitia, vel cupiditate huiusmodi testimonium proficiscitur, quod ad aucupandam alicuius gratiam, aliquémve laudandum spontè quis pollicetur: idque idcirco reiiciendum esse, nemo non dixerit, vt à quo fides omnis & religio abesse videatur, quod disertissimè M. Cicero non vno in loco ostendit. Sic enim

p l. product. ff. de testib.

q Oldra. l. nec honore C. de episc. & cler.

r d. l. nec honore.

s l. 1. ff. ad municipa.

t l. post legatum §. his vero ff. de his qui. vt indig.

v glos. & Doct. d. §. his vero.

x l. quicumque maior §. si tamen & §. penult. ff. de bo. liberto.

y d. §. his vero.

z d. §. si tamẽ l. si quis aliquid §. testamentum ff. de pœn.

a d. l. quæ omnia.

b Albe d. l. nec honore & l. cum locum §. hoc interdictũ ff. de tab. exhibend. & d. l. si quando.

illc.[c] Ex hac copia quam multos esse arbitramini qui hominibus potentibus, gratiosis, disertis cum aliquid eos velle arbitrentur, vltro se offerre soleant, operam nauare, testimonium polliceri. Hoc ex genere, si qui se in hoc iudicium fortè proiecerint, excluditote eorum cupiditatem, Iudices, sapientia vestra: vt eodem tempore huius saluti & religioni vestræ, & contra periculosissimas hominum potentias, cōditioni omnium ciuium prouidisse videamini. Alibique sæpius, cupiditatem testiū arguendam & comprimendam affirmat: veluti in Rhetoricis cùm ait: [d] contra testes obiici posse, quod cupidè dicant. Et in oratione pro M. Fonteio, dum dicit: Testibus, Iudices, non credere cupidis, & ab religione remotis non solùm potestis, sed etiam debetis. Et iterum: Quorum virtuti, generi, rebus gestis, fidem & authoritatem in testimonio, cupiditatis, atque inimicitiæ suspicio derogauit. Et rursum: Fuit iudicibus illis diuinum ac singulare consilium, qui se non solùm de reo, sed etiam de teste iudicare arbitrabantur, quid fictum, quid spe aut metu deprauatum, quid cupiditate aliqua, aut inimicitia profectum videretur. Et mox paucis interpositis. Recordamini, Iudices, quantopere laborare soleatis, non modò quid dicatis pro testimonio, sed etiam quibus verbis vtamini, ne quod minus moderatè positum, ne quod ab aliqua cupiditate prolapsum verbum esse videatur: vultu denique laboratis, ne qua significari possit suspicio cupiditatis. Suffragatur & huic sententię quod traditum est, [e] suspicione eum non vacare qui munus aliquod, vel officium affectat: [f] ita vt à tutela pupilli arceri debeat, quisquis eam affectasse probatus fuerit, [f] quasi mali aliquid consilij meditari videatur, neque apud eum vlla Dei memoria permanere. [g] Vnde Modestinus. Semper (inquit) magistratus hoc obseruent, non creare eos, qui volunt iniicere vel ingerere seipsos vt creentur. [h] Eámque ob rem nec ad Episcopatum recipitur, qui eum ambiuisse compertus fuerit. [i] Nec aduersatur huic sententiæ quod de voluntariis testibus, ex Quintiliano, nostrique iuris conditoribus docuimus. Et ij enim voluntarij intelligendi sunt, quibus cum mulctæ interminatione denunciatum non est, vt testimonium dicturi veniant, quamuis citati vel requisiti fuerint, [k] non qui vltro se obtulerint: nam & produci testes à litigatore debere, vt fidem faciant iam ostendimus: neque ideo minus voluntarij censendi sunt, quod ab illo producti sint, qui eorum opera indigeat. Quod & Quintilianus ipse non ob-

c Cic. in orat. pro M. Cœlio.

d Cic. rhet. ad Herenn. lib. 2. & in partitio.

e l. fin. ff de off. Præt.

f l. vxori ff. ad l. Corn. de fals.

g §. quoniã in auth. vt hi qui oblig. se perhi. hab. res mino. col. 6.

h l. scire oportet §. fin. ff. de tut. & curat. dat. ab his.

i l. si quenquam C. de epi. & cler. Cypr. epist. lib. 4. ep. 2.

k Io. Andr. in add. ad Spec. d. tit. de teste §. qualiter.

A scurè indicat, dum ait:[l] Qui voluntarium testem producit, scire quid is dicturus sit potest. Voluntarij autem dici nõ ineptè videntur, quod pro imperio nihil illis denunciatum sit. Sed nec id etiam verum est, quod post Oldradum Alber. existimauit, speciale in episcopo esse, vt voluntarius etiam testis esse non possit:[m] Id enim illi cum multis aliis commune est, qui nec volentes etiam testimonium dicunt:[n] neque tamen ideo consequens est, secundum iuris regulas, eorum testimonium recipiendum esse, qui id vltro neque requisiti, vel moniti dederint.

B † Vnde quod Paulus de legatario dixit, qui testimonio suo accusatoris intentionem adiuuerit:[o] de eo accipi debet, qui non inuitus, nec à Iudice iussus, vel citatus testimonium dederit, quamuis requisitus: sicut & quod Vlpian. de patrono dixit, qui in caput liberti testimonium præbuit.[p] Sunt tamen qui non irritum eius qui se obtulerit, testimonium esse credant: si litigatoribus præsentibus vel altero absente, sed legitimè requisito, iudex, vel inquisitor sacramento eum adegerit, vt neque precio, neque prece, neque odio, neque gratia à vero testimonio deflectat:[q] quibus & ipse assentior, modo reprehensus ab eo non fuerit, in quem vltroneum id testimonium

C dederit. Tum enim propter tacitum litigatorum consensum substinebitur, cùm vulgò receptum sit, testis alioqui minus idonei, rationem habendam, vt iusti ac pleni testimonij, si nihil ad eum refellendum fidémque ipsius eleuãdam obiectum fuerit.[r] Crediderim tamen huiusmodi testem, qui sic se iniicit, & quadamtenus obtrudit, tacente etiam eo in quem producitur, honorario Iudicis officio reiici posse: quandoquidem & id inter nostros satis conuenit, posse Iudicem ex officio, in his etiam quæ ad testium refutationem spectant supplere, si ex actis & his quæ co-

D ram se aguntur, manifesté liqueat testem legitimè reprehensum esse.[s] Addunt aliqui & vbi de impediendo matrimonij fœdere agitur, vt patrando sceleri obuiam eatur, audiendũ testem, qui se spontè obtulerit, quamuis non citatum nec productum,[t] quod & ego probo. In dubio autem si non liqueat, an vltro vel vocatus testimonium aliquis dixerit: credendum est vocatum aut rogatum fuisse: cùm non præsumamus aliquem alienis se negotiis inuocatum ingerere.[u] Ex his igitur dilucidè liquere

l Quintil. d. c. 7. lib. 5.

m Alber. d. l. nec honore post Bald.

n d. l. parentes & d. l. libertorum.

o d. § his vero.

p d. § si tamen.

q Bald. d. § porro.

r Bald. & Ange. l. si quis testibus C. de testi. Bald. l. alia C. de his qui. vt indig. Fely. d. cap. in nomine domini.

s Bart. Bal. Angel & alij l. quos prohibet ff. de postul. Paul. Cast. l. 1. in arenã C. de inofficio testam. cap. intimauit de testi. Fely. c. nulli de accusa.

t Abb. Imo. & Fely. c. iurauit de probatio. c. cũ in tua de sponsa.

v Rot. decis. 361. Felin. d. c. in nomine domini.

† Licet legatarius adiuuerit testimonio intentionem accusatoris, non priuatur legato iure Gallico, quia testes inuiti testimonium dicunt. hæ pœnæ legales abiere in desuetudinem, iure etiam nouissimo Iustinianus sanxit auth. apud eloquentissimum C. de fide instrument. testimonium dicturos in iudicium venire cogendos.

arbitror, idoneum eum testem non esse, qui vltrò & inuocatus ad dicendum testimonium accesserit: cum (vt iam dixi) vel cupiditate, vel odio ductus id sibi munus asseruisse videatur: sitque traditum iis præsertim testibus fidem adhibendam esse, qui ab omni gratiæ, & inimicitiæ suspicione quàm longissimè absint.[x] Id autem ei etiam cui operam quis suam ad dicendum testimonium vltrò pollicetur, maximoperè cauendum est, ne sub beneuolentiæ specie, sibi imponatur, dúmque se adiutum iri putat, à perfido, forsitanque submisso, & allegato teste turpissimè fallatur. Tritum siquidem est quod dicitur, vltroneas putere merces, & pretia facilitate decrescere.[y] Nam & frequenter istiusmodi testes subiici ab aduersario solent,* & omnia profutura polliciti, diuersa respondent, & authoritatem habent non arguentium illa, sed confitentium, vt non abs re Quintil. vitandas esse eorum insidias admoneat.[z] A B

x l. 3. in prin. & l. ob carmē §. fin. ff. de testib.

y Hieron. in epistola ad Demetriadem de virginit. serno.

z Quintil. d. c. 7. lib. 5.

* Et omnia profutura.] Testis prius interrogatus à litigatore, si deinde diuersa respōdeat inquisitori reprobari potest. Boerius quæst. 108. Testi, inquit Alexander cōsilio 237, lib. 1. qui vnum dixit extra iudicium & aliud in iudicio, non creditur, nec æstimatur integer testis, cap. per tuas, de probat. in. in cap. præterea. de testib. & Bartol. l. reos ad l. Corneliam de falsis, falsi reum autumat, si testis, inquit Masuerius titu. de testib. coram producente deponat ad intentionem partis & producitur propter hoc in testimonium, & coram Commissariis deponat contrarium, vt fallax & falsarius debet reputari, & maxime si iam cœperit salarium. C

IANI

A



IANI LANGLAEI

B

REGII IN SENATU BRITANNIÆ CELTICÆ CONSILIARII, SEMESTRIUM

Liber quartus.

DE FIDE TESTIUM ET ALIARUM PROBATIONUM.

C

Testimoniis quæ coram & à præsentibus non dicuntur, sed scripta eduntur, an & quando fides adhibenda.

CAP. I.

D



Vlgaris est quæstio, an testimonium descripto dari possit, vel id minus: in qua variatum sententiis inter nostros fuisse scio: plerisque existimantibus non posse, testiumque præsentiam exigentibus, vt eorum dictis fides adhibeatur. [a] Contra aliis fidem quidem huiusmodi testimonia (licet non eandem, quam quæ coram dicuntur) facere affirmantibus. Mouet prioris sententiæ assertores, quod diuum Hadrianum rescripsisse Callistratus refert, [b] non testimoniis, sed testibus credi oportere: Quodque Paulus memorat, [c] cum Lucius

a Can. relatũ 5. q. 2. can. testes 3. q. 9. Panor. Imo. Fel. c. de testibus ext. de test. idẽ Panor. c. à nobis qui matr. accu. poss. auth. in c. fin. de re. iud. in 6. Butr. c 1 in fine de test. cog. Bal. rub. ext. de test. Iacob. l. 3 §. item diuus ff. de test.

b l. 3 §. idem diuus ff de testib.

c l. Lucius ff. de his qui not. inf.

Titius veluti contumeliam passus, Caio Seio * dicam impegisset, atque in eam rem testationem apud Præfectum prætorio protulisset, Præfectum fide testationi non habita, secundum reum litem dedisse: sicut & quod lege noua Iustinianus sanxit, [d] testimonium dicturos, omnimodo in iudicium venire cogendos esse, Quod in dialogo de oratoribus Cornel. Tacitus scriptum his verbis reliquit. Testimonia in publicis non absentes, nec per tabellam dare, sed coram & præsentes dicere cogebantur. Quibus accedit, quod vulgò dici solet: Testi non iurato fidem non haberi. Cùm enim nec viuæ etiam voci illius qui iniuratus quidquam pro testimonio dixerit, credatur: [e] consequens est, vt nec mortua fidem faciat: quod Cicero in oratione pro L. Flacco significare videtur, cùm infit, Audiamus hominem, non adest, quomodo igitur dicet? Epistolam mater eius profert, & alteram soror, scriptum ad se dicunt esse ab illo, tantam pecuniam Flacco datam. Ergo is, qui si aram tenens iuraret, crederet nemo: per epistolam, quod volet, iniuratus probabit? Et mox. Nunc denique matterculæ suæ festiuus filius, aniculæ minime suspiciosæ purgat se per epistolam, vt eam pecuniam quam confecerat, non consumpsisse, sed Flacco dedisse videatur. Et rursum. Cur epistolis, & sororis, & matris imbecillitatem aucupatur? postremò, cur non audimus ipsum? retinetur credo in prouincia, mater negat: venisset (inquit) si esset denunciatum. Tu certè coëgisses, si vllum firmamentum in illo teste posuisses. Et statim. Sed tamen quis tibi Læli de epistolis istis indicauit? mulieres negant se scire: quis? is ipse? Igitur ille tibi, se ad matrem & sororem scripsisse narrauit? an etiam scripsit rogatu tuo? His tu igitur epistolis Deciane recitatis, his mulierculis productis, illo absente authore laudato, tantum te crimen probaturum putasti? præsertim, cùm ipse non deducendo Falcidium, iudicium feceris, plus falsam epistolam habituram ponderis, quàm ipsius præsentis fictam vocem, & simulatum dolorem. Adde quod permagni refert, testes in conspectum Iudicis venire, vt dispicere possit, quo vultu, quaque confidentia, &

A B C D

d Auth. apud eloquentissimum C. de fide instr.

e l. iurisiurando de testib.

* Dicam impegisset) Dica Iudicium actio, libellus actionē continens Terentius in Phorm. en vnquam iniuriarum audisti mihi scriptam dicam. & Cicero 4. Verri. scribitur Heraclio dica, hoc est, ecquando audisti me iniuriatum nomine in Iudicium fuisse vocatum Græci deam esse finxerunt Iudiciorum præsidem, eamque virginem, & Iouis filiam, qualem Latini finxerunt iustitiam, dica non actionem significat, vt Budęus existimauit, sed iudicium sortiri dicā, & sortiri iudicium pro eodem. Cicer. 4. Verr. Passeratius. in hoc loco sumitur pro crimine à Langlæo vt videre ēst Lucius Titius crimen intendit Gaio Seio, quasi iniuriam passus, inquit Paulus l. 21. Lucius Titius D. de his qui notantur infamia.

A religione dicant: [f] qui simpliciter visi sint dicere, vtrum vnum, eundémque meditatum sermonem attulerint, an ad ea quæ interrogauerit, ex tempore verisimilia responderint. [g] Plurimum quippe (inquit Arcadius) in excutienda veritate, vox ipsa, & cognitionis subtilis diligentia adfert. Nam & ex sermone, & ex eo, qua quis constantia, qua trepidatione, quid dixerit, quędam ad illuminandam veritatem in lucem emergunt. [h] Qua ratione sunt qui putent: nec testimonio quidem illi fidem habendam esse, quod ipse testis scriptum attulerit: quamuis ab eo coram B Iudice lecto, ac recitato. [i] Non enim vt ex vultu, & sermone, qui animi sunt indices illius, qui interrogatus respondet, sic ex testimonio licet ab eo qui scripserit perlecto cognosci potest, à qua constantia, trepidatione, confidētia, & religione id datum sit. Alius nempe est oris habitus eius qui ad rogatum respondet, alius eius qui scriptum testimonium recitat. Quo pacto & in secreta (vt vocant) exomologesi longè minor illius est pudor, qui libellum scelerum suorum indicem, quamuis manu sua cōscriptum sacerdoti recitat, quàm eius qui proprio ore, pectus suum homini retegit. Adimit quippe huiusmodi scelerum quæ C de scripto fit recensio, bonam pudoris, & verecundiæ partem: cuius tamen maximam constat esse vtilitatem, vt quæ hominem cohibeat, ne facile relabatur in eadem. [k] Et hæc quidem crebrior est sententia. In quam tamen facile non concessetim: qui sciam posteriorem firmioribus, rationibus niti. Bartoloque & quibusdam aliis precipui inter nostros nominis magis probari. [l] Quibus & illud suffragatur, quod alibi ex Fabio Quintiliano admonuisse memini, testimonia non à præsentibus tantum, verumetiam per tabulas dari posse, [m] sicut, quod M. Cicero & Plutarchus non vno in loco perspicuè demonstrant, moris D veteribus fuisse, vt quæ per tabulas testimonia dicerentur testes ipsis signis suis consignarent. Cicero. [n] Veniunt frequentes testificantur isti P. Quintium non stetisse, & se stetisse: tabulæ maximæ signis hominum nobilium consignantur. Et alibi. [o] Testimonium cōposui, quod cū voles obsignabo. Plutarchus memoriæ mandatū est, cum tabellas testimonij quodam tēpore obsignasset Capio, Catonē qui postea superuenisset addere suū sigillum noluisse: Tum Capionē repetiisse tabellas, ac sigillū abstulisse suum priusquā intelligeret, qua de causa frater non credidisset, & testimoniū suspectum habuisset. [p] sicque ab Apuleio

[f] Cic. in eadẽ orat. pro L. Flac. in pr.
[g] l. 3. ff. de test. in princ.
[h] l. de minore §. plurimum ff. de quæst. Cic. in d. ora. pro L. Flac.
[i] Salic. l. iurisiurandi C. de test. Iaco. à S. ãct. Geor. d. l. 3. §. item diuus Boer. in decisio. Burdeg. 1. q. num. 38. Fely. d. c. de testibus.
[k] cap. quem pœnitet de pœnit. dist. 1.
[l] Bart. l. Theopompus ff. de dote præleg. & l eos ff. ad l. Cor. de Fal. Ferr. d. l. 3 §. idem diuus.
[m] Quintil. orat. inst lib. 5. cap. 7. dixi in cap. cuius initium inimicitiam vt à testimonio repellat.
[n] Cic. in orat. pro P. Quintil.
[o] Cic. 15. ad Attic.
[p] Plutarchus in lib. de fraterno amore.

testimoniorum mentio, quæ ex libello legebantur, de scripto- A
que recitabantur. Apuleius.[p] Cur autem testimonium ex libel-
lo legitis? Crassus ipse vbi gentium est? Et mox paucis interie-
ctis. Exibeat nobis Æmilianus iuuenem honestissimum, cuius
testimonio nititur, quid sit vides, dico Crassum iamdudum
ebrium stertere, aut secundo lauachro ad * repotia cœnæ ob-
eunda, vinolentum sudorem in balneo desudare. Iste cùm ma-
ximè præsens, per libellum loquitur. Quæ etiam verba satis in-
dicant vetustissimum esse testimoniorum quæ per scripturam
dicebantur vsum. Sicut & illa Quintilliani, de testium, ac testi-
moniorum inter se pugna & collisione sæpe inter se collidi so- B
lent, inde testatio, hinc testes locus vtrinque hæc enim se pars
iureiurando, illa consensu signantium tuetur.[pp] Nec me de hac
sententia deducit, quod Callistratus ait diuum Hadrianum,
Iulio Rufino rescripsisse, testibus se, non testimoniis croditu-
rum, neque apud se testimoniis, id est testium asseuerationibus
in scripturam redactis locum esse.[q] Id enim ad consuetudinem
principis qui ipse testes interrogare solebàt, referendum est,
alioqui manifestè secum pugnaret Hadrianus, cum subiicit
aliam esse authoritatem testium presentium, aliam testimonio-
rum, quæ recitari solent: quæ verba satis indicant: vtrumque fi- C
dem, sed nō eandē facere: quod & nouissimè Ferretus animad-
uertit.[r] Minus vrget, quod Paulus scribit, cum Lucius Titius,
crimen intendisset Caio Seio, quasi iniuriam passus, atque in
eam rem testationem apud Præfectum Prætorio recitasset: Præ-
fectum fide non habita testationi, nullam iniuriam Lucium
Titium passum esse à Caio Seio pronunciasse.[s] Id enim ideo
factum à Præfecto fuisse apparet, quia refutata, & reprehensa
huiusmodi testimonia fuissent, siue quia falsa fuisse liqueret, si-
ue ob aliam causam quibus idcirco fides adhiberi non potuit. D
Quod & verba illa, quorum testimonium reprobatum est,
apertum faciunt. Sed nec etiam obstat quod diximus, noua Iu-
stiniani sanctione, necesse esse testes prodire in conspectum iu-
dicis & ibi quæ comperta habent, ac cognita edocere.[t] Id enim
de testibus alienæ iurisdictionis accipiendum est, quos in capi-
tali lite, quid de causa cognoscit audire debet & interrogare:
neque id munus ei iudici, cuius in prouincia degunt, delegare,

p Apuleius 1. Apol. pro seipso.

pp d. cap. 7. lib. 5.

q l. 3 §. id idē diuus ff. de test.

r Ferretus d. §. idem diuus

s l. Lucius Titius ff. de his qui not. infam.

t d. authen. apud eloquētissimum C. de fide instr.

* Repotia) Repotia quum postridie nuptiarū apud nouum maritum Cænatur, quod quasi reficiatur noua potatio. porphyrio repotia inquit, dies ille qui nuptias statim sequitur. Horat. Satyr. 2.

Ille repotia, natales aliosve dierum festos albatus celebret.

A ne ſi fortè ſubiici tormentis eos oporteat, non poſſit id per delegatum, vel vicarium explicari: non enim vſquam proditum eſt, Iudicem Iudici mandare quæſtionem.[u] Vnde etiam manifeſtum fit, quod de teſtimoniis coram & à præſentibus dicendis ex Tacito retulimus: noſtræ huic ſententiæ nihil aduerſari. Id namque ſimiliter de teſtimoniis in publicis capitalibuſque iudiciis datis intelligi oportere priora illa Taciti verba in publicis, clariſſimè demonſtrant: vt ſic appareat in priuatis litibus aliud eſſe.[x] Nec deſunt etiam, qui tam diui Hadriani epiſtolam
B [y] quam Pauli reſponſum [z] in criminalibus tantùm cauſis locum obtinere dicant, [a] Quibus & ipſe facilè acceſſerim, ſiquidem epiſtolæ verba illa: Quod crimina obiecerit apud me Alexander Apro, &c. ſenſiſſe diuum Hadrianum de cauſis criminalibus, planum faciunt: ſicut & illa in reſponſo Pauli: Lucius Titius crimen intendit Caio Seio, quaſi iniuriam paſſus. Proinde Conſtantinus Hermenopolus: in criminibus (inſit) neceſſe omnino eſt ipſos teſtes adduci, & nõ verba illorum. Et rurſum: Teſtibus non teſtimoniis fides adhibenda. In criminalibus enim ipſos à iudicibus interrogari oportet. [aa] Quod ſi quis
C Calliſtrati reſponſum [b] de cauſis etiam ciuilibus accipiendum putet non admodum repugno: cum hoc tamen temperamento: vt teſtimoniis quidem quæ in huiuſmodi litibus de ſcripto recitantur, fides eadem non habeatur, quam iis quæ coram & à præſentibus dicuntur, fidem tamen faciant licet minorem. Id enim verba illa poſterioris epiſtolæ ad Gabinum Maximum ſcriptæ: Alia eſt authoritas præſentium teſtium, alia teſtimoniorum, quæ recitari ſolent, non obſcurè ſignificant, quæ cum generalia ſint, generaliter intelligenda ſunt, Nam & cùm Calliſtratus (quod Ferretus admonuit) [c] duas Hadriani epiſtolas
D recitauerit, quarum ſuperior de crimine agit, ſequens generalis ad ciuiles cauſas referenda eſt: quandoquidem hic mos eſt iuriſconſultorum, vt ad fidem alicuius rei faciendam, exemplum vnum referre ſatis habeant, niſi cùm amplius continetur altero, quàm priore.[d] Plura enim diuerſum ſemper aliquid habent.[e] Poſtremo nec illa quoque de ſententia me dimouent, quæ de epiſtolis à Falcidio ſcriptis ex Cicerone retulimus quibus teſtabatur pecuniã ſe Flacco dediſſe. Præter id enim quod illic de probando crimine agebatur, ſcriptas ad mulieres fuiſſe non liquebat: quod verba illa: Sed tamen quis tibi Læli de epiſtolis iſtis indicauit, mulieres negant ſe ſcire, ſatis indicant. Fal-

u Ferretus d. §. idem diuus.
x Arg. l. cum prætor ff. de iudic.
y d. §. item diuus.
z d. l. Lucius.
a Cuiac. in nou. Iuſtin. de teſt.
aa Conſt. herme. epile. iur. ciuis tit. de teſtibus.
b d § idem diuus.
c Ferr. d. §. idem diuus.
d l. diuus ff. de pœnis l. imperatores ff de appell.
e l interdum de publica l. vlt ad ſenatuſ. turp. ff.

fasque esse Cicero contendebat: tum etiam huiusmodi Falcidium esse hominem, cui vel præsenti, & iurato fides habenda non fuerit, vt ideirco multominus epistolis illius credi debuerit, Falluntur itaque qui huiusmodi testimoniis, quæ coram honestis ac probis viris dicuntur, aut de scripto iudici recitantur, fidem omnem adimunt. Ex his enim non leue nec contemnendum indicium oriri, ne ipsi quidem, quibus prior sententia potior videtur abnuunt. [f] Nam & cum seruus venditus rebus ablatis fugisset mox inuentus præsentibus honestis viris interrogatus, in domum venditoris se fugisse respondisset, respondit Paulus: Si & alia indicia prioris fugæ non deficiunt, etiam serui responso credendum esse. [g] Quod & ad eum qui iniuratus testimonium dederit, producendum Buttius existimauit. [h] vt ex eius dicto similiter præsumptio non leuis oriatur. De eo quoque conuenit inter omnes, testimonio, quod à muto scriptum allatum sit, non minus fidei haberi, quam ei quod præsens & interrogatus coràm dixerit. [i] Cum enim fari ille nequeat, neque ideo ex sermone eius, qui nullus est, instrui iudicantis religio possit de fide, quam testimonio ipsius haberi oporteat: quorsum iudici se rogandum exhibebit? Nec obest, quod iniurato testi fidem non habendam diximus: [k] potest siquidem nullis etiam accedentibus verbis iusiurandum dari: [l] ab eo maximè qui elinguis sit, neque sermonis vsum vllum habeat. Et is enim vel nutu, vel scripto iurare poterit: [m] sicut & matrimonium contrahere. [n]

Sunt & alij plerique casus à recentioribus animaduersi quibus, ex sententia omnium, testimoniorum non minor, quam testium est authoritas: veluti cum testimonium de eo datur, quod ad artis alicuius peritiam attinet. Quod accidit, cum vicinis, aut aliis de opere aliquo ambigentibus, in rem præsentem itur adhibitis architectis, & fabrilium artium magistris, qui opere inspecto, quæ compererint Iudici referant, Et ij enim vt plurimum coram & rogati testimonium non dicunt, sed ab se acta scripto renunciant: quorum testationi fides perinde habetur, ac si rogati dixissent. quod & in decempedatoribus machinariis mensoribus, metatoribus, geodetis, libratoribus, & quibusuis aliis agri mensoribus, qui contendentibus aliquibus de finibus, vel mensura agri, aut ædificij modum renunciant, locum obtinet. [o] Sicut & in medicis, & chirurgis cum ea quæ de ægritudine, vel vulnere cuiusque, ex artis suæ vsu comperta habent re-

Fe. à nobis & c. veritatis de dol. & contin. Eutr. & l mo. c. cum in eccle sijs de maio. & obed. Aug. Capol. quæro § fin. ff. de ædil. edic. Floria d. l. 3. § Sabino ff. de test.

g d. l. quæro § fin.

h Eutr. c. cum olim in fin. de priuil.

i Glos. can. testes 3. q. 9. Spec. tit. de test. § nunc tractandum versic. quid de muto. Panor. & Fely. d. c. de testi. Eutr. c. cum apud de spons. Alci. in rub. de iureiu. ext. & l. 1. in principio ff. de verb. oblig.

k cap. tuis de testibus.

l Panor. in rub. extr. de iureiur.

m Paul. Aret. Alex. & alij l. 1. de verb. oblig. Alcia. d. rub. ext. de iureiur.

n d. c. cum apud de spons. fal. ext.

o l. penul. § fin. cum l. seq. ff. si mens. fal. mo. dix. Fely. d. c. de testibus.

A

B

C

D

A ferunt. Nam & hi similiter crebrius rogati testimonium non dicunt, sed scriptum adferunt.[p] Id proprie renunciatio dicitur.[q] Nam & renunciare valet exponere, & referre quid actum sit, quod nuntiorum est exploratorum legatorum, & aliorum, qui ad aliquid faciendum, inspiciendumve missi sunt, cum reuersi, quid egerint, referunt. Cæsar lib. 1. commentar. Qualis esset natura montis, & qualis esset in circuitu ascensus, qui cognoscerent, misit: renunciatum est, facilem esse, Cicero 6. Philippica. Cum legati renuntiarint (quod certe renunciabunt) Antonium non esse in vestra potestate. Idem de Seruio Sulpitio.

B Philip. 9. Nec vero dubito, quin si ille vir legationem renunciare potuisset, reditus eius & nobis gratus fuerit, & reipublicæ salutaris futurus. Quo fit vt in rescripto Gordiani, quo traditur, non temere milites dimitti, nisi quos constet medicis denunciantibus vitium contraxisse[r] mendum subesse putem, in voce denuntiantibus: idque literulæ vnius immutatione corrigi posse: vt expuncta litera D. substituatur R. vt sit sensus non solui militia milites ob aduersam valetudinem, nisi renunciantibus medicis liqueat, perpetuo eos morbo laborare.

C Renunciationem itaque recte, latineque appellare possumus, viatorum & aliorum qui edicta aut sententias exequuntur relationem, quam vulgo processum verbalem nuncupant[s]. Græcis ἀπαγγελία dicitur, nam & ἀπαγγέλλω significat expono, refero, ab alio mihi mandata renuncio. Quod vero Butrius, Felynusque huiusmodi testationibus fidem idcirco habendam putant: quòd non tam testium, quàm iudicum munere fungantur mensores, opifices, & huiusmodi alij, vt qui non à iudice, sed à litigatoribus electi, neque etiam iurati renuntient,[t] mihi verisimile non sit. Vsu enim didici hos omnes iura-

D mento adigi: vt quæ ex fida hominis, agrive, aut operis inspectione, artisque suæ peritia, de eo quod in controuersiam venerit, compererint, verè & ex fide renuncient: idque sacramentum perlecta renunciatione rursum ab eis exigi. Iurant enim quæcumque in ea continentur, vera esse. Nec ad rem pertinet, quod hoc negotium non aliis fere detur, quàm qui vtrique litigantium accepti sint: & de quibus inter eos prius conuenerit. Non enim ideo minus sacramento dicunt: nisi remissum eis iusiurandum fuerit.[u] nisi quod medicorum, quamuis iniuratorum testationibus plerumque fides adhibetur: quãuis sciam & hos quoque sacramento adigendos, & à Iudicibus

p l. semel de re milita. lib. 12. C.

q l. 1 in princ. l. 3. §. cõperit & si mensor ff. si mẽs. fal. mo. dix.

r d. l. semel.

s Budæ l. qui fundum ff. de cõtrah. empt.

t But. c. veniens de test. & cap. qui quintanalis de iureiur. Fel. d. c. de testibus.

u d. l. iurisiurand. C. de test. l. 1. ff. de ferin.

ipsis audiendos, tam Cæsarei, quàm Pontificij iuris interpretes A
crebrius existimare. x Sed hoc quod diximus iure vtimur. Illud
quoque in confesso est, atque in expedito: si de negotio aliquo
quæratur inuoluto, & implicito, testimonium de scripto dari
posse, non enim culpandus videtur, qui in testimonium vocatus apud iudicem paulò forte asperiorem (ne laqueis insidiosæ
interrogationis inuolutus, elabi atque extricare se non possit)
scriptum testimonium edit. y Cogi itaque hunc, vt cum famæ,
vel vitæ suæ discrimine propria voce testimonium dicat, inhumanum putarem: alioqui præsentem, si sermonis vsus illi non B
desit, compelli à Iudice posse, vt rogatus respondeat, inficias
non ierim. z

x Bart. d. l. semel Ioã. And. & Fel. c. significasti 2. de homicid.

y Ar. l. fin. vbi Bart. ff. de cõfes. & Bart. l. qui bona §. si alieno ff. de damno infec. Bal. in rub. de iureiur. Fely. d. c. de testibus.

z Bart. d. l. Theopompus.

Testes criminis Iudices legitimos esse, qui pone parietem constituti, delinquentis vocem audiuerint.

CAP. II.

Olent plerique capitalium rerum quæsitores, quo facilius eum, quem grauioris alicuius criminis suspectũ C
habent, conuincere possint, testes aliquot, pone fores,
vel parietem cubiculi eius in quo quæstio illa exercetur, statuere, qui aut seræ ostij, parietisve foraminibus, vel rimis, aures admouentes, si quid (dum expectatur actuarius) reus in se fateatur,
eius rei testimonium dicere possint. Nec me latet quamplurimos nostra etiam ætate, fuisse primi nominis Iudices, qui eadem spe ducti, integræ opinionis homines, scelerúmque omnium puros, in carcerem volentes coniecerint, qui se iis qui eadem custodia continebantur, quasi illis confidentes eius criminis ob quod impacti in carcerem essent, sontes esse non diffiterentur, vt & inuicem illi proprium scelus agnoscerent: idque D
crebrius fœliciter cessisse. Quod vtique commentum probauerim, modo fraus nulla ad fallendum, circumueniendúmque innocentem adhibeatur. Iure enim facere magistratum, qui viam omnem apperiat, & nullum non lapidem moueat, ad veritatem criminum eruendam, absit modo fraus & iniuria. Nam & Ciceronis tempore, id Staleno cuidam accidisse, vt ea loquutus sit, bonis viris subauscultantibus pariete interposito, quibus patefactis, in iudiciúmque prolatis, rei capitalis iure damnatus

A damnatus sit, ipse testis est locupletissimus.[a] Ideóque & Staleni parietem in prouerbium abiisse, quidam existimāt: quo commouemur verbis esse parcendum: ne (vt assolet & docuit Plin.) redituras per iugulum voces, non satis prudenter effundamus. De eo autem Staleno dictum apparet, qui in causa Oppianici, turpiter & auarè versatus, pœnas reipublicæ dependit: De quo Cicero in oratione pro A. Cluentio. Atque illo ipso tempore in ædes T. Annij hominis honestissimi, necessarij, & amici noctu Stalenus accersitus ab Oppianico venit. Iam cætera nota sunt B omnibus: vt cum illo Oppianicus egerit de pecunia: vt ille se rediturum esse dixerit: vt eorum sermonem omnem audierint viri boni, qui tum consulto propè in occulto stetissent: vt res patefacta, atque in forum prolata, & pecunia omnis à Staleno extorta, atque erepta sit. Idem in libro de Clar. orat. Et C. Stalenus ascendisset ad honores, nisi in facinore manifesto deprehensus, pœnas legibus & iudicio dedisset. Et alibi.[b] Quem mihi tu Bulbum, quem Stalenum, quod vnquam huiusmodi monstrum, aut prodigium audiuimus, aut vidimus, qui cùm reo transigat, post cum accusatore decidat? Vnde manifestum C fit, non hunc Staterium (quod quidam crediderunt) sed Stalenum dictum fuisse, licet in Topicis Staterius legatur, in Bruto Staienus.* Sed & Cicero ipse simile quiddam de Lacedæmonio Pausania se accepisse ait,[c] neque tamen rem ipsam, vti se habuit explicat: Sic autem Thucidides exequitur:[d] fuisse Pausaniam Lacedæmonium virum quidem longè præclarum, sed tamen in omni genere vitæ varium, nam vt virtutibus plurimum eluxit, sic vitiis est insigniter adobrutus. Is cum faustis successibus elatior factus, clàm cum Xerce Persarum Rege, de proditione agere cœpisset, Argilius quidam quem puerum, in delitiis habuerat, epistolam ab eo ad Regem scriptā D perlaturus accepit: qui suspicatus (id quod erat) mali quippiam ça contineri, cùm vinculum soluisset, scriptumq; inuenisset, vt ipse occideretur, Ephoris legendū dedit: qui quamuis iam indici non mediocrem fidem haberent, suis tamen auribus Pausaniam ipsum audire voluerunt, hoc hominis machinamento, vt specie supplicis ad Tænarum veniret, constructoq; inibi latibulo duplici, sæpè discluso, in altero se collocat, in altero Ephoros

a Cic. in topic. ad Trebatium.

b Cic. 4. in Verr. act.

c Cic. d. lib. Topic.

d Thucid. belli Peloponesiaci lib. 1. Dyon suæ bibliot. lib. 11.

* Staienus.] Staienus, Staius nuncupabatur. hinc Persius.

Quod mihi quondam — legarat Staius.

Sed quia seipsum adoptauit ex Staio factus est Staienus. Nam adoptatus nomē adoptantis sumebant, hac ratione qui nomina immutant, seipsos videntur adoptare, quorum ingens est numerus.

abſcondit: ex quo poſſet audiri ſi quis quid loqueretur cum eo: A Quò cùm ad hominem Pauſanias veniſſet, cauſámque obſecrationis ſciſcitaretur, hinc ille quid comperiſſet ex literis aperit. Tunc verò Pauſanias etiamnum commotior orare cœpit, ne nuntiaret, nec ſe meritum de illo optimè proderet. Ea cum excepiſſent Ephori, iam iámque comprehenſuri illum forent, in Mineruæ templum confugit, vbi & inedia finiuit vitam. Sed vt iterum ex Cicerone, aliquid ad hanc rem pertinens afferamus: videtur & Clodia conſimilem rationem excogitaſſe, qua M. Cælium veneficij conuinceret. Scribit enim Cicero id ei ab B aduerſariis obiectum, quod cùm Clodiæ per Licinium venenum paraſſet: iſque Clodiæ ſeruorum opera & miniſterio ad eam rem vti voluiſſet, ſerui autem indicium ad heram detuliſſent: eam ſeruis præcepiſſe, vt nihil non Cælio pollicerentur, locúmque Licinio ad balneas xenias darent: Deinde miſiſſe qui latentes rem vti gereretur inſpicerent. & Licinium deprehenderent in manifeſto facinore. Ciceronis verba ſubſcribam, quatenus ad rem faciunt. [e] Datum (inquit) eſſe hoc aiunt. P. Licinio pudenti adoleſcenti & bono, Cælij familiari: conſtitutum factum eſſe cum ſeruis, vt venirent ad balneas xenias, C eodem Licinium eſſe venturum, atque iis veneni pixidem traditurum. Et mox paucis interpoſitis. Immò (inquit) cum ſerui ad dominam rem iſtam & maleficium Cælij detuliſſent, mulier ingenioſa præcepit ſuis, vt omnia Cælio pollicerentur: & vt venenum cum à Licinio traderetur, manifeſtò comprehendi poſſet, conſtitui locum iuſſit ad balneas xenias, vt eò mitterct amicos, qui deliteſcerent: Deindè repentè, cùm veniſſet Licinius, venenum traderet, proſilirent: hominémque comprehenderent. Videtur & eodem pacto detectam fuiſſe legatorum Tarquinij cum Vitelliis, & Aquiliis coniurationem, de D Regibus clàm nocte in vrbem accipiendis, quod Dionyſius Halicar. his verbis memoriæ prodidit. [f] Poſt epulas autem iubentes è conuiuio miniſtros exire, & ante fores habitationis virorum ire, differebant inter ſe de reductione ipſa tyrannorum: & quæ viſa erant repoſuerant ſeorſum in literis ſua manu ſcriptis, quas opus erat accipientes Aquilios legatis Hetruſcis tradere, illóſque Tarquinio. Interim verò ſeruorum quidam vini præbitor ex vrbe Cenina captiuus, cuius nomen erat Vindicis, ſuſpicatus hos viros aliquid moliri prauum, ob miniſtrorum ablegationem, ſolus foris reſtitit ad oſtium, ſermo-

e Cic. in orat. pro M. Cælio.

f Dyon Halicar. lib. 5.

A nésque eorum excepit & literas ab omnibus scriptas vidit, ad compaginem quandam ostij perspicuam visum adhibens, egrediénsque domum multa adhuc nocte, vt à dominis ad opus quoddam missus, ad Consules quidem veritus est ire: timens ne volentes ipsi rem occultare, vt cognatis prospicerent, indicem coniurationis perderent. Veniens itaque ad P. Valerium qui inter primos quatuor fuerat, qui tyrannidem dissoluerunt, dat ei dextram & ab eo fidem per iusiurandum accipit, securitatis suæ, ac eorum quæ vidit, & quæ audiuit sit iu-

B dex, &c.

Cæterum quod de quibusdam, ad custodias immissis, diximus ad captandos earum sermones, confessionémque scelerum, ob quæ in carcerem receptæ erant, ab iis si fieri posset exprimendam: vidêtur magistratus à Domitiano Cæsare mutuati: quem Philostratus scribit,[g] misso in carcerem Apollonio, submisisse quendam sermonum auscultatorem, qui si quid temerè in Domitianum Apollonius effutiisset, id protinus principi referret, eáque de re si opus videretur testimonium diceret. Is habitu quidem tristis, demissúsque cùm appareret, & in

C magno (vt aiebat) discrimine constitutus, lingua non admodum expedita vtebatur, verba decem octóve calumniatorum more connectens. Sed cum Apollonius (quem aduersarij aduersus principem multa tum secreto, tum palam disseruisse criminabantur)[h] fraudem percepisset, ea narrabat, quæ sibi nunquam contigerant. Et postquam ille ad obiurgationem tyranni deducere tentauit Apollonium: ô amice, inquit, tu quicquid libet, audacter dicito: neque enim ego calumniabor. Ego autem quicquid in Rege dignum accusatione, iudicauerim, coram ipso proferam. Non absimili quoque commento dete-

D ctam, fuisse scribit Procopius quandam in Iustinianum factam coniurationem. Ait enim.[i] Cùm Arsaces cum Artabano & Charange, in Iustiniani cædem conspirasset, idque consilium Iustino Germani filio aperuisset, quod cum patrémque suum ad id facinus se adiuturos speraret, Iustinúsque ad patrem rem omnem protinus detulisset, ísque etiam ex ordine cuncta explicasset, Marcello aulæ Regiæ Præfecto, neque vellet Marcellus ad Iustinianum deferre, nisi certius aliquid de ea re à probato, fidéque digno viro acciperet. Iustinum quo ex Charange rei seriem exculperet, finxisse se patrémque suum, negotio affuturos, atque ita ab eo quæ Artabani prius

g Philostra. de vita Apol. lo. lib. 7. cap. 11.

h Apoll. eo. lib. cap. 10.

i Procop. de bello Gotho. lib. 5.

communicasset, resciuisse: diémque inter eos ad colloquium A constitutum. Quod cum Iustinus Marcello renuntiasset, ab eóque petiisset, vt fidelem aliquem amicum sibi daret, qui & ipsa audiret, quæ ad coniurationem pertinentia Charanges afferetur, in idque Marcellus Leontium delegasset, hunc Germanus in abditum quendam domus suæ locum deduxit, vnde à nemine conspectus, quæ dicerentur audire posset. Quo cum ventum esset, atque Charanges quæ illi fuerant, cum Arsace, Artabanóque consilia ex ordine retulisset, omnia facilè Leontius intellexit. De hisque non multo post testimonium dixit. B Eodem spectat quod apud Plautum Agarastocles adolescens, qui Adelphasium meretricem deperibat, quo facilius eius consuetudine sibi frui liceret, communicato cum Milphione seruo consilio, in lenonem apud quem meretrix agebat hosce dolos confinxit: adornauit nempe Villicum, qui tanquam peregrè aduenians, secum apud lenonem deferret aureos trecentos Philippeos, hospitari, potare, scortari se velle simularet, locúmque sibi tutum dari postularet. Et vt illum doli, furtique conuinceret, adhibuit ad eam rem aduocatos facinoris conscios, qui rem omnem procul inspicerent, testimoniúmque vbi opus foret C perhiberent. Idque ita factum est: deducto enim Collabisco, & à lenone introducto, procul inspectantes aduocati viderunt aurum lenoni numerari, ídque se pro testimonio dicturos polliciti sunt. Quod vt à lenone perceptum est, is protinus metuens ad Prætorem trahi, in fugam se coniecit: tandémque ab Adolescente obtinet, vt simplum sibi soluere liceat, Plautus.[k]

[k] Plaut. in pœnulo.

Ag. *Scitis rem: narraui vobis quod vestra opera opus siet*
De lenone hoc, qui me amantem ludificatur tamdiu, D
Ei paratæ vt sint insidiæ, de auro, & de seruo meo.
Ad. *Omnia isthæc scimus iam nos: si hi spectatores sciant.*
Horum hic nunc causa agitur, hæc spectatorum fabula:
Hosce satius est docere, vt quando agas quum agant sciant.
Nos tu ne curassis, scimus rem omnem, quippe omnes simul
Didicimus, tecum vnà vt respondere possimus tibi.
Ag. *Ita profectò est, sed agite igitur, vt sciam vos scire rem*
Expedite & mihi quæ dudum vobis dixi, dicite.
Ad. *Ita me tentas, an sciamus nos meminisse nostra?*
Quomodo trecentos Philippeos Colabisco Villico

A *Dederis: quos deferret huc ad lenonem inimicum tuum.*
Itaque vt se assimularet peregrinum esse ex alio oppido
Vbi is detulerit, tu eo quæsitum seruum aduentes tuum
Cum pecunia Ag. *meministis memoriter, seruastis me.*
Ad. *Ille negabit, Milphionem quæri senseibit tuum*
Adduplicabit omne furtum, leno addicetur tibi
Ad eam rem nos esse testes, vis tibi Ag. *tenetis rem*

Et inferius Villicus introductus cùm videret aduocatos recedere velle, sic ad eos.

Videre equidem vos vellem, cum huic aurum darem.
B Ad. *Illinc procul nos isthuc inspectabimus*
Auro autem numerato sic Agarastocles.
Ag. *Vidistis leno cum aurum accepit?* Ad. *Vidimus*
Ag. *Eum vos esse meum seruum scitis?* Ad. *scimus*
Rem aduersus populi leges esse. Ad. *sciuimus.*
Ag. *Hem isthæc volo ergo vos commeniisse omnia:*
Mox ad Prætorem quum vsus veniet. Ad. *meminimus*
Et iterum Agarastocles sic lenonem aggreditur.
Ag. *Hoc age sis leno seruum esse audiui meum*
Apud te. Ly. *apud me: nunquam factum reperies.*
C Ag. *Mentire: nam ad te venit, aurumque attulit*
Ita mihi renunciatum est, quibus credo satis.
Ly. *Malus es, captatum me aduenis cum testibus*
Tuorum apud me nemo: nec quicquam tui
Ag. *Mementote illic adoucati.* Ad. *meminimus.*

Quo in loco sunt qui credant aduocatos pro testibus rogatis accipi, quod ex præcedentibus colligi posse videtur, & ex eo quod mox paulò Agarastocles sic eos affatur.

--- Factum à vobis comiter
Bonam dedistis aduocati operam mihi,
D *Cras mane quæso in comitio estote obuiam mihi.*

Apud eundem Plautum in Casina Chalinus etiam seruus retrocedit ad parietem, Nepam (vt ipse ait) imitaturus, ad captandum domini cum Villico sermonem, sic enim loquitur.

Recessim cedam ad parietem imitabor Nepam
Nam illorum me alter cruciat, alter macerat
Et mox cum eos colloquentes audiuisset.
Manifestè teneo in noxa inimicos meos
Sed si nunc facere volt hera officium suum.
Nostra omnino lis est, pulchre prauortar vires

Nostro omine it dies, iam victi vicimus. A

Nepam autem ideo imitari dixit, quod retro cesserit. Est enim Nepa vt Festus Pomp. ait Afrorum lingua, sydus quod Cancer appellatur, vel vt quidã volunt Scorpius. Cõstat autem vtrumq; retrogradum esse. Sed ne quis forte nos exemplis tantum, nostram hanc sententiam tueri velle credat: sciat nec eam quidem à nostri iuris disciplina abhorere: quãdo & id traditum est, eum qui de eo testimonium perhibet, quod ponè parietem, vel aulæum aut * conopeum constitutus audiuerit, vel cùm ad ostium staret, vel per rimam seu fissurã inspexerit, fidem facere: [l] neque enim obstare videtur medius seu inter gerinus paries, quominus alterum alter audire possit. Vnde & apud Ouidium Pyramus & Thysbe per parietem loquuntur. Ouid.[m] B

* Canopeum) Canopeum velum quo Ægyptij vtuntur ad arcẽdos culices, quibus infestantur.

l glo & doct. l. 2. §. idem labeo ff. de aqu. Plut. arcen.

m Ouid. 4. Metamor.

Pyramus & Thysbe iuuenum pulcherrimus alter,
Altera quas oriens habuit, prælata puellis,
Contiguas habuere domos, vbi dicitur altam
Coctilibus muris cinxisse Semiramis vrbem
Notitiam, primosque gradus vicinia fecit,
Fissus erat tenui rima, quam duxerat olim,
Cum fieret, paries domui communis vtrique C
Id vitium nulli per secula longa notatum,
Quid non sentit amor? primi vidistis amantes
Et vocis fecistis iter tutaque per illud
Murmure blanditiæ minimo transire solebant

Et mox paucis interiectis, *Sic amantes ad parietem*

Nec sumus ingrati, tibi nos debere fatemur,
Quod datus est verbis ad amicas transitus aures

Sic & apud Plautum Euthicus ab ostio, omnia se intellexisse dicit. Plautus.[n]

n Plaut. in mercat.

Eu. *Omnia ego isthæc auscultaui ab ostio, omnem rem scio* D

Sic & Terentianus ille Geta Phanium iuuentam esse Chremetis filiam audiuit. Terentius.[o]

o Terent. in phor. act. 5. scen. 6.

G *— Hoc ego vbi audiui, ad fores*
Suspenso gradu placidè ire perrexi, accessi, astiti,
Animam compressi, aurem admoui: ita animum cœpi attendere
Hoc modo sermonem captans. Et paulò post.
Patruus tuus est pater inuentus Phanio vxori tuæ

Et inferius.

G *— Aliquid credito*

A *Phormio esse causa: sed me censem potuisse omnia*
Intelligere extra ostium, intus quæ inter se ipsi egerint?

Sic & Alexander quæ à Cleone de se dicta in conuiuio fuerunt, quùm hunc ille decreto suo deum facere vellet, & quæ contrà Callisthenes disseruit, facilè excepit, cùm post aulæum lecti tricliniaris staret Q. Curtius, [p] Nec quicquam eorum quæ inuicem iactata erant, Rex ignorabat, cùm post aulæam quæ lectos obduxerat staret.

Nec me tamen latet, esse, qui in maleficiis huiusmodi testes auritos recipiendos non esse censeant: [q] quibus assentiri ipse B non possum si de probando crimine agatur, cuius veritas ab aurito teste, perinde percipi potuerit, ac ab oculato, vt quia aduersus eum testimonium dicatur, qui hæreticæ impietatis, probrosive in deû, diuósque maledicti insimulatus sit, vel si de probanda tantùm sceleris ipsius confessione, quæstio sit, tum enim [r] huiusmodi testimonium recipiendum videtur: neque tamen iis etiam casibus integram * testi aurito fidem adhibendam putauerim, quamuis notam sibi delinquentis vocem asseueranti: * quod facillimè in vocis agnitione falli ipse potuerit. Multi C enim * alienas voces etiam secundum verum effingere norunt: immo & alienos vultus exprimere, Traditque Cynus [s] ætate sua fuisse, quendam effingendarum alienarum vocum adeò callidum graphicúmque artificem, vt eum in occulto loquentem, nec vxor quidem à marito (quo cum ætatis suæ bonam partem transegerat) ex sermone, internoscere posset. Quo fit vt in testamentis huiusmodi testimonium, nostri interpretes non admittant, idque vti necessarium exigant, [t] conspectum agnitúmque à testibus testatorem fuisse. Quod Diocletia. Maximæque Cæsarum constitutione illa probari videD tur, qua traditur testes in conspectu testatoris esse debere, [t] ne fortè alius in testatoris locum summittatur, qui vocem

p Q. Curt. lib. 8.

q Imo. d. §. idem labeo Felin. c. præterea ext. de testib.

r Imo. d. §. idem labeo Fely. d. c. præterea Ange. l. si non speciali C. de testam. Abb. c. cum causam de testib.

s Cy. d. l. si non speciali C. de testam.

t d. l. si non speciali l. si vnus & l. hac consultissima in fine C. de testam.

* *Testi aurito*) Plus valet oculatus testis quàm auriti decem, inquit, Plautus. tamen in quæstione l. si aliter D. de probatio. testimonium de auditione admitti constat, cum in arbitrio quæritur, inquit Paulus, memoria facti operis extet, nec ne, non hoc quæritur, num aliquis meminerit. & infra. Sed cum omniû est opinio, nec audisse, nec vidisse, cum id opus fieret. Non vsquequaque reijciendû est. Nam & apud antiquos testimonium de auditione fuisse receptum Asconius Pedianus scribit in 3. actio. contra Verrem, & rectè. tamen Seneca lib. 4. natu. quæst. secundæ notæ testes eos esse dicit, qui vidisse quidem negant, sed audisse & Demosthenes in Eubulidem, neque testimonium perhibere auditum ferunt leges, ne in malis omnino accusationibus.

* *Alienas voces*) Non abs re alienum erit, si huc referam apologum Parmenonis, is vocem suis apprime referebat, alius iactaciunculis profitebatur se suis vocem melius relaturum, idque experiêtia simulans suem præ manibus sub pallio grunnire cogebat, respondit liuidulus nihil ad Parmenonis suem, subindicans Parmenonem melius effingere vocem suis, at ille statim suem demonstrat. hoc exemplo & alijs à Langlæo allatis apparet auriti testis testimonium incertum esse, tum quia testis præsentià requiritur, l. testium C. de testibus.

noménque ſuum mentitus, teſtes decipiat: quod creberrimè A
olim factum fuiſſe notiſſimum eſt. Nam & Cicero ſcribit ad
eum modum ſubornatum quendam Anilium Larinatem, qui
ſimularet ſe ægrotare & teſtamentum facere velle, quaſi eſſet
Aſinius, ad quem Oppianicus obſignatores qui neq; Aſinium,
neque Anilium noſſent adduxit, & illum Aſinium appellans
per eoſdem teſtes curauit, teſtamentum Aſinii nomine obſi-
gnari.[u] Veriq; ſimile eſt, fraude non abſimili vſum fuiſſe Clo-
dium, quem alibi Cicero ipſe accuſat, quod in Gallia mortuo-
rum teſtamenta conſcripſerit.[x] Suntque qui tradant factione B
Plotinæ, mortuo iam Traiano Hadrianum in adoptionem ad-
ſcitum fuiſſe ſuppoſito qui pro Traiano feſſa voce loqueretur.
Qua ratione & antiquiſſimis temporibus conſtat teſtamenta,
conuocato per cornicinem populo, calatis comitiis, & in con-
cione fieri ſolita, teſtatorémque palam, vniuerſo populo præ-
ſente, & veluti teſte, vltimam ſuam volũtatem plerumque ex-
poſuiſſe, eamque Quiritibus commendaſſe.[z] Exiſtimant etiam
plerique idoneos eos teſtes non eſſe, qui de eo teſtantur, quod
cùm poſt aulæum vel parietem eſſent, audiuerint: vbi de con-
iugii diſſolutione contenditur: idque crebrius receptum eſt.[a]
Qua tamen in re plurimum poterit Iudicis arbitrium, qui in- C
ſpecta negotii perſonarúmque qualitate, ſiue de contractu, ſiue
de maleficio alióve actu probando agatur, ſingulis perpenſis di-
ſpiciet, quantam fidem teſtibus haberi oporteat.[b] Quid enim ſi
vitæ ſint teſtes inculpatæ, ab omnique criminis ſuſpicione alie-
ni, qui familiari conſuetudine, quotidianoque prope conuictu,
notiſſimam habeant delinquentis vocem? Quid ſi paries poſt
quem ſtabant, gracilis & tenuis erat, vndè facillimè exaudiri
quicquid à delinquente dicebatur potuerit?[c] Quid ſi rimam fa-
ciebat nocuiſve apertionibus erat refertus? Quid ſi paulò antè D
& in ipſo ferè ſceleris momento viſus eo in loco ſit, qui deli-
quiſſe fertur, quo facinus admiſſum fuerit? Quid ſi aliæ etiam
coniecturæ accedant?[d] Ex his enim omnibus & ſimilibus de
fide quæ teſtibus adhiberi debebit, iudicantis religio inſtrui
poterit.

Quantum verò ad eos attinet, qui per rimam aut fiſſuram ſeræ vel oſtii, aut aliud foramen inſpexerint, dubium non eſt quin illis (ſi nihil aliud ſit, quod eorum fidem eleuet) plena fides haberi debeat: modo locus ipſe oculis, ſi opus videatur, ſubiectus, manifeſtum faciat, id de quo teſtimonium dixerint, cerni

conſpicique

u Cic. in orat. pro A. Cluēt.

x Cic. in orat. de aruſp. reſponſ.

y Spartia. in Adria.

z Gell. noct. att. lib. 15. cap. 27. & inſtit. de teſta. in princ.

a Glo. & doct. d. c. præterea.

b l. 3. §. eiuſdem ff. de teſt.

c l. 1. §. occiſorum ff. ad Sylla. l. fin. C. eod.

d Doct. d. c. præterea Albe. l. teſtium C. de teſti.

A conſpicique ab ipſis potuiſſe. Sic etenim viſos docuimus Vitellios,& Aquilios, de Tarquiniis in vrbem recipiendis coitionem ineuntes,ſic & Proculus Pontifex Bizantinus,Paulum ſecretiorem epiſtolarum ſuarum ſenſum Ioanni Chryſoſtomo reuelantem,per ianuæ rimas proſpectans vidiſſe dicitur.[e] Eſtq; & illud receptiſſimum eos qui cùm ad rimam vel foramen parietis alternatim & per vices inſpicerent, virum & mulierem rei venereæ operam dantes,ſe vidiſſe, pro teſtimonio dixerint,fidem facere : eorùmque teſtimoniis ſtuprum plenè probari, neque ſin-
B gulares,quaſi de diuerſis actibus loquuti ſint cenſeri.[f] Sed vt eò tandem reuertar vnde digreſſus ſum, ſicut quæſitorem laudauerim,qui nihil prætermiſerit, quo ſceleris veritas ex ore delinquentis,exculpi poſſit,ad idque etiam ſi operæ pretium ſe facturum putauerit, ſimulatione & aſtutia vſus fuerit :[g] ita perpetua nota dignũ exiſtimauerim, qui dolo fraudéve, impunitatis forte ſpe, aut alia quauis ex cauſa, quemquam illexerit, ad aliquid falsò fatendum, aduerſúſque ſe mentiendum :[h] ad idque probandum teſtes qui ab oſtio ſeu pariete, eodémve carcere concluſi,aut alias deliteſcentes auſculare poſſint,ſubmiſerit:vt non
C immeritò damnet Tacitus Latinium Latiarem, qui in gratiam Seiani inita coitione, hunc dolum in Titium Sabinum Equitem Romanum intenderit, vt eum amicitiæ ſpecie, in domum ſuam deductum nonnullis Senatoribus ſub tecto occultatis, ad animi ſui ſecreta prodenda, conuitiaque quædam in Seianum & Tyberium iacienda pellexerit : quo nomine die eodem in carcerem coniectus, teſtimoniiſque eorum qui ſub tecto latebant oppreſſus,non multò poſt ſupplicio affectus fuerit. Sed Taciti ipſius verba iucundum erit ſubſcribere Tacitus,[i] Iunio (inquit)Syllano,& Silio Nerua. Coſſ.fœdum anni principium in-
D ceſſit, tracto in carcerem illuſtri equite Romano Titio Sabino, ob amicitiam Germanici, neque enim omiſerat coniugem liberóſque eius percolere, ſectator domi,comes in publico, poſt tot clientes vnus,eóque apud bonos laudatus, & grauis iniquis. Hunc Latinius Latiaris,Portius Cato,Petitius Rufus. M. Opſius Prætura functi aggrediuntur, cupidine Cõſulatus ad quem non niſi per Seianum aditus,neque Seiani voluntas, niſi ſcelere quærebatur. Compoſitum inter ipſos vt Latiaris qui modico vſu Sabinum cõtingebat,ſtrueret dolum,cæteri teſtes adeſſent: deinde accuſationem inciperent. Igitur Latiaris iacere fortuitos primum ſermones, mox laudare conſtantiam, quòd non vt

e Nicepho. eccl. hiſto. lib. 14. cap. 38.

f Arg. l. cum antiquitas C. de teſta. gloſ. can. Neophilus vbi archidia. 3. q. 9. Alber. & Bald. d. l. teſtium Panor. & Fely. d. c. præterea Panor. c. cum nõ ab homine de Iudic.

g c. affectæ ext. de præſumpt.

h Hippo l. ſi quis obrepſerit ff. ad l. Cor. de fal. moder. l. conuentionum ff. de pact. Decius l. ea eſt ff. de reg. iur. Alciat. l. natura cauillationis ff. de verbo ſig.

i Tacit. annal. lib. 4.

cæteri florentis domus amicus, afflictam deseruisset: simul honora de Germanico, Agrippinam miserans disserebat. Et postquam Sabinus (vt sunt molles in calamitate mortalium animi) effudit lachrimas, iunxit quæstus, audentius iam onerat, Seianum, sæuitiam, superbiam, spes eius: ne in Tyberium quidem conuitio abstinet. Inque sermones, tāquam vetita, miscuissent, speciem arctæ amicitiæ facere, ac iam vltro Sabinus quærere Latiarem ventitare domum dolores suos quasi ad fidissimum deferre. Consultant quos memoraui, quonam modo ea plurimum auditu acciperentur: nam loco in quem coibatur seruanda solitudinis facies, & si ponè fores adsisterent, metus, visus, sonitus, aut fortè ortæ suspiciones erant. Tectum inter & laquearia tres Senatores, haud minus turpi latebra, quàm detestanda fraude, sese abscundunt, foraminibus & rimis aurem admouēt. Interea Latiaris repertum in publico Sabinum, velut recens cognita narraturus, domum & in cubiculum trahit. Præteritaque & instantia quorum affatim copia, ac nouos terrores cumulat: Eadem ille & diutius, quando mœsta vbi semel prorupere, difficilius reticentur, Properata inde accusatio, missisque ad Cæsarem literis, ordinem fraudis, suúmque ipsi dedecus narrauere. Non alias magis anxia & pauens ciuitas, egens aduersum proximos, congressus, colloquia, notæ, ignotæque aures vitari, etiam muta atque inanima, tectum & parietes circumspectabantur. Sed Cæsar solennia incipientis anni Kal. Ianuarias epistola præcatus: vertit in Sabinum, corruptos quosdam libertos, & petitum se arguens, vltionem haud obscurè poscebat, nec mora, quin decerneretur, & trahebatur damnatus, quantum obducta veste, & adstrictis faucibus niti poterat clamitans. Hactenus Tacitus. Dyon verò id scelus Retiario cuidam adscribit. Retiarius (inquit) quidam amicus & familiaris Sabini viri primarij in vrbe, vt Seiano rem gratam faceret, Sabinum domum suam in qua habitabat, introduxit, nonnullis Senatoribus, sub tecto eius occultatis, cœpitque cum eo ibi conferre sermones, cúmque paulatim pellicere, quibus rationibus consueuerat, vt omnem animi sui sententiam explicaret. Solent enim calumniatores, principio alteri maledicere, ac quædam eius arcana patefacere, vt eos accusent postea, qui se maledictis non abstinuerunt: Itaque illi quasi consulto id faciant, tuto loquuntur, & sine periculo, non enim ita sentire existimantur, sed propterea obtrectare, quod alios captare & coarguere ve-

A lint: hi si paulò dixerint aliter quam deceat, puniuntur subitò, vt tùm accidit. Nam Sabinus eodem die coniectus in carcerem, postea est indemnatus occisus.

Testes falsi suspecti, quo pacto à subtili, circumspectoque Iudice conuinci poßint.

CAP. III.

B AMETSI * Regia apud nos constitutione sancitum sit: in falsi testimonij conuictos, seuerissimè, nempe extremo summóque supplicio, à iudicibus animaduerti oportere: fit tamen nescio quo fato hominum improbitate & malitia in dies magis, ac magis excrescente, vt nulla Prouincia sceleratissimis hisce testibus magis abundet, quàm hæc nostra Britannia: in qua pleriq; velut exprofesso testandi studium quasi artem exercet, in idque cuiuis iis vti volenti suas operas locant, vt falsum testimonium dicant. Quod vitium magistratuum quorumdam incuriæ potissimum adscribendum
C est, qui ad ea maleficia non modo conniuent, sed & eorum autores fautorésque sæpius in familiaritatem recipiunt: imo quandoque officiis & beneficiis sibi deuinciunt. Quo fit vt quantumuis innocentes, vitæque ac morum integritate præstantes viri non de fortunis tantùm suis periclitentur, sed & in famæ vitæque suæ discrimen nonnunquam adducantur: dum illis potentes aduersarij, * opera falsorum testium adiuti, iniquorumque iudicum fauore subnixi, mille sycophantias, dolos & calumnias struunt, falsaque crimina sæpius intendunt. Admonitos itaque velim Iudices, & maximè rerum capitalium
D quæsitores, vt hisce morbis quibus fieri poterit remediis medeantur: nihilque prætermittant, quo testimoniorum huiusmodi (si quæ coram se proferantur) falsitas detegi possit: reique totius series ad liquidum explorari. Ad id autem vtile fuerit, iudicem testes, quos falsi suspectos habet super appendicibus, & accessoris etiam principale negotium non tangentibus diligenter examinare: [a] eósque interrogationum laqueis si fieri possit irretire, [b] non mediocriter etiam aliquando profuerit, testibus, quos in causa præsertim capitali iudex minus vera pro testimonio dixisse suspicatur, eum qui deliquisse fertur cum

* Francisci I. an. 1531. art. 9. & Henrici VI. 1583

* Dominus de la Grue testium corruptor, quindecim mill. lib. librarũ, & exilio quinquẽnali danatus est, decreto Lutetiano 5. Iulij an. 1472.

a *Azo. in summ. de testi. specu. tit. de teste §. iam de interrogatoriũ versic. & notat dec. cap. licet causam ext. de probat.*

b *Bart. l. 1. §. reditiones ff. de eden decu. l. ea est nam cauillationis ff. de reg. iur.*

aliis duobus, aut pluribus vultu corporiſque habitu illi non ad- A modũ abſimilibus exhibere: quò ſi res ita ſe habeat, ſubiectis oculis, indicéque digito eum oſtendant: ſin minus manifeſtò mendacij conuincantur. Hoc enim commento non ſemel falſitatem multorum teſtium deprehenſam vidimus. Nam & à paucis annis, cum tribus ruſticis, qui in quendam criminis capitalis poſtulatum teſtimonium dixerant, qui deliquiſſe dicebatur exhibitus commiſſúſque cum aliis multis fuiſſet: non fuit quiſquam ex his qui eum agnoſcere potuerit: neque enim vlli eorum vel de facie notus erat. Vnde meritas improbitatis ſuæ pœnas * reſti luere damnati ſunt. B Id autem commentum antiquitatis exemplo non carere, vel ex Dyone colligere licet. Scribit enim ætate Claudij parum abfuiſſe, quin Valerius Aſiaticus capitalis criminis reus abſolutionem conſequeretur: cùm enim factum inficiaretur, neque quenquam ex his qui in eum teſtimonium perhibuerant, ſibi notum eſſe aſſereret: miles quidam qui aduerſus eum teſtimonium dixerat, interrogatus Quis eſſet Aſiaticus, cum tantum didiciſſet Aſiaticum caluum eſſe, neque is aliter ſibi notus eſſet, caluum quendam tum fortè præſentem oſtendit, eumq; eſſe Aſiaticum, in quem inductus fuerat, affirmauit. C Vnde maximus inter eos qui aderant riſus obortus eſt.

c Dyon. in Claud. Dyonis verba ſic vertit interpres. c Aſiaticus apud eum condemnatus eſt, parumq; abfuit quin abſolueretur, nam cum negaret factum, ſéque neminẽ ex his qui contra ſe teſtimonium dixerant, noſſe confirmaret: miles qui ſe vnà cum eo dicebat fuiſſe, interrogatus Quis eſſet Aſiaticus, caluum quendam, qui tùm fortè aderat præſens, oſtendit: nam id ſignum eius tantummodo didicerat. Quamobrem cùm magnus riſus concitatus eſſet, Claudiúſque eum liberare ſtatueret, Vitellius quo Meſſalinæ rem gratam faceret, ſe ab Aſiatico rogatum eſſe dicit, vt D ſibi liceret mortis genus eligere. Hactenus Dyon. Neque tamen tanta formæ ſimilitudo inter eos qui cum teſte componuntur eſſe debet, vt vix quis eos internoſſe poſſit. Alioqui facilè circumueniri oprimique poſſet teſtis quantumuis veridicus. * Quid enim ſi de maleficio teſtimonium dixerit, quod noctu commiſſum ſit, ſéque ad faciem vultumq; delinquentis reſpexiſſe dicat, dum ignis accenſus eſſet neque prius vnquam eum à ſe, quod meminerit viſum?

* Reſti) Reſtis, reſtis, funis à reſto, vt quidam aiunt, quod quæcumque ligata ſunt, ſtare facit. Apuleius reſtim, qua grabatulus erat intextus, aggredior.

* In hanc ſententiam vide quæ ſcripſi in l. ſciant cuncti C. de probationibus.

A

Testem qui se noctu homicidium aliúdve delictum fieri vidisse dixerit, neque vllam testimonij sui rationem adiecerit, fidem non facere.

CAP. IIII.



B Vamuis sæpius contingat maleficia noctu committi, quàm interdiu, quòd ad nocendum, scelúsque omne peragendũ idoneæ magis tenebræ sint. [a] (est enim nox scelerum omnium mater, vulgóque dici solet, lucem iis qui malè agunt, inimicam esse) difficilem tamen eorum quæ noctu geruntur, constat esse probationem: Ideóque noctu vim, vel metum passum, non adstringi, vt designet quis, & vim vel metum adhibuerit, satisque esse si doceat metum sibi illatum vel vim adhibitam, & ex hac re qui conuenitur lucrum sensisse: iustè enim eum à quo vim vel metum passus sit ignorare potest. [b] Qua ratione nec testimonium C eius, qui noctu quidquam factum fuisse testificetur, vrgere si nullam testationis suæ rationem afferat receptissimum est. Debent enim testes eos de quibus loquuntur cognoscere, [c] quod noctu fieri non potest, nisi vel lychnus accendatur, vel luna luceat. Vnde traditum est ab Oldrado refutata fuisse quorundam testimonia, qui homicidium tali nocte à Seio fieri vidisse se dicebant. id enim impossibile erat, nisi lucente luna, vel accensa lucerna. Atqui perspicuum erat noctem illam illumen fuisse neque lychnum etiam fuisse accensum. Vnde manifeste testimonium falsum dixisse conuicti sunt. † [d] Id quod & vni ex D Alcibiadis accusatoribus contigisse Plutarchus memoriæ prodidit. [e] Cum enim (vt ille ait) Mercurij statuæ, quarum Athenis magna copia erat, ex omnibus locis ciuitatis vna nocte deiectæ fuissent, capitibúsque perfractis ad terram iacerent prostratæ, essént que nonnulli aduenæ ac serui per eos dies capti, qui coràm senatu populóque aducti, huius facinoris culpam in Alcibiadem reiicerent, cum nemo inter eos esset, qui sibi constaret, vt aliquid vnquàm stabile firmúmque aduersus eum pro-

a l. 1. §. tria ff. de vent. inspic.

b l. si cum exceptione §. in hac vbi glo. ff. de eo, quod met. caus.

c l. fin. §. fin. autem dubius C. de iur. delib. l. testium C. de test.

d Doct. d §. in hac Bald. l. de quibus ff. de leg. & l. arethusa de sta. ho. c. 1. §. porro qu. fui. pri. causa benef. amitt. in vsib. feud. Ias. l non minorẽ C. de trãsact.

e Plut. in Alcibia.

† Conuicti sunt.] In nõ absimili facti specie Senatum Lutetianũ idem iudicasse, litis enarratore D. Tuderto scripsi in l. sciant cuncti C. de probationibus. Collat.

ferret, quin potius omnia ficta pro arbitrio crimina, & commentitia viderentur, rogatus quidam ex his quonam pacto eum qui Mercurij statuam percusserat, conspexisset, respondit se beneficio lunæ percussoris vultum, sacrilegique nouisse. Verùm cum luna noua qua tenebræ vigere præcipuè solent, id facinus perpetratum esse constaret, satis perceptum fuit à prudentissimis viris, eum & pugnantia secum loqui, & maleuolentia ad accusandum Alcibiadem non veritate compulsum. Ego tamen cum Alciato.[f] malim totum hoc negotium ius dicentis arbitrio, religioníque committi, qui inspecta rei qua de agitur, testiúmque & temporis qualitate despiciet, vero ne similia pro testimonio dixerint, an id minus. Sunt enim (vt ille ait) quidam felium oculis qui noctu vident, quos Galenus, & alij veteres nyctalopas vocant,[g] euiusmodi fuisse Tyberium Cæsarem perhibent, & ei enim prægrandes fuere oculi, & qui (quod mirum erat) noctu etiam & in tenebris videret, ita vt expergefactus noctu paulisper, haud alio modo, quàm luce clara contueretur omnia, paulatim tenebris sese obducentibus.[h] Sunt rursus, quibus visus fulgore solis constat, nubilo die non cernentes, nec post occasum. Sunt & qui lumine adhibito nihil vident, quos Græce myopes, Latinè luscioscos Nonius dici existimat. Fieri præterea potest, vt visus per lunam, conspicientes fallat. Cuius rei elegans extat exemplum apud Plutarchum in Themistocle. Scribit enim eùm Themistocles insidias fugeret, Epixei Persæ, qui Pisidis quibusdam negotium dederat, vt illum cum in vrbe Leonis capite nuncupata diuersaretur obtruncarent, locúmque declinasset, ac iam tenebræ essent, ex iumentis tentorium ferentibus vnum in flumen decidisse: quare Themistoclis famuli aulæa madida extensa siccabant. At Pisidæ accincti gladiis oblatam sibi occasionem rati, eo se intulerunt, ac aulæa quæ siccabantur, visu decepti ad lunam, Themistoclis tentorium esse opinati sunt, séque illum intus quiescentem inuenturos. Vt autem ad locum propius profecti, aulæa deiecerunt custodes qui aderant, impetum in eos faciunt ac comprehenderunt. Sicque eo periculo liberatus est Themistocles. Addit Alciatus esse quandóque noctes sublustres, esse etiam crepuscula, quibus visus omnino non impediatur. Quin & prouincias quasdã esse, in quibus etiam noctu cernere, veluti clara luce liceat, Plin. est author: veluti in Cassio monte circa Seleuciã. Excelsa enim eius montis altitudo quar-

A B C D

f d. l. non minorem.

g l. idem ofsilous §. pœn. ff. de ædil. ed. Pli. lib. 11. cap. 37. Alcia. l. inter stuprum §. pœn. ff. de verbo. sig.

h Pli. lib. 11. cap. 37. Trãq. in Tyber. cap. 68.

A ta vigilia orientem per tenebras ſolem aſpicit, breui circumactu corporis, diem noctémque pariter oſtendens. [i] Idémque fere de aliqua Britanniæ parte Tacitus his verbis affirmat. [k] Dierum ſpatia vltra noſtri orbis menſuram, & nox clara & extrema Britanniæ parte breuis, vt finem atque initium lucis exiguo diſcrimine internoſcas. Quod ſi nubes non officiant, aſpici per noctem ſolis fulgoré nec occidere, & exurgere, ſed tranſire affirmant, ſcilicet extrema & plana terarum humili vmbræ non exigunt tenebras, infráque cælum & ſydera nox cadit. Vt non immeritò dixiſſe videatur Alciatus plurimum hac in re tri-

B bui iudicis arbitrio debere. Sanè quãuis teſtis non ſe vidiſſe quidem delinquentem dicat, ſi ſe tamen vocem eius agnouiſſe affirmet, ſunt qui credant ex huiuſmodi teſtimonio indicium oriri non leue, quódque indicendæ quæſtioni ſufficiat: [l] idque receptius videtur.

i Pli. lib. 5. cap. 22.

k Tacit. in vita Iul. agric.

l Bald. l. ſi non ſpeciali C. de teſtam. Iaſ. d. l. non minorē. Alex. conſi. 24. vol. 3. Cor. conſil. 10.

Teſtium decem numerus cur Ludouici duodecimi conſtitutione in ſingula factorum capita definitus: Et an conſtitutioni illi in teſtimoniis

C *quæ turmatim dantur, ſit locus. Quid Liuio confuſa ſuffragia: & Cic. confuſio ſuffragiorum. Et an latinè confuſa teſtimonia, tumultuaria dici poſſint?*

CAP. V.



Vanquam (inquit Arcadius) quibuſdam legibus ampliſſimus numerus teſtium definitus ſit: tamen ex conſtitutionibus principum hæc licentia ad ſufficientem numerum teſtium coarctatur, vt iudices mode-

D rentur: & eum ſolum numerum teſtium, quem neceſſarium eſſe putauerint, euocari patiantur, ne effrenata poteſtate ad vexandos homines ſuperflua multitudo teſtium protrahatur. [a] Quibus ex verbis annotant interpretes, teſtium numerum probandæ cuique rei neceſſarium in arbitrio iudicis poſitum eſſe vt is inſpecta negotij, quod in diſceptationem venerit, perſonarúmque qualitate de eo conſtituat, nec cuiquam præterea teſtimonium denunciari permittat. Scire quippe debet, ſuperuacaneam huiuſmodi teſtium multitudinem, non tam veritati lucem afferre, quàm caliginem, ac tenebras.

a l. 1 § quanquam ff. de teſtib.

offundere: vt quod de multitudine Imperatorum quæ Cariam perdidit, & turba medicorum, quæ Augustum interfecit, traditum est, de hac quoque testium multitudine dici possit, eam haud dissimiliter veritatem perditum ire. Vnde & alibi idem Arcadius, in iudicandis litibus, non ad multitudinem testium respici oportere respondit: sed ad synceram testimoniorum fidem, & testimonia quibus potius lux veritatis assistit, [b] vt interim de tædiis & sumptibus litium, quibus maximis ob eam litigantes afficiuntur, nihil dicam. Non igitur malè A. Varius (qui vt est apud Cic. iudex durior est habitus) dicere confessori solebat, cùm datis testibus, alij tamen citarentur: aut hoc testium satis est, aut nescio quid satis sit, [c] Quapropter & Ludouici Regis duodecimi constitutione cautum vsque in Gallia vbique receptum est: vt ne cuiquam in singula factorum capita, quæ vel libello, vel additamentis, scriptionumque accessionibus complexus fuerit, plures quàm decem testes producere liceat: mulcta etiam iudici vel inquisitori proposita, qui in rogandis testibus * numerum illum egressus fuerit. Cuius muneri & illud prętereà incumbit, vt capita omnia consectaria & in idem facti genus recidentia quibuscunque verbis concepta sint, scribendi serie coniungat, ac veluti catenulis copulata connectat: neque in testibus audiendis super quolibet facti genere præscriptum numerum excedat. Cur autem Ludouicus testium rogandorũ licentiam ad hunc numerum magis quàm alium coarctandum censuerit, satis exploratum non habeo. Nec enim iis assentior, qui ad decennarij numeri præstantiam respexisse illum existimant. Veri itaque similius est, præscripsisse illum hunc numerum, quia sufficientem putauerit. Quid est enim tam abditum, támque abstrusum, quod non abundè intra præfinitum numerum solers quæsitor inueniat? Cum & diuina lege faciendæ cuiusque rei fidei, duorum vel ad summum trium testium numerus sufficiat: dicente domino, In ore duorum, aut trium testium stabit omne verbum. [d] Et rursum: in lege vestra scriptum est, Quia duorum hominum testimonium verum est. [e] Ideóque ex nostris Vlpianus: vbi, infit, numerus testium non adiicitur, etiã duo sufficiunt. [f] Sed & cum variæ sint hominum in iudicando sententiæ, aliisque alia arrideant, atque placeant, vt vulgò dici

A B C D

b l. ob carmẽ §. si testes ff. eod.

c Cic. 2. de fin.

d Deuteron. cap. 19.

e Ioan. cap. 8.

f l. vbi numerus ff. de testi.

* Numerũ.] Hodie non mulctatur iudex, aut inquisitor, licet plures quam decem testes interroget. sed an sumptus & expensæ eorum, qui vltra decem testimonium reddidere, repeti possint à victore, controuertitur. ego ex ratione constitutionis non posse repeti reor. & ita iudicatum est placito sacri intimique consessus mens. Septembri ann. 1610.

soleat,

A soleat, quot capita tot sensus, & suum cuique esse morē, satius fuit immoderatam hanc producendorum testium libertatem, intra cancellos certi præscriptique numeri contineri, quàm iudicatium arbitrio relinqui. Quem enim numerum aptum atque conuenientem vnus existimasset, alter minus sufficientem rursúmque alius redundantem in causis, etiam minimè disparibus censuisset. Nec etiam Ludouico exempla defuere, quæ fortassis imitari voluerit. Scriptum si quidem in legis Mamiliæ capite quinto ad hunc modum legimus. Cum curator hac lege B non erit, tunc quicumque magistratus in noua colonia, municipio, præfectura, foro conciliabulo, iuridicūdo præerit, eius magistratus de ea re, iurisdictio, iudicisque datio, addictioque esto: Inque eam rem is qui hac lege iudicium dederit, testibus publicè dumtaxat in res singulas decem denunciādi potestatem facito. Refertur & apud Valerium Probum notis scripta edicti Prætorij particula, quæ hoc habet: Quanti ea res erit, tantæ pecuniæ iudicium recuperatorium dabo: testibúsque publicè dūtaxat decem denunciandi potestatem faciam. Nec me etiā prætérit olim apud Romanos siquis sceleris paulò grauioris maximéque repetundarum suspectus insimulatusque fuisset, inno- C centiæ suæ fidem decē testibus facere eum oportuisse, vt ex Cicerone septima in Verrem cognosci potest, cùm ait. Primum vt in iudiciis, qui decem laudatores dare non potest, honestius est ei nullum dare, quam illum quasi legitimum numerum consuetudinis non explere. Laudatores enim appellat innocentiæ testes, qui ad diluenda crimina reis obiecta purgandamque eorum innocentiā adhibebātur: sicut & pro Cornelio Balbo. Proferam testes, proferā legatos, excitabo laudatores, quos ad hoc iudiciū summos homines ac nobilissimos, deprecatores huius D periculi missos videtis. Et post paulò. Potuit magis de re iudicare, quàm cum ad vestrū iudiciū ciues amplissimos legauit, testes huius rei, vitæ laudatores, periculi deprecatores? Et rursus, pro Fonteio. Quē ex tanto hominū numero testē in hac causa producere potestis? Quis est ex numero qui vobis author placeat? eo nos iā laudatore & teste vtemur. Purgatores Pōtificij vocāt, [d] vt quod illi purgare se quinta vel septima manu dicunt. [e] fortè non malè cū quinto vel septimo laudatore ad causam dicendā venire dicas. [f] † Est autē Regiæ cōstitutioni locus in iis etiā litibus, in quibus confusim turmatimq. testes interrogari solet. Cū enim singulæ decuriæ vnius dūtaxat testis locū obtineant, decē

d Cap. cum P. Manconela ext. de purgat. Cano.

e Cap. ex tuarum eod. tit.

f Budaus forens. lib. 1.

† Est autem Regiæ) Inquisitio facta cōfusis testimoniis otantibus Guerino & Darcheo placito Burdig. 6 mens. Iunij an. 1606. infirmatur iuxta cap. venerabilis de testibus extra. l. 3. testium fides §. 3. idem diuus. D. de testibus.

etiam audiri possunt: quamuis vnaquęque decuria, quam turbã dicunt decem ad minimum numero constet, ad eamque conficiendam crebrius adhiberi plures soleant, ne si vnus iustam aliquam ob causam reprehensus fuerit, totius decuriæ testimoniũ corruat: cum, vt diximus pro testimonio vno. Vna quæque decuria cedat. Testimoniis autem huiusmodi vti solemus cùm testatò probandus est mos regionis alicuius: aut si scriptus, adeò ambigua eius sit interpretatio, vt testibus adiuuanda videatur. [g] Testimonia illa quæ sic turmatim dantur, latine confusa dici Budæus existimat, quasi confusim testificantium testimonia: [h] exemplo Liuij, apud quem similiter confusa suffragia (vt opinatur Budæus) dicuntur, quæ sic confusim & velut in turba ferebantur. Liuius. Iussi deinde inire confusum suffragiũ, ad vnũ omnes non centuriæ modo, sed etiam homines P. Scipioni imperium esse in Hispania iusserunt. [i] Vnde & alibi Budæus ipse inire confusas sententias vsurpat: pro eo quod forenses dicunt opinari turmatim vel in turba. Ego (vt quid hac de re sentiam liberè exponam) non negauerim quidem huiusmodi testimonia, latinè confusa appellari posse quando & turbę confusionisque verbis Ciceronem eadem significatione vsum scio: veluti in illa ad Cecinnam epistola, in qua ita scribit. Exponerem etiã quemadmodum hic, & quanta in turba, quantaque in confusione rerum omnium viueremus. Confusaque & permixta sæpius apud classicos authores eundem in sensum legisse memini. Non tamen ideo concesserim, confusa suffragia apud Liuium, intelligi, quæ promiscuè, ac velut in turba nullo seruato ordine ferebantur: non enim hæc interpretatio Liuij verbis conuenit. Confusa itaque suffragia illic appellari putauerim, quæ sublata Centuriarum prærogatiua, gratiæque & dignitatis gradibus neglectis exæquabantur, eiusdémque momenti, ac ponderis erant: ita vt viritim darentur, parque omnium in iis ferendis esset authoritas. Cum alioqui (vt est apud Dyonisium Halicarnasseum) penes eos qui primæ classis erant, esset prærogatiua suffragiorum. Primum enim vocabantur qui si conuenissent, nihil erat quod alię classes introuocarentur.[k] Et ita quidem confusa suffragia accipi velim. Quod & perspicuè Cicero significare videtur in Oratione pro L. Muræna cùm ita scribit: confusionem suffragiorum flagitasti, æquationem gratiæ, dignitatis suffragiorum. Grauiter homines honesti, atque in suis ciuitatibus & municipiis gratiosi tulerũt, à tali viro esse pugna-

g Fab. §. ex non scripto instit. de iur. nat. gent. & ciuil.

h Budæ. l. posteriore de orig. iur.

i Liui. dec. 3. lib. 6.

k Dyonis. halic. lib 7 Liui. 2. bell. punico lib. 6.

A tum, vt omnes & dignitatis & gratiæ gradus tollerentur. Nec vsquam confuse suffragia ferri eo sensu quo Budæus interpretatur, me legisse memini, præterquam apud Dyonisium Halicarnasseum, cum de modo curiatorum Comitiorum loquens ita scribit: Populus ferebat suffragium non vniuersus confusè, sed per curias vocatus quodque pluribus visum esset curiis, id ad patres referebatur. [l] Ibi enim confusè valet turmatim, ac in tumultu non quemadmodum apud Ciceronem & Liuium dignitatis & gratiæ gradibus neglectis, sublatáque classium prærogatiua: vt sit sensus. In comitiis curiatis suffragia in tumultu,

B aut turba data non fuisse. Confusè tamen & absque vlla verarum populi partium distinctione ferri solita, apertè Gellius ostēdit, dum ait, curiata comitia esse, cum ex generibus omniū suffragium fertur, hoc est per curias, in quibus cuiusque generis ciues magna confusione continebantur. Sunt & qui huiusmodi testimonia magis etiam propriè tumultuaria dici posse putent, quasi in tumultu recepta. [m] Id verò quam rectè, alij viderint. Nō enim mihi probari potest, qui sciam latinè purèque loquentibus quæ in tumultu, turbaque & strepitu fiunt, vel geruntur, non tam tumultuaria, quā tumultuosa, turbidaque vel

C clamosa dici. Tumultuaria autem appellari properata, & subitaria, rapidéque facta aut quæsita. Vnde Liuius legionem seu manum subitaneam subitóque & repentè collectam, nunc subitariam, nunc tumultuariam nuncupat: [n] sicut exercitum tumultuarium raptim conscriptum: [o] Et militem tumultuarium festinanter lectum. [p] Quo pacto & ex nostris Iulianus tumultuaria armamenta subitanea, & ex tempore conquisita, non iusta & planè fabrefacta accepit. Tumultuariis, inquit, armamentis comparatis, ad præsens, ostiā nauigauit. [q] Sicque tumultuarium opus, extēplo celeritérque confectū Quintilianus vocat.

D Qua ratione & aduersaria rationes ceu tabulæ tumultuariæ dicuntur, non quòd in tumultu fierent, sed quia raptim & in prōptu, ante tabularum confectionē perscriberentur, ne memoria rerū excideret: vt ex iis postea iustæ tabulæ & æternæ conficerētur. Quo fit, vt huiusmodi testimonia nō satis rectè tumultuaria appellari posse credā: sed ea potius quæ à iudicibus summatim interrogari (quod in leuioribus, aliisque quibusdam causis fieri solet) ἐκ τοῦ παραχρῆμα id est ex tempore & in præsentia, dicunt. Quanquā me nō lateat tumultuaria iudicia à Lampridio Trebellióq; Pollione & Ammiano Marcellino dici quibus impera-

l Dyonis. lib. 2.

m Rebuff. in constit. Ludoui. duodec. rub. de testi. arti. vnic. glo. 6.

n Liui. lib. 1. belli maced.

o Liui. lib. 8. ab vrb.

p Liui. lib. 5. belli maced.

q l. nauis ff. ad l. rhod. de iact.

tores à tumultuantibus populo & militibus creabantur, non A expectato Senatus decreto. Milites, inquit Lampridius, iam insueuerant sibi Imperatores tumultuario iudicio facere. [r] Trebellius. Valerianus in eam conscenderat gloriam, vt per omnes honores & magistratus insigniter gestos Imperator fieret: non vt solet tumultuario populi cõcursu, non militum strepitu, sed iure meritorum & quasi ex totius orbis vna sentẽtia. [s] Ammianus. Procopius leui paucorum susurro pretio illectorum, deindè tumultuariis succlamationibus plebis imperator appellatus. [t] Sed ea non est apud me horum authoritas, vt de sententia decedendum putem. Nec enim inter Classicos puræque latinitatis authores hi habentur. Tumultuosa igitur cõuenientius quis dixerit. Quandoquidem & tumultuosas sententias (quod alibi annotasse memini) Liuius appellat, in tumultu cum clamore & strepitu, nec vllo seruato ordine dictas. [t] Sed nec hanc quoque appellationẽ hisce testimoniis quæ turmatim dantur, congruere putauerim, qui sciam tumultuosè & cum vociferatione non dici. Tametsi enim decem ad minimum testes esse oporteat vt turbam conficiant, non tamẽ in tumultu testimonium dicunt, sed vnus, & is quidẽ qui vel ætate, vel dignitate cęteris antestat, aut doctrina & vsu rerũ potior habetur, silentibus aliis, præsentium omniũ vice, quod pro testimonio dicere illi constituerint, inquisitori renuntiat. Nec antè, testimonium id datur quàm inspectis moris illius quo de ambigitur capitulis, testes omnes sacramento dixerint sese quæcunque super iis sciuerint, crediderint: & obseruata fuisse pro compertis habuerint pro testimonio dicturos: simúlque ab inquisitore seorsum in locum aliquẽ diuerterint, de propositis capitulis amplius inter se deliberaturi. Fortè non ineptè huiusmodi testimonia contestationes quis dixerit, sicut & sacramenta coniurationes, quòd non sigillatim (quia singulos interrogare non vacat) sed simul ab omnibus sacramentum exigatur, testimoniúmque dicatur. In quem sensũ coniurationis vocem Seruius apud Virgiliũ vsurpat. Ait enim in tumultu Italico vel Gallico singulos milites sacramẽto propter imminentis periculi celeritatem rogatos non fuisse, sed simul iurasse, [t] ideoque militiam illam coniurationem dictam, quòd & Vergilius his versibus subindicare videtur.

B C D

Ex templo turbati animi simul omne tumultu.
Coniurat trepido Latium, sauitque iuuentus.

r Lampridius in Alex. Seuero.

s Trebel. in Valeriano.

s Ammianus Marcell. lib. 26.

t Liuius ab vrb. lib. 2.

t Seruius in 8. Æneid.

A Aqua iurisiurandi forma non ita multum aberat illa quæ tunc olim seruabatur cum ingens subeunda dimicatio foret, & in extremum discrimen res venisset, vt nisi victis debellatisque vel fusis hostibus victores forent, se ad castra nunquam redituros iurarent: tum enim notarum est, quòd si ab vniuerso exercitu iusiurandum Consuli præstandum esset, satis fuisse si Centurio vel Tribunus, exercitus nomine conceptis verbis, sublimi voce iuraret omnisque multitudo & singuli milites communi conspiratione & consensu in eadem verba silentio in se quisque iuraret. [u] Contestationes igitur appellare licebit, quasi plurium B simul testificationes. Nam & testationis verbo sicut & contestationis nonnunquam testimonium intelligitur. [x] Vnde contestari, vt est apud Festum, est cum vterque reus dicit, testes estore, & contestato aduerbium significat testibus adhibitis aliquid facere. [y] Hincque Contestari deos dixit Cicero, id est, in testimonium adhibere. Rex, inquit, flens, ac deos hominésque contestans clamare cœpit. [z] Quæ autem fuerint illæ leges quibus amplissimum testium numerum definitum fuisse Arcadius memorat, nondum comperi: nisi quod Seruiliæ cuiusdam repetundarum legis à Valerio Maximo mentio fit, qua centum & C viginti hominibus testimonium denunciari licuerit. [a] Quam legem à Seruio Glaucia latam, Asconius Pædianus in orationẽ Ciceronis pro M. Scauro tradit, eaque Q. Seruilium, Cæpionẽ Scaurum ob legationis Asiaticæ inuidiam, pecuniarum contra leges captarum reum fecisse. Quod & ex Ciceronis ipsius verbis satis intelligi potest, cum ait. Ibidem reus est factus à Q. Seruilio Cæpione lege Seruilia, cum iudicia penes Equestrem ordinem essent.

[u] Alexãder ab Alex. genial. dier. lib. 1 cap. 20.

[x] L. Lucius ff. de his qui notantur infam. l. moris §. nõnunquam ff. de pœnis l. qui testamento §. fin ff de testamentis.

[y] l. 1. §. Iulianus ff. de liber. agno.

[z] Cic. 6. in Verrem.

[a] Val. max. lib 8. titulo Infames rei quib. caus. damna. aut absol. sint.

D *Tabellionis documentum non valere, in quo loci specialis, dieique non fiat expreßio.*

CAP. VI.



Ege apud nos constitutum est, vt tabelliones contractuum documenta conficientes aduersariis non tantũ suis (quæ regesta vocant) sed & tabulis codicibúsque ipsis, locum initi contractus adscribant: neque sufficere generalem (quam dicunt) loci expressionem fieri: Meminisse enim eos nominatim oportet, loci eius in quo contractus scripturam conficere rogati sint, mulcta iis qui in eam legẽ peccauerint, ar-

birrio censentium infligenda, & si videatur reique qualitas A exposcat, grauiore aliqua animaduersione, puta sui muneris ad tempus abrogatione, vel ignominiosa eiusdem eiuratione illis irroganda, ipsisque prærerea in id quod contrahenrium intersit condemnandis. Sed an nihilominus fidem huiusmodi documenta faciant, dubitari sæpissimè vidi: quibusdam facere dicẽtibus: quòd lex quamuis loco diéque careanr, irrira idcirco non faciat: contrà aliis senrientibus fideique faciendæ non sufficere affirmantibus, in quam sentenriam crebius etiam à censenribus iri, vidi. Qui enim fieri potest, vt omisso loco, falsi conuinci B documentum aliquod possit? vtque is aduersus quem id profertur docere possir, [a] toto eo die quo conficiebatur, sese vel aduersarium in aliis locis fuisse. [b] Idémque & de die celebrati cõtractus dicendum: * Vtriúsque enim expressionem in instrumentis publicis necessariam esse receptius est [c] viderique locũ & tempus ad conrractus substantiam nonnihil pertinere: [d] neque ideò firmum id instrumentum esse, in quo vel loci, vel diei fiar omissio, licet alicubi forrè moribus aliud receptũ sit. Conuenit enim inter omnes cõsuerudinem quæ aduersus rei ipsius, qua de agitur substãriã introducta sir, vim nullã habere, [e] quẽ- C admodum nec illam quæ narurali iuri bonisque moribus aduersarur. [f] Atqui huiusmodi consuetudinem cum bonis moribus ex diametro pugnare perspicuum est, vtporè quæ ad delinquendum falsúmque commitrendum inuitet: vnde infirmam inualidamque eam esse fateamur necessum est. [g] Id autem vetustissimum esse vt notarij, pactorumque perscriptores, instrumentis, quorum conscribendorum mandata susceperint, & tempus & locũ adiiciant, vel ex Plauro cõiicere possumus, apud quem in Aulularia Srrophilus seruus sic loquirur. Plaut.

St. *Heus tu, nostra ætas non multum fidei gerit,* D
Tabulæ notantur, adsunt testes duodecim,
Tempus locumque scribit actuarius,
Tamen inuenitur rhetor qui factum neget.

Quo in loco, vt id in transitu dicam, actuarius pro tabellione contractuúmque perscriprore inrelligi deber, quod & ex præcedenribus eiusdem Plauri verbis clarius fir, quibus apparet

a l. optimam C. de contrah. & committ. stipul.

b §. item verborum instit. de inutil. stipul.

c Doct. rub. de fide instur. in aut.

d c. abbate sane vbi docto. de re iudic. in 6.

e c. non putamus vbi docto. de consuet. in 6.

f Con. cõmentario iur. ciui lib. 1. cap. 10.

g l conuenire ff. de pact. dotal.

* Vtriusque) Hodie constitutione Blesensi lata an. 1579. art. 167 à tabellione debet fieri mentio qualitatis personarum domicilij, loci, temporis, & partis diei scilicet an ante vel post meridiem iuxta l. de pupillo. §. qui denuntiat. D. de noui operis nuntiatione. vide Chopp. tit. 4. nu 5 lib. 2 de moribus Paris.

A Strophilum quem herus Lyconides manumissurum se promiserat, si aulam auri plenam sibi redderet, præter testes, quos ad faciendam huius conuentionis fidem adhibuerat, iusiurandum quoque ab hero cui parum fidebat exegisse, quod cum Lyconides molestè ferre videretur, ait Strophilus eam ætatem non multum fidei gerere, esséque qui tabulis etiam legitimè perscriptis, à notarióque & testibus subnotatis factum denegarent, sed Plauti verba præstat adscribere.

L. *—Verum si te facio liberum*
B *Reddes quod cupio? S. reddam, sed testes volo*
Adsint: ignosces here, parum credo tibi
L. *Vt lubet, adsume vel centum, iam nihil moror.*
S. *Megadore & tu Eunomia adeste precor si lubet*

Et mox paucis interpositis.

S. *—Vos testes volo*
Si quadrilibrem aulam auri plenam huc affero
Et trado Lyconidæ, Lyconides me manu
Mittit iubet iurus esse me mei
Ita ne spondes? L. spondeo S. iam me audistis hoc
Quod dixit? M. audiuimus S. iura etiam per Iouem.

C Sed & hanc interpretationem non mediocriter adiuuat, quod Strophilus ait, tabulas notari. Ibi enim tabulæ accipiuntur pro syngrapha seu documento literario, pactiones inter herum & seruum initas continente: quod actuarius seu pactorum perscriptor notauerit, in actaque retulerit. Estque frequens tàm apud humanitatis professores, quàm nostri etiam iuris authores, vt tabulæ dicantur, quibus contractus, & conuentiones continentur. Inde Tertulliano, Apuleio, & Papiniano tabulæ nuptiales. [h] Scæuolæ dotis ceu dotales. [i] Alexandro Cæsari venditionis, [k] Valentin. Valen. & Grat. contractus, [l] Vn-
D de etiam tabularij dicti, qui publica instrumenta conficiunt, [m] Tabulas itaque notare idem est quod contractus documentum conficere. Notare enim quandoque significat ab alio dictata conscribere. Plinius: [n] Et hoc annales notarunt, id est perscriptum est in annalibus, Apule. [o] Ibi corpus splendentibus linteis coopertum, introductis quibusdam septem testibus, manu reuelat: & diutinè visu præfleto, obtestata fidem præsentium, singula demonstrat anxiè, verba concepta de industria quodam tabulis prænotante: Ecce (inquit) nasus integer, incolumes oculi, saluæ aures, illibatæ labræ, mentum solidum. Vos

h Tertull. lib. de pudic. Apule. Apoleg. 2. Papin. l. donationes in concubinã ff. de donat. l. si vicinis C. de nupt.
i l. pen. ff. de dona. int vir. & vxo. l. qui dotem ff. de dot. preleg.
k l. 2. C. si mãcip. ita vend. ne prostit.
l 4. C. si quis. alteri vel sibi.
m l. fin. §. hi quoque ff de mune. & hono. rub. C. de tabula lib. 10.
n Plin. lib. 8. cap. 51.
o Apule. de asino aureo lib. 2.

in hanc rem boni Quirites, testimonium perhibetote, & cum dicto consignatis illis tabulis facessit. Nec me mouet, quod actuarios eos tantùm dici quidam existimant, qui acta publica, actionésque causidicorũ in iudicio velociter excipiunt. [p] Constat siquidem actuarios esse, qui acta siue publica, siue priuata describunt, in librósque & acta referunt, quod & ex illo Plauti loco perspicuum fit, in quo de actis Præsidum, aut aliorum Iudicum nihil agitur, sed de perscribendis paciscentium conuentis. Idcircoque & Oldendorp. cum aliis plerisque actuarios appellat pactorũ perscriptores, quos tabelliones, & notarios contractuum dicimus. [q] Sed vt ad constitutionẽ nostram redeam, crediderim si de rei antiquitus gestæ probatione agatur, non mediocrem fidem ea etiam instrumenta facere, quæ speciali loco careant. * [r] Vidique sæpissimè in Senatu nostro fidem iis adhiberi maximéque clientelarium rerum catalogis, quorũ vix vnum qui ante sexaginta annos conscriptus & subnotatus sit, inuenias, in quo certus specialisque locus designatus sit.

p Arg. l. inter eos ff. ex quib. cau. maio.

q Oldendor. in suo lexico & Spegill. in hac ipsa dict.

r c. cum causã de probat. notatur in l. cum aliquis C. de iur. de lib.

* *Vidique)* Sunt libri censuales in quibus prædia censuatia, concessiones, recognitiones, renouationes & solutiones censuum describuntur. huiusmodi enim libri, & in eis contenta plene probant contra eos qui scribunt vel scribi fecerunt & asseruant, non autem in eorum commodum, nec in præiudicium tertij. Molinæ. in Consuet. Paris §. item l Vassal. num. 18. Publici vero libri faciunt fidem, etiam non subscripti. item ex archiuo publico scriptura desumpta plene probat, licet careat subscriptione notarij & testibus, exemplum etiam notarij probat. §. 5. num. 23. idem Molinæus.

Chirographo debitori reddito, remissum videri quod in eo contineatur debitum.

CAP. VII.


Cribit Labeo conuentiones quasdam tacitas esse, quę vel re, vel tacito consensu, nullis etiam accedentibus verbis perficiantur. [a] Cum enim nihil aliud sit conuẽtio, quàm mutuus quidam consensus, [b] conuenire dicuntur, qui quoquo modo in idem consenserint: etiam si talis consensus, reipsa & facto aliquo sine vlla verborum expressione significatus fuerit. [c] Vnde collegit Paulus, [d] reddito debitori chirographo, videri remissum quod in eo continebatur debitum. Quamuis enim donationis coniectura in dubio sumi non debeat, quod nemo tam re supinus esse credatur, vt facilè suum iactare

a l. Labeo ff. de pac.

b l. 1 §. conuentionis eo. tit.

c l. certum ff. si cert. peta.

d d. l. Labeo.

A iactare velit,[e] vbi tamen alia suspicio capi non potest, accedentibus præsertim aliquibus signis facilè donatio præsumitur:[f] nec actus inutilis, elusoriúsque reddatur.[g] Cùm itaque nullus cautionis chirographive redditi vsus esse debitori possit, nisi debiti liberatio: non potest videri creditor illi reddidisse, nisi vt ipsum liberaret.[h] Decipere enim ludificaríque voluisse non præsumemus.[i] His accedit quod & à quibusdam pro regula traditum est, re aliqua reddita, vel tradita: redditum traditúmve videri, cuius ea signum & symbolum erat. Proinde & donatis traditísque authoritatis instrumentis, id est titulis, vnde quis
B mancipia acquisiuit, mancipiorum ipsorum donationem, traditionémque factam intelligi:[k] Sicut & venditis chirographis nomen ipsum venisse interpretamur.[l] Nam & alibi traditur eum qui emptiones agrorum pignori posuit, de ipsis agris obligandis cogitasse videri.[m] Quod & in legatis extremisque deficientium voluntatibus locum habet: Nam & si quis decedens chyrographum debitori suo dederit, aut ei reddi mandauerit, liberationem legasse censebitur.[n] Neque enim (inquit Iulia.) tabulas tantùm, sed debitum etiam legat.[o] Et
C qui chirographum alij quàm debitori legat, nomen etiam legare videtur, neque de tabulis tantùm cogitare, sed etiam de actionibus, quarum probatio tabulis continetur:[p] quemadmodum & qui testamento suo Kalendarium suum alicui præstari voluit, non tantùm rationum codicem, sed & nomina debitorum præstari voluisse intelligendus est, pecuniámque si qua ab his exacta fuerit, imò & aliam quacumque de causa redactam si Kalendario, id est nominibus faciendis destinata fuisset.[q] Quamobrem & creditor qui cautionem debitori reddit per quam sibi fundus oppigneratus fuit, ipsam etiam
D pignoris obligationem remittere videtur.[r] & rē pignori data à creditore debitori legata, scribit Iulianus habere eum actionem vt pignus recipiat, priusquàm pecuniam soluat.[s] Sic qui litis instrumenta aduersario reddit, liti ipsi renunciare videtur.[t] Sicut & procurator instrumenta causæ domino restituens procurationi renunciare censetur,[u] & Canonicus qui prebendæ (quam vocant) instrumenta sodalitio reddit, iuri suo renunciare dicitur.[x] Cæterùm quæ de reddita syngrapha diximus vsque adeò vera sunt, vt etiam si quis eam simpliciter debitori reddiderit, licet nec se donare, nec legare professus sit, remisisse nihilominus debitum intelligatur, ita tamen vt

e l. filiusfamilias ff. de donatio. l. cū de indebito ff. de probatio.
f Alcia. l. cū quid ff. si cer. peta.
g l. si quando ff. de leg. 1.
h d. l. labeo.
i Arg. l. diuus de vsu & habita.
k l. 1. C. de donat.
l l. seruum filij §. cum qui de leg. 1.
m l. 2. C. qui res pig. obl. poss.
n l. 3. & 4. ff. de liber. leg.
o d. §. cū qui.
p d. l. qui chirographum.
q l. qui filium de leg. 3.
r l. creditorē C. de remiss. pig.
s l. 1. ff. de lib. leg.
t l. postquam liti vbi doct. C. de pact.
v l. negotiorū §. fin. & l. tutor ff. de appel. Angel. l. ita autē §. fin. de tut. Alcia. tract. præsūp. reg. 1. præsumpt. reg. 1. præsumpt. 33.
x c. sanè vbi glo. & docto. de re iud. Alber. l. 1. c. de donat.

exceptionis ope, non ipso iure debitor liberatus censeatur quod A
ex Pauli responso planum fit, dum ait. [y] si debitori meo reddi-
derim cautionem, videri inter nos conuenisse ne peterem, pro-
futurámque ei conuentionis exceptionem. Item & ex Vlpiani
sententia dum dicit. Si quis decedens chirographum debitori
suo dederit, exceptionem ei competere, quasi pro fideicommis-
so huiusmodi datione valitura. [z] Vnde mirum videri cuiquam
non debet, quod iure nostro constitutum sit, debitorem cui
redditum acceptæ mutuo pecuniæ chirographum fuerit solutę
nihilominus professionem sibi à creditore fieri apochámque da- B
ri iustè petere. [a] Hac enim via vberius sibi consultum iri vide-
tur: vt cui pleno iure liberatio contingat: quod non æquè fit,
cùm tantùm sibi singrapha redditur. [b] Ideóque & si ita legatum
cuiquam fuerit. Si tabulas chirographi mei hæredi meo reddi-
derit, hæres meus ei decem dato: scribit Iulianus conditionem
hanc vim habere, si hæredem meum debito liberauerit, quare
& si tabulæ extabunt, non intelligetur conditioni satisfecisse
creditor, nisi acceptum hæredi fecerit. [c] Neque tamen dubium
est quin debitor, cui facta solutione acceptolatum fuerit, possit
nihilominus, syngrapham à creditore retentam, vt inanem C
& ex qua peti nihil possit condicere. [d] Interest enim non me-
diocriter sua eam sibi reddi, vel deleri, ne si fortè amittat apo-
cham, iam numeratæ quantitatis exactio iterùm ab eo fieri
possit. [e] Quod accipiendum si eius reddendæ creditor faculta-
tem habeat: si enim interciderit, hocque sacramento creditor
affirmet, ad aliud cogi non potest, quàm vt debitori acceptum
ferat: [f] Nam & illud traditum est, si lege cautum sit, ne debitor
soluere teneatur nisi restituta sibi singrapha. non comprehendi
qui singrapham amisisse iurauerit, dum acceptilatione, vel apo-
cha liberare debitorem paratus sit. [g] D

Sed nec perpetuò verum est, reddita cautione remissum
quod in ea continebatur intelligi: quid enim si ob aliam cau-
sam redditam fuisse appareat, vt quia ad se missam creditor
confestim remiserit, ne cogere fidem quam spectare malle vi-
deretur, plusque annulis & scripturæ, quàm amico credere?
numquid causæ expressio, obscuritatem omnem incertitudi-
némque tollet? Et receptius est tollere: [h] neque in re clara, &
perspicua coniecturarum rationem vllam habendam. [i] Quin
& illud crebriore calculo proditum est, vbicumque chirogra-
phi redditio, aliam debitori vtilitatem, quàm liberationis af-

y d. l. Labeo.
z d. l. 3. de liber. lega.
a l. sicut datā C. de liber. causa l. pecunia C. de solut.
b Alber. l. huiusmodi §. si ita ff. de leg. 1.
c l. huiusmodi §. si ita ff. de leg. 1.
d l. dissolute C. de condict. ex l. fin. C. ad exhib. & l. solutionem C. de solut.
e Arg. l. si fideiussor §. in omnibus ff. manda.
f d. l. huiusmodi §. si ita vbi doct. Bal. d. l. pecunia & l. instrumēta vbi Ias. C. de fideicom. Auf. dec. Tho. 47. & 408.
g l. fin C. de fide instrum. Alciat. lib. de verb. signif. 1.
h Abb. c. Ecclesia vt lit. pend.
i l. continuus §. cum ita ff. de verbo. obli.

A ferre poteſt, non videri debitorem accepto à creditore chirographo alieni æris à ſe contracti liberationem conſequutum.[k] Non enim donatio præſumitur, vbi coniectura alia ſumi poteſt:[l] niſi fortè creditor verbis vſus fuerit, quæ à donatione non abhorreant, vt quia cautionem reddens, dixerit, tolle, aufer vel accipe: tùm enim donationis præſumptio, ſi ſignum aliquod id ſuadeat, facilè capietur, veluti ſi diues fuerit creditor, debitor egens.[m] Idem dicendum ſi coniunctio aliqua, puta ſanguinis, vel affinitatis,[n] vel magnæ amicitiæ[o] ſuadeat
B donationem præſumi.[p] Sed & ſi redditum ei fuerit chirographum, qui perpetua exceptione tutus erat, remiſſum ei nihil videtur: cùm enim exigi ab eo inuito nihil potuerit: debitor nõ fuit.[q] Vnde Iulianus ſi creditor (inquit) debitori qui ſe exceptione perpetua tueri poterat, chirographum legauerit, nullius momenti legatum erit. Quamuis enim qui tali exceptione ſubmoueri poteſt, niſi exceptio opponatur, obtinere debeat, quia tamen veriſimile eſt, reum in re ſua fore diligentem, & actori præſcripturum talis creditor non intelligitur: conſiderat enim lex effectum.[r] Qua ratione qui inopi debitori, & qui ſoluen-
C do non ſit cautionem reddiderit, licet ex ſupraſcriptis, quod ſibi debebatur, intelligatur remiſiſſe, nihil tamen illi tribuiſſe videtur, quod & eleganti carmine Martialis expreſſiſſe videtur.[t]

Quod Caietano reddis Policarme tabellas,
Millia te centum num tribuiſſe putas?
Debuit hac, inquis: tibi habe Policarme tabellas
Et Caietano millia crede duo.

His enim verſibus videtur Martial. Policarmum admonere,
D ne putet ſe, redditis Caietano tabellis, illi ſe quod iis continebatur donaſſe, maiorémque ipſum gratiã apud Caietanum initurum, ſi vel milia tantum ſibi duo credat, etiam ſi iam datas tabellas repetat: quaſi velit Martia. ſignificare, inopem Caietanũ eſſe, qui alienum æs à ſe conflatum diſſoluere non poſſit, vt ſic creditor nihil illi donaſſe videatur. Quod enim (vt alibi diximus) egenti, debitori, & qui ſoluendo non ſit remittitur, ei donari non videtur. Qua de re extat, & aliud lepidũ authoris eiuſdem epigramma:[u]

Quadrigentorum reddis mihi Phœbe tabellas

k Arg. l. peculiis §. ite cum quæreretur ff. de aur. & arg. leg. l. ſi res obligata de leg. 1. Albe. Bal. & alij d. l. Labeo.
l d. l. cum de indebito.
m c. & ſi quæſtiones de ſimon.
n l. vtrum & l. ſi ſeruus quia de donat. int. vir. & vxo. ff. l. procula de proba.
o c. requiſiſti de teſtam. d. l. procula glo. l. ſed ſi ego ad Velleia.
p doct. d. l. procula Alb. d. l. poſtquam att. Alcia. d. l. cum quid.
q l. debitor & l. creditores ff. de verbo. ſign.
r l. ſi creditor debitori de liber. lega.
ſ d. l. creditor & l. creditores.
t Mart. ad Policarm. epigr. lib. 8.
u Marti. ad Phœbum lib. 9.

Centum da potius mutua Phœbe mihi.
Quare alium, cui te tam vano munere iactes:
Quod tibi non possum soluere, Phœbe meum est.

A

Illud receptissimum est, non aliter debiti remissionem factam videri, quàm si factum interuenerit: nempe tabularum redditio: Ideóque & debitorem, non idcirco fide sua liberatum censeri quòd penes eum chirographum repertum sit, nisi sibi redditum vel à creditore, vel alio eo mandante liquere possit. Quod ex Labeonis verbis perspicuum fit, [x] dum ait, Si debitori à creditore reddita cautio fuerit, videri inter eos conuenisse ne creditori peteret: quod profectò iustissimè constitutum fuisse videtur. Nam qui pacto se liberatum dicit, donationem allegat, quæ non facilè præsumi debet, nisi redditæ cautionis fiat fides: constátque tàm iureconsultorum responsis, quàm etiam Imperatorum rescriptis, quibus huiusmodi liberationis tacitique pacti mentio fit, factum requiri. [y] Ita vt quamuis libertati leges nostræ impensè faueant: non ideò tamen libertatem se consequutum dicere quis possit, quòd apud eum inuenta sint instrumenta ex quibus seruus ostendebatur, nisi manifestis probationibus docuerit à domino sibi data. [z] Sunt & qui credant liberationem non nasci, neque tacitæ conuentionis exceptionem debitori acquiri, nisi ab ipsomet creditore reddita cautio fuerit, ita vt nihil sibi prosit ab actore, vel procuratore redditam fuisse, [a] quod vt verum esse fateamur, ita superfluum esse non dubitamus. Quis enim dixerit procuratorem qui nec donandi, nec expressè liberandi facultatem habet, [b] immò nec solutionis terminum prorogandi, [c] posse tacito quodã pacto debitorem alieno ære oppressum liberare? Alia autem videtur esse ratio debitoris, qui se soluisse contendit. Et is enim si ad fidem huius rei faciendam chirographum cancellatum proferat, licet creditor à se redditum vel inductum inficietur, præsumptione tamen liberatus videtur: nisi adhuc sibi deberi manifestis argumentis creditor probauerit. [d] Nam & Paulus respondit, [e] cancellatis tabulis debitum solutum comprobari. Qua tamen in re sic distingui solet, vt si domesticus creditoris debitor sit, vel amicitia, diuturnáque consuetudine sibi astrictus, cui in domum creditoris familiarior erat aditus, ita vt facilè chirographum interuertere potuerit, solutionem non coniiciamus: ne alioqui famulis, domesticisque cæteris herilia instrumenta suffurandi, vt alieno ære se exoluant detur

B

C

D

x d.l. Labeo.

y d.l.3. & 4. ff. de libe. leg. l. mortis causa §. tutia. ff. de mort. causa donat. d.l. creditorem & l. 1. C. de donatio.

z l. fin §. ille autem C. de lat. liber. toll.

a Bal. & alij d.l. Labeo.

b l. filiusfam. ff. de donat.

c l. qui Romæ §. callimachus ff. de verb. obl.

d l. si chirographum ff. de probat.

e l. Fullo. ff. de furt.

A occasio.[f] Contrà si extraneus debitor sit, cui in ædes creditoris non pateat accessus: rectè existimatus, & in quem talis suspicio non cadat, solutionem præsumamus.[g] Id tamen extra controuersiam esse videtur, si cancellatum à creditore, vel deletum fuisse liquere possit: perinde esse, ac si redditum debitori fuisse manifestum fieret. Nemo enim sani iudicij crediderit, aliam ob rem inductùm, ceu cancellatum fuisse quàm quia sibi deberi noluerit.[h] Sicut è diuerso si eo inscio vel nolēte inductum fuisse constet, nulla neque donationis, neque solutionis coniectura
B sumi potest.[i] Imo nec si ab eo sed imprudente deletum, vel inductum inconsulto fuerit: quod enim incaute factum est, pro non facto haberi debet.[k] Sed & si flammis consumptum à creditore chirographum fuerit, dubium non est debitum, tunc quoque remissum intelligi: Neque enim aliam ob rem vulcano commisisse creditor videri potest, quàm vt ne debiti exactio fieret, neque vlla vnquam eius memoria extaret. Quod à pluribus olim factum ex Tranq. Spart. & aliis plerisque veterum colligi potest. Tranquillus.[l] Tabulas veterum ærarij debitorum, vel præcipuam calumniandi materiam exussit. Spartia-
C nus.[m] Ad colligendum autem gratiam nihil prætermittens, infinitam pecuniam, quæ fisco debebatur, priuatis debitoribus in vrbe, atque Italia, in prouinciis verò etiam ex reliquiis ingentes summas remisit, syngraphis in foro diui Traiani, quò magis securitas omnibus roboraretur incēsis. Ausonius[n] ad Gratianum. Vel illud vnum cuiusmodi est de condonatis residuis tributorum, quod tu quàm cumulata bonitate fecisti? Et inferius. Tu argumenta omnia flagitandi publicitus ardere iussisti, videre in suis, quæque foris omnes ciuitates, conflagrationem salubris incendij. Ardebant stirpes fraudum veterum: ardebant seminaria
D futurarum. Iam se cum puluere fauilla miscuerat, iam nubibus fumus inuoluerat, & adhuc obnoxii in paginis concrematis ductus apicum, & sestertiorum notas cum iuuantia de ratione cernebant, quòd meminerant lectum legi posse, & verentes. Quid te Imperator Auguste indulgentius? quid potest esse consultius? Quæ bona præstas, efficis ne caduca sint, quæ mala adimis, prospicis ne possint esse recidiua.

Rursus quod diximus cancellato vel reddito debitori chirographo, debitum remissum videri, intelligendum crediderim non de eo tantum cui ex contractu quidquam debeatur, sed illo etiam qui ex delicto creditor sit. Et hic enim illatam sibi iniu-

f d. §. ille autem & l. 1. C. in quib. cau. cess. long. tēpo præscrip.
g doct. d. l. Labeo.
h Arg. l. 1. in fi. ff. de his quæ in testa. delen.
i l. quod debitori C. de solutio. nota. in d. l. Labeo.
k d. l. 1. in princip. ff. de his quæ in testa. dele.
l Tranq. in Augu. ca. 32.
m Spartia in Hadriano.
n Ausonius ad Gratianū in gratiarum actio. pro consula.

riam, quodq; sibi delicti occasione debitum erat, remisisse videtur: non enim minor in hoc, quam in illo subest ratio, ne donandi animum habuisse videatur. [o] Vnde & Christus dominus deleto chirographo, quod nobis contrarium erat, eodemq; cruci affixo, delicta nostra nobis condonauit. Dicente Paulo. [p] Et vos cum mortui essetis in delictis, & præputio carnis vestræ, cõuiuificauit cum illo, donans vobis omnia delicta, delens, quod aduersus nos erat chirographum decreti, quod erat cõtrarium nobis: Et ipsum tulit de medio affigens illud cruci. Id autem de eo debito, vel delicto accipiendum, cuius fides chirographo fieri possit. Neque enim dubium est, quin & epistola, chirographo, & alia sciptura crimen quandoque probari possit. [q] Vnde & alibi ostendimus Pausaniam Lacædemonium proprio chirographo proditionis conuictum prodita eius ad Xercem Regem epistola. [r] Quo pacto & Classicum Proconsulatum in Bætica fœdè sordidéque gessisse compertum quadam ad Minutianum epistola Plinius tradit. Et circa, inquit, Classicum quidem breuis & expeditus labor. Sua manu reliquerat scriptum quid ex quaq; re quid ex quaque causa excepisset, miserat etiam epistolas Romam ad amiculam quandam iactanteis & gloriosas his quidem verbis Io, Io, liber ad te venio. Iam sestertium quadragies redegi parte vẽdita Bæticorum, reddita igitur scriptura per quam delicti fides fieri poterat, consequens est, vt quod ex ea causa debebatur remissum intelligamus, si alia huiusmodi redditionis coniectura capi non possit. [s] quam sententiam & illud adiuuat, quod Caius dixit Creditorum appellatione, non tantum hos accipi qui pecuniam crediderint, sed omnes quibus ex qualibet causa debetur. [t] & quod Vlpia. respondit. cum cui ex delicto debeatur, posse creditoris loco accipi. [u]

Sed finge, vrbe aliqua capta, multas multorum inuentas syngraphas, quas à victore sibi redditas debitores mox habuerint, an is sic redditis remissa quæ in eis continebantur debita intelligi debeant? Et videretur neq; enim ob aliam rem redditæ videri possunt. [x] Nec ad rem facit, quod nec à creditore, aut alio eo mandante redditæ sint. Cum enim quæ ex hostibus capiuntur. Iure gentium statim capientium fiant, nihil referre videtur, an à creditore reddantur, cuius ab initio fidem sequutus debitor fuerit, an ab eo qui dominium earum iure belli nactus fuerit. Contrà disputari potest, huiusmodi nomina, in potestatem victoris nunquam venisse, neque ideo donari ab eo po-

[o] l. illud ff. ad l. Aquil.
[p] Paul. 2. ad Collos.
[q] l. in senatusconsult. vbi glo. & doct. ff. ad Turpil. l. si quis legatum l. diuus Claudius ff. ad l. cor. de fals. Cy. & Alex. l. fin. C. de probat. l. in rationibus ff. de leg. 1. l. 2. vbi Alb. c. quæ appell. non recip. l. nõ intelligendum §. facile vbi Bart. ff. de iure fisci.
[r] Dyon. su. bibl. lib. 11. dixi. in cap. testes criminis iudices.
[s] Plin. epist. ad Minutianum lib. 3.
[t] l. creditorũ ff. de verbo signif.
[u] l. si cui eo tit.
[x] d. l. labeo.

A tuisse: ea enim demum eius esse videntur. quæ bello capta sint, vnde & manubiæ dictæ spolia de hostibus quæsita, vel præda ex hostibus capta, quasi manu prehensa fuerit. Quamuis enim propriè & signatè loquentibus (vt pulchrè apud Gellium disserit Phauorinus) manubiæ dicantur prædatitia pecunia, & quæ ex venditione prædæ percepta sit: constat tamen sic appellari, quia ex mancipiis & cæteris manucaptis colligatur. Atqui huiusmodi iura incorporalia sunt, quæ nec tangi, cerni, palpari, vel prehendi possunt, vnde nec bello quæri. Adde quod B & leges in quibus bonorum bello, captorum, prædæque ab hostibus captæ mentio fit, vel de mobilibus, vel immobilibus nominatim loquuntur, quorum appellatione nomina, vel iura non comprehenduntur, vt sic non ideò liberatus debitor dici debeat, qui & aliàs cùm aliena iactura fieret locupletior, alienóque incommodo, suum augeret commodum, quod iniquissimum esset, naturalique iuri aduersum, neque enim, inquit Cicero, natura patitur, vt aliorum spoliis nostras facultates, copias, opes augeamus. In hancque sententiam, vt æquiorem inclinare videtur Quintilianus, qui & secundum C eam in specie non adeò absimili Amphictyonas quandoque testatur iudicasse. Sic enim ille. Cùm Thebas euertisset Alexander, inuenit tabulas, quibus centum talenta mutua Thessalis dedisse Thebanos continebatur, has, quia erat vsus commilitio Thessalorum, donauit his vltrò. Postea restituti a Cassandro Thebani, reposcunt Thessalos. Apud Amphictyonas agitur. Centum talenta, & credidisse eos constat, & non recepisse. Lis omnis ex eo quod Alexander ea Thessalis donasse dicitur, pendet. Constat illud quoque, non esse his ab Alexandro pecuniam datam. Quæritur ergo, an perinde sit D quod datum est, ac si pecuniam dederit. Quid proderunt argumentorum loci nisi hæc prius videro, nihil eum egisse donando, non potuisse donare, non donasse. Et prima quidem actio facilis, ac fauorabilis, repetentium iure, quod vi sit ablatum: sed hinc aspera & vehemens quæstio exoritur de iure belli, dicentibus Thessalis, hoc regna, populos, fines gentium atque vrbium contineri. Inueniendum contrà est, quo distet hæc caussa à cæteris, quę in potestatem victoris venirēt: nec circa probationem res hæret, sed circa propositionē. Dicamus imprimis in eo quod in iudiciū deduci potest, nihil valere ius belli, nec armis erepta, nisi armis posse retineri. Itaq; vbi illa valeāt, non esse iudicem:

vbi Iudex ſit, illa nihil valere. Hoc inueniendum eſt, vt adhiberi A
poſſit argumentum. Ideò captiuos, ſi in patriam ſuam redierint, liberos eſſe, quia bello parta, non niſi eadem vi poſſideantur. Proprium eſt & illud cauſæ, quod Amphictiones iudicant, vt alia apud centumuiros, alia apud priuatum iudicem in iiſdem quæſtionibus ratio ſit. Tùm ſecundo gradu non potuiſſe donari à victore ius, quia id demum ſit eius, quod ipſe teneat: ius, quod ſit incorporale, apprehendi manu non poſſe. Hoc reperire difficilius, quam cũ inueneris, argumentis adiuuare: vt alia ſit conditio hæredis, alia victoris: quia ad illum ius, ad hunc res tranſeat. B
Proprium deindæ materiæ, ius publici crediti tranſire ad victorem non potuiſſe, quia quod populus crediderit, omnibus debeatur: & quandiu quilibet vnus ſuperfuerit, eſſe eum totius ſummæ creditorem: Thebanos autem non omnes in Alexandri manu fuiſſe. Hoc non extrinſecus probatur, quæ vis eſt argumenti, ſed ipſum per ſe valet. Tertij loci pars prior magis vulgaris, non in tabulis eſſe ius: itaque multis argumentis defendi poteſt. Mens quoque Alexandri duci debet in dubium, honorarit eos, an deceperit. Illud iam rurſus materiæ proprium, & velut nouæ controuerſiæ, quod reſtitutione recepiſſe ius, etiam C
ſi quod amiſerint. Thebani videntur hic & quid Caſſander velit quæritur: ſed vel potentiſſima apud Amphictionas æqui tractatio eſt (Et hæc quidem Quintilianus) Verum in ſpecie à me propoſita crederem ſummo iure reddito debitori chirographo, debitum quod in eo continebatur remiſſum cenſeri. Cuius dominium perinde victor adeptus videtur, ac earum rerum, quæ demonſtrari manuq; capi poſſunt. Cum enim lex generaliter dicat, * quæcũq; ex hoſtibus capiuntur capiuntur capientium fieri: dubium non eſt, quin & huiuſmodi nomina iuraque contineantur. Vnde traditis tabulis eius quod in eis continebatur D
donatio facta intelligitur. Sed & hoc vſu compertiſſimum habemus, in hac noſtra Britannia ſæpe Principem per belli tempus in nomina debitorum ſui regni manum iniicere, quę ab hoſtibus antefacta cognouerit. Ipſoſque debitores ad alienum æs, quod hoſtibus ipſi debeant, ſibi diſſoluendum adigere.

* *Ex hoſtibus capiũtur)* Bello capta ab hoſtibus nouæ opinionis, demum in pugna & acie virtute Catholicorum militum recuperata, eorum ſunt, qui illa cum periculo vitæ redemerunt, vt conſcripti patres Burdigalenſes cenſuere. Menſ. Mart. an. 1589. Iuxta ſentẽtiam Pauli, l. 5. item bello capta D. de aquirenda vel amittenda poſſeſſ. verum expulſis hoſtibus ex agris, inquit, Pomponius l. 20. §. 1. D. de captiuis, quos receperint, dominia eorum ad priores dominos redire, nec aut publicari aut prædæ loco cedere. publicatus enim ille ager, qui ab hoſtibus captus ſit, Liui. 3. Cicero 4. Verrina.

A



IANI LANGLAEI

B REGII IN SENATV

BRITANNIÆ CELTICÆ

CONSILIARII, SEMESTRIVM

Liber quintus.

DE IVDICIIS RE IVDICATA ET EFFECTV SENTENTIARVM.

C

Iudicum mutatione, non mutari iudicium: nauimque eandem censeri, quæ sæpius refecta sit.

CAP. I.



LEGANS est id Alpheni responsum, quo traditur pluribus iudicibus in eandem rem datis, nonnullisque excusatis, & in eorum locum aliis suffectis, idem tamen iudicium,
D & eandem rem permanere: non tantùm si vnus aut alter, sed & si omnes iudices mutati sint: neque in hoc tantùm, sed & in cæteris rebus euenire, vt partibus commutatis eadem res esse existimaretur. Legionem enim eandem haberi ex qua multi decessissent, quorum in locum subiecti alij essent, & populum eundem hoc tempore putari, qui ab hinc centum annis fuisset, cum ex illis nemo nunc viueret. Itémque nauem si adeò sæpè refecta sit, vt nulla tabula eadem permaneret, quæ non noua fuisset, nihilominus eamdem esse existimari.[a] In qua etiam sen-

[a] l. proponebatur ff. de indi.

Ee

b *Aristo.polit.lib.3.*

c *Alcia.parerg.iur.lib.6.cap.17.*

d *l.quod in rerum §. fin. ff.de leg.1.*

e *l.mutius ff. de rei vendic. Connanus cōmentar. ciui. lib.3.cap.6.*

tentia & Aristoteles fuisse videtur [b] nisi quod existimat non A eandem esse ciuitatem, si reipub. mutetur status & forma. Sic enim ille. * At verò si iidem sint eiusdem loci incolæ, verùm quoad idem incolarum genus maneat, eadem vrbs appellanda sit: etiam si alii intereant semper, alii oriantur, fluuios cosdem soliti sumus dicere, eosdemq; fontes, & si semper alia aqua consequatur, & alia erumpat: an verò homines iidem ob eandem causam dicendi sint, & vrbs alia, quæstio est. Etenim, si societas quædam est ciuitas, eaque ciuium societas, certè si reipublicæ mutetur forma & status, ciuitatis etiam mutetur status necesse est: quemadmodum chorum interdum comicum, interdum B tragicum esse dicimus, cùm sæpè iidem sint homines. Itémque omnem aliam communionem & compositionem diuersam dicimus, si aliud genus sit compositionis, veluti concentum eorumdem sonorum alium esse dicimus, interdum quia Doricus, interdum quia Phrigius sit. Quibus ex verbis infert Alciatus.[c] Si propter suffectos iudices mutatus sit procedendi modus: vt quia prius ordinariè, nunc autem summariè ageretur, non videri idem esse iudicium, sicq; Alpheni responsum limitandum existimat. Cuius sententiam & illud nonnihil adiuuat, quod C Vlpia. respondit. [d] si nauem quis legauerit, & specialiter eam ascripserit, cámque per partes fecerit, carina eadem manente, nihilominus rectè à legatario vendicari: Innuit enim Vlpia. nauem omnino destructam, & per partes de integro refectam eamdem omnino censeri modò carina eadem permanserit, id est nauis ipsius forma immutata nō fuerit, si enim de ea aliquid mutatum fuerit, videri eadem nauis non potest. Ita enim intelligendum est id Vlpia. responsum: carinæque verbum illic non pro ipso nauis corpore, vel infima nauis parte accipi debet. Sicut & apud Iulianum. [e] Dùm ait (Minutium notans) eum qui D ex aliena materia nauem ædificauerit, eius nihilominus dominum esse: quòd proprietas totius nauis carinæ causam sequatur, id est, eius sit qui speciem dedit, & carinam fecit. Carinam autem fecit qui nauem fabricauit, quia carinæ formam dedit.

* Nomina contracta erant ab incolis paroeciæ *de Marans*, receures Compolitani actionem illam tributoriam abnuunt, hac potissimum nisi ratione, quia veteres præteriti temporis commoda percepetant, æquum esse igitur onera & incommoda sequi. nihilominus tamen Lutetianum placitum pronunciatum est secundum syndicum & cognitorem municipalium *de Marans*, mense Mart.an.1596. Iuxta rationem l. proponebatur 76. D. de Iudicijs percunctanti quid sentiam de hoc iudicio, contrariam sententiam æquiorem ausim affirmare, etenim si noui incolæ obnoxij remaneant antiquis nominibus prioris municipij & posterioris, duplici onere eos grauari periniquum videbitur. de hac quæst. Arist. lib. 3. Polit. cap. 2. Cicero lib. 2. Acad. Quæst. Plutarch, de sera numinis vindicta, & in vita Thesei. Alciat. lib. 6. cap. 7. Paratgon.

A Alibique Paulus Iuliani ſentētiam ſequutus ſcribit.[f] ſi ex meis tabulis nauem quis fecerit, ſuam nauem eſſe: vt ſic Ariſtotelis ſententiæ conuenire videatur, quod à Iuliano Paulóque aduerſus Mutij opinionem reſponſum eſt. Multa alia non iniucunda, & ad Alpheni reſponſum pertinentia ex Ariſtotele & Plutar. colligit Alcia.[g] quæ huc adſcribere ſuperuacaneum: nulliúſque operæ eſſet. Illud non indignum quod annotetur, nauim qua Theſeus cum pueris vectus ferit,& qua rurſus in patriam redierit, quòd vſque ad Demetrij Phalerei ætatem ſeruata ab Athenienſibus fuiſſet, tabulis nouis ſubinde in vetuſtarum locum ſubſtitutis, dubitandi anſam Philoſophis reliquiſſe, eſſet ne eadem, an potius alia, quod & Plutar. his verbis memoriæ prodidit.[h] Nauis autem qua cum pueris Theſeus nauigauit,& qua rurſus in patriam ſeruatus eſt, triginta remorum fuit, quam vſque ad Demetrij Phalerei tempora Athenienſes ſeruauerunt cùm vetuſtis lignis ſubſtractis, alia quotidie noua ac valida coniicerent, atque coaptarent, ita vt poſterius ſermone vſurpata, exemplū Philoſophis ambiguitatis manſerit, aliis candē, aliis vero minus eſſe affirmantibus. Eiuſdē nauis meminit & alibi Plutar.[i] dicēs, ſic factitare ſolēt, quibus Deliacæ nauis cura comiſſa eſt. Nam quotieſcunque illa vitium alicubi facit, adſunt qui eximant & obiiciant corrupta, noua verò alia ſuppingendo ſufficiant: atque ita æternam & interitui non amplius ab eo tēpore, quo primùm inſtructa eſt obnoxiam cuſtodiunt, Deliacam autem ideo dictam, vel ex Platone coniicere licet, quod ab Athenienſibus in Delum quotannis mitteretur. Cùm enim Theſeus cùm pueris in Cretam nauigaturus eſſet, vouit Apollini, ſi ſeruaretur, quotannis in Delum ſpectaculum quoddam mittere. Eamque ob rem, & quod ſeruatus fuerit, ſoſpéſque cùm pueris in patriam redierit, ſemper ex illo tempore Athenienſes ſingulis annis ad Delum mittebant.[k] Cæterùm quod Alciatus exiſtimat.[l] Alphenum à Plutarcho plurima mutuatum, quæ in illud ſuum reſponſum tranſtulerit: mihi probari non poteſt: qui ſciam Alphenum Varum: multo ante Plutarchi æuum floruiſſe. Vixit enim ſeculo Auguſti quo Imperante, triennio poſt natum in terris Chriſtum, Conſulatum cum P. Viuitio geſſit: mortuúſque publico funere elatus eſt. Cremonæ natum fuiſſe, ſunt qui dicant: vbi diu ſutrinam exercuerit: tandémque abiecto artis inſtrumento, clauſaque taberna: Romam ſe contulerit, magiſtróque vſus Seruio Sul-

(Margin letters: B, C, D)

f l. ſed ſi ex meis ff. de acq. rer. do.

g d. cap. 17. lib. 6 parer.

h Plut. in Theſeo.

i Plut. in lib. cui tit. num. ſeni gerenda reſpub.

k Plato in phedro ſeu de animi immortalita.

l d. cap. 17. lib. 6. parerg.

pitio, clarissimus iurisconsultus euaserit in quem extant Horatij versus.[m] A

[m] Horat. ser-mo. lib. 1. Sa-ty. 3.

—vt Alphenus vafer omni
Abiecto instrumento artis, clausaque taberna.
Sutor erat, &c.

Plutarchum verò Cheronæum Adriani, Traianique Cæsarum claruisse temporibus. Suidas & ex recentioribus Raphaël Volaterranus commemorant: cui tribuerit Traianus honorem Consularem, imperaritque ne quis per Illyriam magistratus absque eius consilio quidquam ageret,[n] fuisse etiam Traiani Præceptorem, cuius ingenium bonis disciplinis instruxerit, vel ex illa eius ad Traianum epistola colligi potest, quæ Politicorum suorum libro præponitur: cuiusque exemplum extat apud Crinitum.[o] Æqualem Phauorini fuisse constat: cui ob illustre nomen, & scriptorum copiam infensiorem fuisse, quidam tradunt. Vt sic verisimilius sit (si quid aliundè sumptum est) ab Alpheno Plutarchum, quàm ab hoc illum accepisse. Nec me tamen latet alium fuisse Alphenum Varum, quem Aulus Vitellius in locum P. Sabini Præfecti Prætorio (cum vinciri ipsum ob amicitiam Cecinniæ iussisset) substituerit.[p] Sed is in albo iurisconsultorum non numeratur, nec Plutarchi etiam æuo superstes fuit: vt qui seruili supplicio affectus non multò post Vitellij necem interierit. Quod C. Tacitus scriptum his verbis reliquit.[q] Iul. Priscus Prætoriarum sub Vitellio cohortium Præfectus, seipsum interfecit. Alphenus Varus ignauiæ, infamiæq; suę superfuit. Asiaticus enim (is libertus) malam potentiam seruili supplicio expiauit. Credibile itaque est, Alciatum ad aliũ eiusdem nominis respexisse, cuius ab Ælio Lampridio mentio fit:[r] quemq; Papiniani discipulum, & Alexandri Seueri familiarem fuisse scribit. Sed huius nulla (quod sciam) monumenta extant: Neque de cognomine ipsius liquet: quamuis Varum etiam dictum fuisse Corrasius ex Lampridio, parùm consideratè cõtendit.[s] Responsum autem illud[t] antiquioris esse Alpheni, qui Seruij Sulpitij discipulus, rerumq; antiquarum curiosus habitus est: vel ex illius inscriptione perspicuum fit, quæ in Pandectis Florentinis, & quæ ad earum exemplum editæ sunt, his verbis cõcepta legitur. Alphenus lib. sexto digestorum. Reliquit enim Alphenus ille digestorum libros è quibus quartum & 30. citat Gellius, & collectaneorum secundum:[u] cum de alio istius nominis nihil huiusmodi legatur.

B C D

[n] Suidas in Plutarch. Raphael Volater. comment. vrba. lib. 18.
[o] Crinit. de honest. discipl. lib. 14. cap. 1.
[p] Cornel. Tacit. annal. lib. 9.
[q] Tacit. annal. lib. 20.
[r] Lampr. in Alex. Seuero.
[s] Coras. l. 2. §. ab hoc ff. de orig. iur.
[t] d. l. proponebatur.
[u] Gell. noct. attic. lib. 6. cap. 5.

A

Iudicium de eadem re reddi amplius quàm semel non debere.

CAP. II.



B Ririum * est, de qua re semel pronunciatum fuerit, quæri iterùm apud eundem vel alium magistratum non debere singulisq; controuersiis singulas actiones, vnúmque iudicati finem sufficere, ne aliter multiplicatus litium modus, summam atque inexplicabilem faciat difficultatem, maximè si diuersa pronuncientur.[a] Vnde & Iulianus rei iudicatæ exceptionem obstare ait, quoties eadem quæstio inter easdem personas reuocatur.[b] Nec refert eadem ne actione quis agat, qua ab initio expertus sit, an alia, modo eadem de re tractetur semper enim (quod dicitur) actum agere videtur,[c] quod antiquo prouerbio vetitum est. non refert item an ad eundem vel diuersum iudicem C catur, vtrobique enim eadem subest ratio vt scilicet sit tandem aliquis litium exitus, & ne huiusmodi litium redintegratio nódos pariat indissolubiles.[d] Præter quam quantum ad eum spectat, qui iam sententiam dixerit, & id quoque obstat quod eam amplius rescindere, vel corrigere non potest. Semel enim siue malè siue benè functus est suo munere.[e] Quod & in arbitro constitutum est, vt nec is quoque si in dicenda sententia errauerit, mutare, vel emendare eam possit. †[f] Idque vsque adeò verum est, vt nec etiam prouinciarum præsidibus, quauis ex causa D liceat, supplicium quo nocentem afficiendum semel constituerint imminuere, sicut nec ampliare. Id enim dumtaxat à principe fieri potest.[g] Id autem ne quis iterum causam agat, de qua iam sit pronunciatum vetustissimum esse, fuisséque iampridem non à Romanis tantùm, sed & ab Atheniensibus obseruatum,

a *l. singulis ff. de except. rei iudic.*
b *l. 3. eod. tit.*
c *l. de eadem eod. tit.*
d *d. l. singulis.*
e *l. Paulus l. iudex postea quam & l. cũ quærebatur ff. de re iudic.*
f *l. dicere & l. sequen. ff. de arbit.*
g *l. relegati & l. diui fratres ff. de pœn. l. acta §. de amplianda ff. de re iudic.*

* *Tritum est de qua re.*] Etsi seuerior sententia dici debuit, tamen, cum iudex certis rationibus motus, mitiorem sententiam dixerit, aut si reus homicidij absolutus sit, licet demum crimen commisisse confessum fuisse, probari possit, Senatus Parisinus decreuit 16. mens. Iun. ann. 1523. iterum ob idem crimen *Helie Carrier* reum non fieri iuxta l. Senatus 14. D. de accusationibus.

† Ius Gallicum dissentit à iure Romano. Nam præsides prouinciarum sententias, & Senatus decreta rescindere possunt, oblato prius libello supplici, idque non solum in ciuili lite, sed etiam in criminali locum habere non ambigitur.

vel ex Terentio colligere licet: apud quem Phormio, qui patrocinium Phanij in causa nuptiarum eius, & Antiphonis susceperat. Demiphoni de iniquitate sententiæ aduersus filium suum Antiphonem velut indefensum dictæ conquerenti, idcircóque irritas reddere nuptias studenti, rei iudicatæ exceptionem obiicit. Deinde in eum velut illudens ait, illi soli, quasi Regi licitum esse de eadem re iudicio iterum contendere, quod legibus solutus sit. [h] A

h Terent. in Phormi.

Ph. *Dilucide expediui, quibus me oportuit*
Iudicibus? tum si id falsum fuerat, filius
Cur non refellit. D. filium narras mihi B
Cuius stultitia dici, vt dignum est non potest,

Ph. *At tu qui sapiens es magistratus adi,*
Iudicium de eadem causa iterum vt reddant tibi.
Quandoquidem solus regnas, & soli licet
Hic de eadem causa bis iudicium adipiscier.

Et mox quibusdam interiectis cum dixisset Demipho Phanium nec sibi, nec filio, sanguinis vllo gradu iunctam, cum admonet Phormio actum ne agere velit.

D. *Ita proximo quidem, at nos vnde aut quamobrem?* P. *Ohe.* C
Actum, aiunt, ne agas---

Vnde liquet id prouerbium (quod & Erasmus cum aliis plerisque credidit) à veteri iudiciorum illa consuetudine sumptum, qua fas non fuit, de qua re semel sententia dicta fuisset, iterum caussam agere: significat autem inanem operam sumere, & incassum laborare Terent. [i]

i Terent. in Andria.

---Actum est, si quidem hac vera prædicat.

Quo in loco Donatus ait. Hæc res secundum ius ciuile dicitur, in quo cauetur ne quis rem actam apud iudices repetat. Et alibi. [k]

k Terent. in Adelp.

Nunc si hoc omittam actum agam--- D

Vbi Donatus, id est, inquit nihil agam, quod enim in iure semel iudicatum fuerit, rescindi & iterùm agi non potest. Plautus. [l]

l Plautus.

---rem actam agis.

Cicero. [m] Nunc spes reliqua est in nouis Tribunisplebis, & in primis quidem diebus, nam si inueterarit actum est. Vnde & apud Liuium Fabius. [n] Scio multis vestrum videri Patres Conscripti rem actam hodierno die agi, & frustra habiturum orationem, qui tanquam de integra re de Africa prouincia senten-

m Cic. famil. lib 14. ad Terentiam.

n Liui. dec. 3. lib. 8.

A tiam dixerit. Id ipsum etiam quod de Atheniensibus ex Terent. diximus, vt nec apud eos licuerit, bis iisdem de rebus iudicium adipisci, ostendit Demosthenes in oratione contra Leptinem, dicens. Ac primum Leodamas Chabriæ donationem accusauit (est autem etiam immunitas inter alia, quæ illis cõcessa sunt) & apud vos iudicio victus est. Leges autem vetant, ne bis cum eodem iisdem de rebus, vllo iudicio, aut ratione agi liceat. Inuehitur & acerrimè M. Cic. in Verrem, qui de capitali lite decessoris sui sententia terminata iterum cognouerit, Sopatrúmque B à decessore, primariis quibusdam viris in consilium adhibitis absolutum, solus damnauerit. Cicero [o] Sopater quidam fuit Haliciensis, homo domi suæ cumprimis locuples, atque honestus. Is ab inimicis suis apud C. Sacerdotem Prætorem rei capitalis cùm accusatus esset, facilè eo iudicio est liberatus. Huic eidem Sopater iidem inimici ad C. Verrem quum is sacerdoti successisset, eiusdem rei nomen detulerunt: res Sopatro facilis videbatur, & quòd erat innocens, & quòd Sacerdotis iudicium improbare istum ausurum non arbitrabatur. Citatur reus: causa agitur Siracusis: crimina tractantur ab accusatore, ea quæ C erant antea non solùm defensione, verùm etiam iudicio dissoluta. Et pòst paulò. Posteàquam àd causam dicendam ventum est: tùm vero sine metu, sine cura omnes erant, qui Sopatrum defendebant: Crimen nullum erat: res iudicata: Verres nummos acceperat. Et iterum quibusdam interpositis. Verum si de pecunia testibus planum facere non possem, illud negare posses, aut nunc negabis, te consilio tuo dimisso, viris primariis qui in consilio C. Sacerdotis fuerant, tibique esse solebant, remotis, de re iudicata iudicasse? téque eum quem C. Sacerdos adhibito consilio, causa cognita absoluisset, eundem remoto consilio, causa incognita condemnasse. Alibíque non vno in lo- D co scribit, rebus iudicatis stari oportere. Cic. [p] de Heraclide loquens Recuperatores recusauit: & quasi nihil esset actũ, nihil iudicatum, ab Hermippo ibidẽ mancipia, quæ ipse & vendiderat, petere cœpit. M. Gratidius legatus, ad quem est aditum, actionẽ se daturũ negauit: re iudicata stari ostẽdit placere. Idem de quodam Cn. Pompeij decreto agens. [q] Nos Cn. Pompeij decretum, iudicium de consilij sententia pronunciatum recognoscemus. Et alibi status (inquit) reipublicæ maximè rebus iudicatis continetur. [r] Et rursum alibi rem integram hominis non alieni, quamuis suspiciosam, defendere, humanitatis esse putabamus.

o Cic. 4. in Verr. act.

p Cic. in oratione pro L. Flacco.

q Cic. in orat. pro L. Cornel. Balbo.

r Cic. in orat. pro P. Sylla.

s Cic. in orat. pro An. Cluēt. t Cassiod. Var. lib. 1. epist. 5.

iudicatam labefactare conari, impudentiæ.' In quam propemodum sententiam apud Cassiodorum Rex Theodoricus.' In immensum (ait) trahi non decet finita litigia: quæ enim dabitur discordantibus pax, si nec legitimis sententiis acquiescant? Vnus enim inter procellas humanas portus instructus est: quem si homines feruida voluntate prętereunt. In vndosis iurgiis semper errabunt. Et ideò spectabilitati tuæ præsentibus affamur oraculis quatenus si ita res se habet, vt à præsentibus supplicatur, Comitis Annæ iudicio, mazenis fundi controuersia statutis legitimis est decisa, nec aliqua probatur appellatione suspensa, quæ sunt decocta, seruentur. Quia sicut noluimus oppressis negare iudicium, ita irrationabilibus quærelis non præbemus assensum. A B

Et hæc quidē pro regula tradita sunt. A qua tamen excipiendus summus ille Iupiter est. Et is enim in perniciem illorum, qui malis artibus, secundum se sententiam obtinuerint, de qua re semel pronunciatum fuerit, rursum iudicat, ipsosque qui sic ad victoriam grassati sint malè mulctat, ita vt Cadmeam victoriam illam efficiat. Quod in Rudente Plautus significat, cum sic Arcturum loquentem inducit. C

Qui est Imperator diuon, atque hominum Iupiter,
Is nos per genteis, alium in alia disparat:
Qui facta hominum, qui mores, pietatem & fidem
Noscamus, vt quemque adiuuet opulentia.
Qui falsas liteis falsis testimoniis
Petunt, quique in iure abiurant pecuniam:
Eorum referimus nomina exscripta ad Iouem.
Quotidiè ille scit, quis hic sibi quærat malum,
Qui hic litem adipisci postulant periurio. D
Mali res falsas, qui impetrant apud iudicem,
Iterùm ille, eam rem iudicatam iudicat.
Maiore mulcta mulctat, quam litem auferunt.

Sed nec perpetuò verum est, quod diximus, de eadem re nō licere bis apud eundem Iudicem agere. Quid enim si agenti reus non contradicat? neque rei iam iudicatæ præiudicium opponat? Dubium non est, quin tum, qua de re actum, iudicatúmque fuerit, iterum agere liceat. Quamuis enim (inquit Theophilus) qui actione aliqua expertus in iudicio fuerit, siue in rem, siue in

A siue in personam, succubuerit, siue quod iudici obreptum fuerit, aut ipse qui egit nimia se celeritate præcipitauerit, siue quod Iudex malè pronunciauerit, efficaces adhuc actiones ei manent: ita tamen vt si petere iterum incipiat, rei iudicatæ exceptione submoueatur. [u] Quod & ad lites capitales Quintilianus producendum existimauit: vt in his quoque bis agere de eadem re liceat, si reus non contradicat. Illud (inquit) quæramus an patiente eo qui accusatur, liceat bis agere. Putemus te esse qui velis accusare, reum non contradicere: quis tum prohiberet, quominus iterum accusares. [x] Illud etiam disputat Quintilianus, an in crimine proditionis huic regulæ locus sit: videri B enim hac lege, quæ bis de eadem re agere vetat: priuatis litibus succursum, quando & minus momenti, & plus numeri habeant: publicas actiones, maioris momenti esse, quam vt cadant exceptione: Et vt demus in aliis publicis causis, bis de eadem re agere non licere: non eamen eadem est conditio proditionis, quæ in cæteris fortasse enim (infit ille) de pœna tantum & periculo, quæratur eius qui accusatur, in causa proditionis, de totius ciuitatis discrimine litigetur. Quæ sententia quantum ad crimen proditionis spectat maxima ratione nititur, cum alius,

C quam qui in priore iudicio victus est, experitur. Cum enim vniuscuiusque interfit rempublicam saluam esse: résque inter alios iudicata aliis obesse non debeat, versaretur in magno discrimine reipublicæ status, si victo priore accusatore (qui forte probationum copia destitutus, institutæ accusationis fidem non fecit) rursum alij eadem de re agere non liceret. Nam & hoc in aliis etiam criminibus receptum est, si alius accusator nunc existat, qui suum dolorem persequatur, doceatque se ignorasse accusationem ab alio institutam: magna ex causa admitti, eum ad accusationem debere. [y] Cum verò is ipse qui suc-

D cubuit iterum experitur respondit Vlpia. iisdem criminibus quibus quis liberatus est, non debere præsidem pati eundem accusare. Et ita diuum Pium Saluio Valenti rescripsisse. [z] Quod & Quintilianus ipse non diffitetur: cùm enim dicat reo patiente, licere iterùm eadem de re accusare, satis indicat contradicente reo id non licere. Apparétque ex his, quæ supra de iudicio Verris in Sopatrum diximus Ciceronem etiam in eadem fuisse sententia, quam & illud nonnihil iuuat, quod vulgo dici solet, de eiusdem hominis admisso sæpius quæri non oportere. [A] Potest & qui iudicis sententia liberatus est, rursum de eodem

u §. actio de except. instit. Theoph. §. item si iudicio eod. tit. in instit. insti.

x Quintil. declam. 266. de proditore exule fort.

y l. si cui §. iisdem ff. de accusatio.

z d. § iisdem.

A l. licet ff. nau. caup. stab.

crimine ab alio accusari: quamuis is sit, qui dolorem suum non A
persequatur, neque illatam sibi iniuriam vltum eat, dum prius præuaricatum priorem accusatorem doceat.[a] Lege enim Iulia publicorum iudiciorum cauetur (inquit Marcellus) vt si reus accusatori publico iudicio ideò præscribat, quòd dicat se eodẽ crimine ab alio accusatum, & absolutum: non prius accusetur quàm de prioris accusatoris præuaricatione constiterit, & pronunciatum fuerit.[b] Cui consentaneum & quod alibi dixit Vlpianus in publicis iudiciis non permitti amplius agi, posteà quã semel actum est, quàm si præuaricationis fuerit damnatus prior accusator.[c] Postquàm igitur præuaricatum priorem accusato- B
rem planũm fuerit, nihil obstabit, quominus ad accusandũ admittatur. Quod autẽ Accursius existimauit eius etiam, qui dolorem suum exequi velit, non aliter accusationem admitti, quã si præuaricatum priorem accusatorem doceat:[d] falsissimum est.[e] Non enim aliud ab eo exigitur, quàm quod doceat, se nescisse occusationem ab alio institutam, frustràque Vlpianus, hanc ei facultatem tribui dixisset, si de præuaricatione & perfidia primi accusatoris docendum illi esset: cum & hoc quod iam diximus, lege Iulia publicorum cuiuis alij publicam vindictam persequi C
volenti concessum sit.[f] Vnde (quod Albericus dixit) deterior esset coniuncti, quàm extranei conditio.[g] Quamobrem & alibi Accursius ipse, veluti palinodiam canens, dimissa priore illa sua sententia huic accedit.[h] in quam & cæteri frequentius pedibus eunt.[i] Cæterum quod in responso Vlpiani dicitur, eum qui dolorem suum persequitur, ita demum admitti ad accusationem, si doceat se nescisse ab alio præuentum: sic accipiendum est, † vt sacramento quidem dicat ignorasse se accusationem ab alio institutam.[k] Vulgo enim receptum est scientiam non præsumi:[l] & iureiurando ignorantiæ fidem fieri.[m] Nisi ex fama D
publica, vel aliis verisimilibus coniecturis de scientia ipsius doceri possit, tùm enim iam finitam Iudicis sententia litem redintegrare, eum posse periniquum esset. Nisi etiam casu aliquo se impeditum aggredi accusationem non potuisse planum faceret.[n] Nam nec marito etiam ipsi, cuius omnium maximè interest, commissum ab vxore adulterium vindicari: & quem credibile est propensiore ira, & maiore dolore vindictam executurum.[o] ea ab extraneo insimulata atque absoluta aliter permittitur accusationem restaurare, quam si causas idoneas afferat, quibus impeditus non instituit accusationem.[p]

a Alber. & Angel. d. §. iisdem.
b l. 3. ff. de præuaric. absoluit
c l. 3. ff. de lib. homine exhib. § si tamẽ.
d glo. d. § iisdem.
e Alb. & ange. d § iisdem
f d. l. 3. de præuaricat. & d. § si tamen.
g Alb. d. §. si tamen.
h glos. d. §. si tamen.
i Docto. d. §. iisdem & d. §. si tamen & l. sepulchri ff. de sepu. l. viol. & l si quis homicidij C. de accusatio.
k Glo. Ange. & alij d. §. iisdem.
l l. verius ff. de probatio.
m l. nõ omnes §. à Barbaris ff de re militar. glo. d §. iisdem l. si tutor de peric. tuto.
n Alber. d. §. iisdem.
o l. 2 § fin. ff. ad l. Iul. de adult.
p l. si maritus §. si ante ff. ad l. Iul. de adult.
† Hoc sacramentũ hodie non exigitur.

A

Rusticorum etiam consilium aliquando iuris nostri conditores non neglexisse.

CAP. III.


Olebant veteres illi iuris ciuilis sapientiæ professores,
si quæ controuersiæ ad rem agrariã pertinentes emer-
B gerent, * rusticorum etiam (quos huius rei nec rudes,
nec ignaros esse compertum habebant) consiliũ non-
numquam exquirere: atque sæpius secundum eorum senten-
tias pronunciare. [a] Quod vtique mirum videri cuiquam non a l.si chorus §.1.ff.de leg.
debet, quoties enim nobis aliqua incidit dubitatio, eos potissi- 3.
mum consulere debemus, qui rerum vsu spectati sint, huicque
vni rei qua de agitur maxime intenti. Tritum est enim suæ quẽ-
que artis optimum esse authorem, & disputatorem. Idcircoque
& Q. Sceuolam iuris peritissimum hominem scribit M. Cicero,
cum de iure prædiatorio consuleretur, consultores suos inter-
C dum ad Furium, & Cassellium prædiatores reiecisse: Sic & ipse
Cicero de aqua sua Tusculana M. Tugionem potius quam C.
Aquilium consulebat: quod (vt ille ait) assiduus vsus vni rei de-
ditus, & ingenium, & artem sæpè vincat. [b] Et tamen vel Cicero- b Cic. in orat. pro L. Cornel.
nis ipsius testimonio clarum est vtrumque tam Scæuolã, quàm Balb.
Aquiliũ omnibus ferè sui seculi iuriscõsultis longè anteisse. De c Cic. lib. de
Scæuola enim scribit, quod fuerit homo omniũ, & disciplina iu- orat. 1.
ris ciuilis eruditissimus, & ingenio prudentiaque acutissimus. d Cic. de clar.
[c] De C. Aquilio quòd fuerit acutus, & exercitatus, prõpta & pa- Orat.
rata in agendo & respõdendo celeritate. [d] Quod autẽ dixit Ci- e Bud. l. herẽ.
D cero prædiatores fuisse furiũ, & Caselliũ, ita accipiendũ est, vt nius ff. de eui-
dicamus eos, legum georgicarum, & prædialium rerum fuisse ctio las. l. 2.
peritos. [e] Alibique meminit Apuleij cuiusdam, quẽ prædiatorẽ vers. ab hoc
liberalẽ fuisse dicit. [f] De his scripsisse Caiũ cõstat, vel ex Inscri- plurimi ff. de
ptione legis 54. de iure dotiũ, quę scripta est ad edictũ Pręctoris orig. iur.
vrbani, titulo de prędiatorib. legũ prędialiũ, fit & à iurecõsultis f Cic. ad Atticum lib. 12.

* Rusticorũ) Lege Numæ Rom. regis ager in pagos diuisus, datis rusticorum Iudicibus ita sanctione Dionysij Roma. Pontificis ager Christianus totus in paroccias & vicos parocciacos distributus est, distinctio etin decani rurales, Iudices parochorum seu rusticorum sacerdotum can. 13 quæst. 1. cap. Pastoralis. de his quæ fiunt à prælat. fine concens. de consiliis & Iudiciis rusticorum vide plura apud Choppinum Iurisprudentiæ Gallicæ facile principem. lib. 1. de priuileg. rust. cap. 1.

g l. vltimor ff. de Sepul. viol.

h Tranq. in Claudio cap. 9.

nostris in digestis mentio.[g] & à Constantino Hermenop. in sua ciuilis iuris epitome. Sicut & à Tranquillo legis prædiatoriæ. [h] Ad eas (inquit) rei familiaris angustias decidit, vt quum obligatam ab ærario fidem liberare non posset, in vacuum lege prędiatoria vœnalis pependerit. Cæterùm quod Cicero dixit, se de aqua Tusculana consuluisse M. Tugionem potius quàm Aquilium, verisimile est Tugionem illum fuisse, aquarium, atque aquæ per agros ducendæ peritum, quem sibi Cicero in consilium adhibere maluit, quàm Aquilium, quòd totus in eam artem incumberet. Nam & cùm quæreretur ex Platone de ara sacra in arce Palladis ædificanda, licet Geometriæ esset non peritus, quia tamen eo tempore florebat Euclides, qui huic soli arti operam nauabat, ille conductores qui consilium suum requirebant ad hunc ire iussit, non tàm scientiæ ipsius cedens, quàm professioni memor illius senarioli.[i]

i Val. lib. 8. tit. sua quemque artis opt. auth. & dispu. esse.

Quam quisque norit artem in hac se exerceat.

Quo facto moderationem suam magis commendabat, quàm authoritatem minuebat, ab his aptius negotium explicari confitendo, qui quotidiano eius vsu callebant. Qua etiam ratione Aristotelem virum in omni disciplinarum genere consummatissimum, præclarum illud opus de animalium natura Alexandro iubente conscripturum, venatorès, aucupes, piscatores, & huiusmodi alios in consilium accersere non puduit: & ab iis, quæ nesciebat edoceri, quod Plinius libri octaui capite decimo sexto scriptum reliquit his verbis. Alexandro magno rege inflammato cupidine animalium naturas noscendi, delegatáque commentatione Aristotelis summo in omni scientia viro, aliquot milia hominum totius Asiæ, Græciæque tractu parere iussa, omnium quos venatus, aucupia, piscatusque alebant, quibusque viuaria, armenta, aluearia, piscinę, auiaria, in cura erant, ne quid vsquam gentium ignoraretur ab eo, quos percontando 50. fermè volumina illa præclara de animalibus condidit. Quò fit vt * nec mulieres etiam, tametsi ciuiliũ omnium officiorum incapaces, [k] à iudicandi munere arcendas putem, si qua forte de re non adeò seria neque magni momenti ambigatur, cuius peritiores eas esse quam viros verisimile sit, veluti

k l. fœminæ ff. de regul. iuris.

* Nec mulieres) Moribus Galliæ mulier inter beneficiarios aut subditos suos ordinariam Iurisdictionem habere potest, qui mores confirmantur cap. dilecti, de arbitris, & Homeri 8. odis. Areta vxor. Alcinoi dicitur etiam inter viros disceptare lites. E[illegible] & huius rei exemplum in epist. decer 4. Var. Cassiodori. Sed hoc vetat Iustinianus l. vltima C. de receptis arbitris.

A cum de æstimatione & præstantia gemmarum inter aliquos disceptatur in qua specie factum à mulieribus S.C. Plinius memorat his verbis. Summa coloris opali ex aere & purpura constat. Viriditas Smaragdi deest. Constatque melior ille color cuius fulgor vini colore fuscatur, quàm qui diluitur aqua. Hactenus de principatu conuenit mulierum maximè Senatusconsulto. Minus certa sunt de quibus & viri iudicant. Singulorum enim libido singulis pretia facit.[l] Extantque apud Lampridiũ in Heliogabalo muliebria alia quædam Senatusconsulta de legibus matronlalibus: quæ, quo vestitu incederent, quæ, qui cederet, quæ ad cuius osculum veniret: quæ pilento, quæ equo saginario, quæ asino veheretur, quæ carpento mulari, quæ boum, quæ sella veheretur, & vtrum pellicea, an ossea, an eborata, an argentata, & quæ aurum vel gemmas in caeciamentis haberent.

B

l Plin. lib. 37. cap. 6.

Rusticorum in ferendis sententiis mos.

CAP. IIII.

C RVsticorum huius seculi peculiaris est mos, qui & veterum fuit, vt si rei alicuius controuersia ad eorum notionem deferatur, non secundum eum litem dent, qui potiorem causam habeat, sed litigatores rem illam ex æquo partiri inter se iubeant,[a] quem equidem nemo qui sani sit iudicij non perridiculum dixerit. Quid enim alienum à iustitia magis (quam perpetuo colere tuerique debet, quisquis sententiam dicturus est) quam de iure vnius, vt alteri mos geratur, quidquam auferre, cúmque cum aliena iactura locupletiorem efficere?[b] Nam & illud inter omnes conuenit, non debere bonum Iudicẽ, si de alterius partis iure sibi liquido constet μεσοδικεῖν esse, id est, per medium diuidere, sed omnem causam pro iustitia vni adiudicare.[c] * Quamobrem & Phraotem Indorum Regem apud quem de dominio thesauri in agro vendito reperti reprobet, cum appareat illud æquitati & legibus consentaneum esse. hinc Leo Imperator.[l] Vnica C. de thesauris lib. 10. C. quod si forte vel arãdo vel alias terram alienã colendo, vel quocumque casu, non studio perscrutandi in alienis locis thesaurum inuenerit, id quod repertum fuerit dimidia retenta, altera dimidia data cum locorum domiño partiatur, ita enim eueniet vt vnusquisque suis fruatur & non inhiet alienis. idem respondit Thryphoninus in l. si is, 63. §. si communis D. de aquirendo rerum dominio. & secundum hæc iura placito Burdigalensi 2. mens. Decemb. an. 1595. finita est controuersia quæ erat inter dominam *de Largebaston* & fossores thesauri inuentores.

D

a Glo. l. ne sen nius ff. de nego. gest.

b §. iuris præcepta instit. de iur. na. gent. & ciui. l. nam hoc nam ff. de cõdict. Indeb.

c Doct. cap. 1. de mut. petit. Alcia. l. trãsactio nullo dato C. de transact.

* Nescio cur Lãglæus Iudicium Appollonij

disceptabant emptor & venditor Apollonio (quem in cõsilium adhibuerat dixisse Philostratus memorat se prudentis viri non esse arbitrari si partiri inter se aurum ambos iuberet. Id enim & aniculam quamuis dicere posse.[d] Sic & ex nostris Paulus à Nesennio Apollinari per epistolam consultus de alimentis ab auia dum in humanis ageret, nepôti suo cuius negotia gerebat, exhibitis: quæ auiæ hæredes nego.gest.act. conuenti reputabant, cũ quidam ex vtroque patrimonio erogata videri cẽserent, diuersique diuersa sentirent. Respondit audiendos auiæ hæredes qui ea reputare velint, maximè si in rationem impensarum retulisse auiam appareat: neque illud sibi videri admittendum vt de vtroque patrimonio erogata videantur. Et hæc quidem pro regula tradita sunt. A qua ne tantillum quidem recedi oportet, si maior aliqua verisimilitudo, in alteram nos partem magis trahat tum enim ad eam inclinatiores nos esse decet. Antequam tamen Iudici de iuribus partium liqueat. boni viri munere fungetur, si ad concordiam litigatores quo ad eius fieri poterit, & citra vllam frustrationem alliciat. [e] Cur enim, vt cum Iuliano loquar, ad arma rixamque procedere patietur, quos potest iurisdictione sua componere. [f] Vnde & Horatius bonum virum eum appellat, qui sedandis iurgantium controuersiis operam nauat. Horat.[g]

—Vir bonus est quis
Qui consulta patrum, qui leges, iuraque seruat
Quo multæ, magnæque secantur iudice lites,

Sed & si adeo ambigua, obscuraque sint litigantium iura: vt quam in partem potissimum sibi deflectendum sit, Iudex quantumuis oculatus, dispicere nequeat, rectè suo munere fungi videbitur, si mediã viam sequutus, rem controuersam pro portionibus æquis, vtrique litigatorum addixerit. Traditum enim est in controuersis valdeque dubiis iuris articulis, vbi de receptiori sententia Iudici non liquet, tot dissentientibus nostri iuris interpretibus, rationibusque vtrinque pugnantibus, mediã viam eligi oportere, imitandumque tunc esse rusticorum iudicium.[h] Nam & in non absimili specie respondit Paulus, melius esse per mediocritatem causam dirimere [i] Id etiam. quæri solet an deceat, atque conueniat iudici causa iam cognita, si facultas esse videatur componendi negotij, officio paulisper Iudicis dilato, communis amicitiæ, & quasi pacificatoris partes recipere: quod apud Gellium disputat Phauorinus. [k] neque tamen-

d Philost. lib. de vit. Apol. 2. cap. 15.

e Decio. d. c. 1. de mut. petit. Alcia. d. l. transactio. c. de transac.

f l. æquissimũ ff de vsuf.

g Horat. epist. lib. 1. epistola 16. ad Quint.

h l. & hoc Tyberius ff. de hæred. instit. Anca consi. 220. Sosinus cõst. 150. Bal. l. paterfamilias § fin. ff. de hæred. instit. Alexan. l. Titius per illum textum ff. ad trebell. Decius c. fin. de probatio. l. precibus C. de impub. & alij subst. & consilio 228. nu. v. in 2. volumi.

i l. filio ff. vt legat. sen. fidei cõ. nom caue.

k Gell. noct. atti. lib. 14. cap. 2.

A
B
C
D

A ſententiam ſuam affert. Ego ſi non ambigua ſint partium iura, id ſibi non licere crediderim, deberéq; tum dicta ſecundũ eum ſententia, qui iuſtiorẽ cauſſam foueat, iudicatu illo ſe exoluere. Alioqui probe factutũ, ſi ſe pacis inter litigatores conciliãdæ ſequeſtrẽ mediũq; prębeat, quod & ex ſupraſcriptis colligi poteſt.

Sed quid de arbitro dicendum? an ne ei μεσίδιον ſe præbere licebit: rémque de qua apud eum diſceptetur, æquabili diuiſione inter litigantes diſpertire? Et non videtur: cum traditum ſit, arbitria iudiciorum inſtar ſe habere.[k] neque multum ab ordinario Iudice arbitrum differre. Et is enim quaſi vir bonus diſ-
B ceptator à litigatoribus electus[l] Iudicis partes ſuſcipit: finémque ſe ſententia ſua cõtrouerſiæ impoſiturum policetur.[m] Vnde ſicut Iudici, ita nec ei licere videtur de iure vnius quidquam, quod alteri concedat auferre. Non enim (infit Celſus) aliter ratum eſſe debet cuiuſquam arbitrium, quàm ſi æquum arbitratus ſit. Eaque (ſubdit ille) ferè eſt mens perſonarum arbitrio ſubſtituentium, vt quia ſperent eum rectè arbitraturum, id faciant.[n] Ideoque & Paulus fidem bonam exigere, ſcribit, vt arbitrium tale præſtetur, quale viro bono conuenit. Atqui viro bono non congruit, vni quod condonet, alteri adimere.
C Tollitur quippe æquitas omnis, ſi habere ſuum cuique non licet.[o] Et hæc quidem in hanc partem afferri poſſunt. Ego tamen diuerſæ ſententiæ lubentius acceſſerim: qui præter noſtri iuris interpretes, & Ciceroni, & aliis pleriſque primi nominis, in literis viris illam placuiſſe ſciam. Quo enim loco Cicero ſententias illorum expendit, qui fatum neceſſitatis vim afferre dicebant, & eorum qui contra nitebantur, addit Chryſippum tanquam arbitrum honorarium, medium ferire voluiſſe.[p] Ita enim legendum Petrus Victorius admonet.[q] ferire autem
D medium dici arbitrum, qui rem contronerſam inter litigatores ex æquo diuidi atque ita à lite diſcedi iubeat. Quod & Xilander (qui Plutarchi opuſcula nuper in latinum ſermonem conuertit) exiſtimat. Quem enim locum ex ſimpoſiacis vetus interpres tranſtulit: His dictis eum iudicem flagitarent præſentes omnes, ego velut delectus ſequeſter non iudex, media via inceſſurum me dixi. Sic ille vertit. Cum hæc quoque eſſent dicta & ſententiam poſtularer. Ego, inquam, non vt iudex adſcitus pronuntiabo, ſed tanquam honorarius arbiter medium feriam. Cui conſentaneum quod apud Platonẽ in ſermone qui Protagoras inſcribitur, cum Prodicus ſuaſiſſet, magno

k l. 2. ff. de arbitr.

l l. 3. §. 1. eod. tit.

m l. idem põponius §. 1. eod. tit.

n l. ſi libertus ita iurauerit ff. de oper. liber.

o Cic. officiorum lib. 2.

p Cic. in lib. de fato.

q Victo. Var. lectio. lib. 1. cap. 17.

illi sophistæ, ac Socrati, ne vellent in contraria inter se disserendi ratione, diutius perstare: sed aliquantulum alterutrum alteri concedere, & mediam quandam viam sequi: Hippias (qui & ipse ei disputationi aderat) hæc addidit. Vos equidē Socrates & Protagora, hortor & obtestor, vt subesse nobis velut sub arbitris velitis, qui vos ad medium sint perducturi. Alibique Plato ipse de tyrannide agens, quàm nonnulli perferre se non posse dicebant. Ego (inquit) personam mihi arbitri assumens, tam exercenti, quàm perferenti Tyrannidem communiter consulā. Et paulò inferius. Iustum fortè (ait) atque vtile vobis omnibus erit medium incidere, tum vobis dominationis acerbitatem fugientibus, tū aliis dominationē adipisci desiderātibus.[r] Nec aduersatur quod diximus arbitria iudiciis exæquari. Vt enim demus id in quibusdam verum esse, constat tamen ea in quamplurimis differre. In eoque potissimum, quod (vt est apud Ciceronem) ad iudicium hoc modo venimus, vt totā litem obtineamus, aut amittamus: ad arbitrium hoc animo adimus, vt neque nihil, neque tantum quantū postulamus, consequamur.[s] Quibus ex verbis colligi potest ampliorem arbitri, quam Iudicis esse potestatē: posseque arbitrū de iure vnius aliquid, quod aduersario cōcedat decerpere. Quod & ex his quæ mox Cicero subdit, clarius fit, cum ait. Quis vnquam ad arbitrum quantum petiit, tantū abstulit? nemo. Sicut ex his quæ lib. de Beneficiis 3. Seneca tradit, dicens.[t] Iudicem formula includit, & certos quos nō excedat terminos, ponit: huius libera, & nullis astricta vinculis religio, & detrahere aliquid potest, & adiicere, & sententiam suam non prout lex, vt iusticia suadet, sed prout humanitas, aut misericordia impulit regere. Ideoque & arbiter (inquit Festus) dicitur quod totius rei habeat arbitriū & facultatatem.[u] Nam & ipsius sententiæ siue æqua, siue iniqua sit pareri oportere Vlpianus respondit, debereque vel minus probabilem sentētiam æquo animo ferre qui compromisit.[x] Sed nec illud etiam me mouerit, quod ex Cicerone diximus. Tolli æquitatem omnem,

r Plato in poster. ad Dyonis propin. epistola.

s Cic. in orat. pro Rosc. Comœd.

t Cap. 7.

u L. diem §. stari ff. de Arbit.

x Nā & ipsius sententiæ) Vide constitu. Francis. I. an. 1535. art. 30. & Francis. II. an. 1560. quibus sententiæ arbitrorum confirmantur, iisdemque statuitur vim rei iudicatæ habere. tamen à sententia arbitri appellari potest, soluta prius pœna. etenim Senatus Parisinus pœnam compromissi appellatione interposita semel commissam, solui oportere decreuit in conspicua purpura. an. 1582. sed an pœna peti possit ab eo qui appellatione reiecta intra octo dies co...sensit sententiæ arbitrorū, dubitatū est prima fronte, pœna videbatur remissa ad instar reiectæ appellationis factæ à sententia Iudicis. tamen Senatusconsultum factum est mense Nouemb. an. 1610. Præside D. Seguerio, quo cautum est pœnam peti posse, quia ex stipulatione si sententiæ arbitrorum non pareatur, debetur.

si vni-

A si vnicuique quod suum sit non tribuatur. Id enim de his rebus accipiendum est, de quibus nulla sit cõtentio: non item de controuersis. Quantum enim ad has, attinet, nihil ab æquo recedit, qui negotium componit: etiam si de iure vnius (concordiæ gratia) nonnihil quod in alterum transferat decerpit: de eóque etiam optimè mereri videtur: dum illi (non admodum iniqua conditione) molestiam litis adimit. Quam probum quemcumque virum execrari in confesso est apud omnes.[x] Neque dubiũ est, quin hanc ob rem plurimi sponte etiam de iure suo aliquantulum decesserint. Terentiani Demiphonis exemplo, qui cum B Phormione de iure suo nonnihil cedens, decidere maluit, quàm iudicio decertare Terentius.[y]

x l. 4. §. fin. ff. de alie. iud. mut. causa fac.

y Terent. in phormio. act. 2. scen. 3.

Et si mihi facta iniuria est, verumtamen
Potius, quàm lites secter, aut quam te audiam:
Itidem vt cognata si sit, id quod lex iubet.
Dotem dare, abduce hanc, minas quinque accipe,

Sic & apud eundem Mitio.[z]

z Terent. in Adelph. act. 1. scen. 1.

Do, prætermitto, & non necesse habeo omnia.
Pro meo iure agere.

C Quo ostenditur, (inquit Donatus) ius non nisi necessitate seruandum esse, quod ipsum recta omnia atque inflexibiles exigit, Æquitas autem ex iure multum remittit. A quo nec illud Ciceronis discrepat, conuenire, bonum virum in exigendo esse non acerbum, sed æquum & facilem, multa multis de iure suo concedentem, & à litibus quantum liceat, & paulo plus quam liceat abhorrentem. Huiusmodi itaque sectionem in arbitro, facilius quam in iudice admiserim. Non tam enim adhibetur arbiter ad litem sua sententia dirimendam, quàm ad pacem inter litigatores, quoad eius fieri possit consiliandam: vt non ab re proxenetam Bartolus illum vocet.[a] Quo nomine censetur D hominum inter se stipulantium & spondentium, & quemuis contractum vel conuentum ineuntium mediator, conciliator, & interuentor, quasique conglutinator.[b] Quamobrem ad hoc munus eliguntur vt plurimum vtriusque partis amici: quorum interuentu spes sit, fore vt inter dissentientes conueniat. Idque ex sententia Platonis cuius hæc sunt verba.[c] Qui litigant, ad vicinos primum, & amicos & maximè re de qua quæritur conscios se conuertant. Constátque apud Romanos etiam in more positum fuisse, vt qui litigaturi essent, honoraria primum amicorum opera vterentur: qui intra Domesticos parietes de

a Bart. l. fin. ff. de var. & extraordin. cog. Ias. l. si conuenerit ff. de re iud.

b l. 1. & fin. ff. de proxenet.

c Plato de leg. lib. 6.

controuersia cognoscerent. Quot ex Cicerone non vno in lo- A
co colligi potest, veluti ex Oratione pro Quintio, cum ait. Tunc appellat vltro Nenium, vt quoniam suspicaretur aliqua de re fore conttouersiam, videret, vt quamprimùm, & quamminima cum molestia tota res transigeretur. Dat iste amicum M. Trebellium: nos communem necessarium, qui istius domi erat educatus, & quo vtebatur iste plurimum, propinquum nostrum. Sext. Alphenum. Et rursum quibusdam interpositis. Quis tam dissolutus in re familiari fuisset, qui cùm res ab eo qui contraxisset, recessisset, & ad hæredem peruenisset, non hæ-
redem cùm primùm vidisset, appellaret, si quid in controuer- B
siam veniret, aut intra parietes, aut summo iure experiretur. Item & ex oratione pro A. Cecinna, dum dicit, controuersias persæpè disceptatore domestico honorariáque amici opera diiudicari. Domestici enim disceptatoris & amici appellatione manifestum est arbitrum intelligi. Súntque qui & apud eundem Ciceronem, amicorum nomine arbitros intelligãt:[d] cum de Fabij Galli testamento agens ita loquitur,[e] Memini me adesse P. Sextilio Rufo, cùm is ad amicos rem ita deferret, se
esse hæredem. Q. Fabio Gallo, cuius in testamento scriptum C
esset, se ab eo rogatum, vt omnis hæreditas ad filiam perueniret: id Sextilius factum negabat. Addebat etiam se in legem Voconiam iuratum contra eum facere non audere, nisi aliter amicis videretur. Quorum sententiam nonnihil iuuant, quæ mox à Cicerone subiiciuntur. Aderamus nos quidẽ adolescentes, sed & multi amplissimi viri: quorum nemo censuit plus filiæ dandum, quam posset ad eam lege Voconia peruenire. Censere enim (vt ait Iabolenus) est constituere & præcipere: vnde dicere solemus Senatum aliquid censuisse.[f] Propriéque ad
iudices, vel arbitros pertinet.[g] Et (vt est apud Nonium) cense- D
re signat arbitrari: Suntque Censores (vt Varro scribit) appellati, quod hos arbitros instituunt populi.[h] Et alibi,[i] Censor (inquit) dictus, ad cuius censionem, id est, arbitrium censet populus. Et (vt ait Festus) censere significat decernere. Decernere verò est cognitionaliter statuere,[k] Respexit ad hanc consuetudinẽ Liuius dum dixit.[l] Cum res peragi intra parietes nequisset, ventum in ius est. Videturque ab Athenienfibus originem habuisse apud quos similiter idem seruatum fuisse argumento est, quod de Callistrato & Olimpiodoro pro Cononis hæreditate iudicio dimicantibus scriptum apud Demosthenem legimus

d Baldui. instit. de fidecomniss. hæred. in princ.
e Cic. de finib. bono. & malo lib. 2.
f l. censere ff. de verb. signi.
g l. item §. pridie ff. de petitio. hære.
h Varro lib. 2. de vita populi Roma.
i Varro de ling. lat. lib. 10.
k l. 1. ff. de cens. princ. &
l penult. de off. præto.
l Liu. lib. 4.

A his verbis, primum igitur Iudices, aio, istum propterea cognatis & familiaribus suis & meis rerum omnium, vt sunt, probè gnaris, quique ab initio semper interfuerunt, arbitrium deferre noluisse, quòd certò sciret se statim è vestigio ab eis fore coarguendum si quid mentiretur, nunc fortasse putat se apud vos mentientem non deprehensum iri.[m] Sed vt in viam redeam videtur Aristoteles, huic nostræ de differentia iudicis & arbitri sententiæ, astipulari: cum Hippodamum reprehendens, qui potestatem iudicibus fecerat, vt reum partim damnarent, partim B absoluerent) ita scribit. De iudiciis non rectè lex lata est, quùm potestas sit iudici, vt diuidat, atque arbiter fiat èx iudice. Hoc in arbitro fieri potest. at in iudicio non potest.[m]

m Demost. in olimp.

m Arist. polit. lib. 2.

† Sanè quod de terminandis rusticorum iudicio, quibusdam iurgiis à nobis dictum est, mirum videri, nemini debet. Id enim de his, quorum peritiam ipsi habeant veluti de controuersiis ad rem agrariam spectantibus accipiendum est, ad quas dirimendas iuris etiam nostri authores eos sæpius in consilium adhibuisse, superiori capite abunde docuimus: Constátque vel ex Quintiliano rusticos etiam naturales causas inquirere, eósque subinde iudicare Quintilia.[n] C Quis non etiam rusticorum aliqua de causis naturalibus quærit? Et alibi.[o] Iudicem rura plerumque in decurias mittunt, de eo pronunciaturum quod intellexerit. Et iterùm alio loco.[p] Cùm verò iudex detur, aut populus aut ex populo, laturique sententiam indocti sæpius, atque interim rustici omnia quæ ad obtinendum quod intendimus prodesse credemus, adhibenda sunt. Et rursum alibi.[q] Nec tantum (inquit) quis, & pro quo, sed etiam apud quem dicas, interest. Facit enim & fortuna discrimen, & potestas: & post paulò. Quis verò nesciat quin aliud dicendi D genus poscat grauitas Senatoria, aliud aura popularis? cùm etiam singulis iudicantibus, non idem apud graues viros quod leuiores: non idem apud eruditum, quod militarem ac rusticum deceat: sitque nonnunquam summittenda & contrahenda oratio, ne Iudex eam vel intelligere, vel capere non possit. Hactenus Quintilianus cuius ex verbis planum fit, rusticos etiam (si de rebus agatur, quarum rudes & ignari ipsi non sint) iudices dari vel eligi posse. Nam & rusticanum opilionemque inter deas de formæ præstantia disceptantes, Iudi-

n Quint instit. orat. lib. 1. cap. 1.

o Quintil. lib. 4. cap. 2.

p Quint. lib 12. cap. 10.

q Quint inst. orat. lib. 11. cap. 1.

† De hac quæstione vide Molinæum in consuetud. Parif. §. 47. in verb. *le dit de preud'hommes* nu. 7. & quæ scripsi in l. pretia rerum D. ad l. falcidiam collat. iuris.

r *Apul. asini aurei lib. 10.* ... eem à Ioue datũ Apuleius cùm aliis pleriſque memorat.[r] Quia A
(vt eſt apud Lucianum) formoſus eſſet, rerúmque amatoriarum non indoctus.[s] † Id quod nec à iure noſtro abhorret, quo traditum eſt conceſſam eſſe militaribus etiam hominibus iudicandi facultatem: nihilque obſtare quominus homines qui alicuius rei peritiam habeant de ea iudicent.[t] Proinde & apud Virgilium Damætas & Menalcas paſtores de eruditione & præſtantia ingenij, facta etiam ſponſione, diſceptaturi obuium Palæmonem vicinum & compaſtorem, Iudicem aſſumunt, qui verè ruſticani iudicis partes agit. Nec enim ſecundum hunc aut illum litem dat, ſed veluti medium feriens, pares eos iudicat ac victorem vtrumque pronunciat. B

† Magiſteriæ de iudiciis.

s *Lucianus in iudicio Dearum.*

t *l. certi iuris C. de iud.*

Damætas. *Vis ergo inter nos quid poßit vterque viciſsim*
Experiamur? Ego hanc vitulam, ne forte recuſes.
Depono. tu dic mecum quo pignore certes?
Menalcas. *(Inſanire libet quoniam tibi) pocula ponam*
Fagina, cælatum diuini opus Alcimedontis.
Nunquàm hodie effugies, veniam quocumque vocaris:
Audiat hæc tantùm, vel qui venit ecce Palæmon.
Efficiam poſthac ne quenquam voce laceſſas. C
Dam. *Quin age, ſi quid habes: in me mora non erit vlla,*
Nec quenquam fugio: tantum vicine Palæmon.
Senſibus hæc imis (res eſt non parua) reponas.
Et inferius Palæmon
Pa. *Non, noſtrum inter vos tantas componere lites*
Et vitula tu dignus, & hic, & quiſquis amores
Aut metuet dulces aut experietur amaros.[u]

u *Virgilius Bucol. Ecloga. 3.*

Imitatus autem eſt Virgilius Theocritum, apud quem etiam inter Menalcam, Opilionem & Daphnidem bubſequam, de bucolici carminis palma, non abſimili certamine decernitur: cuius arbiter & diſceptator deligitur Æpolus caprarius: qui nõ, vt Palæmon, vtrúmque, ſed Daphnidem, quem cauſa iuréque ſuperiorem putat, victorem pronunciat: Eique fiſtulas certaminis præmium addicit. Theocriti verſus Helius Eobanus ſic latinè reddit. D

Daphnida formoſum gelida conuenit in vmbra
Aëreo qui pauit oues in monte Menalcas,
Ambo ætate pares tenera, flauentibus ambo
Crinibus, & pulchro docti contendere cantu.

A *Daphin ibi inſpiciens cœpit prior iſta Menalcas.*
Me. *Optime bucolici cuſtos gregis, huc age Dapni,*
Nunc libet alterno mecum contendere cantu?
Poſſe meo vinci arbitrio te protinus aio,
Huic igitur tali reſpondit carmine Daphnis.
Da. *Lanigerarum ouium cuſtos argute Menalca,*
Non tu certe aliqua me viceris arte canendi.
Non ſi perpetuo rumpas tua guttura cantu
Me. *Vis igitur certamen obire & ponere pignus?*
Da. *Et libet hoc certamen obire & ponere pignus.*
B Me. *Pignora digna ſatis quæ ponimus ergo canentes?*
Eſt mihi pulchra nouem referens diſcrimina vocum
Fiſtula, quam molles æqualibus vndique ceræ
Connectunt nodis, & adhuc noua fecimus illam
Iampridem his manibus, nunc ſi libet hanc tibi ponam.
Da. *Eſt etiam nobis tot vocum fiſtula, ab omni*
Parte ſibi æqualis, cera compacta tenaci.
Et inferius.
— Sed quis certaminis arbiter huius?
Ecquis erit ſub quo victoria Iudice conſtet?
C Me. *Quid ſi vicina ſeruantem in rupe capellas*
Æpolon, an partes volet has obiiſſe rogemus?
Tum pueri quem vicina de rupe vocarunt
Æpolus aduenit iudex de lite futurus.
Et paulò poſt Æpolus.
Os tibi dulce deæ vocémque dedere canoram,
Pierides ô Daphni, mihi te audire canentem
Multo præſtiterit, quàm dulcia lingere mella
Has igitur ſyringas habe quas ipſe canendo
Victor es emeritus merito, & nunc ſolus habebis,[x]

[x] Theocrit. Eidillion 8.

D Fitque à Iuuenale Bubulci Iudicis mentio Satyra ſeptima.
— Surgis tu pallidus Aiax.
Dicturus dubia pro libertate Bubulco
Iudice —

Sententias Iudicum de scripto pronuntiari debere, ipsiusque sententiæ breuiculum à Iudice & qui assumpti in consilium fuerint subsignatum actuario recitandum confestim tradi oportere. Neque postea quidquam debere, vel addi vel imminui.

CAP. V.



ORIS apud nostrates Armoricos fuit vetustissimi, vt magistratus litigatoribus ius redditur, sententias suas memoriter dicerent, oréque proprio, palàm de sella, ac tribunali pronũciarent. Qui tamen paucis ab hinc annis antiquatus est: Lege enim à Francisco primo lata, Senatúsque nostri decreto promulgata, iussi sunt Iudices, sententias suas de scripto ferre, ipsaque sententiarum aduersaria, tam à Iudicibus, quàm qui in consilium assumerentur, subnotata, actuario recitanda protinus tradere. [a] Quod & ante Franciscum Corolus septimus edixerat: Idque præterea cauerat, vt actuarius traditum sibi breuiculum, nulla ex parte vel auctum vel imminutum, in sententiæ exemplum trascriberet, perpetuóque vel domi vel alibi fideliter asseruaret. [b] Cur autem potissimum hanc legem Carolus condiderit, ex sanctionis ipsius contextu perspicuum fit, nempe quod plerumque contingeret, Iudices dictas à se sententias, à quibus prouocatum fuerat, emendare, longéque aliter scriptas, quàm pronunciatum ab ipsis fuisset, euulgandas ad officium transmittere. Vnde nouæ sępius litigiorum plagæ texebantur. Quamuis autem videantur hæ constitutiones, aduersus antiqua Romanorum iura promulgatæ (nullibi enim quod meminerim in pandectarum voluminibus cautum reperitur, Iudicum sententias de scripto recitari debere) Sunt tamen recentiorum Cæsarum sanctionibus consentaneæ: quando quidem & iampridem Valentianus Valens & Gratianus, constituerunt Iudices non subitas, sed deliberatione habita, post negotium, sententias ponderatas sibi anteformare: & eas emendatas statim in libellum secuta fidelitate conferre, scriptasque ex libello partibus legere neq; liberum illis posthæc esse, quidquam vel corrigere, vel immutare. [c] Cui constitutioni illud etiam quodam suo ad Probum rescripto adiecere, vt sententia quæ dicta fuerit, cum scripta non esset, nec

a Constit. Francis. ann. 1539.

b Consti. Caroli 7. art. 19.

c l. 2. c. de sent. ex peri. recitam.

B C D

A nomen quidem ſententiæ habere mereatur, neque ad eam reſcindendam appellationis remedio ſit opus.[d]

Rectè igitur ſentire mihi videntur qui rubricam illam de. sēt. ex per.recit.ſub qua collocatæ huiuſmodi cõſtitutiones sũt, vitio ſcriptorum deprauatam eſſe rentur: affirmantque legi debere de ſententiis* ex breuiculo recitãdis.[e] Tractat enim totus ille locus, quemadmodum ſententiæ ex ſcripto recitari debeãt. Sed de hoc infrà latius commentabimur. Apparet itaque has noſtrorum Regum ſanctiones, à ſuprà ſcriptis Cæſarum legibus nihil diſcrepare, niſi quod in reſcriptis Cæſarum de ſubnotandis B ſententiarum aduerſariis à Iudicibus, & qui in conſilium adhibiti fuerint, nulla prorſus ſit mentio. Id tamen noua quadam Leonis conſtitutione nominatim cautum & adſcriptum eſt, aliaque eius rei ratio allata, quàm quæ in Caroli Regis ſanctione exprimitur, nempe ne iudex ſi temerè perperamve cenſuiſſe deprehenſus fuerit, abnuere ſentẽtiam ſuam poſſit, & ne etiam cum nominis ſui contumelia, quiſpiam, ſubditiciam vel adulterinam ſententiæ ſcripturam proferat, quod vt clarius fiat rubricam ipſam integrumque legis ipſius contextum ad ſcribam

Rub.* Vt ſententiam Iudices in literas referant, ſuaque manu C obſignent, conſtitu. 45. Dum vt res iudicatæ firmæ maneant, & ne qua ſuſpicio atque controuerſia ſententias inſequatur, curam gerimus, hoc ſe nobis conſtituendum obtulit, vt quibuſcunque diiudicare, ad dirimere lites obtigiſſet, de quibus rebus iudicium pronuntiaturi eſſent, de iis ſententiam de ſcripto ferrent, eamque manibus ſuis obſignarent: vt ne ſi temerè iudicatum eſſe poſtmodum deprehendatur, negare illi ſuam ſententiam poſſint: neque alii cuipiam ſuppoſititia, adulterinaque ſententiæ ſcriptura efficta, illam in iudicum aliquem referre liceat. Quicunque igitur Iudicum dignitate hoD noratus eſt, de hinc ita facito: ac quibus de rebus iudicauit, decretum ſcriptum, ſuaque manu obſignatum edito.

Sed & illud multis ante Valentiniani, Valentis, & Gratiani ætatem annis, moribus receptum fuiſſe, non tantum vt Iudices

d *i. 3. C. eod.*

e *Bud. l. fin. ff. de ſena* *Alciat. diſpunctio lib. 1. cap. 21.*

* Idem Guenoeus titu. de ſent. & placitis collat. conſtit. regiarũ.

* *Ex breuiculo*) Immò ex periculo, id eſt, ex tabula ſiue libello. in codice Theodoſiano legitur ex periculo, quam lectionem Contius confirmat elegantiſſimo textu Æmilij Probi in Epaminonda, cuius hæc ſunt verba. ſed vnum ex his petiuit, vt in periculo ſuo inſcriberent, Epaminondas à Thebanis. Puto, inquit, Cuiacius lib. 5. obſeruat. cap. 25. indicem ſiue libellum periculum appellari, vt in titu. de ſententiis ex periculo recitandis Cicero 1. de legibus, qui in iſto periculo, non vt Poeta veritatem exigunt. ex his ſatis conſtat receptam lectionem in titulo de ſententijs, non eſſe reſpuendum vti Langlæus ſequutus Budæum & Alciatum 1. diſpunctio. cap. 21. Hottoma. 3. obſeruat. 20. autumat. tamen circa finem capitis Palinodiam canit.

sententias suas de scripto recitarent, verum vt nec etiam ipsis A perlectis, aliquid vel addere, vel detrahere, aut commutare liceret, tam ex Seneca in declamationibus quam Apuleio in Floridis colligi potest. Ita enim Seneca. Iudex dat tabellam. Reuocare sententiam quam tullit non potest Quæstor. non mutat [f] pronuntiationem Apuleius. Enimuero ipse Proconsul moderata voce rarenter & sedens loquitur & plerúmque de tabella legit. Quippe præconis vox garrula ministerium est. Proconsulis autem tabella, sententia est: quæ semel lecta neque augeri litera vna, neque autem minui potest. Sed vtcumque recitata est, ita prouinciæ instrumento refertur.[g] Constat enim floruisse B Senecam seculo Claudij & Neronis, Apuleium vero temporibus Traiani, & Adriani, quos longissimo temporis interstitio, Valentiniani Valentis, & Gratiani æuum præcessisse cuicunque vel mediocriter erudito notissimum est. Quibus ex verbis illud quoque perspicuum fit, vti nunc ex lege Caroli, sententiarum breuiculi cum primùm perlecti litigatoribus fuerint, à scriba curiæ in acta * regeruntur: sic Apuleij ætate, proconsulum sententiæ, vtcunque recitatæ fuissent, ita prouinciæ instrumento referebantur. Instrumentum autem prouinciæ appellare videtur Apuleius monumentum scripturarum ad res gestas, & ad C prouinciam in quam mittebantur proconsules pertinentium. Sicut apud Cic. & alios instrumentum regni vel imperii, monumentum scripturarum ad imperium, vel regnum pertinentium. Cicero. [g] Magna pestis erat depulsa per vos, magna Po. Rom. macula deleta, vobis vero aperta diuina gloria sed instrumentum regni delatum ad Lepidum, & Antonium, quorum, alter inconstantior, alter impurior, vterque pacem metuens, inimicus otio. Et alibi. [h] Quod si Antonius ab alio relictum regni instrumentum occasionem regnandi habuit. Tranquillus. [i] Instrumentum imperii pulcherrimum, ac vetustis- D simum confecit: * quo continebantur penè ab exordio vrbis senatusconsulta, plebiscita, de societate & fœdere ac priuilegio cuicunque concessis. Id alibi Tranquillus ipse rationarium imperii vocat, cum in Octauio ita scribit. Rursus tædio diuturnæ valetudinis, magistratibus, ac Senatu domum accitis, rationarium imperii tradidit. [k] Tacitus verò libellum appellat.

f Seneca declam. lib. 3. declama. 8.

g Apuleius flor. d. lib. 1.

g Cic. quadam ad Brutum epist.

h quadam alia Bruti ad Cic. ep. eod. lib.

i Tranq. in Vesp. cap. 8.

* Vespasianus scilicet.

k Tranq. in aug. cap. 28.

* Regeruntur) Cicero lib. 2 epist. pro quo tibi rusticos stoicos regeram, vt Catium Athenis natum esse dicas, interdum regerere est scriptis mandare, quod quis legendo aut audiendo didicerit. Quint. lib 3. cap. 8 & cap. 12. lib. 2. in fine, sicut enim velut res gestæ in commentarios quos puer deduxerat schola. Vnde re gesta dicuntur quæ iam in tabulas librosve redacta sunt.

Tiberius,

A Tiberius,inquit, proferri libellum, recitarique iussit: opes publicæ continebantur, quantum ciuium,sociorumque in armis, quod classes,regna prouinciæ,tributa,aut vectigalia,& necessitates, ac largitiones, quæ cuncta sua manu perscripserat Augustus. [l] Sed vt de semita in viam redeamus, non me latet olim, etiam in Senatu Rom. ante iurisconsultorum tempora, plerosque de scripto nonnunquam sententias dixisse, quod ex Cicerone, & aliis primæ notæ scriptoribus intelligi potest, Cecero [m] hoc vero Q. Fusi copiosius sine offensione nostræ amicitiæ, sic
B tecum vt à te dissentiens Senator quæro,ita enim dixisti,& quidem de scripto: & mox paucis interpositis,sciptũ,meditatum, cogitatum domo attulisti.Et alibi.[n] Id ex ipso Senatusconsulto poteris cognoscere: ita enim perscriptum,vt à me de scripto dicta sententia est, quam Senatus frequens secutus est summo studio magnoque consensu.Et alibi.[o] Proposita Marcellini sententia, quam ille de scripto ita dixerat, vt totam nostram causam areæ incendiorum periculi mei iudicio complecteretur. Ad quam consuetudinem alludit Seneca in lib.de morte Claudij.Ego pro sententia mea hoc censeo,atque ita ex tabella recitauit. Sed & incertus quidem author in histor. Cypr. cum de
C sententia capitis à Galerio Maximo Proconsule in eum dicta loquitur. Decretum (inquit) ex tabella recitatum est: in Cyprianum enim gladio animaduerti placuit. Tertulia.[p] Deniq; quid de tabella recitatis illum Christianum, cur non & homicidam? Gellius,[q] quo loco de decreto Tiberij Grachi trib.pleb. aduersus sententiam collegarum pro L. Scipione Asiatico loquitur: Atque ita decretum ex tabula recitauit. Tranquill.in Claudio.[r] De quodam etiam negotio, ita ex tabella pronuntiasse creditur.

D Scio etiam in capitalibus causis Iudices à Prætoribus in consilium adhibitos, interdum non vocales, sed tabellares sententias tulisse. In tabellis enim sententiam suam scribentes in vrnam mittebant,ita vt alter alterius, & omnes omniũ sententias ignorarent. Quarum sententiarum frequens est apud veteres mentio.Cic.[s] Pro dij immortales,quem ego hominem accuso, quẽ legibus,ac iudiciali iure persequor, de quo vos sententiam per tabellam feretis!Et alibi.[t] Cum hæc sunt videnda,tùm verò illud est hominis magni iudices,atque sapientis,quum illam iudicandi causa tabellam sumpserit, non se putare esse solum neque sibi quodcunq; concupiuerit licere: sed habere in consilio

l Tacit. annal. lib. 1.
m Cic. Philip. 10.
n Cic. famil. lib. 10. ad Planc.
o Epist. ad Attic. lib. 4.
p Tertull. in apolog. aduersus gent.
q Gell. noct. Attic. lib. 7. cap. 19.
r Tranquil. cap. 15.
s Cic. 6. in Verr. actio.
t Cic. in orat. pro A. Cluent.

legem, religionem, æquitatem, fidem: libidinem autem odium, inuidiam, metum, cupiditatésque omnes amouere. Ex his itaq; manifestum fit, sententias olim interdum clàm, & de scripto ferri solitas, nonnunquam etiam palam & de superiore loco prolatas fuisse. Vtriusq; iudiciorum generis meminit Cicero in orat. pro A. Cluentio dicens. Cum in consilium iri oporteret, quæsiuit ab reo C. Iunius quæsitor ex l. illa Cornelia quæ tum erat, clàm an palàm de se sententiam ferri vellet. De Oppiniaci sententia respõsum est, quod is Habiti familiarem Iunium esse dicebat, clàm velle ferri. Alibi de his duobus sententiarum generibus differens, id magis probat, quod per vocem fiebat. [u] Ego (inquit) in ista sum sententia qua te fuisse semper scio, nihil vt fuerit in suffragiis voce melius. Et rursum grauiora (inquit) iudicia de potentissimis hominibus extant vocis, quàm tabellæ. Idcirco autem huiusmodi tacitæ & per tabellam ferebantur sententiæ, ne censentes in odium & offensionem cuiusquam incurrerent: quamquam & aliquos de scripto etiam sententias suas dixisse literis proditum sit, ad euitandum memoriæ periculum, quod Augustum fecisse Trãquillus est author. [x] Nam deinceps (infit) neque in Senatu, neque apud populum, neque apud milites loquutus est vnquam, nisi meditata & composita oratione, quamuis non deficeret ad subita extemporali facultate. Ac ne periculum memoriæ adiret, aut in ediscendo tempus absumeret instituit recitare omnia. Illius verò taciti suffragij, in supremis huius regni consessibus quædam quasi supersunt reliquiæ: quamuis enim vocales omnes sententias dicant, censentiúmque suffragia, vel actuarius, vel litis expositor, aut alius ex conscriptis excipiat, iis tamen numeratis factoque curiæ consulto, statim quidquid de ea re scriptum fuerit, solet lacerari: frustulatimque comminui, neque vnquam in literas refertur, ne forte litigatoribus innotescat, cuius quisque in censendo fuerit sententiæ. Quæ potissima fuisse videtur ratio tacitæ illius, & quæ per tabellam ferebatur sententiæ: quod & ex illa Mecœnatis ad Augustum oratione cognosci potest: dùm apud Dyonem de his agens, quos in consilium sibi adhibiturus Augustus esset, ita loquitur. [y] Hos in causis grauioribus sententias non apertè rogabis, ne necessariis suis fauentes, non liberè quid sentiant pronuncient, sed in tabella eas scriptas ad te solùm, ne cui alij innotescant, perferri, ac deleri statim lectas iube. Sic enim vniuscuiusque sententiam certissimè cognosces, si eam

u Cic. lib. de Leg. 3.

x Tranq. in Aug. cap. 84.

y Dyon in Aug. lib. 52.

A illi à nemine alio cognitum iri persuasum habeant. Sed & ante Mecœnatem Salustius, idem etiam in Romano Senatu fieri voluerat, cuius in oratione ad Caium Cæsarem de repub. ord. hæc sunt verba. Igitur duabus rebus confirmari posse Senatum puto. Si numero auctus per tabellam sententiam feret: tabella obtentui erit, quo magis animo libero facere audeat.

Sanè quod diximus lectis recitatisque sententiis, Iudicibus fas non esse, quidquam addere, vel imminuere, adeò verum est
B vt nec ipsas etiam perscriptas, subsignatas, & apud officium depositas, reuocare inde liceat, remq; iudicatam, quamuis ex eodem instrumento retractare, cum enim iam perscripta sit, enarratorisque chirographo, & eius qui iudicio præfuit connotata, officioq; cõmendata ferè perinde est, atque si nulla interposita mora recitata esset: sicq; cum species sese obtulisset, Parisiẽsem Senatum cẽsuisse recẽtiores aliqui scriptũ reliquerunt.[z] Porrò quod & Bud.& Alcia. autumarũt, breuiculi vocẽ in rub. illa de sent. ex per. recit. substituendam, non omnibus arridet. Suntque qui malint veterem lectionẽ sequi. Non est tamen quisquam
C adeò bardus, vt Accursij & sectatorum suorum interpretationi accedere velit. Aiunt enim illic tractari, quemadmodũ sine periculo sententia ferri possit, & in exẽplum adducunt Prætorem quendam Genuensem, qui dum Victi formidaret irã cataphractus, & loricatus, celerique equo insidens sententiam tulerit,[a] Dyonisium Siculum imitatus, qui cum in cõmunibus suggestibus consistere non auderet concionari ex alta turri solebat,[b] Achiuosque (vt est in prouerbio) de mœnibus iudicabat: quod quàm ridiculum sit, nemo non videt. Existimant itaque in ea rub. vocem illam periculum pro experimento memoriæ accipi
D debere quod & Alcia. ipse quasi eum prioris sentẽtiæ pœniteat, veluti palinodiam canens animaduertit.[c] Cuius postremã sententiam Ioannes Lucius amplectitur, ad eiusq; cõfirmationem multa adducit: quæ si quis videre velit ipsum adeat.[d] In eamq; & alij plerique ex recentioribus trãseunt.[e] Sunt & qui ex libello legendum esse contendant:[f] quorum sententiam constitutio illa Val. Val. & Gratiani non mediocriter adiuuat, dum in ea dicitur, sentẽtias non subitas, sed deliberatione habita post negotium ponderatas debere sibi Iudices formare, & emendatas statim in libellum secuta fidelitate conferre, scriptasque ex libello partibus legere. Ibi enim ex libello legere idem significat,

z Rebuff. in præfat. Caro. constit: luc. placito Parisiens. cur. lib. 11. tit. de re iud. cap. 1.

a glo. & doct. l. 2. C. de sẽt. ex per recit.

b Cic. Tusc. quæst. lib. 5.

c Alc. à lib. de verbo signific. 4.

d Luc. d. c. 1. de re iud.

e Spigel. in Lexico in verb. breu. cuius Ioan. eruc. in d. rub. de sentẽt. ex per. recitan.

f Rebuff. l. quod iussit ff. de re iud.

quod de scripto recitare. Estque frequens apud veteres huius dictionis in hunc sensum vsus. Tranquillus.[g] Sermones quoq; cum singulis, atque etiam cum Liuia sua grauiores, non nisi in scriptis, & è libello habebat, ne plus minusve loqueretur ex tẽpore. Et alibi.[h] Nocte interposita, primo diluculo sordidatus descẽdit ad rostra multisq; cum lachrymis eadem verba, verum è libello testatus est. Apuleius.[i] Cur autem testimonium ex libello legitis, Crassus ipse vbi gentium est? Et mox paucis interiectis. Exhibeat nobis Æmilianus, iuuenem honestissimum, cuius testimonio nititur, quid sit vides. Dico Crassum iamdudũ ebrium stertere, aut secundo lauachro ad repotia cœnæ obeunda vinolentum sudorem in balneo desudare. Iste cum maximè præsens per libellum loquitur. Herodianus. Maximinus tribunal inscendit, atque ex libello orationem ab amicis compositam in hanc sententiam recitauit.[k] Ideoque & quod incertus author sententiam capitis in Cyprianum ex tabella recitatam scripsit. Augustinus ex libello lectam dicit, cum Galerius infit Maximus decretum ex libello recitasset: Statium Cyprianum gladio animaduerti placer.[l] Et hæ quidem de ea inscriptione recentiorum sunt sententiæ. Ego vt meam quoque proferam, putauerim ex veteri lectione nihil immutandum, legendumque, de sententiis, non quod Alciatus existimauit, sine sed, ex periculo recitandis. ita enim habẽt Codices omnes quotquot mihi contigit legere, tam Theodosij quam Iustiniani. Quibus suffragatur Valentiniani Valentis & Gratiani rescriptum ad Clearchum, sub dicto titulo in Codice Theodosiano, cuius hæc sunt verba. Parere sublimitatem tuam nostris legibus conuenit, vt in omnibus negotiis ex periculo promatur deliberationis plena sententia. Si quidem illic promere ex periculo non aliud est quàm de scripto eloqui ac recitare. neq; tamẽ iis assentior qui periculum ibi pro experimento seu tentamento memoriæ, accipiendum aiunt: sed hoc verbo pictatia seu chartas & membranas, quibus iudicum sententiæ exscribuntur significari malim; in quem etiam sensum vocem hanc vsurpat Æmilius Probus in Epaminonda, cum ait: at ille in iudicium venit, nihil eorum negauit quæ aduersarij crimini dabant: omniaq; quæ collegæ dixerant confessus est, neque recusauit quominus legis pœnam subiret, sed vnum ab iis petiuit, vt in periculo suo inscriberent Epaminondas à Thebanis morte mulctatus est, quod eos coegit apud Leuctram superare Lacedæmonios, quos ante se Imperatorum

g Tranq. in Aug. d. c. 84.
h Tranq. in Vitellio cap. 15.
i Apul. 1. apolog. pro se ipso.
k Herodiani interpres li. 7.
l August. in sermo de S. Cypria.

A nemo Boetiorum ausus fuit aspicere. Videtur & M. Cicero. 5. in Verrem actione, hoc vocabulo vsus eadem significatione. Scribarum, infit, ordo est honestus: quis negat? aut quid ea res ad hanc rem pertinet? Est vero honestus, quod eorum hominum fidei tabulæ publicæ, periculáque magistratuum committuntur.

Sed de his iam plus satis. Quæ autem à nobis de sentētiis scripto recitandis tradita sunt: de diffinitiuis vtique, & quæ post causam partiúmque disceptationem iuridiciali forma constitutam, syngrapháмque
B clausulariam ferri solent, accipienda sunt. De his enim nominatim Caroli constitutio loquitur, non de disceptatiunculis, * velitaribúsque liticulis, eas enim leuioresque controuersias, quarum perspicuitas non finit iuridiciali forma ipsas comperendinari, aut earum iudicium alio quouis modo in longiorem diem proferri Senatus nostri consulto, iubentur Iudices ex tempore dirimere, earúmque iudicium repræsentare. † Neque illis fas est ob eas sententias à se dictas sportularum nomine, quidquam à litigantibus accipere. [m] Quod & Iustinianus constituisse videtur, dum à sanctione illa
C qua cautum fuerat, vltimas diffinitiones de scripti recitatione debere proferri, [n] breuiores lites, & maximè vilium personarum vel causarum excipit, de hisque sine scriptis & sine expensa statuit præsides cognoscere oportere, [o] expensæ nomine honoraria Iudicum, & sportulas intelligens, quod nouæ ipsius constitutionis verba apertè explicant, quam sic vertit Haloander. [p] Tertiò, studio tibi sit, vt causas cum summa æquitate cognoscas, ac breuiores quidem, & maximè quæ vilioris conditionis hominum sunt, sine scripto decidas, & diiudices, & mutua inter se contentione homines liberes: neque sinas illos, vltra ea quæ sacra nostra constitutione comprehenduntur, iu-
D dicialium expensarum nomine aliquid damni accipere: si modo omnino vt aliquid dent idonei sunt, alioqui gratis etiã cau-

m *constit. nostri Senatus ann. 1545.*

n *d. l. 3. de sent. exper. recit. C.*

o *authen. nisi breues eod. tit.*

p *Nouella instit. const. 17. quæ inscribitur præcepta præsidum.*

* *Velitaribusque.*] Velitaris, velitare quod ad velites id est, milites leuis armaturæ, quibus vtũtur, vt expeditiores sint ad cursum, propterea quod grauibus armis non vtebantur. hinc velituta arma. Sallust. Iugurth. præterea rete sagittarij, & cohors peligna cum velitaribus armis itineris properandi causa, neque id secus atque aliis armis, aduersum tela hostium, quod ea leuia sunt, muniti erant, Liuius lib. 6. bell. puni. & septena iacula quaternos, longa pedes data præfixa ferro, quale hostis velitaribus adest.

† Si disceptatio sit de quantitate quæ non egrediatur tres aureos, lis de plano dirimenda est. constit. Caro. 8. ann. 1493. art. 52. ideo Iudex *de Niort*, qui longiorem progressum litis fouebat, quinque assium dicam passus est, deinde mulctatus damnis & expensis litis, & acta coram eo recissa decreto Lutetiano 7. mensis Maij ann. 1544.

ſam cognoſces. Illud etiam conſtat licuiſſe Præfecto Prætorio ſententiā vérbo dicere, ídque illi (vt alia multa fuiſſe cum principe commune, vt ex Caſſiodoro in formula Præfecti Prætorio cognoſci poteſt,cum ait.Quędam enim huic dignitati & nobiſcum communia ſunt. Exhibet enim ſine præſcriptione longinquos, & magna quantitate mulctat errantes,delicta prouinciarum Iudicum punit,verbo ſententiam dicit. † Cautum prætcrea Zenonis conſtitutione eſt vt cum curialibus res ſuas immobiles vendere ſine dreoreto non liceat, decretum id conſenſu curiæ fiat & ſenrenria comperentis Iudicis, quæ non ex periculo ſeu tabella recitetur, ſed viua voce& ex memoria proferatur: quod ideo conſtituiſſe videtur, ne quid pro ſcriptura exceptoribus dare contrahenres neceſſe ſit.Omnino enim vult decretum id ſine vllo damno atque impendio fieri. Cum (inquit)venditio intercedente decreto agitur nullū eos vel qui ab his comparant diſpendium cuiuſcumque perſonæ vel cauſæ vel theatralis liberalitatis nomine ſuſtinere decernimus,nec ex tabella decretum recitari,ſed curialium vel maioris partis curiæ relatione currente,ſine vlla malignitate referentium vel damno contrahentium ad confirmandam emprionem competētis iudicis proferri ſententiam. [q] Iure pontificio diffinitiuæ rantum ſententiæ ſcripro ferendæ ſunt, non item interlocutiones decreroriæ. [r] Et hæc quidem quoad priorem noſtræ cōſtitutionis partem attinet dicta ſufficiant.

† Hæc conſtitutio exoleuit in Gallia.

q. l. Curiales C. de prædiis curialium ſine tit. non alienandi.

r c. fin. de re iud. lib. 6. modern. l. pactum quod bona fide C. de pact.

Poſtremò noſtræ conſtitutionis articulo ſtatuitur,perſcripto ſentenriæ breuiculo à Iudiceq; & quibus cenſendi poteſtatem ſecum fecerit, ſubnotato : non audiendos litigatores qui ſuſpectos eſſe ſibi iudices, cauſari velint,quidquámve aliud in mediū afferre, quo ſententiæ recitationi obſtaculum, vel mora afferri poſſit, etiam ſi breuiculi ſcriptura nondum apud actuarium depoſita ſit,id enim aperte noſtra conſtirutio innuit,quæ vt ſuſpecti Iudices haberi nō poſſint,nihil aliud exigit,quàm quod ſcripta ſententia ſit, à Iudicéque & conſilio ſubſignata. Maior tamen eſt dubitatio ſi Iudex neminem ſibi conſiliarium adhibuerit, ſed ſolus cenſuerit, moxque recuſatus ſententiam à ſe dictā ad officium tranſmiſerit, quam ante porrectum ſibi ſuſpitionis libellum ſcripſiſſe ſe dicat. Eius ne aſſertioni fides habenda ſit, an id minus? Et viderur ſtari dicto illius oportere,cùm traditum ſit,quoties Iudex quidquam aſſerit,quod aliis modis notum fieri non poſſit credi ei oportere. [s] Cùm itaque eius rei fides alia

s Fely. cap cum à nobis ext. de testis.

A quam ex ipsius ore fieri nõ possit, stari eo debet. Imberto tamen nostro, cui & ipse assentior diuersa sentẽtia magis placet:[t] quod receptissimum sit. Iudici soli de his quæ ipse gesserit, vel quæ gesta coram eo sint, fidem adhibendam non esse,[u] maximè si quidquam dicat quod ad tuendam sententiam suam à qua prouocatum fuerit pertinere videatur. Non enim iustum est de his quæ ad laudem vel opprobrium Iudicis spectant, fidem ei haberi.[x] Nam & vt verè Imbertus scribit pro vindicanda contumelia ob suspitionis causas sibi illata, forte aduersus eiurantem malè affectus, aliquid in eius perniciem affirmare posset. Vnde æquius B videtur nihil illi suæ assertioni fidei haberi.

t Imb. inst. for. lib. 1. §. proinde.

v l. ne in arbitris C. de arbi. cap. quoniam contra. ext. de proba.

x Bart. d. l. ne in arbitris.



A



IANI LANGLAEI REGII IN SENATV BRITANNIÆ CELTICÆ CONSILIARII, SEMESTRIVM

B.

Liber sextus.

DE XENIIS, DONIS, MVNERIBVS ET SPORTVLIS.

C

Xenia muneráque vlla, Iudices, Regiíque caúsidici, & cognitores, ne capiant, Cur Regia sanctione constitutum.

CAP. I.



SCRIBIT Modestinus, plebiscito contineri, vt ne quis Præsidum, munus, donúmve caperet: nisi esculentum, poculentúmve, quod intra dies proximos prodigatur. [a] Atque Vlpianus non in totum Xeniis Proconsulem abstinere debere: sed modum adiicere: vt neque morose in totum abstineat: neque auarè modum Xeniorum excedat. Vetus est enim prouerbium quo dicitur, valde inhumanum esse à nomine accipere: sed passim vilissimum, & per omnia auarissimum. Et quod mandatis continetur, ne donum, vel munus ipse Proconsul, vel qui in aliquo officio erit accipiat emátve quid, nisi quotidiani D

a l. plebiscito ff de offic. proconf.

diani.

A diani victus causa: ad xenia non pertinet, sed ad ea quæ edulium excedunt vsum: sed nec xenia producenda sunt ad munerum qualitatem. [b] Quæ iurisconsultorum responsa, nostri seculi Iudices, maiorum suorum vestigiis (vt aiebant) inhærentes, ita interpretati sunt: vt oblata sibi à litigatoribus, aut aliis munuscula, maximeque ea, quæ esculentorum nomine continentur, & quæ intra paucos dies consumi possent: respuenda non crediderint, ea se inculpatè accipere prædicantes, quibus verisimile non sit, cuiusquam animum corruptum & deprauatum iri.

b l. solet §. nõ vero ff. de offic. procons. & leg.

B Cùm & alibi traditum sit, simoniacæ (vt dicunt) labis, reum ob id fieri aliquem non posse: quòd ab eo cui sacerdotium contulerit, huiusmodi aliquod xeniolũ acceperit. [c] Factúmque ideo est, vt quamplurimi ad rem paulò attentiores, moribus quæ suis (vt est apud Plautum) [d] leges seruire facientes: caponibus, perdiculis, phasianis, cuniculis, damis, capreolis, aprugna, lepusculis, reliquisque huiusmodi ex quæsticulis (nullis fere aliis cõparatis obsoniis) sese & familiam omnem, lautè, opiparéque, multis annis aluerint: & quod lõgè sordidius videtur, ex his quæ supererant, eorum vxores (maritis ipsis ad id conniuentibus) grande peculium confecerint: cum tamen constet longè aliam.

c c. & si quæstiones de simon. Alcia. lib. de verbo signif. 1.

d Plaut in trinummo.

C Proconsulum prouinciarúmque præsidum, quam eorum, qui nunc sunt Iudicum fuisse rationem. Et hi enim perpetui sunt, in suaque patria, & sæpius in propriis ædibus degentes ius per se reddunt. Illi temporarij qui longinquas in prouincias missi, vix per se ius dicebant. [e] Quibus sic hospitibus & peregrinis, ne plus æquo rigidi, morosique & barbari, à prouincialibus haberentur: xenia quæ illis ab hospitibus, ad eorum aucupandam, vel retinendam gratiam mitterentur, accipere, concessum fuit: ita tamen vt in ea re modus adhiberetur, neque ea ad munerum qualitatem ascenderent.

e l. principalibus & l. seq. vbi Alcia. & alij ff. si cert. peta. toto tit. ff. de off. procons. & leg.

D Dicuntur autem proprie xenia, munuscula hospitibus & amicis dari solita. Is enim mos apud veteres inualuerat, vt peregrinis & hospitibus munera esculenta mitterẽtur, quæ xenia, id est, hospitalia appellabant. Nam vt author est Vitruuius. [f] Cum fuerint Græci delicatiores & à fortuna opulentiores, hospitibus aduenientibus instruebant cubicula, & triclinia, & cum penucellas, primaque die ad cœnam inuitabant: postero mittebant pullos, oua, olera, poma, reliquasque res agrestes, quæ xenia ab hospitibus appellauerunt. xenos enim Græcè hospes dicitur. Vnde & Apuleius. [g] Mittit (inquit) mihi Byrrhena xeniola, porcum optimum, & quinque gallinu-

f Vitruu. lib. 6.

g Apul. asin. aur. lib. 2.

las, & vini cadum in ætate preciosi. Sic & Appianus scribit. A
Phameam qui cum Scipione nauigauerat, à Senatu susceptum, xeniisque plurimis donatum.[h] Cassiodorus[i] vnusquisque per solennitatem commonitus offerat voluntarium munus, xenia enim sunt non debita. hinc & Iupiter xenius dictus seu hospitalis Deus, cui hospites curæ erant. de quo Virgil.[k]

h Appia. in Illiric.
i Cassiod. lib. 7. varia. in formula comitivæ partium.
k Virgil. 1. Æneid.

Iupiter, hospitibus, nam te dare iura loquuntur.

Ouidius.[l]

l Ouid. 10. Metamor.

Ante fores horum stabat Iouis hospitis ara.

Sic & apud Ciceronem xeniæ balneæ, id est, hospitales.[m] Et xeniam capere apud Plutarchum, est locum in quem diuertas, B
à magistratibus impetrare, vbi diuersoria non suppetunt. Xenicon vero apud Aristophanem promilitari nutritio accipitur, quod Corinthij aduenis militibus pendebant: quo nomine etiam nonnunquam hospitium intelligitur, sicut, & xenodochij verbo. Nam & *xenodochos* dicitur caupo, & qui hospitio suscipit. *xenodochia* hospitum susceptio. *xenoctonos* occisor hospitum, *xenoctonia* occisio hospitum. Vt sic apertè liqueat, quæ de Proconsulibus, & prouinciarum præsidibus constituta sunt, quantum ad xenia pertinet, ad magistratus nostri temporis producenda non fuisse.[o] Ad quorum fœdam auaritiam, inexple- C
bilemque cupiditatem comprimendam, anno qui salutis humanæ sexagesimus supra sesquimillesimum fuit, Christianissimus Rex noster Carolus nonus, in comitiis Aureliæ habitis, ex consilio ordinum omnium sui regni, lege lata sanxit: ne cui eorum qui vel in regiis præfecturis, imisque subselliis, obnoxiè vel etiam in Senatu, aut aliis supremis tribunalibus, vltimum iudicant Regióve causidico vel cognitori, donum munusve, vel xenium aliquod à litigatoribus, quantumuis leue & exiguum, rectè vel obliquè accipere liceat: siue id esculenti, poculenti- D
que nomine cõtineatur, siue etiam ad edulium non pertineat: graui pena (nempe ea quæ in nummarios, sordidosque Iudices constituta est) * iis qui non paruerint, afficiendis. Nisi tamen quid illis à Principibus, vel regulis, donatum fuerit: quod venatu vel aucupio captum in eorum syluis & saltibus fuerit. Et id enim sibi oblatum non respuere ius est.[p] Quæ lex licet paulo

m Cic. in orat. pro Cælio.
o Cæl. Rhod. lect. antiq. lib. 18. cap. 5.
p Const. Carol. non art. 43.

*[Iis qui non paruerint] In litis institorem ex eo hominum genere qui veteribus sequestres, hoc est corrumpendorum Iudiciorum conductores appellabantur, nempe qui aureum nummum, vnum vel alterum, supplici libello inclusum, vni ex conscriptis obtulerat: sic animaduerti placuit aureum in cereum inlumis, quem ille ab vno apparitorum obseruatus, ad diuæ deferre? haberet, eiusmodi institoria perpetuo abstinere. Iussus decret. 3. non. Ian. M. CCCCXCIIII.

A acerbior quibusdam visa sit: sanctissimam tamen: iurique omni tam diuino quam humano consentaneam esse putauerim. Neque enim fieri potest, vt qui munus acceperit, non magis erga datorem afficiatur, proniorque in eum, quam aduersarium non fiat. Vsque adeò vt parentes etiam ipsos, in suam liberorumque perniciem, & ignominiam muneribus corrumpi posse plerique credant. Quod & Iuuenalis iudicare videtur, dum ait. [q]

---Nam prodiga corruptoris
Improbitas, ipsos audet tentare parentes
Tanta in muneribus fiducia.

q Iuuena. Sa. 13.10.

B Sicut & vxores in perniciem, interitumque maritorum veluti Eriphila, quam apud Homerum Vlysses Alcinoo narrat se vidisse apud Inferos, quæ aurum in caput viri acceperit. Homerus. [r]

r Homer. Ody. 11.

συγερὴν πειφύλην ἣ χρυσὸν φίλον ἀνδρὸς ἐδέξατο τιμήεντα

Cùm enim Amphiarao cum Adrasto nescio quid controuersiæ fuisset: iurauit vterque se arbitrio Eriphylę de omnibus controuersiis transacturum. Ad quam cum huius rei gratia itum esset, illa accepto ab Adrasto monili aureo, secundum eum in perniciem Amphiarai mariti sui sententiam dixit. [s] Qua de re

C Cicero. [t] Eriphilam (inquit) accepimus in fabulis ea cupiditate fuisse, vt cum vidisset monile (opinor) ex auro, & gemmis pulchritudine eius incensa salutem viri proderet. Et alibi. Eriphilæ auro viri vitam vendidit. [u] Ad quam siue fabulam seu historiam allusit & Horatius cùm dixit. [x]

s Dyo. su. biblioth. lib. 5. cap. 6.
t Cic. 6. in Verr. act.
u Cic. de inuent. lib. 1.

---Concedit auguris
Agiui domus ob lucrum.

x Horat. car. lib. 3. od. 16. ad Mæcenatē.

Vt haud abs re dixisse videatur Cicero, nihil esse tam sanctum quod non violari, nihil tam munitum, quod non expugnari pecunia possit. Ideoque & Philippum Alexandri patrem sæpius

D dixisse tradunt, castella omnia expugnari posse: in quæ modo asellus onustus auro posset ascenderē. [y] Vnde & illud, argenteis hastis confligito, & omnia vinces. Et quod Virgil. dixit. [z]

y Cic. in diuinat. in Ver. & 1. ad Attic.

---Quid non mortalia pectora cogit.
Auri sacra fames?---

z Virgil. Æneid. 3.

Hinc & Horatius. [a]

Aurum per medios ire satellites.
Et perrumpere amat saxa, potentius
Ictu fulmineo.

a Horat. d. ode. 16.

Et iterum.

Demersa excidio diffidit vrbium
Portas vir macedo,& subruit æmulos
Reges muneribus,munera nauium
Sæuos illaqueant duces

Ouidius.[b]

Iupiter admonitus,nihil esse potentius auro
Corruptæ precium virginis ipse fuit:

Propertius.[c]

At nunc desertis cessant sacraria lucis:
Aurum omnes victa iam pietate colunt.
Auro pulsa fides,auro venalia iura,
Aurum lex sequitur mox sine lege pudor.

Vt sic iure optimo videatur Cicero Panchrestum medicamentum aurum appellare: quod ad omnia vtile sit, & accommodatum, quodque eo vno, amicos omnes sibi redimere, deuincireque aliquis possit.[d] Sed vt à prophanis ad sacra transeamus, constat & diuina lege interdictam esse ius dicentibus capiendorum munerum facultatem. Ita enim in Exodi libro scriptum legitur. Non accipies (inquit dominus) munera, quæ etiam excæcant prudentes,& subuertunt verba iustorum.[e] Et alibi. Deus magnus, & potens, & terribilis, qui personam non accipit,nec munera.[f] Et rursum alibi.[g] Væ qui iustificatis impium pro muneribus,& iustitiam iusti aufertis ab eo. Et iterum.[h] Beatus(inquit Esaias)qui excutit manus suas, ab omni munere. Nec dixit à munere(infit Gregorius)sed ab omni munere. Et rursum in lib. Regum de filiis Samuelis. Et non ambulauerunt filij illius,in viis eius,sed declinauerunt post auaritiam, acceperúntque munera,& peruerterunt iudicium.[i] De quibus & Iosephus. A patris sui studiis recedentes, & viam contrariam ambulantes, & muneribus turpibusque lucris iustitiam comprimebant, & iudicia non vera, sed secundum præmia proferebant.[k] In quam sententiam & Dauid. Habitabit (ait) in tabernaculo domini, qui munera super innocentem non accepit.[l] Ostendit & Iob illos qui muneribus allecti, quod iustum est peruertunt,grauissima pœnà dignos esse,dum ait.[m] Ignis deuorabit tabernacula eorum,qui munera libenter accipiunt. Ideoque & Tertullianus, munera (inquit) amantes Deo non placent.[n] Aitque diuus Hieronimus, Iudices munera xeniaque capientes, ac iustitiam vendentes, lupos Arabiæ, vel vespertinos recte appellari, qui noctibus comedunt, & in mane nihil

b Ouid. amo. lib. 3. eleg. 8.
c Propert. lib. 3.
d Cic. 5. in Verrem.
e Exod. 23.
f Deuter. 10.
g Esai. 5.
h Esai. 33.
i 1. Reg. 8.
k Ioseph. Antiq. Iudaic. lib. 5. cap. 3.
l Psal. 14.
m Iob. 15.
n Tertull. aduersus Marcionem lib. 4.

A relinquunt. [o] Alibique scribit Iudices, sicut milites stipendiis suis contentos esse debere. [p] Inuehitur & alibi in Iudices, muneribus corruptos, aduersus quos communem ad Deum sanctorum querelam, esse scribit, quare contra eos iniustum iudicium fiat, & innoxium in persequutionibus sanguinem fundant: & si quando ante tribunal steterint Iudicum secularium, Iudex acceptis muneribus condemnet insontem, & reum liberet. Quod quidem non de Iudicibus solùm seculi, sed interdum de ecclesiarum quoque Principibus dici posse subdit:
B quòd propter munera lacerent legem, & non perducant ad finem iudicium, & impius præualeat aduersus iustum, & magis in iudicio peccatum diuitis, quàm pauperis veritas defendatur. [q] Quod & Prophetam intellexisse existimat, dum dixit. [r] Contra me factum est iudicium, & Iudex accepit, propterea lacerata est lex, & non peruenit ad finem iudicium, quia impius præualet aduersus iustum, propterea egreditur iudicium peruersum.

o Hieron. in Sopho. cap. 3.
p Hieron. in epistolā Paul. ad Titū ca. 2.
q Hieroni. in Abacuc ca. 1.
r d. cap. 1.

Constat & lege duodecim tabularum, omnem capiēdorum munerum facultatem, Iudicibus interdictam. Ita enim scriptā
C fuisse prodidit Cicero. [s] Magistratus donum ne capiunto, neve danto, neve petenda, neve gerenda, neve gesta poteſtare. Fitq; & à Sexto Cecilio apud Gelliū, alterius legis decemuiralis mētio, [t] qua cautum fuerit, vt qui ob rem dicendam, pecuniam accepisse conuictus fuisset, capite puniretur. Quam etiam durè scripram non videri contendit. Iudicis enim perfidiam contra omnia iura diuina, atque humana, iusiurandum suum pecunia vendenris, capitis pœna dignam esse. Quod & Cambysi Persarum regi, ante visum fuerat: & is enim Sysamnem vnum è Regiis Iudicibus, quòd iniustè ob pecuniam iudicasset, octoginta
D circiter annis ante decemuiros, interemerat eiusque cutem cadaueri detractam instar pellis, in tribunali intendi præceperat, ibidémque filium eius Otanem Iudicē sedere, atque in memoria habere, in quo tribunali iudicaret. [u] Quo nomine magnam ille apud omnes gloriam retulit, vt qui huiusmodi omnibus iudicum latrociniis viam obstruxisset. Neque enim maior, capitaliorque pestis in rempublicam induci potest, quàm si tales corruptelæ impunè grassentur. Nemini siquidem (vt verissimè Cicero dixit) dubium est, quin omnes omnium pecuniæ positæ sint in eorum potestate, qui iudicia dant, & eorum qui iudicant, vt sic modis omnibus eorum cupiditati, & auaritiæ obsisti,

s Cic. de leg. 3
t Gell. lib. 20. cap. 1.
u Herodo. histo. su. lib. 5.

irique obuiam debeat: qua nihil fœdius, nihil tetrius inueniri potest. [x] Habere enim quæstui rempublicam non modo turpe est, sed sceleratum etiam, & nefarium. [y] Quod & sensisse Ouidius videtur, dum dixit. [z]

Non bene selecti iudicis arca patet,
Quod faciat magnas turpe tribunal opes.

Sed expressius Cicero, cum ait. [a] non flagitiosum tantum, sed omnium rerum turpissimum, maximéque nefarium mihi videtur, ob rem iudicandam pecuniam accipere, precio habere addictam fidem & religionem Quapropter & à plerisque etiam aliis Principibus grauiter olim in huiusmodi criminum reos animaduersum est. Nam & Saudocē Eolidis præfectum, quòd pecunia corruptus iniustè iudicasset, Darius cruce affecit. [b] P. Suillium Quæstorem quondam Germanici conuictum pecuniam ob rem idicandam cœpisse, Tyberius amouendum in insulam censuit: tanta contentione animi, vt & iureiurando obstringeret è republica id esse [c] Domitianus Cæsar nummarios Iudices cum suo quemque consilio ignominiose notauit. [d] fures prouinciales repetundarum, ac peculatus reos Aurelianus vltra modum militarem sic persecutus est, vt eos ingentibus suppliciis cruciatibusque puniret. [e] Hinc etiam lex Iulia repetundarum aduersus eos lata est, qui pecuniam ob iudicandum vel non iudicandum decernendumve acceperint, vel quo magis aut minus quid ex officio suo facerent. [f] Ex qua rei extra ordinem puniebantur: & plerumque vel exilio, vel etiam durius prout admisissent, [g] & nonnunquam etiam capite plectabantur, nempe si ob hominem necandum pecuniam accepissent. [h] Tantaque cura quandoque cautum fuit, ne quis largitionibus corrumpi se sineret, vt præter pœnas, quas eius rei conuicti dependebant accusatoribus etiam honores haberentur: ita vt M. Cotta cum Quæstorem suum P. Oppium, quem donorum acceptorum suspectum habebat repudiasset, ipse autem magnam vim pecuniæ ex Bithynia corrasisset, à Carbone accusatus fuerit, isque Carbo & si præter Tribunatum plebis, alium honorem nullum gesserat: Consularibus honoribus exornatus est. Atque ipse deinde cum Bithyniam prouinciam obtineret, & quàm Cotta moderatiorem se non gereret, ab eius filio vice versa in iudicium tractus, reusque peractus est. [i] Lege etiam Constantini, qui precio deprauatus, aut gratia perperam iudicauerit, præter infamiæ labem, qua aspergitur, ei

x Cic. in Verrem. 4.
y Cic. lib. 1. de leg. & lib. 2. offic.
z Ouid. amo. lib. 1. eleg. 10.
a Cic. 4. in Verrem.
b Herodo.
c Cornel. Tacit. lib. 4.
d Tranq. in Domitia.
e Flauius Vopisc. in Aureliano.
f l. 1. 3. & 4. ff. ad l. Iul repetund.
g l. lex Iulia §. illud eod. tit.
h l. d. lex Iulia §. fin. eod. tit.
i Dyo. Cassi. hist. lib. 36.

A quem huiuſmodi ſua ſententia læſerit æſtimationem litis præſtate iubetur. [k] Alibique traditur, * Iudices qui ſe furtis & ſceleribus fuerint maculaſſe conuicti: ablatis codicillorum inſignibus, & honore exutos inter peſſimos quoſque & plebeios haberi: nec ſibi poſthac licere de eo honore blandiri, quo ſeipſos indignos iudicauerunt. [l] Suntque & alia multa ab eodem Conſtantino aduerſus ſordidos, nummarioſque Iudices ſeuerè conſtituta veluti cum dixit. [m] Ceſſent iam nunc rapaces officialium manus, ceſſent inquam, nam ſi moniti

k l. fin. C. de pœn. iud. qui male iudic.

l l. Iudices de dignit. C. lib. 12.

m l. 1. C. de offic. rect. prouinc. in C. Theodoſ.

B non ceſſauerint, gladiis præcidentur. Non ſit venalis Iudicis velum, non ingreſſus redempti, non infame licitationis ſecretarium, non viſio ipſa Præſidis cum precio: æquè aures iudicantis pauperrimis, ac diuitibus reſerentur: abſit ab inducendo eius qui officij princeps dicitur prædatio vlla litigatoribus. Extat & Gratiani, Valentiniani, Theodoſiique conſtitutio, in huiuſmodi Iudices iiſce verbis. Omnes cognitores & Iudices à pecuniis atque patrimoniis manus abſtineant, neque alienum iurgium putent ſuam prædam. Etenim priuatarum quoque litium cognitor, idemque mercator, parem capitis, ac vitæ, quæ peculatus reos conſueuit

C inuoluere, cogetur ſubire iacturam. [n] Item & illa. Iubemus, hortamur vt ſi quis fortè cuiuſlibet ordinis à Iudice fuerit aliqua ratione concuſſus: ſi quis ſcit venalem de iure fuiſſe ſententiam: ſi quis pœnam vel precio remiſſam, vel vitio cupiditatis ingeſtam: ſi quis poſtremò quacumque de cauſa improbum Iudicem potuerit approbare: is vel adminiſtrante eo, vel poſt adminiſtrationem depoſitam in publicum prodeat, crimen deferat, delatum approbet: cùm probauerit, & victoriam reportaturus, & gloriam. [o] Non deeſt etiam Pon-

n l. omnes C. ad l. Iul. repetund.

D tificibus, ſua in eccleſiaſticos Iudices, huius criminis, reos animaduerſio. Id enim conſtitutione quadam cautum nominatim habent: vt qui famæ ſuæ prodigus, & proprij honoris incurius, in iudicio quidquam feciſſe par gratiam vel ſordes compertus fuerit: annua magiſtratus abrogatione plectatur: litiſque æſtimationẽ ei præſtet, quem læſerit.[p] Sed & nouella Iuſtiniani conſtitutione, non ea tantum quæ munera dicuntur, ſed xenia etiam & alia vel minima lucra prohiberi manife-

o l. iubemus eod. tit.

p cap. 1. de re iud. lib. 6.

* Iudices qui furtis) Iudex oppidi de Sanb. terre donorum acceptor conuictus Corraſiſſe pecuniam à reo, & illum vinculis ſoluiſſe: officio exutus eſt & mulcta 50. aureorum damnatus Iudicio Burdigal. menſe Mart. an. 1585. iuxta conſtitutionem Franciſci I. lacam an. 1539. att. 241. & 242.

ſtum eſt. Ita enim in ea ſcriptum reperitur. [q] Gentium Præſides, & qui ciuilia in prouinciis officia adminiſtrãt, puris vtantur manibus, & omni præda abſtineant, his ſolis contenti, quæ præbentur ex publico. Quis enim abſque metu periculi non furetur? quis non ſecure lattocinetur? conuerſis ad magiſtratum oculis, vidénſque illum omnia auro habere venalia, confidens fore vt nihil tam turpe admittat, quod non data pecunia poſſit redimere? Et iterum neque (inquit Iuſtinia.) Præſides, ſi omni munere abſtineant, quidquam timori Dei, legis, & noſtri præponent: ſed eò reſpicientes, ſubditis conſeruabunt iuſtitiam: omnia ſecundum leges noſtras iudicantes & agentes. Et alibi.[r] oportet vt qui puræ & ſine vlla datione pecuniæ officium ſuſcipis ante omnia putas Deo & nobis ac legi manus conſerues, nullum lucrum neque maius, neque minus contingas: ſed his ſolis contentus quæ erogantur è publico, tam per te quàm per eos qui circa te futuri ſunt, ex omni parte incontaminatum illi ius conſerues. Extat & alia Conſtantini Cæſaris conſtitutio xenia munuſculaque prohibens in hæc verba. [s] Si qui eorum qui prouinciarum Rectoribus obſequuntur, quique in diuerſis agunt officiis Principatus, & qui ſub quocumque prætextu muneris publici poſſunt eſſe terribiles, à ruſticano xenia, aut munuſcula quæ canonica ex more fecerunt, extorſerit, vel ſponte oblata non refutauerit, ſublatis omnibus facultatibus, vltimo ſubiugetur exitio, alibique prohibetur magiſtratibus vltra ſibi conſtitutum authoramentum quidquam accipere. [t] Sed & Plinius Cecilius, quadam ad Vrſum epiſtola, in qua accuſationis aduerſus Iulium Baſſum inſtitutæ, defenſioniſque eius à ſe ſuſceptæ mentio fit: aperte oſtendit, ætate quoque ſua, magiſtratibus non licuiſſe munera accipere. Ita enim ille. [u] Hoc illum onerabat, quòd homo ſimplex & incautus, quædam à prouincialibus, vt amicus acceperat. Nam fuerat in prouincia eadem Quæſtor, hæc accuſatores furta ac rapinas, ipſe munera vocabat. Sed lex munera quoque accipi vetat: hic ego quid agerem? quod iter defenſionis ingrederer, negarem, verebar ne planè furtum videretur, quod confiteri timerem. Præterea rem manifeſtam inficiari, augentis erat crimen non diluentis: præſertim cùm reus ipſe nihil integrum aduocatis reliquiſſet. Multis enim atque etiam Principi dixerat, ſola ſe munuſcula, dumtaxat natali ſuo, aut ſaturnalibus accepiſſe, & pleriſque miſiſſe. Veniam ego peterem? iugulaſſem

q Nouel. Iuſtinia. 8.

r Nouell. Iuſtini. 17.

s l. 1. C. ne damna. pronuncia inſig. in C. Theodoſ.

t l fin C. ad l. Iul. repetũd.

u Plin ad Vrſum epiſtolarum lib. 4.

A B C D

A lassem reum, quem ita deliquisse concederem, vt seruari nisi venia non posset. Tanquam rectè factum tuerer? non illi profuissem: sed ipse impudens extitissem. Hactenus Plinius. Fuit & Atheniensium legibus, duplex mulcta in eos qui largitionibus corrupti essent cõstituta: vna mortis, vt hoc supplicio nummarius ille affectus, aliis exemplo esset: Altera decupli accepti muneris, vt ea res iis qui ab illo facinore non abhorrerent, nihil emolumenti afferret. [x] Vnde manifestum fit, omni ferè æuo, omniúmque populorum legibus, iudicibus interdictam fuisse B omnem capiendorum munerum potestatem. Quod iis non homines modo, sed deos quoque flecti, vulgo creditum sit. Dicente Ouidio. [y]

Munera crede mihi, capiunt hominésque deosque

Et Platone. [z]

Cum Diuis flectunt venerandos munera reges.

Ideóque & virga Mercurij apud Homerum pro muneribus, quibus velut expergesiunt Iudices, antea ceu dormitantes, & rursum infesti placantur, vt in causa velut obdormiscant, conniueantque. Homerus. [a]

C *Corripuit virgam, qua mulcet lumina somno.*
Quorumcunque velit, soluit quoque lumina somno.

Celebraturque & prouerbio illud, pecuniosus damnari non potest. De quo Cicero. [b] Inueterauit (inquit) iam opinio perniciosa reipublicæ, nobisque periculosa, quæ nõ modo Romæ, sed & apud exteras nationes omnium sermone percrebruit, his iudiciis quæ nunc sunt, pecuniosum hominem quamuis sit nocens, neminem posse damnari. Et alibi. [c] Tribunusplebis clamitabat: agi fortunas omnium dicebat, nulla esse iudicia: qui pecuniosum inimicum haberet, incolumem esse neminem posse. Et rursum alibi. [d] Reus est nocentissimus, qui si D condemnatur, desinent homines dicere, his iudiciis pecuniam plurimum posse. Sin absoluitur, desinemus nos de iudiciis transferendis recusare. Et iterum de Verre. [e] Homo (inquit) vita atque factis, omnium iam opinione damnatus: qui ita dictitat, iis esse metuendum, qui quod ipsis solis satis esset surripuissent: se tantum eripuisse, vt id multis satis esse possit. Et rursum de eodem. Ita se gessit in his rebus, quasi aut reus nunquam esset futurus, aut quo plura abstulisset eo minore periculo in iudiciũ esset venturus. [f] Sic & in oratione contra Theocrinem Demosthenes, cùm contra Iudices delatorésque diceret, atque id ge-

x Dynarch. in orat. contra Demosth.
y Ouid. 3. de art. aman.
z Plato. lib. de Repub. 3.
Homer. in Odyss.
a Homer in Odyss.
b Cic. 2. in Ver. act.
c Cic. in orat. pro A. Cluentio.
d Cic. 3. in Verrem.
e Cic. 2. in Verrem.
f Cic. 6. in Verr.

nus hominum perniciosissimum omnium esse affirmaret, refellens id quod eorum studium videbatur comprobare: nempe quod sontes improbósque ciues punirent: eorúmque opera pauciores huiusce modi inuenirentur, inquit: Nullo modo res hoc pacto se se habet Iudices, sed contrà longè plures atque importuniores extant: qui namque cogitãt aliquid mali facere, scientes his partem pecuniarum dandam, quas abstulerint, necessario plura in animum inducunt rapere, vt non solum sibi ipsis, verum iis etiam possint suppeditare. Ita enim vertit Petrus Victorius.[g] Demosthenis autem verba hæc sunt. Delinquentes isti nimirum puniunt, & propter hos illi sunt pauciores? non vtique Iudices. Sed plures etiam. Nam qui facinus aliquod animis agitant, gnari istis etiam aliquid esse de præda impertiendum, necessario plus aliis eripere instituunt, vt non sibi solùm, sed istis etiam sumptus suppetant. Quibus non absimile, quod Alexandrum Seuerum sæpius dixisse Lampridius scribit: qui multa rapuerit, pauca suffragatoribus dederit, hic saluus erit, cum enim habeat vnde Iudicem si sit opus corrumpere, atque exoculare possit: fieri non potest: quin saluus euadat. Tritum siquidem est, quod dicitur, vbi muneribus res agitur, iustitiæ locum esse non posse, quandoquidem vt & Horatius dixit.[h]

g Petr. victo. var. lect. lib. 1. cap. 12.

h Horat. sermo. lib. 2. Sa-ty. 2.

—Male verum examinat omnis
Corruptus Iudex

Cuius rei extat exemplum apud Dyonem de Gabinio repetundarum reo: qui cum exiguam earum pecuniarum, quibus corruptus ipse fuerat partem, magistratibus quibusdam, Iudicibúsque largitus fuisset, non modo illi debita pœna irrogata non fuit, sed reliqui quoque docti sunt, pecuniæ causa delinquere, quippe cùm se ea facilè à supplicio redimere possint.[i] Quamobrem Thebani, vt incorruptam iustitiam signarent. Iudicum imagines sine manibus, Principis verò sine oculis, in publico proponebant, huiusmodi signis indicantes, ius dicentes neque muneribus, neque affectibus capi debere.[k] Qua de re sic in emblemat. lusit Alciatus.

i Dyo. Rom. histo. lib. 30.

k Plutarch. in lib. de Iside.

Effigies manibus truncæ, ante altaria diuum
Hic resident, quarum lumine capta prior
Signa potestatus summæ, sanctique senatus:
Thebanis fuerant ista reperta viris.
Cur resident? quia mente graues decet esse quieta
Iuridicos, animo nec variare leui,

A *Cur sine sunt manibus? capiant ne xenia, nec se*
Pollicitis flecti muneribusve sinant

Laude itaque dignissimi videntur Iudices hi, qui ab omni largitione, munerúmque corruptela, integros se seruant: quique à sordibus omnibus, auaritiæq; vel minima suspicione, quàm longissimè absunt. Quo nomine commendatur ab Horatio Lollius his versibus. [l]

Vindex auaræ fraudis, & abstinens
Ducentis ad se cuncta pecuniæ,
Consulque non vnius anni
B *Sed quoties bonus atque fidus*
Iudex honestum prætulit vtili: &
Reiecit alto dona nocentium
Vultu, & per obstantes cateruas,
Explicuit sua victor arma.

Talis fuisse videtur, Victorinus vrbis Romanæ sub Commodo Præfectus, de quo scripsit Dio Cassius, quod cum aliquando præesset Germaniæ, domi remotis arbitris, legato suo persuadere conatus sit, ne se pecunia corrumpi sineret: cúmque ille non pareret, in tribunal conscendit, iurauítque in eo se nunquam C accepisse munera, neque quandiu viueret accepturum: mox præcepit illi vt se eodem iureiurando obstringeret: cúmque legatus peierare nollet: iussit vt se abdicaret magistratu. [m] Gratulatur & Q. Fratri M. Cicero, quod in Asia, triennium summo cum imperio sic fuerit, vt nullum signum, nulla pictura, nullum vas, nulla vestis, nullum mancipium, nulla forma cuiusquam, nulla conditio pecuniæ (quibus rebus abundat illa prouincia) ab summa ipsum integritate, continentiáque deduxerit, [n] sitque & ab historiæ scriptoribus, multorum aliorum mentio: quibus dona reiecisse, gloriæ fuit, veluti Phocioni Atheniē-D si, cui cum Alexander Macedo, centum talenta dono misisset: percunctatúsque esset, eos qui pecuniam afferebant, cur sibi vni illa Alexander mitteret: iis respondentibus quoniam vnum se iudicaret, virum honestum & bonum dixisse fertur. Ergo sinat me talem & haberi & esse, quasi nec bonus esse vir, nec talis haberi debeat, qui à capiendis muneribus non temperet. [o] Vt haud abs re dixerit Demosthenes. [p] Eum qui semel acceperit, & largitionibus sit corruptus; non iam constantem manere Iudicem publicorum commodorum. Quandoquidem (vt est apud Ciceronem) Philippus largitionem corruptelā esse dixit,

l Horat. ser. lib 4. ode. 9.

m Dio in Commodo.

n Cic. ad Q. fra. lib. 1.

o Plutarch. in Phoc.

p Demosthe. in orat. de fal. legat.

fit enim deterior qui accipit: atque ad idem semper expectandum paratior. [q] Vnde & illud Alcamenis Telecri filij celebratur, quem cum quidam interrogasset, cur oblata sibi à Messeniis munera non accepisset, respondit, quoniam si accepissem cum legibus pacem habere non potuissem. [r] Ideóque & M. Catoni è Cypro ad vrbem reuerso, quamuis bellum nullum confecisset: iidem tamen honores qui victoribus è bello redeuntibus haberi solent, decreti impensique sunt: non aliam ob rem quam quòd integrum se, & inuiolatum præstitisset: neque vlli in se repetundarum accusationi dedisset locum. Quod enim tùm complures muneribus se corrũpi paterentur id effecerat, vt pecunias despicere, quàm hostes superare rarior virtus haberetur. [s] Qua ratione & Horatius Verè regnare, verósque triumphos agere, eum censet, qui pecuniæ magnitudine de consilio suscepto, ac proposito non deducatur: habeátque animum à pecunia & muneribus incorruptum & inuictum. [t]

q Cic. 2. officio.
r Plutarch. in laconicis.
s Dio. cass.
t Horat. car. lib. 2. Od. 2.

---Regnum & diadema tutum
Deferens vni, propriámque laurum
Quisquis ingenteis oculo irretorto
Spectat aceruos.

Huiusmodi fuisse Ciceronem ostendit Plutarchus, quo loco eum cum Demosthene comparat: nempe aduersus munera, & corruptelas integrum, sanctum, castum, atque vndique septum. Et is enim (inquit ille) Quæstor in Sicilia, Proconsul in Cilicia, & Cappadocia, quo tempore auaritia vigente, Ducibus legatisque vulgò furari sordidum, rapere non illicitum videbatur, accipere verò prorsus reprehensione carebat, satis tum animum opibus superiorem declarauit. Sed & Cicero ipse quadam ad Atticum epistola hoc de se scribit. Quod sibi in Ciliciam misso, nummus nullus erogatus sit, nec priuatim, nec publicè. [v] Et alibi. [x] Scito (ait) non modo nos fœnũ, aut quod lege Iulia dari solet, non accipere, sed ne ligna quidem, nec præter quatuor lectos & tectum, quenquam accipere quicquam, multis locis ne tectũ quidem, & in tabernaculo manere plerumque. Extant & alia multa eorũ exempla, qui quãdiu in republica versati sunt, oblata sibi quæcumque munera reiecerunt: de publico ministerio, nihil cuiquam præter laudem benè administrati officij accedere debere iudicantes. Quos ob id ab historicis passim commendatos, nominatim proferre, operæ non esse existimaui. [y] Id tamen piaculũ penè fuerit silẽtio præterire, quod Caius Gracchus

v Cic. ad Atti. lib. 6.
x Cic. epist. ad Att. lib. 5.
y Valer. tit. de abstin. & continent.

A cum ex Sardinia rediit de se in concione dixit. Ita versatus sum in prouincia, vt nemo possit verè dicere, assem aut eo plus in muneribus me accepisse, aut mea opera quempiam sumptum fecisse. Cùm Roma profectus sum, Zonas, quas plenas argenti extuli, eas ex prouincia inanes retuli. Alij Amphoras quas vini plenas tulerunt, eas argento plenas domum reportauerunt.[z]

Contrà vituperantur, & vt improbi, ab omnibus ferè odio habentur, qui muneribus deliniti, & in transuersum per auaritiam sordibus acti, non iustum iudicant: quo nomine Verres B olim apud Romanos, omnium qui sunt, vel fuerunt, pessimè audiuit: vt qui venalem in Sicilia iurisdictionem habuerit, Romæ totum edictum, atque omnia decreta vendiderit, ab Siculis ob decreta interponenda pecuniam acceperit, M. Octauium Ligurem ob ius dicundum pecuniam poposcerit, homines nocentissimos propter pecunias iudicio liberarit, honestissimos, atque integerrimos absentes reos factos, indicta causa damnauerit, & eiecerit: omnia iura pretio exæquauerit, & vt paucis multa complectar fidem, iusiurandum, veritatem, officium, religionem: venalia semper habuerit, neque vllum cogendæ pe- C cuniæ genus preterierit.[a] Quo Prætore in Sicilia, tantum quisque habuerit, quantum hominis auarissimi, & libidinosissimi aut imprudentia subterfugit, aut satietate superfuit: Quem idcirco Cicero prædonem iuris, reipublicæque labem atque perniciem appellat.[b] omnique hominum generi inuisum fuisse dicit.[c] Notatur & ab eodem Cicerone Crispus Salustius, quod in Quæstura, nihil non venale habuerit, cuius aliquis emptor fuerit, magistratumque prædæ loco acceperit.[d] fit & ab historiæ scriptoribus, Clodiani iudicij frequens mentio: quo Clodius D adulterii cum Cæsaris vxore postulatus, corruptis Iudicibus absolutus est: quanquam ij præsidium à Senatu petiissent: impetrassentque ne vim à Clodio paterentur: quos idcirco Catulus dicteriis proscidit, præsidium ab iis postulatum inquiens, non vt citra periculum Clodium sententiis suis damnare possent, sed ne pecuniæ ipsis quibus corrupti fuerant eriperentur.[e] Dignus est qui & inter nummarios Iudices numeretur, Musonianus ille ante Strategius dictus, ætate Constantini Cæsaris, in oriente Prætorio Præfectus, quem Ammianus Marcellinus multis quidem bonis artibus eruditum fuisse scribit: sed venalem, & flecti à virtute pecunia facilem: & qui ex qualibet occasione maxi-

z Gell. noct. attic. lib. 15 cap. 12. Plutar. in Graccho.

a Cic. 2. 3. 4. & 5 in Verr. actio.

b C. 2. in Verrem.

c Cic. 4. in Verr.

d Cic. in Salust.

e Dio Cass. histo. su. lib. 37. Cic. epist. ad atti. lib. 1. epist. 13.

méque ex controuersis litibus, quod nefandum est, & in totum A
lucrandi auiditate sordesceret: vt inter alia multa euidenter
apparuit in quæstionibus agitatis super morte Theophili Syriæ
Consularis, ob proditionem Cæsaris Galli impetu plebis promiscue discerpti: vbi damnatis pauperibus, quos cum hæc agerentur peregrè constabat fuisse, autores diri facinoris diuites, exuti patrimoniis absoluti sunt. [f] Eiusdem notæ fuerunt Stillicon & Rufinus & ij enim a Theodosio Cæsare liberis suis Arcadio, & Honorio tutores dati, cum alter nempe Rufinus, oriētis imperium, quod Arcadio pater dederat, administraret: Stillicon verò occidentem, & Honorium curaret, rapinis omnia fœdabant: & cum controuersiæ omnes (vt Suydas tradit) ab ijs pro imperio disceptarentur, victor abibat, qui sententiam magna pecunia redemerat: quarum sordium vterque tandem pœnas dedit: ambobus enim interfectis, milites abscissam Rufini dextram, per vrbem circa opificum officinas circumtulerunt verbis his vtentes. Date stipem inexplebilis auaritiæ viro. [g] Author est & Lampridius Alexandrum Seuerum, si vnquam furem Iudicem vidisset, paratum habuisse digitum vt illi oculum erueret. Tantum odium eum tenebat eorum de quibus apud se probatum esset, quod fures fuissent. Subditque tanti eum fuisse stomachi in eos Iudices, qui furtorum fama laborassent, etiam si damnati non essent, vt si eos casu aliquo videret, commotione animi stomachi choleram euomeret, toto vultu inardescente, ita vt nihil posset loqui. Nam & cum quidam Septimius Arabinus famosus crimine furtorum, & sub Heliogabalo iam liberatus, inter senatores salutatum eum venisset, exclamauit, ô numina, ô Iupiter, ô Dij Immortales, Arabinus non solum viuit, verumetiam in Senatum venit. [h]

B (margin)

f Ammia. Marcell. lib. 15.

g Nicepho. ecclesiast. histo. lib. 13. cap. 1. & 35.

C (margin)

h Lamprid. in Alex. Seuer.

Vnde autem corrumpendorum Iudicum fluxerit origo, parum mihi liquet: nisi quod Anitum quendam Archemeonis filium, primùm Athenis, pecuniam Iudicibus dedisse Plutarchus tradit, cum circa Peloponnesiaci fermè belli exitum proditionis pyli causam diceret. Quo tempore subdit Plutar. incorruptum adhuc genus aureum Romano obseruabatur foro. [i] Id tamen antiquissimum esse constat, vel ex Paridis iudicio, qui Iudex pulchritudinis inter Venerem, Iunonem, & Mineruam à Ioue datus, spe potiundæ Helenæ, (quam illi coniugem se daturam Venus promiserat) Veneri pomum certaminis, victoriæque præmium dederit. [k] Quod nobis (ait Apuleius) documen-

D (margin)

i Plutarch. in M. Coriolano.

k Lucia. in dearum iudi.

A tum præstat, Iudices omnes muneribus corrumpi posse, nihilque tam sanctum esse, quod non precio violari, nihilque tam munitum quod non auro expugnari possit. Apul.[l] Quid ergo miramini vilissima capita: immo forensia pecora, immo vero togati vulturij, si toti nunc Iudices sententias suas pretio nundinantur: cum rerum exordio inter Deum & homines agitatum iudicium corruperit gratia, & originalem sententiam magni Iouis consiliis electus Iudex rusticanus, & opilio, lucro libidinis vendiderit, cum totius etiam suæ stirpis exitio? fatetur & apud

B. Ouidium Paris ipse donis se sollicitatum fuisse & secundum Venerem litem dedisse, quòd eius munera sibi gratiora acceptioraque fuissent. Ita enim ille.[m]

Tantaque vincendi cura est; ingentibus ardent.
Iudicium Donis sollicitare meum.
Regna Iouis coniux, virtutem filia iactat:
Ipse potens dubito, fortis an esse velim
Dulce Venus risit: nec te Pari munera tangant
Vtraque suspensi plena timoris ait
Nos dabimus quod ames, & pulchræ filia Ledæ:
Ibit in amplexus pulchrior illa tuos:
C. *Dixit, & ex æquo donis, formáque probata*
Victorem cælo retulit illa pedem.

Vnde & incæstum Iudicem eum appellat Horatius.[n] Testis est eiusdem corruptionis & Helena ipsa quam sic Euripides loquentem inducit.

— Tres de pulchritudine deæ
Idæos sub specus venere ad Paridem
Iuno, Cyprisque, & virgo Iouis satu edita
Formæ iudicium illius permissuræ arbitrio.
Ibi meam pulchritudinem, quoniam forma res inutilis
D. *Cypris dum offert, vt Alexandrum in me incenderet,*
Vincit relictisque stabulis Idæus Paris
Spartam venit meo potiturus connubio.[o]

Fit similiter eiusdem iudicij & corruptionis ab Ausonio mentio his verbis: Venus de pulchritudinis palma diu ambiguo Ampliata iudicio, pudenter vt apud patrem velata certauerat, nec deterrebat æmulas ornatus æqualis. At postquam in pastoris examen deducta est lis dearum, qualis emerserat mari, aut cum Marte conuenerat, & consternauit arbitrum & contendentium certamen oppressit.[p] Cæterum

l Apul. asin. Aur. lib. 10.
m Ouid. Heroid. epist. 15.
n Horat. carm. lib. 3. od. 3.
o Euripid. in Helena.
p Ausonius epist. ad Paulum.

quod huius seculi magistratus commodis suis seruientes, & ad A personas suas leges accommodantes: Vlpiani, Modestinique respōsa, ita intellexerunt, vt oblata sibi à litigatoribus munuscula, quæ esui potuique apta essent accipere nefas non putauerint, venia vtique dignum in hac nostra Armorica, multis nominibus videri aliquando potuit. Primùm quòd venales vbique magistratus essent: neque regium officium assequi quisquam posset: qui non id auro comparasset, fiebatque idcircò, vt quod solidum quisque emerat, tanquam propola & venalitiarius minutatim diuenderet. Quis enim nescit, aliter fieri, nisi maxima cum difficultate non posse, vt puris vtantur magistra- B tus manibus nisi ipsi quoque officia gratuita suscipiant? Quandoquidem (inquit Iustinianus) qui aurum dat, quique eo pacto officium redimit, non de suo forte prębet, sed mutuo sumptum, & vt mutuum accipere possit, damno obnoxius secum ratiocinatur, quod conueniens sit tantum à litigatoribus recipere, quantum ad dissoluēdum æs alienum suum tam in sorte, quàm vsuris, quàm etiam damno, quod vt mutuum acciperet sustinuit, satis sit.[o] Vt verissimè dixerit Cicero eos qui per largitionem magistratus adepti sint, dare operam vt ita potestatem gerant, vt illam lacunam rei familiaris expleant: atque exinanitas C vel imminutas emptione dignitatis opes redintegrent.[p] Qua in re nemini se iniurios credunt, dum à se emptum rursus vendunt. Tritum siquidem est, quod dicitur. Emerat ille prius vendere iure potest. Vnde Seneca.[q] Prouincias (inquit) spoliari, & nummarium tribunal, audita vtrinque licitatione alteri addici, non mirum quando quæ emeris, vendere gentium ius est. Cui consentaneum quod de Alexandro Seuero scribit Lampridius. Honores iuris gladij nunquam vendi passus est, dicens, necesse est, vt qui emit, vendat. Ego non patiar mercatores potesta- D tum, quos si patiar, damnare non possum. Erubesco enim punire illum hominem, qui emit & vendit.[r] Ad quod alludens Cicero in Verrem.[s] Te autem (inquit) Prætore, qui censor, aut legem metuerit, qua non tenetur, quoniam creatus lege non erat: aut animaduersionem tuam, cum id quod abs te emerat, vendidisset? Et alibi in L. Pisonem,[t] quem Cæsoninum Caluentium contumeliæ causa nominat. Emisti à fœdissimo Trib. plebis, tum in illo naufragio huius vrbis, cum tu idem, qui gubernare debueras, euerteres: tum, inquam, emisti grandi pecunia, vt tibi de pecuniis creditis ius in liberos populos contra S.C. &c.

o. d. Nouell. Instit. 8.

p Cic. 4. in Verr.

q Sene. lib. de benefic. 1. cap. 9.

r Lamprid in Alex. seuero.

s Cic. 4. in Verr. actio.

t Cic. in orat. de Prouinc. consular.

A S. C. & contra legem generi tui dicere liceret: id emptum ita vendidisti, vt aut ius non diceres, aut bonis ciues Ro. euerteres. Ideoq; & Iustinianus sanctissima coniuge sua Theodora in cõsilium assumpta, ipsaque suadente, huiusmodi omnẽ officiorum nundinationem lege sua sustulit: ne quis sordibus suis, empti à se magistratus, velũ obtendere posset, verissimè dicens pecunias ex magistratibus colligere omnis iniquitatis & iniustitiæ principium & finem esse.[u] Cõnivere itaq; ad huiusmodi quæsticulos, vtcumque potuit, vix enim tũm vllus repertus est, qui se magi- B stratum gratis adeptum gloriaretur, & cui idem verè dici non potuerit, quod Caium Cæsarẽ Syllæ quondam obiecisse ferunt. Cum enim Sylla indignabundus Cæsari, sua se in illũ potestate vsurum esse diceret: ridens Cæsar, Rectè, inquit, tuum putas esse magistratum, quem tuis pecuniis comparasti.[u] Adde quod exigua admodum & plerumq; nulla, Regiis magistratibus constituta erant authoramẽta: ita vt in quibusdam Regiarum præfecturarũ huius ducatus foris nonnullis Iudicibus, triginta tãtum libræ nostræ monetæ, quibusdã viginti, aliquibus nihil omnino annuatim ex fisco Principis, vel reipublicæ, salarij nomine penderetur: quod profectò durissimum erat: quis enim (inquit Paulus) C militat suis stipendiis vnquã?[x] In quem locum Hieronimus, suis (inquit) & non publicis, vel eorũ pro quibus militat. Eamque ob rem Pescennius Niger, consiliarijs Iudicum salaria constituit, ne eos grauarent quibus assidebant dicens, Iudicem nec dare debere, nec accipere,[y] Daturq; laudi Alexandro Seuero, quod cum Iudices promoueret, & argẽto, & necessarijs instruebat: ne molesti prouincialibus essent, aliquidque ex iudicijs expectarent, quo vel ad condemnandum aliquem iniustè, vel ad absoluendum, excitarẽtur.[z] Postremò & illud huiusmodi Iudi- D ces subleuare videtur, eorumq; sordes, si quæ fuerunt, nonnihil eluere: quod ante annum salutis trigesimum nonum supra sesquimillesimum, præter id quod (vt dixi) vilia & exigua erant, Iudicum huius prouinciæ stipendia: ita vt nec iis se tollere, nec dignitatem suam tueri possent: fas non erat ob labores iudicandis litibus impensos, tragematum nomine, quidquam quãtumuis leue, vel minimi precij à litigatoribus, aut eorum altero capere. Nisi quod ab eo qui causæ victoriam abstulisset, aromatitis vini sextarium, vel heminam aut saccari libellam accipere, religio non fuit. Sed cùm hodie Dei principisque nostri beneficio, huiusmodi fœda magistratuũ nundinatio sublata sit: sintq; ampla

[u] d. Nouell. Inst. constit. 8.

[u] Plutarchus in Sylla.

[x] Paul. 1. ad Corinth. ca. 9.

[y] Spartia. in Pescenn. nig.

[z] Lamprid. in Alexan. Seuero.

Iudicibus constituta stipendia neq; etiam mediocre lucrum hi A
ex sporrulariis iustis inspectarum litium facere possint: quorum
ipsi modũ pro arbitrio constituunt, nihil est quod iam illi, de as-
peritare Regiæ sanctionis cõqueri possint: vt idcirco in temera-
tores, si qui posthac occurrãt, acerbitatẽ legis exercendã cẽseã.

Quod autem à constirutionis nostræ regula, ferina caro, &
quicquid aliud, venaru, vel aucupio, in nemoribus, leporariis,
saltibusque & prædiis Heroum, & Regulorum captum fuerit,
nominarim excipitur: ratione carere non videtur. Neq; enim
huiusmodi ea videntur esse munera, quæ iudicantium animos
labefactare & peruertere possint. [a] Vt quæ honoris ergo, non B
collocupletandi cuiusquam gratia tribuantur. Et quamuis hac
ratione, videretur & quæ id genus offerunrur à cæteris litigaro-
ribus munuscula, inculpatè accipi posse: maior tamen subest in
Principibus, & Regulis ratio, quos hac liberalitate nihilo pau-
periores effici constar: quod non æquè fieret, si hoc & rusticis &
aliis concederetur. Neq; enim ob id tantum huiusmodi mune-
ra interdicta videntur, quod his deliniri in rransuersumque agi
iudices possinr: sed ne hac etiam via prouinciales, exinaniri, fa-
cultatibusq; suis spoliari contingar. [b] Quod vtique eueniret, si C
id in vniuersum omnibus licerer: essent enim qui quod precio
comparassent, venando se cæpisse menrirentur: tanquam Gar-
gilius ille in quem obiter scripsit hæc Horatius. [c]

--- Piscemur, venemur: vt olim
Gargilius, qui mane plagas, venabula, seruos,
Differtum transire forum, populumque iubebat,
Vnus vt è multis populo spectante referret
Emptum mulus aprum. --

Sed nec ipsis item Iudicibus, difficile esset imponere: quos
credibile non est, in percontanda huiusmodi capturarum ori- D
gine, scrupulosius diligentes futuros. Vnde corruptelis fe-
nestra aperiretur: eoque magis quod non defuturi eriam es-
sent, qui quod in publico venalium rerum foro emptum sci-
rent, studiosè diligenrèrque errantes, se nescire dissimula-
rent: sicuti Regulus ille in quem hoc extat Martialis Epi-
gramma. [d]

Rauca cortis aues, & oua matrum,
Et flauas medio vapore chias.
Et fœtum querulæ rudem capellæ
Nec iam frigoribus pares oliuas

a *Cap. & si quæstiones de Simo. c. statutum §. insuper de rescript. in 6. Albert. & alij d. l. solent §. non vero.*

b *d. Nouell. nisi constit. 8.*

c *Horat. ep. lib. 1. ad Numicium.*

d *Martia. epigram. lib. 7.*

A *Et cauum gelidis olus pruinis*
De nostro tibi rure missa credis
O quam Regulæ diligenter erras.
Nil nostri, nisi me ferunt agelli,
Quicquid Villicus Vmber, aut colonus,
Aut Tusci tibi, Tusculiue mittunt
Aut rus marmore tertio notatum:
Id tota mihi nascitur suburra.

Vt sic appareat, non otiosè etiam, in constitutione nostra, B propriorum saltuum, prædiorumque mentionem fieri: quod nec ipsis etiam Heroibus, vel Regulis fas sit, coempta syluarum spolia, aut alia istiusmodi obsonia, magistratibus mittere. Illud vero cumprimis obseruandum erit, vt huiusmodi visceratio, seu creanomia & carnis dilargitio, honestè fiat, & citra vllam sordium suspicionem: iisque modus adhibeatur, vt ne ad munerum qualitatem accedere videri possit.[e] Alioqui coercendos Iudices putauerim. Nemini enim dubium est, quin & hisce cibis, (si modus non seruetur) sicut & aliis muneribus Iudicum beneuolentia conciliari possit. Atqui (vt est apud Ciceronem) negat Cato verum, id est, iustum esse allici beneuolentiam ci- C bo: negat iudicium hominum corrumpi largitionibus escariis oportere.[f] hinc & honestissimæ illæ senatus voces apud Plinium Cæcilium candidati ne conuiuentur, ne mittant munera, ne pecunias deponant.[g] Qua ratione & apud Liuium. L. Quintius Cincinatus dictator. Sp. Melium diuitem illum frumentarium à Seruilio Halla obtruncatum iure cæsum pronunciauit. Quod is largitione frumenti ex Hetruria aduecti plebe delinita, ac veluti inescata, sibique conciliata, oculum ad regnum adiecisset. Nefas quippe grande fecisse, qui bilibri D farris, sperauerit libertatem se ciuium suorum emisse: cibo obiecto ratus victorem finitimorum omnium, populum in seruitutem pellici posse.[g] vt sic appareat, munera etiam illa, quæ ad edulium pertinent, si modus non adhibeatur, nec rectè nec honestè à Iudicibus accipi posse. Quod & apud Iosephum Samuel satis indicat, cum iam senex, neque iudicandis litibus idoneus. Saule rege constituto, sese apud populum Israëliticum expurgaturus, quod munera non accepisset, addit se etiam ab esculentis, & cibatiis abstinuisse. Arguite me (infit) si cuius aliquid accepi, aut vitulum, aut ouem, aut cibum recepi.[g] Quod autem & venatu parta ad colligendam hominum gratiam

e d. §. non vero.
f Cic. in orat. pro L. Mur.
g Plini. ad nepotem epist. lib. 6.
g Liui. lib. 4. dec. 1.
g Ioseph. antiq. Iudaica lib. 6. cap. 5.

beneuolentiamque valeant: vel ex eo pater, quod veteres ea A
obseruandis, colendisq; amicitiis, veluti consecrata credidisse
quidam tradunt. Id quod non obscure significat Symmachus
dum ita scribit:[h] Secundus letitiæ meæ gradus est, venatu capta
meruisse. Nam vt honori numinum datur, cornua sacrare cer-
uorum, & aprinos dentes liminibus affigere, ita amicorum cul-
tui dedicantur libamenta siluarum. Vnde & in sacris literis di-
citur, Isaac idcirco dilexisse filium suum Esau, quod cum vena-
tor esset, ferinam patri sæpe comedendam offerret, qua ille li-
benter vescebatur: Ita autem in libro Geneseos scriptum legi-
tur[i] factus est Esau vir gnarus venandi, & homo agricola. Isaac B
amabat Esau, eo quod de venationibus illius vesceretur. Et rur-
sum.[k] Quis ille est qui dudum captam venationem attulit mi-
hi? Quo in loco, venationis verbum pro ferina accipi manife-
stum est: sicut apud Liuium, cum dixit.[l] Dux Philomenes erat
cum solito captæ venationis onere: Et iterum. Conuenerat
autem vt Philomenes portula assueta venationem inferens, ar-
matos induceret. Quamuis me non lateat, grammaticos quos-
dam esse: qui illic venationis nomine, apparatum, aut comita-
tum venatorum intelligant. Quod quam ridiculum sit, quis C
non videt? Quo enim pacto fieri potest, vt captæ venationis
onus, pro apparatu comitatuve venatorum, vel ipsa etiam fe-
rarum persecutione accipiamus? vt necessario de ferina intel-
ligi verba illa debeant: sicut & quæ sequuntur, portula assueta
venationem inferens. Vt sit sensus, Philomenem ex more fe-
rinam afferentem portula illa armatos induxisse, qua egredi
nocte consueuerat, cum venatum ire vellet: rediens enimquic-
quid feræ venatu cæperat, præfecto, portarumque custodibus
donabat. Quod paulò superius Liuius significat dicens. Tunc
vero Philomenes consuetudinem nocte egrediundi, redeundi- D
que in vrbem frequentiorem facere: (& erat venandi studio
insignis) canésque & alius apparatus sequebatur: captumque
ferinæ aliquid, aut ab hoste ex præparato ablatum reportando,
donabat, aut præfecto, aut custodibus portarum. Sed & quę Phi-
lomenes ipse dixit iamiam in vrbem ingressurus, apertissimè
ostendunt, quæ de venatione dicta sunt, de ferina intelligen-
da esse. Dixit enim se afferre aprum, cuius onus vix sustineri
posset. Liuius.[m] Et Philomenes portulæ parte alia, qua com-
meare assuerat, appropinquabat nota vox eius, & familiare
iam signum cum excitasset vigilem, dicentis vix sustinere

h Symma. epist. lib. 2. epist. 194.

i Genes. 25.

k Genes. 27.

l Liui. bell. pun. secund. lib. 5.

m Liui d. lib. 5. bell. pun secund.

A grandis beſtiæ onus: portula aperitur, inferentes aprum duos iuuenes ſecutus. Alibíque apud eundem authorem Quintius de cœna Chalcidenſis hoſpitis agens, eundem in ſenſum venationis verbum vſurpat. Cum miraremur, inquit, vnde illi eo tempore anni tam varia, & tam multa venatio homo, non (quã iſti ſunt) glorioſus, rènidens condimentis ait varietatem, illam & ſpeciem ferinæ carnis ex manſueto ſuæ factam.[n] Vt ſic liquidò appareat turpiſſimè labi, qui venationis nomine eo in loco vel apparatum venatorum, vel ipſam etiam ferarum perſecutionem intelligunt. Et quamuis rarus ſit apud vetuſtiores huius

B dictionis in hunc ſenſum vſus: frequens tamen eſt apud recentiores. Scribit enim Lampridius Alexãdrum Seuerum, leporem quotidie habuiſſe venationem frequentem, ſed eam cum amicis diuiſiſſe, & iis maximè quos ſciebat per ſe non habere.[o] Quo pacto & Spartianus in Adriano venationem (infit) ſemper cum amicis participauit. Sic & Hieronymus aduerſus Iouinianum. Quis vſus porcorum abſque eſu carnium? Quid capreæ, ceruuli, damulæ, apri, lepores, & huiuſmodi venatio? Si non comeduntur, hæc omnia fuſtrà à Deo creata ſunt.[p] Similiter &

C Sidonius Apollinaris de Vectij actionibus loquens.[q] Ferarum (inquit) carnibus abſtinet, curſibus acquieſcit, itaque ocultè delicatéque religioſus, venatu vtitur, nec vtitur venatione. Ita & ex recentioribus Conradus Hereſbachius Strabonis interpres, quo loco de Perſarum moribus agit. Pueri venationem non attingunt, ſed mos eſt eam domum referre.[r] Vtitur & Plinius venatus verbo, eadem ſignificatione non vno in loco, veluti cum ait, in multis montibus homines venatu, aut aucupio veſci.[s] Et alibi. Troglodite (inquit) hoc ſolo venatu aluntur.[t] Et rurſum alibi. venatu viuens.[u] Ibi enim apparet venatum, non venandi

D actum, ſed feras captas ſignificare, ſicut aucupij nomine, non auium captio: ſed captæ aues intelliguntur. Quo modo & apud Senecam (cum ait) quid ergo fœlicior eſſet, ſi in ventrem ſuum longinqui littoris piſces, & peregrina aucupia cõgereret?[x] Idem etiam de indagine dici poteſt, ſignificat enim id vocabulum nõ tantum ferarum inquiſitionem, ſed etiam effectum, & propoſitum indaginis, id eſt, capturam. Sic enim accipitur apud noſtri iuris authorem. Paulum (cum ait) Veluti cum futurum iactum retis à piſcatore emeris, aut indaginem plagis impoſitis à venatore?[y] Quomodo & Græcè θήραμα (quod Gellius indaginem vertit) non magis venatum ſignificat, id eſt, actum, quam effe-

n Liui. lib. 35.
o Lamp. in Alexand. Seuero.
p Hierony. lib. 2. aduerſus Iouinia.
q Sidon. epiſt. lib. 4. epiſt. 9.
r Strabo geograph. lib. 15.
s Plin. lib. 7. cap. 2.
t Plin. lib. 8. cap. 8.
v Plin. lib. eod. cap. 34.
x Senec. lib. de diui. prouiden.
y l. emptorem §. fin de actio. empt. ff.

ctum hoc est τὸ θηρεύειν [z] sicut & θήρα vel θήρατρα, iis enim vocibus intelligitur, non tantum venatorum inquisitio, sed ipsa etiam captura, & res quæ in venatu capitur. Sed vt de via in semitam redeam magistratibus curæ erit, ne hisce munusculis, quæ illis honoris gratia lex indulget, ad quæstum abutantur. Alioqui sordidi videri poterunt. Eósque cùm Demosthene Dorodocos appellare licebit. Est enim apud Græcos. Doron, idem quod donum. Vnde & antidoron Vlpiano remuneratio: [a] indéque Dorodocia corruptio muneribus facta, quam iurisc͂osulti sordium verbo significant: [b] Hesiodus etiam dorophagos appellat, quasi doniuoros & dona esitantes. Viscerip etas etiam, & cupedipetas, vel cupediuoros dici posse existimat Budæus, qui nisi ferina, aut cupediis incitentur, cunctatiores sunt Academicis, aut ipso etiam cunctatore Fabio. Nam (inquit ille) Ieiuna libellorũ porrectio, vix vnquam apud eos litem satis instructam inuenit, vt necessario litigatoribus ad auxilium ferentarium tanquam ad sacram anchoram recurrendum sit. [c] Sanè quanquam ex regiæ sanctionis verbis, heroibus tantum potentioribusq; viris, quæ venatu, vel aucupio, in propriis ipsi saltibus, & prædiis quæsierint, largiri magistratibus, regiisque causidicis, & cognitoribus concessum videatur: Dubium tamen non est, quin & à consanguineis, affinibus & amicis oblata, non improbè accipi possint. Cessat quippe in his legis ratio, quę ius dicentium animos, hisce etiã prædatitiis capturis consimilibusq; munusculis percelli labefactarique præsumit. Quæ enim sordium suspitio subesse potest, cũ quis ab iis leuidensia accipit munera, quibus ipse ius reddere non potest? [d] Constatque idcirco Symmachũ, quamuis Romanæ vrbis præfectum, summæque existimationis virum, talia dona non reiecisse: quod cum ex suprascripta ipsius epistola, tum & ex aliis colligi potest. Veluti ex illa ad Olibrium & Probum cum ita scribit. [e] Nondum conuenit valetudini meæ, vti ferinis visceribus, nec tamen gratiam muneris vestri minuit apud me necessitas parsimoniæ. Nam & si vtendi abstinentia sanitati meæ consulit, honor tamen muneris animo satisfecit. Item & ex alia ad Maximum. Agitare te venatibus feras, & hibernis mensibus Apennini gelida lustrare, valetudinis tuæ æstimatione nũquam putaui: amicior enim literis, quàm laboribus videbaris: horum alterum diu de te ignoratum, munus siluestre patefecit. Et mox paucis interpositis. Interea satis fuerat Apennini spolia misisse, adiecta autem de corte plura, fastidio esse potuerunt, nisi amor tui remouisset satietatem. [f]

z d. Lempto. §. fin.

a l. se. & si lege §. cõsuluit ff. de peti. hæred.

b Bud. l. fin. ff si mens. fal. mod. dix & l. si bene collata de vsur.

c Bud. d. l. fin.

d Rub. & l. 1. C. ne quis in suo vel suo. caus. iud.

e Symma. lib. 2. epist. 193.

f Symmachus lib. 2. Epist. 308.

A B C D

A

Sportulas pro introitu an ab his qui noui in ordinem veniunt rationales rectè accipiant.

CAP. II.

B Oris est apud nostrates Armoricos peruetusti, vt qui in rationalium sodalitium cooptatur, seu medodiastolea, id est, Præfectus ratiociniorũ, medogrammateus, quem secretarium & auditorem computorũ vocant, cognitor regius, actuarius, aut alius sit, modicum quidpiam honoris ergo collegis omnibus eroget, quod si singulos spectes, aurei vnius numismatis valorem non excedit, nisi cum Præses allegitur, Et is enim binos aureos sodalibus singulis infert cum tantundem etiam à singulis, qui post se allecti fuerint accipiat. Id autem honestè ne ac inculpatè accipi possit, an id minus, dubitatione carere non videtur. Inter dicta siquidem, (quod alibi fusius attigi) omnibus illis est munerum capiendorum facultas, ne hisce deliniti in transuersum quidquam agant, inclinatioresque ad eos fiant, qui muneribus illis obeundis non satis sint idonei. Nam & hac ratione legibus de ambitu latis, quas Senatus sancire voluit, vetitum fuisse Cicero scribit, ne suffragia largitione deuincta quisquam haberet.[a] Vnde & illud eiusdem. Malè profectò se res habet cum quod virtute effici debet, id tentatur pecunia.[b] Accedit, quod cum pelliones, cerdones, lanij, pistores, & huiusmodi alij, vt magisterium artis adipiscantur, non aliud quàm specimen artis edant, neque prætere sumptum aliquem faciant, durum videtur regiis officialibus onus aliquod iniungi, quod viliores illi opifices non sustinent. Nec ad rem pertinet, quod quæ sic dantur huiusmodi sint, vt ad munerum qualitatem non accedant: Si enim ad multitudinem illorum quibus erogantur respicias, leuia non videbuntur: quorum nõ tantùm habenda ratio est, ne corrumpi possint, verùm etiam nouorum ne pauperiores fiant. Nam & hac ratione comessationibus conuiuiisque interdictum iis omnibus est, qui in ciuili sapientia, aut alia liberali disciplina docturam seu magisterium, prodocturam aut alium gradum assequi volunt, graui mulcta tam in excipientes quàm qui excepti

C (margin, beside "dem, (quod alibi...")

D (margin, beside "terea sumptum...")

a Cic. in orat. pro C. Plant.

b Cic. 3. offic.

fuerint constituta. Adde quòd turpiter fieri existimatur quod A
accepta mercede fit, cum gratuitum esse debeat, fœdéque & inhonestè id omne quod eo nomine datur accipi.[c] Ita vt repeti à datore possit, veluti ob turpem causam acceptum, quod non obscurè significat Vlpianus, cùm ait. Quod tibi dederim ne sacrilegium vel furtum faceres, néve hominem occideres, ne mihi iniuriam inferes, aut vt rem meam apud te depositam redderes condici posse.[d] Et hæc quidam in hanc partem adduci possunt. Sed magis est, vt hæc munuscula non improbè accipi censeamus, quibus nec accipientis pudor, nec dantis census B
oneratur. † Modica enim & leuia esse negari non potest: quæ duos aureos singulis inspectis non excedunt:[e] huiusmódique vt rationales labefactare non possint, aut propensiores ad eum reddere, qui daturus sit, quod æquè ab alio accepturi sint, si hic iudicio ordinis probatus non fuerit. Nam & cum in hunc cœtũ ferè non referantur nisi qui opibus abundant: quis dixerit erogatis vigintiquinque aut ad summum quadraginta sex aureis (vno enim & viginti hominum tantum numero sodalitium illud constat) quenquam illorum facultatibus exui vel imminui?
Quamuis enim præter hos sint etiam rationalis triclinij aliquot ministri, quibus idem honos haberi solet, nempe Chartophilax, qui & custos cubiculi vulgò nuncupatur, stipendiorum diribitor, & alij duo apparitura facientes, ambo tamen illi apparitores nihil amplius accipiunt, quàm quiuis vnus è collegio, quo fit vt omnis illa quæ sic viritim & in singulos distribuitur pecunia summam tantum quadraginta sex aureorum, si à Præside detur, conficiat, si ab alio viginti quinque. Iuuat & hanc partem mos ille vetustus inter hos perpetuo pro lege seruatus, quem etiam à Bithynis quibusdam receptum fuisse, vel hinc cognosci potest, quod apud illos ferè nemo in corpus vel collegium vllum cooptabatur, nisi qui certum aliquid pro introitu dedisset. Ostendunt id Plinij ad Traianum & huius ad illum epistolæ: quarum exemplum, vt ad hanc rem non mediocriter pertinentium adscribam. Plinius Traiano. Lex Pompeia domine, qua Bithyni & Pontici vtuntur, eos qui in bulem à Censoribus leguntur, dare pecuniam non iubet: sed iis quos indulgentia tua quibusdam ciuitatibus super legitimum numerum adiicere permisit, & singula milia denariorum, & bina intulerunt. Anicius deinde Maximus proconsul eos etiam qui à Censoribus legerentur duntaxat in paucissimis ciuitatibus aliud aliis iussit inferre.

c Cap. dilectus de simonia.

d l. 2. C. ff. de condict. ob turpẽ causam.

† Hic mos obsoleuit.

e l. id est, ff. de dolo.

A ferre. Supereſt ergo vt ipſe diſpicias an in omnibus ciuitatibus certum aliquid omnes, qui deinde Buleutæ leguntur, debeant pro introitu dare. Nam quod in perpetuum manſurum eſt, à te conſtitui decet, cuius factis dictiſque debetur æternitas: Traianus Plinio Honorarium Decurionatus, omnes qui in quaque ciuitate Bithyniæ Decuriones fiunt inferre debeant, nec ne in vniuerſum à me non poteſt ſtatui, id ergo quod ſemper tutiſſimum eſt, ſequendam cuiuſque ciuitatis legem puto, ſcilicet aduerſus eos qui inuiti fiũt decuriones, exiſtimo id acturos vt erogatio cæteris præferatur. [f] Et iterum Plinius Traiano Claudio-
B polirani in depreſſo loco imminente etiam monte ingens balineum defodiunt magis quàm ædificant, & quidem ex ea pecunia quam Buleutæ addunt beneficio tuo, aut iam obtulerunt ob introitum, aut nobis exigentibus conferent. Hactenus Plinius. Cuius ex verbis planum fit in multis Bithyniæ ciuitatibus vſu moribuſque receptum fuiſſe, vt qui decuriones legerentur, certum aliquid ſodalibus pro introitu darẽt: quod & apud Romanos in more ſimilitet poſitum fuiſſe, ſunt qui tradant, [g] idq; ſenſiſſe Papinianum, cum dixit, Minores viginti quinque annorum decuriones factos ſportulas decurionum accipere: [h] qui-
C bus & ipſe accedo: qui ſciam ſportulas illic ab eruditiſſimis viris intelligi honorarium decurionatus quod pro ingreſſu in bulem à buleutis, id eſt, decurionibus dabatur. [i] In quem ſenſum Vlpianus Marcellus lib. 7. digeſtorum quærit. Si mulier acceptam à marito pecuniam in ſportulas pro cognato ſuo ordini erogauerit, an donatio valeat? & ait valere. [k] Ibi enim ſportulæ verbum accipiendum eſt pro erogatione quæ à muliere facta fuit pro cognato in ordinem decurionum relato. Nam & magiſtratum ineuntes, quique vxorem ducebant, aut virilem togam ſu-
D mebant non collegis tantùm, ſed plebi etiam ſportulas huiuſmodi nonnunquam dare ſolitos ex alia eiuſdem Plinij epiſtola cognoſci poteſt, cum ita ſcribit. Qui virilem togam ſumunt vel nuptias faciunt, vel ineunt magiſtratum vel opus publicum dedicant, ſolent totam bulem, atque etiam è plebe non exiguum numerum vocare; binoſque denarios vel ſingulos dare: quod an celebrandum & quatenus putes rogo ſcribas. [l] Trebellius Pollio in Galieno. Senatui ſportulam ſedens erogauit matronas ad Conſulatum ſuum, rogauit iiſdemque manum ſibi oſculantibus quaternos aureos ſui nominis dedit. Apuleius. Ita placuerat in ſuburbana villa potius vt coniungeremur ne ciues de-

f Plin. lib. 10. epiſt.

g Alciat. l. pupillus §. decurion. ff. de verb. ſignific. Ioan. Maria Cataneus Plinij interpres in dictã epiſt. Plinij ad Traianum.

h l. ſpirij §. minores ff. de decurionib.

i Budæus l. 5. § fin. ff. de dona. inter vir. & vxor. & Alciat. d. §. decuriones.

k d. l. 5. §. fin.

l Plinius Traiano epiſto. lib. 10.

nuo ad ſportulas conuolarent: cum haud pridem pudentila de A ſuo quinquaginta milia nummum in populum expunxiſſet ea die qua Pontianus vxorem duxit & hic puerulus toga eſt inuolutus. [m] Ammianus Marcellinus. Quidã vigore artuum imminuto rogati ad nuptias, vbi aurum dexteris manibus cauatis offertur, impigre vel vſque Spoletium pergunt. [n] Dediſſe quoque Romanos Senatores ſportulas pro introitu oſtendit nouella Iuſtiniani 62. quæ diſertis verbis ad huiuſmodi erogationes cogi eos in ingreſſu dignitatis potuiſſe ſignificat [n] Quod & in ſacerdotibus locum obtinuit. Et hi enim vel inuiti ſportulas pro introitu dabant, vt ex Suetonio intelligi poteſt, cum de B Claudio ad numerum ſacerdotum Auguſtalium extra ordinẽ adiecto ſcribit ad hunc modum. Poſtremo etiam ſeſtertium octogies pro introitu noui ſacerdotij coactus impendere ad eas rei familiaris anguſtias decidit, vt cum obligatam ærario fidem liberare non poſſet, in vacuum lege prædiatoria venalis pependerit ſub edicto Præfectorũ. [o] Sicut ex Apuleio de Iſidis ſacris, quibus initiatus fuit, agente. Ex hinc (inquit) feſtiuiſſimum celebraui natalem ſacrorum: & ſuaues epulæ, & faceta conuiuia. Dies etiam tertius pari ceremoniarum ritu celebratus & ientaculum religioſum & teletæ legitima conſummatio. Et poſt C pauca ad iſtum modum deſponſus ſacris ſumptum tenuitate circa votum meum retardabar. Nam viriculas patrimonij peregrinationis attriuerant impenſæ & erogationes vrbicæ priſtinis illis prouincialibus antiſtabant. Hinc enim etiam cognoſcere licet qui in ſacerdotum collegium referebantur, ientaculo non tantùm ſymmiſtas accipere, vt auſpicarentur introitum ſacerdotalem, verumetiam leuia quædam munera illis erogare ſolitos quod & ſubſequentia illa verba perſpicuum faciunt. Poſtremo iuſſus veſte ipſa mea quamuis paruula diſtracta ſufficiẽtem corraſi ſummulam & idipſum præceptum fuerat ſpecialiter. D [p] Nec dubium eſt quin vetus fuerit hic mos omnium pene promotionum: ſiquidem dabant curiales, dabant clerici memoriales conſules, & vt dixit Senatores quinque equeſtris ordinis fiebant. Quod & ex noſtris Caium ſenſiſſe ſunt qui putent, cùm dixit, ex indulgentia principis Antonini receptam eſſe donationis cauſam quã honoris cauſa dicimus. Vt ecce, ſi vxor viro Laticlaui petendi gratia donet, vel vt equeſtris ordinis fiat. [q] Sicut & Vlpianũ cum ſcripſit. Quod adipiſcẽdæ dignitatis gratia ab vxore maritum collatum eſt, eatenus ratum eſſe, quatenus

m Apuleius apolog. 2. pro ſeipſo.

n Ammia. Marcel. lib. 14.

n Nouella Iuſtin. de conſulatib.

o Suetonius in Claud. cap. 9.

p Apuleius aſini aurei lib. 11.

q l nuper ff. de donat. inter vir &

A dignitati supplendæ opus sit.[r] Siquidem id (vt rectè Connanus censuit) non ita accipiendum est, vt si mulier viro largita esset ad supplendũ eius censum quo Senator fieret, vel eques, valere debeat donatio. Id enim viri patrimonium haud dubie augeret locupletiorque fieret: sed vt liceat vxori supplere sumptus consequendo honori necessarios, vt ad soluendas sportulas quæ solebant pro cuiusque magistratus introitu solui. De quibus similiter intelligendum videtur Scæuolæ responsum illud ex lib. 3. digestorum quo traditur patrẽ filio delatam sibi hæreditatem cum fructibus ex ea perceptis, repetenti erogationem, quam in B honorem eius cùm esset Senator, fecerit, reputare posse.[s] Alludit ad hunc morem Apuleius asini aurei lib. 7. cum Hemum Thracium in latriocinale collegium, non tantum cooptari cupientem, verum etiam sodalium ducatum & præfecturam expetentem sic loquentem facit. En istam sportulã, imo vero dotem vestro collegio libens, meque vobis ducem fidissimum (si tamen non recusatis) offero. Sportulã enim similiter illic Apuleius intelligit pecuniã sodalibus pro ingressu erogatam: quod & proximè præcedentia eiusdem authoris verba (& diloricatis statim pannulis in medium profudit duo milia aureorum) satis C indicant. Non igitur nouum atque inusitatum est, abeo qui nouum ineat magistratum, nouamve militiam, collegis vel commilitionibus honoris gratia modicũ aliquid dari, quod & non obscurè significasse idem Scæuola videtur libro 17. digestorum cum ita scripsit. Paterfamilias alumno præcepit militiam his verbis. Sempronio alumno meo illud & illud & cum per ætatem licebit militiam illam cum introitu comparari volo: huic quoque omnia integra: quæsitum est, si Sempronius eam militiam sibi comparauerit, an pretium eius, sed & id quod D pro introitu erogari solet, ex causa fideicommissi ab hæredibus consequi possit? respondit secundum ea quæ proponerentur, posse. Idem testator liberto militiam his verbis legauit. Scio liberto meo militiam do, lego illam, quam militiam & testator habuit: quæsitum est an onera omnia & introitus militiæ ab hærede sint danda? respondit, danda.[t] Hactenus Scæuola: ex cuius responso annotat Albericus, non improbari legem gymnasij, vel collegij, quæ pro introitu & matricula modicam quicquam iubeat dari. Nec simoniacæ (vt vocant) labis reum Pontificẽ argui posse, qui consecrãti & qui consecrationi eius adfuerint sacrificulis solemnia munuscula dederit.[u] Nam & nouella

r l. quod adipiscendæ eod. tit.

s Cõnanus dicto tit. de donat. inter vir & vxor.

s l. fin. ff. de petit. hæred.

t l. his verbis § alumno ff. de legatis 3.

u d. § alumno.

Iustiniani 123. Episcopos, & clericos ab iis qui Episcopi ordinā- A
tur enthroniasticorum aut consuetudinum nomine, quæ ex
more erogari solent capere, nefas, non habetur: nec qui ea sol-
uit Antistes in ambitum incidit modo definitam illic quanti-
tatem non excedat. Sunt autem enthroniastica quæ vulgo ca-
thedralia dicuntur à Græca voce ἐνθρονίσειν quod est in sedem po-
nere: longè diuersa ab iis quæ cathedratica vocant. Quorum
appellatione continentur quæ clerici Episcopo suo annuatim
u Can. placuit 10. quæst. 3. & cap. ecclesiis de cēsibus. cathēdralis honoris causa pendunt, [u] Synodatica similiter ho-
norius pontifex appellat: eorumque nomine duos solidos pen- B
di constituit. [x] Ex quo palam fit Cuiacium virum alioqui dili-
x Cap. conquerente de offi. Iudic. ordin. in antiquis. gentissimum parùm consideratè scripsisse eadem esse quæ en-
throniastica dicuntur & quæ pro installatione (vt vulgus loqui-
tur) collegis suis Pontifices erogant. [x] Nec me ab hac sententia
x Cuiacius in Nouell. 6. iustiniani. deducunt quæ de comessationibus, regiis constitutionibus san-
cita sunt. Non enim ideo quod interdictæ sint, consequens est
& hæc quoque leuidensia munera prohiberi. Nam & tenuiori-
bus, quorum collegia illicita non sunt stipis collatio conceditur
x l. 1. ff. de Colle. illic. x cum tamen illis & quibusuis aliis conuiuiis & comessationi-
bus interdicatur non tantùm ne sumptibus exhausti in pauper- C
tatem incidant, sed ne etiam malis, ac intemperātibus fenestrā
ad nequitiam aperiant. Pariunt enim comessationes & compo-
tationes deterrima, inutilissima & nefandissima queque vt non
abs re Philoni, crapulæ, vinolentiæ & seditionum dicantur esse
y Philo. ad flacc. d. nutriculæ. [y] Idcircoque Lutetiæ, Tolosæ, Aureliæ, Biturigibus,
Valētiæ, aliisque in omnibus huius regni academiis, qui doctu-
ræ titulis ornantur, tametsi conuiuiis & comessationibus absti-
neant, collegiis tamen omnibus prius allectis, mellodidascalis
& qui scholasticis aliis gradibus & titulis præditi sunt, pileolos,
tragemata aut quidpiam huiusmodi honoris gratia largiri so- D
lent: non sic quidem vt æqua sit istiusmodi munerum distribu-
tio, sed plus vni minus alij prout quisque honoris gradu cæte-
ros antecedit, tribuatur. Quod & in Decurionum honorariis
apud Bithynos obseruatum fuisse prior illa Plinij ad Traianum
epistola perspicuè demonstrat in his verbis. Anicius deinde ma-
ximus proconsul eos etiā qui à Censoribus legerētur, duntaxat
in paucissimis ciuitatibus aliud aliis iussit inferre, id est (vt ait in-
terpres Plinij) non eādem summam omnibus, sed minorē huic,
maiorem illi. Nec ab Imperatorum Romanorum sanctionibus
abhorret, quibus traditum est supernumerariū qui in locū sta-

A tuti defuncti in sacris scriniis militantis suffectus fuerit, proximo quidem ducentos quinquaginta solidos, mello proximo vero, id est, ei qui sequenti anno futurus est proximus, vel qui se cum proximo sacri scrinij exercet curamque cum eo gerit, velut sub adiuua, secundum consuetudinem cuiusque scrinij vinginti aut quindecim solidos pro ingressu & solatio offerre debere. [z] Vt sic nouum videri cuiquam non debeat quod diximus ab his qui in rationalium cœtum asciscuntur, binos aureos vnicuique præsidum erogari, cum reliqui omnes singulos tantùm accipiant. Nec aduersantur quæ de suffragiis largitione deuinctis Romanorum legibus sancita fuisse retulimus. Qui enim modicam huiusmodi erogationem largitionem vocant, officiosam beneuolentiam nomine inquinant criminoso. Id vel ex eo cognosci potest, quod candidatis & qui magistratum vel dignitatem petebant erga tribules suffragatoresque suos modica liberalitate vti ne fas non fuit, vt in oratione pro Cn. Planco, Cicero perspicuè demonstrat his verbis. Neque vero tam durus in plebem noster ordo fuit, vt eam coli nostra modica liberalitate noluerit, neque hoc liberis nostris interdicendum est, ne obseruent tribules suos, ne diligant, ne reficere necessariis suis suam tribum possint, ne par ab iis munus in sua petitione respectent. Hæc enim plena sunt officij, plena obseruantiæ, plena etiam antiquitatis. Isto in genere & fuimus ipsi cum ambitionis nostra tempora postulabant & clarissimos viros esse vidimus, & hodie esse videmus quamplurimos gratiosos. Decuriatio tribulium, descriptio populi, suffragia largitione deuincta, seueritatem Senatus & bonorum omnium vim ac dolorem excitarunt. Hactenus Cicero cuius sententiæ non est quod quisquam refragari putet iudicium illud de Q. Coponio. Quem (vt est apud Plinium) inuenimus ambitus damnatum, quia vini amphoram dedisset dono ei cuius suffragij latio erat, [z] id enim eo seculo factum appa- ret, quo seuerissimè leges de ambitu exercebantur quoque huiusmodi vascula quamuis fictilia & testacea maximo erant in pretio, vt ex eo intelligi potest quod Plinius scribit Octauio equiti Romano cratera facere volenti, exemplar è gypso factum talento constitisse: [A] Vt sic modicum illud munus dici non potuerit. Et vt demus modicum fuisse, non exemplis sed legibus iudicandum est: [a] nec satis est firmum quod ab exemplis ducitur argumentum. Non me etiam mouent editæ

z l. vnicuique & l. siquis de prox. sacr. scrin. lib. 12. C.

z Plinius lib. 35. cap. 12.

A Plinius d. cap. 12.

a l. nemo C. de sent. & interlo. om. iud.

à principibus nostris de artificū collegiis constitutiones. Quis A enim dixerit, quæ de illis constituta sunt, qui ex manu pretio & diurnis operarū quæsticulis victitant, nec aliud vnde se familiãque suam exhibere possint, habent ad rationales diuitiis & opibus affluentes producenda esse? vt sicut illis in adipiscendo artis suæ magisterio, ne teruntium quidem insumere licet. Ita nec his etiam munusculum vllum quantumuis leue pro ingressu in logisterium sodalibus largiri concedatur. Non enim eadem horum atque illorum est ratio, vt eadem pertica metiendi eodémque iure censendi sint. Nam & leue (quod infra latius attingam) quibusdam est, quod aliis magnum vt non immeritò B traditum sit, personarum qualitatis tam dantis quàm accipientis delectum habendum esse, vt quid magnum vel modicum esse iudicetur.[b]

b l. sed & si suscepit §. 1. ff. de iudic. vbi Angel. & idem in l. si vero §. qui pro rei ff. qui satisda. cogantur.

* Illud compertum habeo in Senatu nostro cæterisque Galliæ consessibus supremis, nihil omnino istiusmodi ab illis, qui in amplissimum ordinem recipiuntur accipi: nisi quod Lutetiæ (vt ferunt) vlnas duas panni holoserici coccinei pro enthroniastico præsidi, aut alij per quem Senator in possessionem magistratus inductus fuerit erogari religio non est: sicut nec ab eo C qui in album regiorum amanuensium adscribitur, auri semilibram collegio dono dari: aut Tolosæ ab illo qui in bursariorum (vt vocant) contubernium admittitur, pateram argenteam duodecim aureis æstimatam collegio donari. Quinetiam & qui in torquatorum militum (quos cochleatos vocant) collegium asciscuntur, lege à Ludouico duodecimo, cum eum ordinem institueret, lata quadraginta aureos sodalitio pro introitu dare iubentur, Tribuni ærarij (ad quem quærendæ dispensandæque huiusmodi pecuniæ cura pertinet) manibus, in sacra vasa, indumenta sacerdotalia, ac cætera, quibus ad diuinum cul- D tum sit opus insumendos. Vt sic appareat rectè atque honestè hæc munuscula quæ pro introitu dari solent, ab iis qui noui in ordinem veniunt accipi: vt quæ non collocupletandi cuiusquam, sed honoris gratia tribuantur. Vnde & honoraria decurionatus à Plinio dicta, quòd magis ad honorandos collegas quam ad mercedis satisfactionem offerrentur. [c] Quamuis

c Arg. l. 1. ff. si mens. fals. mod. dix.

* Alciatus ad l. pupillus §. decuriones. de verb signif. D. scribit decuriones cum in ordinem redigebantur. consueuisse pro introitu binos denarios largiri singulis collegis, & eam pecuniam sportulam appellari, l. spurij, §. decuriones. de decurio. Trebellius Pollio in vita Gallieni mētionem facit huius muneris, quod à nouo senatore senatui oblatum fuit. sed hodie noui senatores libros offerunt pro introitu, vt dixi in collat. militiæ etiam aliquid erogabatur l. his verbis §. idem testator D. de legatis. 3.

A enim ad remunerandum dentur, ne ingratus qui dat videatur: quia tamen qui accipit operam beneficij loco præbuit, ne non gratuitam, sed mercenariam præstitisse videatur honoraria iure appellantur, [d] Vnde etiam quod sic datur ab Vlpiano honor dicitur. Si renumerandi (infir) gratia honor interuenit. [e] Sicut & à Cicerone pro Roscio Amerino. Si nihil (inquit) aliud fecerunt, nisi rem detulerunt, nonne satisfuit, iis gratias agi? Denique vt perliberaliter ageretur honoris aliquid haberi? Et rursum quibusdam interpositis. Quod viris fortibus,
B quorum opera eximia in rebus gerendis extitit, honos habitus est: laudo. Forsam etiam non ineptè quis φιλικὸν dixerit [f] id est amicale seu amice datum, quod amicitiæ & beneuolentiæ inter collegas conciliandæ, tuendæque gratia detur. Græcè enim φιλικὸν valet amicale, sicut φιλικὸς amicus & φιλικῶς amicè, φιλιὸς amicabilis φιλιόω amicum reddo. Modicum autem honoris gratia aliquid dari non otiosè dixi, quod enim aliter datum fuerit, non tam honoris vel amoris quàm quæstus lucrique causa concessum existimabitur: Vt ex eo intelligi potest, quod vbique fere, quoties huiusmodi erogationum mentio fit, vox aliqua
C adiicitur, quæ leues & modicas esse significet. [g] Vlpianus. Si ager fuit qui petitus est, & militibus assignatus est, modico honoris gratia possessori dato, an hoc restituere debeat? Et puto præstaturum. [h] Apuleius. Rumpi (inquit) rabulas istas iube maximè: inuenies filium hæredem, mihi vero tenue nescio quid honoris gratia legatum: ne siquid ei humanitus accidisset, nomen maritus in vxoris tabulis non haberem. [i] Symmachus [k]. De hinc cum testamenti iure confecti fidem recitatio publicaret, calumnia inanis obiecta est, quod signatores nescio quid legati ex eadem voluntate cœpissent. Adduntur etiam
D scripta diu alia, quibus adstipulatio cuiusdam remota est, qui suam iuuisse causam testimonio diceretur. Quasi vero simile esset exemplum, vt tenuis honor quo subscriptores ob amicitiam defunctus asperserat, legitimum posset abolere iudicium: & mox paucis interiectis piget dicere in quinque numero solidos potissimum subscriptoris fuisse legatum: cæteris enim magis commemoratio honesta, quam pecuniæ quæstus accessit.

Ergo aut extremæ paupertatis successio fuit, „si putatur exiguus honor, fidem legitimi iudicij sauciasse. Et iterum non fero signatorem, cui pars bonorũ magna defertur, at vero hęc leuia,

d d l. 1. si mẽs. fals. mod. dix. ff.

e l. si remunerandi ff. mãdati. l. 3. §. 1. de lega. præsta.

f l. 4. C de nauic. lib. 11.

g d. l. sed & si susceperit.

h l. 15. ff. de rei vend.

i Apuleius Apolog. 2. pro seipso.

k lib. 1. epist. 41.

pignora aut amoris gratia, aut testatoris verecundia relinquuntur. Quibus suffragatur locus ille Ciceronis à nobis citatus ex oratione pro Cn. Planco quo traditur Senatorium ordinem, tam durum in plebem Romanam nonquam fuisse, vt eam coli modica candidatorum liberalitate noluerit. A

Cuius vero æstimationis esse oporteat id munus quod pro introitu datur, vt modicum & honoris causa datum censeatur: vix est vt definiri possit. Sunt enim qui quod duorum,[l] sunt qui quod sex aureorum sit, modicũ esse putent:[m] sunt qui id quod minus centum aureis sit:[n] sunt & qui quod decem libras non excedit.[o] Sunt rursũ qui variè vel maius vel minus ex subiecta materia & personarum qualitate interpretentur. Nam & pauperi viro maximum est, quod locupleti & assiduo modicum.[p] Quod apertè significasse videtur Vlpianus cum dixit.[q] Quæ quibusdam clarissimis viris argenti vel auri pondo relicta sint, si sit sufficiens ad huiusmodi fideicommissa Romæ patrimonium, licet maior pars totius patrimonij in prouincia sit, Romæ esse præstanda: Nec enim (subdit ille) verisimile est testatorem, qui honorem habitum voluit his quibus reliquit, tam modica fideicommissa in prouincia præstari voluisse. Sed magis est vt ex modo facultatum & qualitate eorum qui coëunt collegium & in sodalitij societatem cooptantur, magnitudinem vel tenuitatem metiamur.[r] Certam tamen atque definitam quantitatem huic erogationi, quæ pro introitu fit, præscribi oportere, idque ita olim factitari solitum, satis ex superioribus intelligi potest, præsertimque ex illa Plinij ad Traianum epistola de adiectione buleutarum in his verbis. Superest ergo, vt ipse despicias, an in omnibus ciuitatibus certum aliquid omnes, qui deinde buleutæ leguntur debeant pro introitu dare. Summam tamen illam quam hemus in lattonum ærarium intulit modicam vel minusculam non fuisse facile concesserim, vt quæ bis mille aureorum fuerit. Proinde & hemus ipse cum dixisset en vobis istam sportulam, adiecit, imo vero dotem vestro collegio libens offero, vt ostenderet maiorem esse, quam quæ honorarij vel sportulæ nomine censeri deberet. Quod & de pecunia quam Claudius pro introitu noui sacerdotij dedit, multomagis dici potest: Quis enim leuem vel modicã dixerit, quæ sestertiorum octogies fuit? quæ summa nostratium aureorum ducenta millia conficit. Nec refert quod à Claudio data fuerit, nondum enim rerum potiri cœperat. Constatque erogatione

[Marginal letters: B beside "minus centum aureis sit"; C beside "dica fideicommissa in prouincia"; D beside "Summam tamen illam"]

l l. si oleum §. fin. cum l. sequen. ff. de dolo.

m l. fin. publatit. in C. Theod.

n Arg. l. eadem ad l. Iul. repetund. ff. Bart. aut. nisi breues C. de senten. ex pericul. recitãd.

o d. l. sed & si suscepit §. 1. de iudic.

p d. sed & si suscepit Alciat. l. hac adiectio ff. de verb. signif.

q d. §. l. sed & suscepit.

r Arg. d. l. sed & si suscepit §. 1.

A erogatione illa adeo attritas afflictasq; eius fuisse opes, vt (quod Tranquillus scribit) in vacuum lege prædiatoria venalis pependerit, id est, proscriptis publicéque venui expositis eius prædiis, repertus non fuerit qui emeret, cum ex iis tanta summa redigi nõ posset. Fuit & apud Romanos honorarium aliud pro introitu quoque dari solitum, sed ab hoc quo de agimus longè diuersum. Non enim ipsi dabant qui magistratum inibant, sed accipiebant. Id erat donum illud aduentitium quod consulibus in prouincias aduenientibus, honoris loco dabatur: cuius meminit
B Cicero in L. Pisonem his verbis. Qui modus tibi fuit frumenti æstimandi? qui honorarij? Siquidem potest vi & metu extortum honorarium nominari. Quod cum peræque omnes, tum Beotij, Bisantij, Thessalonica sensit. Huiusmodi (inquit Budæus) sunt munera illa, quæ principibus suas primum vrbes. Ingressis, porrigi, veluti benè ominandi gratia, solent.[s] Quibus etiam Armorici nostrates, Harmostas, Dinastas, prouinciarúmque constitutores nec non prærogatę cum nobilitatis tum authoritatis viros in celebriores huius prouinciæ vrbes primũ venientes, frequenter excipiunt. Quo in genere similiter esse sunt qui putent, munera illa quæ nostrates episcopi (cum ipsis in primariam vrbem
C suæ diœceseos primùm ingressis Isiteria fiunt) pro iocundo (vt vocant) aduentu à clericis suis accipiunt. Sed vix est, vt quod sic accipitur, honorarij verbo contineri credam: Qui sciam vltro nõ offerri, sed imperatum, vel ab inuitis extorqueri. Indici enim exigíque posse Pontificij iuris interpretes crebrius existimant.[t] rectè ne an secus alij viderint. Quo fit vt huic intributioni Græcam vocem ἐμφανίζω (quæ vectigal pro introitu significat) magis conuenire puté, Quod vero ad honoraria spectat de quibus pręcipuus sermo à nobis institutus est empanistica dicere licebit,
D quasi pro declaratione & in numerũ relatione ab εἰσηλύσιον, id est, declaro, patefacio. Sic enim Iustinianus appellat quę pro introitu noui clerici dant veteribus, quod in maiori tantum ecclesia Constantinopolitana fieri concedit.[u] Vetus interpres insinuatiua vertit. Ad ea propius accedit clientelare munus illud quod mutato domino patronis beneficorumq; prædiorum dominis fiduciarij clientes fidem & hominium exibentes pro introitu & inuestimento persoluunt, Armorici nostri cubiculare vocant, opinor, quod patroni in suos vsus id non vertãt, sed à κατακοιμάστον, id est, cubiculariis accipi sinant: Leuius quippe est quàm quòd ad se transferre dignetur, vt quod quinque solidos monetæ no-

[s] Budæus in l. solent de officio procons. & legat. ff.

[t] cap. conquerente de off. ordin. c. cum Apostolus §. prohibemus de censib. & cap. quia plerique de immunita. eccle. Oldra. cons. 129. glos. §. voluit in verbo fructibus de annat. in prag. sanct. Boer. decis. 19. & 133.

[u] Iustin. Nouel. 56. & 123.

[v] Cuiat. obser. lib. 8. cap. 14.

ſtræ non excedat. εἰσδυτικὸν dici non vulgariter, doctiſquidã autu- A
mant, fortè quod eiſdyſis Grȩcis introitus ſit, & εἰσδύω ingredior,
quod quaſi præſtetur noui poſſeſſoris admittendi & ſuſcipiendi
cauſa. Quam vocem etiam Leo Imperator pro laudatiuo ſeu
x Conſtit. 13. de perpetuis emphytenſibus. laudimio vſurpat.[x] Quod vero magiſtratui vel principi vrbem
quamque pompatice primum ingredienti dari ſolet, iſodon &
iſodion à Græcis appellari Budæus aſſerit.[y] Cui & ipſe accedo,
y Budæus lib. 3. de aſſe. ſed ita ne in hanc ſignificationis anguſtiam vocabulum hoc cõ-
trahamus. Siquidem iſodos dici videtur per apheresim quaſi ei-
ſodos, quod verbum ſignificat introitum & ingreſſum, vt ſit per B
methonimiam id quod datur ſeu donatur in ingreſſu & introi-
tu. De iis autem honorariis quæ Principibus apud Germanos
erogabantur ſic Tacitus in libro de moribus Germanorũ. Mos
eſt (inquit) ciuitatibus vltrò ac viritim conferre principibus, vel
armentorum vel frugum, quod pro honore acceptum etiam
neceſſitatibus ſubuenit. Gaudent præcipuè finitimarum gentiũ
donis, quæ non modò à ſingulis, ſed publicè mittuntur. : electi
equi, magna arma, phaleræ, torqueſque, iam & pecuniam acci-
pere docuimus. In quem locum Beatus Renanus. Dubito (in-
quit) num potius Germana ſit lectio (equitium) hoc modo. Mos C
eſt ciuitatibus vltro equitium conferre Principibus. Nam mox
inter dona primum equi locum habent. Electi (inquit) equi &c.
Porro dignum imprimis principe hoc honorarium donum eſt.
Significat autem equitium equorum armentum. Nunc aptè ſe-
quitur de cæteris pecoribus quæ præcipuè ad eſum ſpectant, vel
armentorum, vel frugum, quod pro honore acceptum, etiam
neceſſitatibus ſubuenit, fortè etiam non malè hiſce muneribus
quæ pro introitu dantur id quis cõnumerauerit de quo Ruſcius
Cæpio (vt eſt apud Tranquillum) teſtamento ſuo cauit: licet ab
illis de quibus egimus longè diuerſum. Fuit autem huiuſmodi: D
vt ſingulis annis certum aliquid Senatoribus omnibus curiam
ingrediẽtibus ab hærede ſuo viritim diuideretur. Quod tamen
Domitianus Cæſar irritum eſſe voluit (opinor) quia immodicũ
exiſtimaret, ob numerum Senatorũ, & quod ſingulis annis ero-
gandum eſſet. Legatum etiam (inquit Tranquillus) ex teſta-
mento Ruſcij Cæpionis, qui cauerat, vt quotannis ingredienti-
bus curiam Senatoribus certam ſummam viritim præſtaret hæ-
a Tranquil. in Domitiano cap 9. res ſuus, irritum fecit.[a] Illud tolerabilius, quod Ageſilaum ſcri-
bit Plutarchus, apud Lacædemonios vnicuique Senatori no-
uo, mox vt deſignatus eſſet, lænã bouemque virtutis argumenta

A dono mittere solitum: tametsi sciam, ob id illũ ab Ephoris mulctatum, causa subiecta, quòd publicos largiendo priuatim sibi conciliaret, suósque faceret.[b] Fit & ab eodem honorarij alterius mentio, quod Rex apud Persas non semel tantum, sed quoties vrbem ingrederetur, mulieribus erogaret. Ait enim Cyrum legem posuisse, vt cum Rex in vrbem intraret, singulis mulieribus, quotquot in vrbe essent, aureus daretur. Idcircóq; Ochum regum omnium auarissimum vrbem sæpius circunuectum nunquam intrare eandem voluisse, mulieres debito sibi ex lege munere defraudantem: Alexandrum vero bis intrauisse, & grauidis
B duplum dedisse.[c] Fuisse porrò honorarium aliud pro introitu militiæ interdum datum, à superiori, cuius ex Scæuolæ responso commeminimus longè remotum apud Appianum deprehendi. Id erat cum delectu habito, militibúsque in numeros relatis beneuolentiæ conciliandæ gratia ab Imperatore vel duce modicum quidpiã viritim erogabatur, cuiusmodi illud quod Antonius exercitum ad Celtas aduersus Decimum Brutũ ducturus militibus suis pollicitus est. Quod cum vt leue & exiguũ aspernati, Antonium irrisissent, sic illos affatus est. Centum
C drachmas non dono vobis tradere (nec enim id Antonij fortunæ congruum) sed veluti primæ inter nos congressionis professionem quandam non donum exhibere volui.[d]

b Plutarch. in Agesilao & lib. de fraterno amore.

c Plutarch. in lib. de virtutibus mulierum & in vita Alexã.

d Appianus lib. 5. de bello ciuili.

A



IANI LANGLAEI REGII IN SENATV BRITANNIÆ CELTICÆ CONSILIARII, SEMESTRIVM

B

Liber septimus.

DE IVRE SENATORIO.

C

Saltuatim seu per saltum promoueri quid sit : & explicatum Modestini responsum l. vt gradatim ff. de mune. & hono.

CAP. I.



ERENDORVM honorum (inquit Callistratus) non promiscua facultas est, sed ordo certus huic rei adhibitus est, neque prius maiorem magistratum quisquam, nisi minorem susceperit, gerere potest.[a] Vt enim gradatim honores deferantur edicto, & vt à minoribus ad maiora perueniatur, epistola Diui Pij ad Titianum expressum esse. Modestinus scriptum reliquit.[b] Vnde & Vlpianus sumptum quem quis fecerit, vt aliquis per gradus ad honores perueniret, honestum esse: & vt vtiliter in negotia eius qui honoribus auctus sit erogatum, negotiorum gestorum actione repeti posse tradit:[c] quasi non hone-

D

a *l. Honor. §. gerendorum ff. de mun. & hono.*

b *l. vt gradatum ff. eod.*

c *l. quae vtiliter ff. de neg. gest.*

A nisi gradatim prouehi quisquam possit. Quamobrem & alibi traditur, videri eum casum appetere, qui ad summa fastigia, postpositis gradibus per abrupra quærit ascensum. [d] Vt enim ad summa montium cacumina, per auia, asperaque loca non rectè itur, ad ardui, & ex celsi alicuius ædificij verticem, alia quàm per scalarios gradus, sine periculo non ascenditur: ad summũ artis alicuius fastigium, non nisi paulatim, & ex paruis initiis peruenitur. Ita & ad honerum dignitatumque culmen, rapido præcipitique cursu non satis tutè quisquam euehitur. B Nam & vt scalarum gradus, si alios tollas, alios incidas, nonnullos malè hærentes relinquas, ruinæ periculum struis, non ascensum paras: [e] Ita & si raptim & præpropere, ad summas dignitates efferri velis, neque ad eas tibi per minores magistratus gradum facias: imminet tibi promptum lapsus & ruinæ periculum vt verissime locutus videatur apud Macrobium Laberius, cum dixit. [f] Summum ad gradum cum claritatis veneris, consistes ægrè, & quàm descendas decides, id est, potius decides quam descendas. Quod & apud Plautum sensisse Palestrio videtur.

d Can. sicut Neophitus 84 dist. glo. d. l. qua viluter.

e Cic. episto. lib. 6.

f Macrob. saturnal. lib. 2. cap. 6.

C *Non tu scis cum ex alto puteo sursum ad summum ascenderis,*
Maximum periculum inde esse a summo, ne rursum cadas. [g]

g Plautus in mili. gloriof.

Nam & Cæsarem dixisse solitum tradunt, facilius se a primo gradu in vltimum, quàm in secundum trudi posse, quandoquidem innumeri mortalium tolluntur in altum, vt lapsu grauiore ruant. Vnde & apud Ciceronem, aliosque veteres cum de adipiscendis dignitatibus agitur, vbique ferè graduum mentio fit. quasi non sit ad eas, nisi per gradus ascensus. Cic. in oratione ad Quirites post reditum. Vestros denique honores, quos eramus gradatim singulos assecuti, nunc à vobis vniuersos habemus. Idem in partitio. A minoribus ad maiora ascendimus. D Idem lib. de leg. 3. sunto ædiles curatores vrbis, annonæ, ludorumque solemnium, ollisque ad honoris amplioris gradum primus ascensus esto. Idem 1. in Catili. Præclaram vero pop. Rom. refers gratiam, qui te hominem per te cognitum, nulla commendatione maiorum, tam maturè ad summum imperium, per omnes honorum gradus extulit. Plin. Cecil. ad Maxim. episto. lib. 3. Caret. ambitu. ideo se in Equestri gradu tenuit, cum facile posset ascendere altissimum Flau. Vopisc. in Aureliano. His literis indicatur, quantus fuerit Aurelianus, & reuera: neque enim quisquam aliquando ad summam rerum peruenit, qui

non à prima ætate gradibus virtutis ascenderit. Trebell. Pollio. A
f Trebell. poll. Valeri. [f] Valerianus Imperator, nobilis genere, patre Valerio, Censor antea & per dignitatum omnes gradus suis temporibus ad maximum in terris culmen ascendens, cuius per annos 20. vita laudabilis, in eam conscenderat gloriam, vt per omneis honores & magistratus, insigniter gestos Imperator fieret, non vt solet
g Apule. de asin. aur. lib. 10. tumultuario populi concursu, &c. Apuleius [g] Thyasus (hoc enim nomine meus nuncupabatur dominus) oriündus patria Corintho, quod caput est totius Achaiæ Prouinciæ, vt eius prosapia atque dignitas postulabat, gradatim permensis honoribus, quinquennali magistratui fuerat destinatus. Cassiodorus. B Patriciatus dedimus ei pro renumeratione suggestum, vt honore magni nominis declarentur merita seruientis, qui non fragili fœlicitate prouectus, fortunæ ludo ad apicem fascium repentinis successibus euolauit, sed vt crescere virtutes solent,
h Cassiodo. Var. lib. 1. epist. 4. fastigium præconij conscendit gradibus dignitatum. [h] Quibus ex locis colligi potest, quod à Plinio [i] de annis ætatéque
i Plin. lib. 7. cap. 92. hominis dictum est, idipsum quoque de dignitatibus, & honoribus dici posse, vt sit & honorum scansilis lex, per quam ad summas dignitates, maximosque magistratus, quibusdam veluti gradibus conscendimus. Qui verò cursim & rapidè neque C grabibus obseruatis, efferuntur, saltuatim aut persultim, seu per
k Ammia. lib. 20. saltum, vel subsultim, promoueri dicuntur. Ammia. Marcelli. [k] Iratus vltra modum Constantius, nec discusso negotio, nec patefieri quę scientiam eius latebant permissis, adpetitum calumniis, deposita militia digredi iussit ad otium. Agilone ad eius locum immodico saltu promoto ex gentilium scutatiorum Tri-
l Ammia. Marcell. lib. 26. buno. Et alibi. [l] Petronius ex Præposito Martensium militum promotus repētino saltu Patricius. Dicuntur etiam media transcendendo summa imis continuare: quod fieri non debere. M. D Fuluius & M. Curius Tribuni plebis aduersus T. Quintium Flaminium ex Quæstura Consulatum petentem præclarè disseruerunt, Liuius. Neque ipse Consul memorabile quicquam gessit comitiorum causa Romam reuocatus, quæ ipsa per M. Fuluium, & M. Curium Tribunos plebis impediebantur: quod T. Quintium Flaminium Consulatum ex Quæstura petere non patiebantur. Iam ædilitatem Præturamque fastidiri, nec per honorum gradus documentum sui dantes, nobiles homines tendere ad consulatum, sed transcendendo media, summa
m Liuius decad. 4. lib. 2. imis continuare. [m] Non absimiles ij esse videntur adolescen-

A tibus, qui sic in foro (vt Attilius dicebat) auspicãtur à Centũuiralibus causis, vt pueri solẽt in scholis ab Homero. Vtrobiq; enim (insit Plinius) incipit primũ esse, quod maximum est.[n] Cum paulatim, & ex paruis (vt diximus) initiis, ad id quod est sumum perueniẽdum sit. Constat sic promotos priuilegiis dignitati, quam adepti sint concessis, frui non debere: quod & Theodo. Imperator rescripto suo ad Archela. his verbis constituit. Nemo excepta Menandri fisci patroni persona, speret de cætero permutationem saltibus superiore gradu captato, fruiturum se beneficiis: quæ de patronis ærarij: seu dum officium exhibent causis fiscalibus: aut post expletum agmen impertita monstrantur. B [o] Quod & Pontificij ad eos qui sacris initiati sint producendum censent. Vnde & apud eos titulus extat de clerico per saltum promoto, decretaliq; quam vocant epistola cautũ, vt qui neglecto Diaconatus ordine, sacerdos effectus sit, minus rectè ordinatus dicatur, neq; cõcessa ordini illi immunitate vtatur.[p] Alibiq; dicitur.[q] Merito sanctorum patrum venerandas de sacerdotum electione sanctiones, eos demum idoneos sacris administrationibus censuisse, quorum omnis ætas à puerilibus exordiis, vsque ad prouectiores annos, per disciplinæ ecclesiasticæ stipendia, cucurrisset: vt vnicuique testimonium vita præberet, nec C posset de eius prouectione dubitari, cui pro laboribus multis, moribus castis, actibus strenuis, celsioris loci præmium deberetur. Si enim (dicebat Vrbanus Pontifex) [r] Officia secularia locum non vestibulum actionis ingressis, sed per singulos gradus examinatis deferunt: quis tam arrogans & impudens inuenitur, vt in cœlesti militia, tanto propensius ponderanda, & repetitis, vt aurum ignibus exploranda, statim dux esse antequam tyro: & prius docere, quàm discere desideret? Rectè itaque diuus Bernardus [s] Magnum (inquit) prorsus, & mirabile est. D Christi esse ministrum & ministeriorum dispensatorem: longè super vos est ordo pacificorum: nisi fortè omissis gradibus præascensis, saltare magis, quàm ascendere libet: In studiis etiam nostris, cum ad ciuilis sapientiæ culmen, triplici gradu iter patere, maiores nostri voluerint, Baccalaurea, Licentia, Magisterio, eum qui prioribus neglectis; doctorum (quæ vocant) insignia, consequutus sit: minus rite prouectum esse nostri iuris interpretes existimant, neque doctoribus concessa immunitate, & priuilegiis frui debere.[t]

Extant autem apud veteres, quamplurima eorum exempla,

n Plinius ad Maximum epistolarum lib. 2.

o l. nemo. C. de aduoc. diuers. iudic.

p c. Vni. ext. de cler. per salt. promo.

q Leo I. epist. 87. ad apbros & dist. 61. c. miramur & c. statuimus.

r can. si officia dist. 77.

s de sustinen. persecutio. cap. 30.

t arg. l. nemo de aduo. diuer. ind. Alcia. lib. de verbo. sig. I.

qui cum despicatissimæ sortis essent, celeri præcipitique cursu, A
ad excelsos potestatum gradus elati sunt: quibus id sæpius euenit, vt repentè caderent, de graduque deiicerentur, &, vt est apud Plautum in Pseudolo: Quasi solstitialis herba repente exorti, repentino occiderent: vti de tonsore Cinnamo traditur, qui mulieris cuiusdam muneribus locupletatus, vsque ad censum Equestrem, mox exulare iussus est in Siciliam: in quem extat Martialis illud Epigramma.

Qui tonsor fueras, tota notißimus vrbe,
Et post hac dominæ munere factus eques.
Sicanias vrbes, Ætneaque regna petisti, B
Cinname, cum fugeres tristia iura fori.
Qua nunc arte graues tollerabis inutilis annos?
Quid facit infœlix, & fugitiua quies?
Non Rhetor, non Grammaticus, ludive magister,
Non Cynicus, non tu Stoicus esse potes.
Vendere nec vocem Siculis, plausumque theatris.
Quod superest, iterum Cinname tonsor eris.

u Iuuena. Sat. 1. De hoc etiam intelligendi sunt Iuuenalis illi versus.[u]

Patricios omneis opibus cum prouocet vnus,
Quo tondente grauis iuueni mihi barba sonabat. C

Huiusmodi fuit ætate Constantij, Iulianique Cæsarum, quidam Eusebius de quo scripsit Ammianus ad hunc modum.[x] Eusebium cui erat Constantiani thalami cura commissa, alte spirantem & dirum addixere pœnæ letali: quem ab ima sorte, ad vsque iubendum imperatori pene elatum, ideoque intollerabilem, humanorum spectatrix Adrastia, aurem (quod dicitur) vellens, monensque vt castigatius viueret, reluctantem, præcipitem tanquam è rupe quadam egit excelsa. Meminit & politianus cuiusdam suæ ætatis, qui cum molitoris esset filius, ad summas repentè dignitates euectus fuit, quem & mox ipse neque gradatim etiam ruiturum credit. In quem & illud scripsit Epigramma.[y] D

x Ammia. Marcell. lib. 22.

y Pol. lib. sue epigr.

Hunc quem videtis ire fastuoso gradu
Seruis tumentem publicis
Vel hinniente per forum vehi capax
Equo, quod omnes despuant.
Turbam superbo preterit fastidio
Qui ciuium stomachantium
Grauique cunctos ora torquentis retro

De spectat

A *De spectat insolentia*
Intraque tutum mœnibus pomorium
Agros patentes possidet
Villamque diues publico peculio
Insanus urbanam struit
Vbi ocietur inter obscænas lupas
Ne turpiora dixerim
Vbi ampla pergræcetur inter pocula,
Senex podagra, raucidus,
B *Hunc vos putatis stirpe forsan inclita,*
Virtutis aut insignibus
Ad hoc volasse protinus fastigium
Falsum putatis hospites,
Molas hic inter natus est aquatiquas
Gratus sodalis muribus
Nigris sodalem muribus
Fortuna ludens furfuris plenum tulit
Ad vsque supremos gradus,
Monstrare gaudens, arroget quantum sibi
Mortalis impudentia.
C *Ergo iste tantis arduus suffragijs*
Nunc immemor natalium.
Vt quemque longo stemmate clarum videt
Aut dote rara nobilem.
Tristi veneno spargit, & rodit statim
Rubiginosis dentibus.
Non ipse se, fortuna non ipsum capit.
Aura fauoris ebrium,
Sic culmen altum lubrico premens pede
Ventisque turbidis patens.
D *Casurus vsque nutat, & iam iam cadet.*
Sed non gradatim scilicet.

Qui sic repentè prouehuntur, non inuenustè quoque cursum suum transcurrere dicuntur, quod & Cyro & Alexandro contigisse scribit Cicero, quos & C. Curio dum imitari voluit, ex milite statim & ante tempus imperator fieri cupiens, subito lapsus est, deque spe sua, & conatu depulsus Cicero.[z] Quæ si ille audire voluisset, maxima cum gratia & gloria, ad summam amplitudinem peruenisset, ascendens gradibus magistratuum, vt pater eius fecerat, vt reliqui clariores viri. Quæ quidem

z *Cic. lib. de Clar. orat.*

etiam cum P. Crasso M. F. cum initio ætatis ad amicitiam se A
meam contulisset, sæpe egisse me arbitror, cum eum vehementer hortarer, vt eam laudis viam rectissimam esse duceret, quam maiores eius ei tritam reliquissent. Et mox quibusdam interpositis. Sed hunc quoq; absorbuit æstus quidam non insolitæ adolescentibus gloriæ, quia quia nauarat miles operam Imperatori, Imperatorem se statim esse cupiebat: cui muneri mos maiorum ętatem certã, fortam incertam reliquit. Ita grauissimo suo casu, dum Cyri & Alexãdri similis esse voluit, qui suum cursum trãscurrerant, & L. Crassi & multorum Crassorum inuentus est B
dissimilimus. Quo in loco licet Cicero intelligat Curionem repente, & ante legitimum tempus, oratorem dici voluisse, nihil tamen obstat, quo minus & prouerbium id ad honores & magistratus transferamus, vt qui præmaturè & per saltum (quod dicitur) extolli velit, & hic etiam cursum suum transcurrere dicatur. Forsan, & non ineptè saltu & excursione vti affirmabitur Cic.[a] Non igitur si ad centesimum annum vixisset, senectutis eum suæ pœniteret: nec enim excursione, aut saltu, nec eminus hastis, aut cominus gladiis vteretur: sed consilio ratione, sententia. Repentinis similiter successibus hunc euolare dici C
posse ostendit Cassiodori locus iam à nobis citatus. Meminit & Cornelius Tacitus Brutedij Nigri, qui celeri nimium cursu ad summa quæque tendebat: quod quam plurimis malè, infeliciterque cessisse ait, sic enim ille Brutedium Nigrum artibus honestis copiosum, & si rectum iter perageret, ad clarissima quæque iturum festinatio stimulabat: Dum æquales dein superiores, postremo suasmet ipse spes ante reparat: quod multos etiam bonos pessum dedit, qui spretis quæ tarda cum securitate, ad præmatura vel cum exitio properant, quibus plerumque accidit, quod flagitiosis & iniuriis hominibus secundis rebus D
sublatis, qui cum benè habeant ad summos dum enituntur scalarum gradus. Etiam ea quibus frui poterant, amittunt commoda.[a] His igitur qui sic festinant optimo iure carmen illud obiici poterit.

Tu nimium properas, & adhuc tua messis in herba est.

Id autem ipsis etiam vsuuenire nonnunquam solet quod cursoribus quibusdam accidere Plato scribit.[b] qui bene quidem currunt ab inferiore loco, superiore vero nequaquam. Primum quidem celeriter prosiliunt, cæterum in fine cursus, ridiculi sunt, atque auriculas in humeris habentes, incoronatiſe-

a Cic. in Cato maio.

a Euripides in supplic.

b Plato. lib. de Rep. 10.

A met abripiunt. Solet enim plerumque moram afferre, nimia festinatio, vt merito prouerbio celebretur illud: Qui nimium properat, serius absoluit. Scitumque est illud diui Augustini ad Petilianum: iis qui perturbatione aliqua festinant, vsu aliquando venire, vt vestem aut calceos peruersè induant, quæ res postea moram adferat.

Fortè etiam non insulsè per saltum promotus is dicitur, qui ad magistratum aliquem euectus sit, cui capessendo præmaturus erat, neque adhuc per ætatem idoneus: sicut & qui doctura, magisterioque ornatus, ante legitimam ætatem (quamuis B obseruatis gradibus) fuerit: quod vltra ætatem suam saliisse videatur. Venustius tamen hos dixeris annos suos transiliisse.[c] Senaca Seruauit in bello patrem Scipio, & prætextatus in hostes equum concitat: parum est, quod vt perueniret ad patrem, tot pericula, maximos duces, tot eum maximè prementia contempsit, tot oppositas difficultates, quod ad primam pugnam exiturus tyro per veteranorum corpora cucurrit, quod annos suos transiliuit. Sed & qui repente per saltumque ad dignitates promouentur: maximè si ab infima sorte ad honesti alicuius C muneris administrationem prouehantur, à remo ad Tribunal conscendere dicuntur. Quod Iulio 2. pontifici maximo contigisse quidem aiunt, qui cum iuuenis ad stipem scalmum remo subigere solitus esset, à remulco non tantum ad tribunal, verumetiam ad summum illud rerum humanarum culmen euectus est. Taxat Demadem oratorem Syrianus Hermogenis interpres, qui citra cognitionem artis, statim ad agendas causas irruperit, qui (inquit ille) illotis manibus à remo ad Tribunal irruit.[d] Saltu etiam euehi dici possunt, qui ab ima paupertate ad summas diuitias repente perueniunt. Ammianus Marcellinus D ab egestate infima ad saltum sublati diuitiarum ingentium, nec largiendi, nec rapiendi, nec absumendi tenuere aliquem modum.[e] Cæterum quod nos gradatim apud Ciceronem Seruius Sulp. dixit ordinatim.[f] An (inquit) vt ea liberos ex sese pareret, quos cum florentes videret lætaretur: qui rem à patre traditam per se tenere possent: honores ordinatim in repub. petituri essent?

c Senec. lib. de benef. 30.

d Eras. in prouerb. a remo ad tribunal.

e Ammia. Marcel. lib. 22.

f Seru. Sulp. Ciceron. epistolarum famil. lib. 4.

In eas vero leges, quæ de magistratibus, & dignitatibus gradatim adipiscendis loquuntur, quantum hodie peccetur, vel hinc apparet quod plerique omnes nullo antea magistratu functi, uno ne tantillum quidem vel in selinis (vt dicitur) foren-

sium hortorum versati prius magistri quam discipuli, impera- A
tores antequam milites re fractis pudoris & reuerētiæ claustris,
in supremos huius regni consessus de vita, fortunisque homi-
num vltimum iudicaturi, quotidie irrumpunt verius, quam in-
ducũtur. In quos & illud torquere licebit, quod in Mariũ Sylla
dixisse fertur. Nempe debuisse prius eos remum tractare, quam
gubernaculum. Indignum quippe est, vt Naziãzenus monodia
in Basiliũ scribit, quod à nautis, militibus, medicis & pictoribus
obseruari solet: vt rei summæ imperitos non admoueant, in su-
premis vel sacerdotiis: vel magistratibus mãdandis non seruari. B
Vnde & alibi Athanasium, & Basilium laudat, quod non statim
nec festinanter, nec præter ordinem sed per sacras vices atq; sta-
tiones, perque omnem graduum seriem ascensionis spiritualis
lege & ordine paulatim promoti: ad sacram populi præfectu-
ram seu summum sacerdotium transiuerint. Nec enim, ait, or-
dinis apud nos confusionem qua quidam nullo statim ordine
peruersè in ecclesia præsident: sed nautarum, magis legem lau-
dauerim: qui gubernatorem, nec subitò, nec ab initio, nec nisi
omnia primum nauticæ officia expertum, faciunt. Remigem
enim prius videre volunt remo ei in manus dato, deinde in pro- C
ram deductum, ventos nosse & petras & scopulos propè vitare
assuescentem: tandem multa maris experientia & ventorum
cognitione exercitatum in puppi collocant, & clauim tradunt:
in re pariter bellica miles sub initium quis efficitur, deindè or-
dines regit, postremò in ducem euadit. Eadem medici & picto-
ris ratio, vt hic ante professionem colores miscere ac tempe-
rare, mox delineare discat: ad extremum absolutas figuras red-
dere sciat. Ille prius multos canones edisçat, morbos videat &
tractet ac ægrotantium naturas consideret. Hæc Nazianze-
nus. In cuius propemodum sententiam Cassiodorus. Securus D
(inquit) celsa conscendit qui se in paulo minoribus approba-
uit & certo procedit vestigio qui gradatim desiderio potitur
accepto. Sine merito siquidem remuneratum putatur om-
ne quod subitum est: nec inexplorati suspitionem refugit,
quod repentè prouenerit. Contra omnia deliberata sunt ro-
busta & totum bonis actibus obtinuisse creditur, qui post docu-
menta laudatæ militiæ promouetur. [g] Eorum autem teme-
ritatem & impudentiam (ne dicam insaniam) qui sic præma-
turè Senatorias dignitates arripiunt à summis volentes habe-
re principium non ab infimis sumentes incrementum, & qui

g Cassiodo. Var. lib. 8. ep. 13.

A (vt Cicero scribit) ad honores adipiscendos & ad remp. gerendã nudi veniunt atque inermes, nulla cognitione rerũ, nulla scientia ornati [h] salubri aliqua sanctione coërcendam nemo qui reip. paulò sit amantior non dixerit: Persarum exemplo, apud quos ad iudicandum vsu tantum rerum spectati destinantur. Existimant enim nihil perniciosius induci in rempublicã posse quàm si magistratus rerum imperitis mandentur. [i] Id siquidem perinde est acsi homo nullius stipendij Imperator & dux exercitus creetur, quod cum accidit, necesse est vt in tanta re ignatus omnium trepidet, festinet, sumat aliquem monitorem sui officij. Ita B plerúmque euenit, vt qui imperare iussus est, is sibi imperatorem alium quærat, cum in imperio nihil perniciosius sit quam ex alio sapere. [k] Neque enim imperaturum, (vt Plinius ait) pro spexisse castra, breuémque militiam quasi transisse sufficit, Sed diu perdidicisse oportet, quæ mox præcipere debeat, nihilque discendum habeat tempore docendi. [l]

h Cic. 3. de Orato.

i Ammianus Marcell. lib. 23.

k Sallustius in Iugurtha.

l Plinius in Panegyrico Traiani.

Vt verissimè dixerit Cicero maxima ac miserrima naufragia fieri cum ad reip. gubernacula temerarij atque audaces isti accedunt. [l] Hincque illud eiusdem, Cedo qui vestram rempublicam tantam amisistis tam citò? Sic enim percunctanti, vt est in C næuij ludo, respondentur & alia, & hæc in primis: proueheban tur ad res noui, stulti adolescentuli. [l] Quod & Augustus considerans moriens præcepit ne cui respublica committeretur, qui vsu & rerum gerendarum peritia præditus non esset. [m] In qua sententia fuisse etiam Constantium Cæsarem ex eo cognosci potest, quod sub eo (vt est apud Ammianum Marcellinum) nemo celsum aliquid acturus in Regiam repentinus adhibitus est, vel incognitus: sed qui post decennium officiorum magisteriũ vel largitiones vel simile quicquam esse recturus apertissimè D noscebatur. [n] Quo in loco apparet pulchrè repentinos dici, qui repentè persultimque & nullo ante gesto magistratu cogniti prouehũtur: sicut & apud Ciceronem in Bruto, cum ait, Eodem tempore C. & L. Cæpasij fratres fuerunt, qui multa opera ignoti homines & repentini Quæstores celeriter facti sunt, quos similiter cum Sallustio præposteros non malè dixeris apud quem Marius. Ego (inquit scio) Quirites, qui postquàm Consules facti sunt, acta maiorum & Græcorum militaria præcepta legere cœperint, præposteri homines, nam legere quam fieri tempore posterius reátque vsu prius est. [o] Pridianos quoque vel hester-

l Cic. 1. de Inuent.

l Cice in Caton. maior.

m Dio, in August. li. 56.

n Am. Marcel. lib. 22.

o Sallustius in bello Iugurth.

nos cum Persio vocare licebit, quasi (quod Vlpianus dixit) heri A
seruos hodie liberos. [p] Persius.

---At illum
Hesterni capite induto subiere Quirites:

Iisque illud Aristophanis obiicere. Ω νῦν μὲν ὐδεὶς ἄυριον δ' ὑπέρμεγας. O nunc quidem nullus, cras autem permagnus. [q] Et Hieronymi ad Oceanum. Heri cathecumenus, hodie pontifex, heri in amphiteatro hodie in ecclesia vespere in circo, mane in altario: dudum fautor histrionum, nunc virginum consecrator. Et quod Iustinianus noster ex Nazianzeno dixit. Cum nihil antea ad sacerdotium attulerint simul discipuli & magistri designantur, & B prius quam purgentur, ipsi purgant. Heri sacrorũ direptores, hodie sacerdotes, heri à sacris alieni, hodie sacrorum principes: veterani malitia, tyrones pietate. [r] Huiusmodi hominum promotionem seu creationem imaginariam & histrionicam idem Iustinianus appellat. In considerationem, inquit, hoc deueniat, an ex plebeio & (vt vulgo vocant) laicorum statu, subito ad Episcopatum ascẽdat: ne imaginariam videlicet ac velut histrionicam creationem esse iudicari possit: quando cum ille paulò ante plebeius fuerit, mox clericus, ac deinde velut ad momentũ Episcopus existat. [s] C

Sed de morbo satis supérque dictum cui (quod ad Senatores attinet) mederi Princeps ita poterit, si lege constituat nequis in posterum in amplissimum ordinem referatur nisi qui priùs foro assueuerit & qui annis aliquot vel in Senatu causas actitarit, vel iudicandi munere alicubi functus fuerit mulctáque habeat diuturna obseruatione notata, aut cum Senatorij iuris peritioribus vsum & consuetudinem habuerit, à quibus quæ partium suarum sint, fuerit edoctus. Quo enim pacto fieri potis est, vt Senatorium munus rectè obeat, qui forum nunquam attigerit, eáque in arte dignè se exerceat quam numquam didicerit? D Vetus siquidem est quod dicitur neminem benè imperare, nisi qui priùs paruerit imperio: Eratque ideo antiquitus (quod Plinius Cæcilius tradidit) [t] institutum, vt à maioribus natu non auribus modo verumetiam oculis, iuniores discerent, quæ facienda, mox ipsi ac per vices quasdam tradenda minoribus haberent. Inde adolescentuli statim castrensibus stipendiis imbuebantur, vt imperare parendo, duces agere dum sequuntur, assuescerent: inde honores petituri adsistebant curiæ foribus consilij publici spectatores antequam consortes essent. Quæ

p *l. Prætor edixit §. præterea ff. de iniuriis. Persius satyra 3.*

q *Aristophanes in Equitibus.*

r *Nazianzenus in oratio. de laudibus Athanasij. Inst. Nouella 137.*

s *Iustinianus Nouella. 6.*

t *Plin. ad Aristonem ep. lib. 8.*

A potestas referentibus, quod censentibus ius, quæ vis magistratibus, quæ cæteris libertas: vbi cedendum, vbi resistendum, quod silentij tempus, quis dicendi modus, quæ distinctio pugnantium sententiarum, quæ executio prioribus aliquid addentium, omnem denique Senatorium morem, quod fidelissimum percipiendi genus exemplis docebantur. Quo respexisse videtur & Sidonius Apollinaris cum dixit. Aduocatorum more, quorum cùm finiuntur actiones, incipiunt dignitates.

Veteres præterea principum sanctiones de gradibus obseruandis, vitandáque in magistratibus mandandis festinatione nimia renouari atque exerceri perutile fuerit, ex queis illa memoria & obseruatione dignissima quam Iulianus Cæsar mox fere vt imperium est adeptus in concione ad milites tulisse fertur his verbis. Vt rerum integer ordo seruetur præmiaque virorum fortium maneant incorrupta, nec honores ambitio præripiat clandestina, id sub reuerenda consilij vestri facie statuo, vt neque ciuilis quisquam iudex, nec militiæ rector alio quodam præter merita suffragante ad potiorem veniat gradum, non sine detrimento pudoris eo qui pro quolibet petere tentauerit discessuro.[v] Et hæc quidem de honoribus gradarim adipiscendis mea est sententia in qua tamen adeò pertinaciter hærere nolim, vt non interdum de ea decedendum putem, sed perraro, túncque demum cum ob insignem alicuius probitatem & peritiam aut egregia merita euidens reip. poposcerit vtilitas: tum enim annalium scansiliúmque legum gratiam fieri absurdum non fuerit. Si quidem Pompeium (quod alibi dixi) à summo imperio magistratus initia auspicatum legimus: vt non abre de se ipse dicat apud Plutarchum militiæ numeros omnes se impleuisse, omnésque sub se Imperatore.[v] Vnde & illi à vindio quodam obiectum, quod ex ludo pædagogi, Dux & Imperator confestim [x] emicuisset: nec immerito, quando eius adolescentia (quod Cicero scribit) ad scientiam rei militaris, non alienis præceptis, sed suis imperiis: non offensionibus belli, sed victoriis, non stipendiis, sed triumphis est, traducta.[y] Nec dubium est quin idipsum etiam pluribus aliis contigerit, vt ob eximiam virtutem aut egregiam animi indolem subsultim & ante tempus maximas dignitates consequerentur. Quod illis perhonorificum pérque gloriosum fuit, vt ex multis Cassiodori locis cognoscere est, veluti ex epistola Theoderici Regis ad

v Ammian. Marcel. lib. 20.

v Plutarch. Pompeio.

x Plutarch. ibidem.

y Cic. in orat. pro L. Manilia.

Fœlicem. Celsos, inquit, cursus nisi confidentia magna non A
appetit: dum generosi est animi optare quod summum est.
Audentes facit homines fiducia sui, quia se non patitur occulere, quem præcipit natura prodire.[z] Item & illa ad importunum. Si te aut nobilitas sola decoraret, aut meritorum tantum laude polleres conferendas forsitan dignitates dilatione probabili libraremus, ne magna vilescerent cum simul omnia funderentur: nunc autem cum te vniuersa facto agmine comitentur, nec desit vni quod prædicatur in pluribus, conuenit iustitiæ nostræ, vt cum tu copiosa bona protuleris, vberrimè te repleat munificentia principalis. Non enim crescendi vobis hic ordo, qui multis est paulatim prouehi mediocris probatur esse virtutis, dum morosius agnoscitur quod sub leuitate præstatur. Saltu quodam se tendit vestra prosperitas, soláque perfectio à vobis quæritur cum vobiscum multa nascantur.[a] Et rursum alia ad Ioannem cancellarium quamuis ait statutis gradibus omnis militia peragatur, & tempora sibi custodiant, qui iudicum iussionibus obsecundant: tuus honor cognoscitur solemni ordine non teneri, qui suis primatibus meruit anteponi. Tibi enim reddunt obsequia, qui te præire noscuntur, & reflexa, conditione iustitiæ illis reuerendus aspiceris, quos subsequi posse monstraris. Hinc inæquabilem æquitatem speciale decretum, singulare beneficium sub aspectu iudicis agis. Nec potest rationabiliter culpari quod non impugnante ordine videatur assumi. Nullùs tibi de temporis qualitate præscribit: transgressio matriculæ actio tua est, & solus confidenter negligis, quod aliis seruare contendis. Sed talia tibi pro excellentibus meritis conceduntur, dum crederis omnes industria fidéque superare, quem nos constat elegisse. Nemo enim sequentem probat, nisi quem sibi laudanda virtus associat: quoniam vituperabile est inferiorem erigere nisi meritis alios videatur excellere.[b]

B, C, D (margin letters)

z Cassiodorus variarũ lib. 2. epist. 2.

a Cassiod. vriar. lib. 3. epist. 5.

b Cassio. Var. lib. 11. epist. 6.

A

Fisci debitoribus, donec rationem posuerint reliquumque persoluerint, aditum ad magistratus & dignitates non patere.

Cap. II.

Est † iampridem apud nostrates Armoricos, vsus inualuit, ne is qui fiscali Regioque æri, quauis de causa sit obnoxius, in rationalium collegium admittatur, nisi prius dispunctis subductisque rationibus, reliquum si quid fuerit, persoluerit. Indignum enim visum est principalibus illum rationibus præfici, fiscique debitorum Iudicem fieri, qui ipse rationem non posuerit, cuique censura eadem necessario subeunda sit. Nec refert ille ne regium æs aliquando tractarit, an alteri qui ærarij Quæsturam aut Tribunatum gesserit, vel simile munus, hæres extiterit. Semper enim illi ratio ponenda est: neque prius quam regium æs ad assem dissoluerit, ordini illi adscribi potest. Id quod paucis ab hinc annis in persona Francisci Moteij obseruatum fuisse scimus. Cum enim rationum Præfecturæ munere: quod in gratiam eius Viardus eiurauerat, donatus à Principe fuisset: intercessit Regius cognitor, quominus ille in eum ordinē adlegeretur, donec nummariæ cuiusdam administrationis ab auo vel proauo suo gestæ, cuius hæres esse affirmabatur, calculum subduxisset, seque omnino liberatum, & exolutum ostendisset. Is autem mos Regia sanctione nuper edita, non tantum comprobatus est, sed ad alia etiam regia munera productus: Constitutum siquidem est, ne qui fisci debitor sit, fiscalibusve rationibus obnoxius, Quæsturam Præfecturamve ærarij, aut aliud simile munus obeat, donec iis ad quos huius rei notio pertinet, liberatum eum esse legitimè constiterit. Quod institutum nec à ciuili ratione, neque quarumdam aliarum prouinciarum moribus abhorret. Scribit enim Vlpia. Debitores rerum publicarum ad honores inuitari non posse, nisi prius in id quod debetur, reipublicæ satisfecerint: [a] aitque Mattianus, nec legatione quidem fungi eos posse, & ita diuum Pium Claudio Saturnino & Faustino rescripsisse. [b] Quinetiam Pomponius fisci debitores tradit reipublicæ vectigalia conducere prohiberi, ne ex alia caussa eorum debita onerentur, nisi forte

† Quæ dicit hîc Langlæus de fisci debitoribus, exolita sunt.

B

C

D

a l. rescripto §. debitores ff. de muner. & hono. l. 1. C. de debito ciuita. lib. 10.

b l. 4. ff. de lega.

tales fideiussores obtulerint. qui debitis eorum satisfacere paA
rati sint. [c] Sic & Callistratus, conductores vectigalium fisci municipalia munera subire non posse respondit: seque vltro ad ea offerentes à Præside, vel procuratore Cæsaris prohiberi, nisi paria fisco fecisse dicantur, ne si admittantur, facultates eorum quæ fisco subsignatæ sunt extenuentur. [d] Qua ratione & apud Venetos, fisci debitoribus antiqua lege magistratus nullos mandari posse constitutum est. [e] Ad quam legem alia quoque in Senatu scita, atque paulò post maioribus in comitiis per lata adiecta est, vt qui magistratus sint, vel futuri sint, afferant singuli reipub. scribis fidem, quatuor magistratuum scripto confirmatam, Triumuirum scilicet qui prouentibus reipublicæ præsunt, quique res fisco cedentes administrant, & qui regni Cyprij Triumuiri appellantur, & item quinqueuirum sale reipub. procurando, se quod debeant persoluisse, qui non attulerit, is magistratum reipub. neque obire, neque adire vllum possit: qui autem ex iis magistratibus fidem fecerit, aliquem ciuem soluisse, qui non soluerit, is magistratus mulctæ nomine ciuis illius omne debitum reipub. persoluat. Scriba vero qui tabellam confecerit à suo munere obeundo expellatur. [f] Apud Athenienses similiter non licuisse ei qui ærarius esset reipublicæ administrationem capessere: & in eum qui secus fecisset iudicium quod ἔνδειξις dicebatur constitutum fuisse Demosthenes est author. Eamque ob rem decretum quoddam ab Androtione factum improbat, cui quòd cum patri mulctatitio ære damnato successisse dicat, quod nec à patre, nec ab ipso dissolutum sit, in reipublicæ administratione versari fas non fuisse contendit. [g] Ille, inquit, iam quod ad eam legem attinet, qua quod pater eius fuit ærarius, & mulctam reipublicæ non soluit, isti nec habere conciones nec facere decreta licet. Et mox paucis interpositis. Atque adeò nunc ostendimus nec ea quæ aliis licent, permissa legis tibi licere decernere, aut igitur patrem tuum non fuisse ærarium id ostendito: aut è carcere non profugisse, sed soluisse pecuniam. Quæ si ostendere non poteris, lege prohibente, fecisti decretum: hæredem enim te lex constituit paternæ ignominiæ. Cum autem ignominiosus sis nec verba facere, nec decernere tibi licet. Sic & Phormionem, quamuis vitæ integritate, & maiorum splendore Atheniensium cuiuis facile parem scribit Pausanias eo, quod alieno ęre obrutus esset,

c l. licitatio. §. 1. ff. de publ.

d l. semper §. conductores ff. de iure immunit.

e Pe. Bembus histo. vene. lib. 5.

f Bembus histo. vene. lib. 11.

g Demosthe. in orat. aduersus Androtionem.

A in Pæanienſem curiam ſeceſſiſſe, ibique cum à repub. ſeiunctus degeret, decretum ſibi ab Athenienſibus fuiſſe claſſis imperium: quod cum Phormio ſe non ſuſcepturum idcirco diceret, quia apud milites nondum ære alieno diſſoluto, nihil eſſet authoritatis habiturus: omninoque Athenienſes eum claſſi imperare vellent, omnem quam debebat, creditoribus pecuniam diſſoluerunt. [h] Eorumdam quoque Athenienſium legem, eum qui publicè quid adminiſtraſſet ornari vetuiſſe priuſquam rationem adminiſtratorum reddidiſſet, ex Demoſthenis oratio- B ne contra Ariſtogitonem intelligere licet. Dum inſit. Cui ærario vnquam in hac vrbe licuit magiſtratus capere, aut obire alia publica munera, niſi ante perſoluta pecunia, quam ciuitati debuit? Sed apertius ex ea quam habuit pro Cteſiphonte Cum enim Cteſiphontem, qui ad populum tulerat, vt Demoſthenes virtutis gratia corona aurea donaretur, Æſchines accuſaſſet quod contra leges huiuſmodi honorem decreuiſſet: (fuerat ſiquidem Demoſthenes publico murorum operi præfectus, nec rationem ad illam diem reddiderat) id illi obiectum crimen Demoſthenes ſic diluit, vt diceret ſe ratiociniis obnoxium non C fuiſſe, qui creatus ad reparanda mœnia curator magnam eius operis partem ex ſuo patrimonio perfecerat, neque ideo æquũ eſſe eorum quæ ex facultatibus propriis erogauerat rationem à ſe reddi. Demoſthenis autem verba ſic latine reddit Leonardus Aretinus. Eorum quæ ex proprio patrimonio ipſe populo donaui, rationem nullam à me reddi oportere dico; nec pro illis vllam diem eſſe obnoxium. Quæ enim lex tam iniuſta ac tam inhumana reperiri poteſt, quæ eum, qui ex ſuo patrimonio liberaliter donauit, non ſolum omni gratia priuet, verumetiam accuſatorum calumniis ſubiiciat, computiſque & calculis do- D natorem obnoxium faciat? nulla certè. Et pòſt paulò. Laudauit, inquit, illum Senatus rationibus reddendis obnoxium. Non de illis quidem ob quæ obnoxius eram. Sed de iis quæ inſuper donaueram calumnior: at murorum vrbis curator fuiſti, inquit, at ob hoc ipſum merito laudatus ſum, quod de meo expendi, nec computaui. Ratio enim datorum & acceptorum examen requirit, donatio vero laude atque gratia potiri debet. Etenim abſurdum eſſet atque impium, ſi homini magiſtratum aliquem gerenti, aut donare per magiſtratum non licebit, aut pro gratia ob liberalitatem habenda ad rationem donatorum reddendam compellatur. Meminit ſi-

h Pauſanias in Atticis lib. 1.

militer eiusdem legis & accusationis Cicero in libro de optimo genere oratorum his verbis. Cum esset lex Athenis nequis populi scitum faceret vt quisquam corona donaretur in magistratu priusquam rationes detulisset, quia in Senatu Demosthenes curator muris reficiendis fuit, eosque refecit pecunia sua. De hoc igitur Ctesiphon scitum fecit, nullis ab ipso rationibus relatis vt corona aurea donaretur, atque ita prædicaretur, eum donari virtutis ergo beneuolentiæque quam erga populum Atheniensem habebat. Hunc igitur Cthesiphontem in iudicium adduxit Æschines quod contra leges scripsisset, vt & rationibus non relatis corona donaretur, & quod de virtute eius & beneuolentia, falsa scripsisset. Et hæc quidem quod ad fisci debitores & eorum hæredes attinet extra controuersiam sunt.

Sed quid de filio dicendum, qui patrem ad huc in humanis agentem ærarium habeat, an is paternis rationibus nondum excussis, nec etiam reliquo (si quod fuerit) dissoluto, admitti in rationalium aut alium iudicum conuentum possit? Et videretur posse, nec ei officere alienum æs quod pater conflauerit, cui hæres nondum extiterit, quominus honores in republica gerat. Viuentis quippe nulla est hæreditas, [i] vulgóque receptum est paternæ calamitatis & ignominiæ successores filios esse non debere, neque notam parentibus aspersam liberis nocere. † [k] Nam quod Plinius, alieni æris comitem esse miseriam dixit. [l] ad eum referendum est, qui id ipse contraxerit non ad filium, quē innoxium, patris delictum vel debitum luere & repræsentare non est æquum. Vnde & Diocletiani Maximianique rescripto constitutum est ne contra iuris auctoritatem ab eo qui patrem ad munus ciuile deuocauerit filius inquietetur prouidere prouinciæ Præsidem oportere. [m] Alibique traditur patris nomine superstitis, filium nec munerum ciuilium, nec debiti causa conueniri posse. [n] In quam propemodum sententiam Cassiodo. Diuiduntur (inquit) causæ germanis: filius obligationibus paternis, si non sit hæres exuitur, vxor maritalibus debitis nisi per successionis vincula non tenetur. [o] Nec refert priuati vel fisci debitor aliquis sit, cum enim ex sola primipili causa, id est, annonæ militaris administratione, [p] liberos, etiam si patribus hæredes non existant teneri diuus Aurelianus sanxerit: consequens est vt qui patri non successerunt neque quidquam ex bonis eius possident à paternis creditoribus conueniri non

i l. ff. de her. vel actione vend.
k l. diui fratres ff. de iure patron.
l Pli. lib. 7. cap. 32.
m l. ne contra C. ne fil. pro pat.
n l. patris C. eod.
o Cassiodorus Vari. lib. 4. epist. 10.
p l. speciebus C. de coherta lib. 10.
† Nisi decreto, quo pater damnatur, cautum sit.

A possint.[p] Accedit quod paternum crimen vel pœna paterna nullam maculam filio infligere potest. Vnusquisque enim ex suo admisso sorti subiicitur, nec alieni criminis successor constituitur:[q] Estque commentitio iure receptum, ne pœna ad heredem transeat.[r] Cum itaque patris etiam delictum innocenti filio pœnæ non sit: neque patris nota filius quamuis hæres maculetur: adeò vt ordine decurionum, aut cæteris honoribus propter eiusmodi causam non prohibeatur[s] quandoquidem vt est apud Papinianum non est impedienda dignitas eius qui B nihil admisit:[t] neque ideo Chore filiis patris scelus obstiterit quominus ad tabernoculi ministerium vocati honorificis ianitorum officiis fungerentur:[u] quis recti iudicij dixerit, æs alienum patris non dissolutum, filio ad quem ex bonis eius nihil peruenerit, impedimento esse debere, ne honóribus & officiis fungi queat? Et hæc fere sunt in hac parte. In alia sunt quod patris & filij natura eadem pene est persona,[x] quodque Iustinianus scribit filium partem[y] quodammodo corporis esse paterni, vt vbi sit pater videatur & filius esse. Et quod vox patris tanquam filij est, sicut & filij vox tanquam patris intelligitur.[z] Di-C cunturque filii sanguis[a] & viscera patris.[b] Est quippe caro filij (vt è nostris Paulus Castrensis dicebat) veluti caro patris aucta, ita quidem vt licet efficiatur nouus homo, propter nouam animam, non tamen dicatur primus homo extinctus:[c] vt rectissime dixerit Sinaldus apud Saxonem grammaticũ liberos suos è se non esse diuersos quem suæ generationis authorem habuerunt, seque ac filios vnius hominis loco esse censendos, quibus veluti vnum corpus à natura tributum videatur.[d] Nam & filium esse parentis partem à toto abiunctam, geniturамque ex qua procreatur filius, ex omnibus corporis partibus deduci pru-D dentissimi existimant.[e] Itaque Terentius hunc appellat participem patris, nisi vbi ille huc salnon redierit meus particeps, id est, filius.[f] Vnde & sui hæredes filij ideo appellati, quia domestici hæredes sunt. In quibus euidenter apparet continuationem dominij eò rem perducere, vt nulla videatur hæreditas fuisse, quasi olim ij domini essent, qui etiam viuo patre quodammodo domini existimantur.[g] adeo vt paternos libertos recte videamur dicere nostros libertos.[h] Vnde etiam filius familias appellatur sicut paterfamilias sola nota hac adiecta per quem distinguitur genitor ab eo qui genitus sit: Nec gratias vllas parentibus filij pro hæreditate, vt pote quam sibi deberi pu-

p l. fin. de primipilo lib. 12. & l. si tutores C. de cõpẽsat.
q l. Crimen ff. de pœn.
r l. si pœna. eod. tit.
s l secunda §. in ano & §. nullum ff. de decurio.
t l. spurij eod. tit.
u Paralipome. cap. 26.
x l finali C. de impub. & al. substi. Et canone. quid est quod dicitur de pœnit. distinct. 4.
y l. cum scimus C. de agrico. & censitis lib. 12.
z l. et ver vero. qui Insti. de inutil. stip.
a l. 4 ff. de in offic. test. & l. pronunciatio §. fin. de verb. sign.
b Hieronimus in epistol. Paul. ad Philemonem.
c Paul. Castr. cõs. 164 lib. 2.
d Smal. hist. dan. lib. 7.
e Arist. ethic. lib. 5. cap. 6. & moral. lib. 1. cap. 34 Calius Calcag. l. partium ff. de verb. sign.
f Terent. in Heautont.
g §. Sed sui inst. de hered. qual. & diff.
h l. licet § paternos ff. de verb. signif.

tant,agunt: [h] Itaque(ait Paulus)post mortem patris non hæreditatem percipere videntur,sed magis liberam bonorum administrationem consequi. [i] Quod & sensisse Plinius in Panegirico videtur cùm dixit, domesticos hæredes,bona quæ sanguine, gentilitate sacrorum denique societate meruissent,non capere vt aliena & sperãda, sed vt sua semperque possessa, ac deinceps proximo cuique transmittenda.Quandoquidem (infit Cassiodorus)dilatatum quam mutatum videtur imperium,cum transit ad posteros: Nam quodammodo ipse putatur viuere, cuius nobis progenies cognoscitur imperare. [k] Vt sic absurdum videri cuiquam non debeat. quod vt pater qui fisci debitor sit, sic & filius honoribus tantisper arceatur,dum vel ipse,vel pater paria fisco fecerit,siue superstes pater fuerit siue etiam mortem obierit. Nam & Atheniensium moribus huiusmodi filios ignominiosos habitos,neque eis aditum ad magistratus& honores ante patuisse quàm debitam fisco pecuniam pependissent ex Demosthenis oratione contra Androtionem iam docuimus: constatque lege cautum apud eosdem etiam fuisse vt si cuius pater mulctæ damnatus in vincula publica coniectus, ea non soluta decessisset, is etiam eadem custodia teneretur: nec ante dimitteretur quàm integram persoluisset. Ostendit id in Cimone AEmilius Probus,cum ita scribit:Cimon Miltiadis filius Atheniensis duro admodum initia vsus est adolescentiæ: nam cum pater eius litem æstimatam populo soluere non potuisset, obeamque causam in vinculis publicis decessisset. Cimon eadam custodia tenebatur, neque legibus Atheniensium emitti poterat nisi pecuniam, qua pater mulctatus esset,soluisset. Iuuat & hanc partem, quod cum parentes erga liberos magis quam seipsos afficiantur, [e] vt penè per filij corpus pater magis quam filius periclitetur. [f] Sintque eorum & opibus & honoribus augendorum supra quàm dici possit auidi:credibile est,ipsos ne filios vel inopes, vel inornatos dimittant, nihil prætermissuros quo se fiscali ære expediant, & honoris ianuam illis aperiant. Pars enim nostri multo charissima sunt liberi, per quos iterum in cunis vagire,repuerascere,adolescere,& decurso vitæ nostræ spatio iterum ad vitam reuocari videmur.Nam & filios (inquit Callistratus)idcirco concipimus,atque ædimus, vt ex prole eorum diuturnitatis nobis memoriam in æuum relinquamus. [f] Quibus forte rationibus & exemplis permoti authores summarum ante paucos quam hæc commentarer annos Picaudi

h Plutarch. lib. de amor. prol.

i l. in suis ff. de lib. & posthum.

k Cassiodo. Var. lib. 8. episto. Atalarici regis ad Sen. Rom.

e l. isti quidã ff. de eo quod met. cau.

f §. fin. inst. de noxal. act.

f l. liberorum ff. de verborum sign.

A Medogrammatei munere à Rege donati cooptationẽ aliquãdiu traxerunt, causati patrem huius morganium, qui coactionem argentariam aliquot antè annis factitauerat, rationes suas ad ęrarium non retulisse: cooptatoque tandem legem dixerunt vt quoad eius fieri posset intra breue tẽpus ei præscriptum curaret rationes à patre reddi & reliqua si quæ deberentur inferri. Idem quoque cum de allegendo Tullaio ageretur censuerunt cooptationem eius sustinendam esse, quoad pater ipsius Yuo, qui actuarium egerat, actus sui codices manu etiam sua subnotatos in logisterium attulisset, rectè ne an secus alij viderint, B durius quippe cum eis actum mihi videtur quam oportuerit nec me de sententia dimouent Atheniensium de ea re citatæ leges quæ disertis verbis de illis loquuntur, quorum parentes vitam cum morte commutassent, nec eo vsque producenda videtur parentum & liberorum illa quæ dicitur vnitas & coniunctio vt ad liberos qui nihil meruerint pœna perueniat. Siquidem vt est apud Ciceronem, parentum scelera filiorum pœnis lui, acerbũ.[h] Proinde Alber. non leuis nec contemnendus nostri iuris interpres, cum Pergamenorum lege cautum esset ne in magistratuum cœtum quisquam referretur cuius pater intributiones C fisco vel ciuitati debitas non dependisset, adolescentes quosdã huiusmodi allectos, ordine mouendos non esse, existimauit: nec quæsitam dignitatem liberis, propter crimen vel culpam patris, auferendam.[i] Nec adeo hospes in rebus Romanis sunt vt nesciam Cn. Publium ob ęs alienum patris Papirio nexum datum: sed quam malè inforiciterque cesserit, id quoque non me præterit, sicut nec Senatus decretum de ea re factum ne in posterum cuiusquam corpus obnoxium esset creditoribus.[k]

[h] Cic. ad Brutum epist. 12.

[i] l. generali §. fin. de ritu nupt. Alb. d. §. nullum.

[k] Liuius ab vrbe condita lib. 8.

D *Fratres duos eodem in consessu Senatoria, aut alia dignitate ornari non posse.*

Cap. III.

LEgibus Regiis à Carolo octauo, Ludouico duodecimo, & Henrico secundo, Galliarum Principibus latis, constitutum est patrem & filium vel duos fratres, Senatoria dignitate, eodem in concessu ornari non posse. Neq; illũ qui in amplissimo aliquo ordine locũ Principis beneficio, quouis modo nactus sit allegi cooptarive: in eum debere si

patrem vel filium, aut fratrem, eiusdem curiæ conscriptum habeat, nisi prius eius rei Princeps admonitus, quid fieri velit, Senatui rescribat. Cuius rei illa videtur esse ratio, quod verisimillimum sit, ambos illos Senatores, frequentius eamdem in sententiam ituros, neque alterum ab altero dissensurum, ita vt sententia ab vno dicta, quædam quasi assentiendi necessitas facta alteri videatur. Tametsi enim libera in Senatu maximè censentium esse oporteat suffragia, & vbi quid pro republica consulendum est Senatori liceat in aliam à patre, vel fratre sententiam ire, vix tamen fit vt vel filium vel fratrem, seorsum à se sentientem, æquo animo quis audiat. Neque nisi perraro contingit, vt huiusmodi personæ, diuersas sententias sequantur: quin (quod de Ligariis fratribus Cicero dixit) horum fere semper conspirans & penè conflatus est consensus: ita vt in qua sententia vnus fuerit, alius etiam esse velit.[a] Quod & his versibus expressit Horatius.[b]

A

B

[a] Cic. in orat. pro Q. Ligario.

[b] Horat. ad Fuscium epistolarũ lib. 1.

---Ad cætera pene gemelli.
Fraternis animis: quicquam negat alter & alter.
Annuimus pariter.---

Extantque apud veteres exempla multa parentum qui filios in Senatu & publicis consiliis seorsum à se sentientes æquo animo non tulerint. Ex quibus illud memoratu dignum de Rhisiaso qui in cõsilio Achæorum cùm de societate cùm Romanis aduersus Philippum incunda ageretur, filium Demiurgum cui Memnon nomen erat à se dissentientem ægerrimè tulit, & cùm precibus non posset minis ac terroribus in sententiam suam pertraxit: De quo Liuius. Supererat (inquit) vnus iusti consilij dies (tertio enim lex iubebat decretum fieri) in quem adeò exarsere studia vt vix parentes à liberis temperauerint. Rhisiasus Pellenensis erat, filium Demiurgum nomine Memnonem habebat, partis eius quæ decretum recitari, perrogarique sententias prohibebat, is diu obtestatus filium, vt consulere Achæos communi saluti pateretur, neu pertinacia sua gentem vniuersam perditũ iret: Postequam parũ proficiebant preces iuratus se eũ sua manu interempturũ, nec pro filio sed pro hoste habiturũ: minis peruicit, vt postero die cõiungeret iis se, qui referebãt.[c] Id autem institutũ, ne duo aut plures eiusdem familię, senatoriã dignitatẽ eodẽ in collegio assequãtur, iãpridẽ, in nostra Gallia inualuisse locupletissimus testis est C. Cęsar. Scribit enim apud Heduos (quos olim cõstat gallię ferè totius primatũ obtinuisse),

C

D

[c] Liuius ab vrb. cond. lib. 32.

A obtinuisse) leges, duos ex vna familia viuo vtroque, non solum magistratus creari vetuisse, sed etiam in Senatu esse prohibuisse, Ideoque & Cæsar ipse Cotum Heduorum magistratũ, antiquissima familia natũ, & à Videliaco fratre, paucis clam vocatis alio loco, alióque tempore, atque oportuerat, renunciatum, imperio & dignitate excedere coegit, quod Videliacus superiore anno magistratum eundem gessisset. Et Conuictolitanem qui per sacerdotes more ciuitatis intermissis magistratibus esset creatus, potestatem obtinere iussit. [c] Illud tamen constat, iam à multis B annis vsu moribúsque receptum apud nos esse, vt eo magistratu fungi quis possit, quem vel pater, vel frater, vel alius gentilis suus antea gesserit, ipsis adhuc in humanis agentibus. Quin & quotidie videmus, eiurato à patre in filij gratiam officio, tam patrem, quam filium eorúmque superstitẽ eodem rursum à Principe donari: viuóque patre filium allegi: ita tamen vt alter eorum, quandiu alter vixerit, à functione se abstineat. Id quod & nuper Nanetis obseruatum vidimus, in secundaria ratiociniorum huius Ducatus præfectura: quam à Rege, Francisco Guerméguio, eiúsque filio, & eorum superstiti donatam, pater tamdiu gessit, C dum illi lucis huius vsura frui licuit. Interea filio licet in eius curiæ ordinem cooptato functione & exercitio abstinente. Cui tamen indultum à rationalibus fuit, vt in logisterium absente patre, quoties vellet introiret, ita vt nec referre vel exponere, suffragium ferre, aut aliud quidquam ad muneris illius exercitium pertinens administrare ei liceret. Id autem illi à Regiarum rationum præfectis, Ideo concessum fuisse credendum est, quo celerius, & facilius Regias sanctiones iurisdictionisque illius formulas, & mores edisceret: sicque ad id munus obeundum cui iam designatus erat, aptior fieret exemD plo Augusti qui (vt est apud Tranquillum) [d] liberis Senatorum, quo celerius reipublicæ assuescerent, protinus virilem togam, latúmque clauum induere, & curiæ interesse permisit.

Sed vt de semita in viam redeam, quod de patre & filio, duobusque fratribus eidem curiæ non adscribendis, cõstitutum est: à summis quoque vectigalium iudicibus Parisiis obseruari manifestum est: [e] nec id quidem iniuria, cum & eadẽ subsit ratio. [f] reique publicæ expedire crediderim, vt & idipsum ad alia omnia ius dicentium collegia, porrigatur. Ita enim futurum, vt iustitiæ, æquitatisque sacra rectius impleantur, neque frequens adeo locus coitionibus sit, studiisq; iudicum ambitiosis. Quam-

c Cæsar bell. Gall. lib. 7.

d Tranq. in August. cap. 38.

e Rebuf. in constit. reg. tit. de consilia.

f I. illud ff. ad l. aquil.

obrem & à plerisque celebratur vetus illud, perpetuúmque Venetorum institutum, quo inter ciues, ita distribuuntur magistratus, vt duo eiusdem gentis, aut etiam consanguinei maximè necessarij eodem in magistratu esse non possint. Quemadmodum neque duos eiusdem familiæ, aut arcta necessitudine coniunctos, in electorum classem admitti leges sinunt. Vnde & qui fortis beneficio Electores facti sunt, statim alta voce à scriba pronuntiari solent, adeò vt omnes audiant: neque amplius facultas est, cuipiam, eorum consanguineo, aut affini arcta necessitudine coniuncto, tentandi sortem, qua Elector fieri queat. Id quod summa ratione constitutum fuisse ferunt, vt scilicet ius publicæ potestatis, ad plures familias pertineat, non autem ad paucos contrahatur necessarios. Nam & hi potestatem adepti perfacilè possent, aliquid in reipublicæ perniciem, priuatorúmque moliri.[g] Id autem Veneti à Romanis mutuati videntur: apud quos legem fuisse tradit Dyon, quæ duos ex eodem sanguine, & gente Augures fieri prohibebat. In quam Cornelius Lentulus, qui Spinter dictus est, ne commisisse videretur, filium suum quem Augurem fieri cupiebat, Torquato cuidam adoptandum dedit: cùm in eum ordinem iam antè faustum Syllæ filium (qui & ipse Cornelius erat) adscriptum videret.[h] Quam etiam legem, ad vitandas coitiones (quas plerúmque de fortunis, & dignitatibus hominum qui authoritate in republica pollent, necessarij ineunt) latam putauerim. Quamuis enim imperium Augures non haberent:[i] maxima tamen eorum fuit authoritas, vt quibus ius esset à summis imperiis, & potestatibus, comitiatus & concilia vel instituta dimittere, vel habita rescindere; & decernere vt magistratu se Consules abdicarent: neque quidquam vel domi, vel foris per magistratus gestum, sine eorum authoritate, cuiquam probaretur.[k] Fit similiter à Cicerone, veteris cuiusdam Romanorum instituti mentio: quo in decem legatis, qui imperatoribus post victoriam consiliorum socij dabantur, cuiquam qui necessitudine eos contingeret, esse non licuit. Ita enim ille. Accepi (inquit) non solitos maiores nostros legare in decem, qui essent imperatorum necessarij.[l] Cuius illa etiam ratio fuisse videtur, quam in superioribus adduximus: nempe ne coitionibus, factiosisque pactionibus locus esset, tametsi sciam esse qui aliam quoque comminiscantur: ne scilicet necessitudine impedirentur legati, quominus Imperatores accusarent, si

g Contar. de magist. & resp. veneto. lib. 1. & 2.

h Dion. lib. 39.

i Liui. ab vrb. condit. lib. 4.

k Cic. lib. 2. de leg.

l Cic. epist. ad Attic. lib. 13. epist. 5.

A quid peccassent. Fuisse etiam apud Rom. leg... aliam quæ Tribunos & Ædiles fieri eos prohiberet, quorum patres qui sella curuli sedissent, viuerent, apud Liuium non vno in loco reperio cuius hęc sunt verba ex lib. 7. decad. 3. Ædiles pleb. Cn. Seruilius & Q. Cæcilius Metellus. Seruilium negabant iure, aut Tribunum pleb. fuisse, aut Ædilē esse: quod patrem eius, quem Triũuirum agrarium occisum à Boiis, circa Mutinam esse, opinio per decem annos fuerat, viuere, atque in hostium potestate esse satis constabat.

B Et alibi: [m] Latum ad populum est, ne Cn. Seruilio fraudi esset: quod patre (qui sella curuli sedisset) viuo, cum id ignoraret Tribunus pleb. atque Ædilis pleb. fuisset contrà quam sancitum legibus erat.

An vero fratribus in eodem Ædilium, prætorum, Cõsulúmve, aut aliorum magistratuum collegio apud Rom. esse licuerit, dubitatione carere non videtur. Siquidem P. Scipionem L. Fratrem in ædilitate collegam habuisse apud Polibium legimus: quo modo & Consulatum fuluios, eius qui capuam cepit filios, Censuram Metellos, Præturam Mutios fratres vnà gessisse, scri-

C ptum, apud Liuium, Paterculum, & alios inuenimus. Sed magis est, vt id etiam fas non fuisse dicamus. Id enim solis Scipionibus, inque gratiam Publij datum fuit, nec quibusdam aliis vnquam concessum, & ideo ad exemplum non trahendum: quum vulgo receptum sit, iura non in singulas personas, sed generaliter constitui. [n] Et quod ob gratiam alicui concessum fuerit, ad alias personas producendum non esse. [o] Nec ad rem pertinet, quod fuluios collegas in Consulatu fuisse diximus: datus quippe alter eorum in adoptionem à patre, Acidino Maulio fuerat, neque ideo fratres, ac eiusdem, familiæ censeri

D poterant: vt potè adoptiuo alienæ familiæ per adoptionem inserto. Est enim adoptio genus transitus & commigrationis in alienam familiam. [p] Vt fortè adoptiuum non absurdè insititium dicas. Sicut enim surculus ex aliqua arbore resectus, in aliam implantatur, ita per adoptionem, filius à patris naturalis, in adoptantis familiam transfertur, atque inseritur. Quo fit, vt Liuius, cum Consulatum illum, quem Fuluij filij simul gesserunt, memorat, nec fratres eos, nec adoptiuum Fuluium, sed Acidinum nominet, vt sic appareat germanitatem illam impedimento esse non potuisse, quominus Flacci filij in idem collegium allegerentur. Nam & supra ostendimus.

m Liui. lib. 10. dec. 3.

n l. iura. ff. de leg. & l. 2. C. eod.

o l. quod contra ff. de leg. & l. 2. C. eod.

p l. qui ex liberis §. si testamento ff. de bono possess. sec. tab. Gell. noct. att. lib. 5. cap. 19.

Cornelium Lentulũ filium suum, quem Augurem fieri cupiebat. Torquato cuidam adoptandum dedisse, ne in legem committere videretur, quę duos Augures ex eodẽ sanguine fieri prohibebat. Nec magis vrget, quod de Metellis in Censura collegis retulimus: & hos enim non germanos fratres, sed patrueles, id est, ex duobus fratribus procreatos fuisse manifestissimum est.[q] Quod verò Mutios fratres, collegas in prætura fuisse docuimus, ideo factum arbitror quod diuersa eorum esset iurisdictio, seorsumque ipsi munera sua obirent. Vnus enim nempe. P. Vrbanã iurisdictionem sortitus fuerat: alteri, cui Quinti prẹnomen erat, Sicilia prouincia obtigerat, vt sic diuisi non incommodè munia sua exequi potuerint. Hęc autem ne quis me comminisci putet, authorum à me citatorum testimonia proferam, quibus ea ita esse vt dixi, planum faciam. De Scipionibus igitur sic Polibius: dixit P. Scipio ad matrem iam bis se idem vidisse somnium, visumque sibi esse, quod vnà cum fratre ædilis factus è foro tanquam domum iturus redierit. Et pòst paulò. Cùm autem multitudo illum cum propter inexpectatam rei nouitatem, tùm propter beneuolentiam, qua in eum antea fuerat propensa, cum stupore excepisset. Et postea ad locum determinatum progressus, iuxta fratrem staret, multi cum principatum non Publio tantum, sed & Fratri propter illum adiudicarunt: atque ita ambo Ædiles constituti domum reuersi sunt.[r] De Fuluiis vero Liuius. Q. Fuluius Flaccus (infit) ex Hispania rediit Romam, cum magna fama gestarum rerum, qui cum extra vrbem triumphi causa esset. Cos. est creatus cum L. Manlio Accidino.[s] De vtrisque & præterea de Lentulis Velleius. Circa eadem tempora Metelli fratres, vno die triumphauerunt: Non minus clarum exemplum, & adhuc vnicum, Fuluij Flacci eius qui Capuam cœperat filiorum, sed alterius in adoptionem dati, in collegio, Coss. fuit: adoptiuus in Acidini Manlij familiam datus: Nam censura Metellorum patruelium, non germanorum fratrum fuit: quod solis contigerat Scipionibus.[t] Et rursum de Mutiis Liuius: Prætores quatuor post multos annos lege Bebia creati: hi facti C. Cornelius Scipio, L. Valerius Leuinus, Q. & P. Mutij Q. filij Scæuolæ. P. Mutius Scæuola vrbanam sortitus prouinciam est: & vt idem quæreret de veneficiis in vrbe, & propius vrbẽ decem millia passuũ, Q. Mutius Scęuola Siciliam.[u] Et hæc quidem ita dissolui possunt: tametsi me non lateat, id etiam fratribus aliis, quam Scipionibus (contrà

q l. 1. §. quarto ff. de grad. §. 1. inst. de legit. agnato success. ad fin.

r Polib. li. 10.

s Liui. li. 40.

t Paterculus lib. 2.

u Liui. li. 40.

A quam dixit Velleius) contigisse vt collegæ & eodem in magistratu essent. Scribit siquidem Plutarchus, Lucullos fratres cum absentes essent, ædiles renunciatos, Græcè quidem ille: sed in hunc sensum. Tantam sibi Lucullus hac humanitate apud populum gratiam conciliauit: vt vel absens vna cum fratre ædilis declaratus esset.[x] Sed Velleius de ætate Scipionum intelligendus est, antequam nullis alijs contigerat fratribus, vt collegæ atque in eodem magistratu essent. Id enim verba illa (quod solis contigerat Scipionibus) perspicuè demonstrant. Neque ideo B consequens est. Fratres alios in idem collegium post id tempus allectos non fuisse. Ab ætate autem Scipionum, ad ætatem Luculi multum temporis intercessisse, clarius est, quam vt probatione vlla egeat. Quod si quis nihil gratiæ datum, neque quidquam obstitisse, quominus fratres collegæ in ædilitate essent, contendat, non admodum repugno, qui sciam ædiles seorsum à collegis munus suum exequi potuisse: vt ex illa Cælij ad Ciceronem epistola cognosci potest, qua de ædilitate quam cum M. Octauio initurus erat, loquens ita scribit: Hoc vehementius laboro nunc, quod seorsum à collega puto mihi omnia paranda.[y] Superest tamen nodus alius, quem nos etiam oportet C expedire de Vespasiano patre, & Tito filio non in censura tantum, verumetiam in Consulatibus multis, ac Tribunicia potestate collegis: de quibus Plinius in proœmio nat. histo. Sciant (inquit) omnes, quam ex æquo tecum viuat imperium Triumphalis & Censorius tu: Sextumque Consul, ac Tribunitiæ potestatis particeps. Idem lib. 7.[z] Accedunt experimēta, & exempla recentissimi census, quem intra quadriennium Imperatores Cæsares Vespasiani, pater filiusque, Censores egerunt. Et alibi mœnia vrbis Rom. collegere ambitu imperatoribus censoribusque Vespasianis. Tranquillus in Tito.[a] Triumphauit cum D patre, censuramque gessit vnà. Eidem collega, & in Tribunicia potestate, & in septem Consulatibus fuit. Quod enim patri, & filio concessum fuit, vt vnà magistratum eundem gererent, fratribus negandum fuisse non videtur, quos inter tanta sanguinis non est coniunctio, neque eadem in his quæ in illis ratio, ne collegæ esse possint. Non enim vt parenti, sic & fratri contradicere nefas putatur. Nec est quod quis dicat, id Vespasianis solis datum, cum hoc etiam neruæ Adriano, Antonino Philosopho, quibusq; aliis Cæsaribus contigisse scriptum inueniamus: vt in Consulatu, tribunatu, ac aliis dignitatibus, collegas sibi

x Plutar. in Lucull.

y Cic. famil. lib. 8. epist. 9.

z Plin. lib. 7. nat. hist. cap. 49.

a Tranq. in Tito. cap. 66.

filios assumerent Plinius in Panegyrico Traiani. Simul filius, simul Cæsar, mox Imperator, & consors Tribunitiæ potestatis, & omnia pariter, & statim factus es, quæ proximè parens verus tantum in alterum filium contulit. Capitolinus in Antonino Pio factus (inquit) est patri & in imperio proconsulari & in tribunitia potestate collega. Idẽ in Antonino Philosopho. Commodum deinde sibi collegam, in Tribunitiam potestatem iunxit. Spartianus in Seuero. Data virili toga filio maiori, secũ cum consulem designauit, & statim in Syria Consulatum inierunt. Sed huius quoq; nodi non difficilis est dissolutio: cum vulgo dici soleat, non tam quid Romæ factum sit, quam quid fieri oportuit spectandum esse. [a] Nec maiorum exempla (inquit Cicero) quærenda sunt, sed consilium eorum à quo exempla nata sunt, inquirendum. [b] Quibus consentaneum quod Iustinianus dixit * non exemplis, sed legibus iudicandum esse: veritatemque à Iudicibus & legum, & iustitiæ sequenda vestigia. [c] Sed vt demus ab exemplis etiam præsertim illustrium virorum, argumẽtum nonnũquam duci posse: non ideo tamen ex eo quod semel, aut bis tantum contigerit, ius constituemus. Siquidem iura (vt ait Theophrastus) cõstitui oportet, in his, quæ ἐπὶ τὸ πλεῖστον non quæ παραλόγως accidunt. [d] Sed & quis quod tanti Principes sibi arrogarunt ad alios producẽdum censeat, vt iis similiter collegas filios assumere, ne fas non esse putet: an non princeps legibus solutus est, eique omnia, & in omnes (quæ modo à consilio, & ratione non abhorreant) licent? Collegam autem Vespasianum assumpsisse sibi filium, in Censura, & reliquis huiusmodi magistratibus, mirum cuiquam videri non debet: quum & antè eum in consortium imperij asciuisset: ita vt viuo etiam patre (quod Philostratus dixit) Imperator appellaretur. [e] Quod vero ad Traianum attinet, illud præterea dici potest verè propriéq; neruæ filium cum non fuisse, [f] sicut, nec Antoninum Hadriani,

a l. sed licet ff. de offic. præsid.

b Cic. Philip. 9.

c el. nemo C. de senten.

d l. iura ff. de leg.

e Philostra. in vita Apollo lib. 6. cap. 14. Tranquil. d.c.

f Arg. l. fidei commissum ff. de condit. & demonst. & l. si ita quis §. fin. ff. de leg. 2

* Non exemplis,) Iudex io te simili, non tam spectare debet, qoid in pati causa Iudex vel Magistratus iudicatit, à quibus per ireptionem eliciontut ioiquæ sentẽtiæ, sed quod legibos & æquitati cõuenieos sit, ideo non semper est idoneum argumẽtum, quod ducitur à rebus iudicatis io pati causa, terum quidem perpetuo iudicatarum auctoritas vim legis obtinet, nam cõsuetudo est, l. Nam Imperator, D. de legibus, vt exempla rerum aliquoties iudicatarum, licet moueant nos aliquantulum, *vt l. cum de in rem verso, D. de vsuris, l. nonnunquam, D. ad Trebellianum, l. 1 § hoc autem D. ad S.C. Syllani l. 1. § si cohæredis D. ad l. falcidiam* Sed tamen his exemplis iudices non alligantur, quod non debeaot apud eos esse potiora legibus, & ita rectè S. Cyprianus scribet de iurisperitis in lib. de singularitate clericorum, callidi argumentatores, inquit, & iurisperiti fallaces, dum cupiunt præuaricati controuersias, actionesq. causarum etiam teipsa iura transuertuot, & eum ooluot coerceri competentibus iussiooibus legum, ad illudẽdos iudices ineonuenientibus exemplis, veluti similes iuris coniecturas obiiciunt, rectè ioeoouenientibus, inquit Cuiacius, in hunc locum, titu. de sentent & interlocut. C. nam eorum nulla exempla per omnia conueniont, vix vlla sunt quæ oon claudicent, vt merito dicat, l. 13. non iudicandum esse quod alius maior magistratus ita iudicauit, sed quod ita exigat ordo iudiciorum, qui dicitur & ius & mos iudiciorum in iure nostro.

A vt qui non naturalis, sed adoptiuus fuerit. [g] Nam in omni ferè iure (infit Papinianus) sic obseruari conuenit, vt veri patris, adoptiuus filius nunquam intelligatur, ne imagine naturæ, veritas obumbretur. [h] Cum tamen in his, quæ ad honoris, & reuerentię iura spectant, filiorum nomine, adoptiui etiam cēseantur. [i] pertineatq; ad reuerentiam patri debitam, ne voluntati, aut sententiæ ipsius filius obnitatur: melius est vt hac dissolutione prętermissa idem de his quod de Vespasianis, & aliis Cæsaribus dicamus. Sed de his iam plus satis.

g *Capitol. loco citato.*
h *l. filio quem patro ff. de lib. & post.*
i *l. adoptiuum ff. de in ius voc.*

B Multorum præterea aliorum populorum legibus, constitutum fuisse Aristoteles tradit: ne simul pater & filius, vel fratres magistratum adipiscerentur. [k] Et hoc quidem (ni fallor) rectissimè. Quamuis enim fieri possit, vt huiusmodi personæ à coitionibus, improbaque omni & illicita pactione temperent, vitioque & culpa omni vacent suspiciosorum tamen de se hominum opinionem non effugient. Cum receptissimum sit eos omnes qui reipublicæ præfecti sunt præbere se non integros tantum, scelerumque omnium puros debere: sed existimationi suæ, modis omnibus consultum ire. Tametsi enim priuati aduersus malignas hominum opiniones satis fiduciæ habere de-

k *Arist. polit. lib. 5. cap. 6.*

C beant in bona conscientia: Principes tamen viri & in magistratu positi, (vt Seneca dixit) multa debent famæ opinionique suæ dare. [l] Quandoquidem, vt est apud Cic. ratio salúsq; omnium, qui ad remp. accedunt, non veritate solùm, sed etiam fama, & opinione nititur. [m] Vt quod de Repelinio scripsit, de his quoque accipi debeat: non extra noxam modo, sed etiam extra famam noxæ conseruandos esse. [m] Et vt apud Plautum Megaronides dicebat.

---omnes bonos bonasque
Accurrare addecet, suspitionem & culpam vt ab se segregent. [n]

l *Senec. lib. 1. de clement. cap. 15.*
m *Cic. ad Q. Fratrum lib. 1. epist. 2.*
m *Liui. ad finem lib. 34. ab vrb. cond.*
n *Plaut. in trinud.*

D Hincque illud Isocratis ad Demonicum, Caue criminationes etiam falsas. Vulgus enim cum veritatem ignoret opinione ducitur. Qua ratione Cicero ipse de Cilicia decedens: Cælium quamuis puerum: Quæstorem prouinciæ præficere maluit, quam Q. Fratrem, quem si reliquisset (infit ille) quadam ad Cælium epistola, dixissent iniqui, non eum planè post annum, vt Senatus voluisset, ex prouincia decessisse: quoniam alterum se reliquisset: [o] Qua de re is etiam ad Atticum. [p] Videbam (inquit) sermones: sui fratrem reliquit? num est hoc plus annum obtinere prouinciam? Illud constat olim apud Lacædemonios,

o *Cic. famil. epist. lib. 2. ep. 15.*
p *Cic. epist. ad Atticum lib. 6. epist. 6.*

filios aſſumerent Plinius in Panegyrico Traiani. Simul filius, ſimul Cæſar, mox Imperator, & conſors Tribunitiæ poteſtatis, & omnia pariter, & ſtatim factus es, quæ proximè parens verus tantum in alterum filium contulit. Capitolinus in Antonino Pio factus (inquit) eſt patri & in imperio proconſulari & in tribunitia poteſtate collega. Idē in Antonino Philoſopho. Commodum deinde ſibi collegam, in Tribunitiam poteſtatem iunxit. Spartianus in Seuero. Data virili toga filio maiori, ſecū eum conſulem deſignauit, & ſtatim in Syria Conſulatum inierunt. Sed huius quoq; nodi non difficilis eſt diſſolutio: cum vulgo dici ſoleat, non tam quid Romæ factum ſit, quam quid fieri oportuit ſpectandum eſſe.[a] Nec maiorum exempla (inſit Cicero) quærenda ſunt, ſed conſilium eorum à quo exempla nata ſunt, inquirendum.[b] Quibus conſentaneum quod Iuſtinianus dixit * non exemplis, ſed legibus iudicandum eſſe: veritatemque à Iudicibus & legum, & iuſtitiæ ſequenda veſtigia.[c] Sed vt demus ab exemplis etiam præſertim illuſtrium virorum, argumētum nonnūquam duci poſſe: non ideo tamen ex eo quod ſemel, aut bis tantum contigerit, ius conſtituemus. Siquidem iura (vt ait Theophraſtus) cōſtitui oportet, in his, quæ ἐπὶ τὸ πλεῖστον non quæ παραλόγως accidunt.[d] Sed & quis quod tanti Principes ſibi arrogarunt ad alios producēdum cenſeat, vt iis ſimiliter collegas filios aſſumere, ne fas non eſſe putet: an non princeps legibus ſolutus eſt, eique omnia, & in omnes (quæ modo à conſilio, & ratione non abhorreant) licent? Collegam autem Veſpaſianum aſſumpſiſſe ſibi filium, in Cenſura, & reliquis huiuſmodi magiſtratibus, mirum cuiquam videri non debet: quum & antè eum in conſortium imperij aſciuiſſet: ita vt viuo etiam patre (quod Philoſtratus dixit) Imperator appellaretur.[e] Quod vero ad Traianum attinet, illud præterea dici poteſt verè propriéq; Neruæ filium cum non fuiſſe,[f] ſicut, nec Antoninum Hadriani,

a *l. ſed licet ff. de offic. præſid.*

b *Cic. Philip. 9.*

c *el. nemo C. de ſenten.*

d *l. iura ff. de leg.*

e *Philoſtra. in vita Apollo lib. 6. cap. 14. Tranquil. d. c.*

f *Arg. l. fidei commiſſum ff. de condit. & demonſt. & l. ſi ita quis §. fin. ff. de leg. 2.*

* *Non exemplis,*) Iudex in re ſimili, non tam ſpectare debet, quid in pari cauſa Iudex vel Magiſtratus iudicarit, à quibus per irreptionem eliciuntur iniquæ ſententiæ, ſed quod legibus & æquitati cōueniens ſit, ideo non ſemper eſt idoneum argumētum, quod ducitur à rebus iudicatis in pari cauſa, rerum quidem perpetuo iudicatarum auctoritas vim legis obtinet, nam cōſuetudo eſt, l. Nam Imperator, D. de legibus, vt exempla rerum aliquoties iudicatarum, licet moueant nos aliquantulum, *vt l. cum de in rem verſo, D. de vſuris, l. nonnunquam, D. ad Trebellianum, l. 1 § hoc autem D. ad S.C. Syllani l. 1. § ſi coheredes D. ad l. falcidiam* Sed tamen his exemplis iudices non alligantur, quod non debeant apud eos eſſe potiora legibus, & ita rectè S. Cyprianus ſcribēs de iuriſperitis in lib. de ſingularitate clericorum, callidi argumentatores, inquit, & iuriſperiti fallaces, dum cupiunt præuaricari controuerſias, actioneſq. cauſarum etiam reipſa iura tranſuertunt, & eum nolunt coerceri competentibus iuſſionibus legum, ad illudēdos iudices inconuenientibus exemplis, veluti ſimiles iuris coniecturas obiiciunt, rectè inconuenientibus, inquit Cuiacius, in hunc locum, titu. de ſentent. & interlocut. C. nam eorum nulla exempla per omnia conueniunt, vix vlla ſunt quæ non claudicent, vt merito dicat, l. 13. non iudicandum eſſe quod alius maior magiſtratus ita iudicauit, ſed quod ita exigat ordo iudiciorum, qui dicitur & ius & mos iudiciorum in iure noſtro.

A vt qui non naturalis, sed adoptiuus fuerit. [g] Nam in omni ferè iure (infit Papinianus) sic obseruari conuenit, vt veri patris, adoptiuus filius nunquam intelligatur, ne imagine naturæ, veritas obumbretur. [h] Cum tamen in his, quæ ad honoris, & reuerentiæ iura spectant, filiorum nomine, adoptiui etiam cẽseantur. [i] pertineatq; ad reuerentiam patri debitam, ne voluntati, aut sententiæ ipsius filius obnitatur: melius est vt hac dissolutione prætermissa idem de his quod de Vespasianis, & aliis Cæsaribus dicamus. Sed de his iam plus satis.

g Capitol. in: co citato.
h l. filio quem patris ff. de lib. & post.
i l. adoptiuum ff. de in ius voc.

B Multorum præterea aliorum populorum legibus, constitutum fuisse Aristoteles tradit: ne simul pater & filius, vel fratres magistratum adipiscerentur. [k] Et hoc quidem (ni fallor) rectissime. Quamuis enim fieri possit, vt huiusmodi personæ à coitionibus, improbaque omni & illicita pactione temperent, vitioque & culpa omni vacent suspiciosorum tamen de se hominum opinionem non effugient. Cum receptissimum sit eos omnes qui reipublicæ præfecti sunt præbere se non integros tantum, scelerumque omnium puros debere: sed existimationi suæ, modis omnibus consultum ire. Tametsi enim priuati aduersus malignas hominum opiniones satis fiduciæ habere debeant in bona conscientia: Principes tamen viri & in magistratu positi, (vt Seneca dixit) multa debent famæ opinionique suæ dare. [l] Quandoquidem, vt est apud Cic. ratio salúsq; omnium, qui ad remp. accedunt, non veritate solùm, sed etiam fama, & opinione nititur. [m] Vt quod de Repelinio scripsit, de his quoque accipi debeat: non extra noxam modo, sed etiam extra famam noxæ conseruandos esse. [m] Et vt apud Plautum Megaronides dicebat.

k Arist. politic. lib. 5. cap. 6.
l Senec. lib. 1. de clement. cap. 15.
m Cic. ad Q. Fratrum lib. 1. epist. 2.
m Liui. ad finem lib. 34. ab vrb. cond.

--- omnes bonos bonasque
Accurrare addecet, suspitionem & culpam vt ab se segregent. [n]

n Plaut. in triund.

D Hincque illud Isocratis ad Demonicum, Caue criminationes etiam falsas. Vulgus enim cum veritatem ignoret opinione ducitur. Qua ratione Cicero ipse de Cilicia decedens: Cælium quamuis puerum: Quæstorem prouinciæ præficere maluit, quam Q. Fratrem, quem si reliquisset (infit ille) quadam ad Cælium epistola, dixissent iniqui, non eum planè post annum, vt Senatus voluisset, ex prouincia decessisse: quoniam alterum se reliquisset. [o] Qua de re is etiam ad Atticum. [p] Videbam (inquit) sermones: sui fratrem reliquit? num est hoc plus annum obtinere prouinciam? Illud constat olim apud Lacædemonios,

o Cic. famil. epist. lib. 2. ep. 15.
p Cic. epist. ad Atticum lib. 6. epist. 6.

filios assumerent Plinius in Panegyrico Traiani. Simul filius, simul Cæsar, mox Imperator, & consors Tribunitiæ potestatis, & omnia pariter, & statim factus es, quæ proximè parens verus tantum in alterum filium contulit. Capitolinus in Antonino Pio factus (inquit) est patri & in imperio proconsulari & in tribunitia potestate collega. Idē in Antonino Philosopho. Commodum deinde sibi collegam, in Tribunitiam potestatem iunxit. Spartianus in Seuero. Data virili toga filio maiori, secū eum consulem designauit, & statim in Syria Consulatum inierunt. Sed huius quoq; nodi non difficilis est dissolutio: cum vulgo dici soleat, non tam quid Romæ factum sit, quam quid fieri oportuit spectandum esse.[a] Nec maiorum exempla (inquit Cicero) quærenda sunt, sed consilium eorum à quo exempla nata sunt, inquirendum.[b] Quibus consentaneum quod Iustinianus dixit * non exemplis, sed legibus iudicandum esse: veritatemque à Iudicibus & legum, & iustitiæ sequenda vestigia.[c] Sed vt demus ab exemplis etiam præsertim illustrium virorum, argumētum nonnūquam duci posse: non ideo tamen ex eo quod semel, aut bis tantum contigerit, ius constituemus. Siquidem iura (vt ait Theophrastus) cōstitui oportet, in his, quæ ἐπὶ τὸ πλεῖστον non quæ παραλόγως accidunt.[d] Sed & quis quod tanti Principes sibi arrogarunt ad alios producēdum censeat, vt iis similiter collegas filios assumere, ne fas non esse putet: an non princeps legibus solutus est, eique omnia, & in omnes (quæ modo à consilio, & ratione non abhorreant) licent?[e] Collegam autem Vespasianum assumpsisse sibi filium, in Censura, & reliquis huiusmodi magistratibus, mirum cuiquam videri non debet: quum & antè eum in consortium imperij asciuisset: ita vt viuo etiam patre (quod Philostratus dixit) Imperator appellaretur.[e] Quod vero ad Traianum attinet, illud præterea dici potest verè propriéq; neruæ filium eum non fuisse,[f] sicut, nec Antoninum Hadriani,

a l. sed licet ff. de offic. præsid.
b Cic. Philip. 9.
c el. nemo C. de senten.
d l. iura ff. de leg.
e Philostra. in vita Apollo lib. 6. cap. 14. Tranquil. d.c.
f Arg. l. fidei commissum ff. de condit. & demonst. & l. si ita quis §. fin. ff. de leg. 2

* Non exemplis,) Iudex in re simili, non tam spectare debet, quid in pari causa Iudex vel Magistratus iudicatir, à quibus per irreptionem eliciuntur iniquæ sentētiæ, sed quod legibus & æquitati cōueniens sit, ideo non semper est idoneum argumētum, quod ducitur à rebus iudicatis in pari causa, rerum quidem perpetuo iudicatarum auctoritas vim legis obtinet, nam cōsuetudo est, l. Nam Imperator, D. de legibus, vt exempla rerum aliquoties iudicatarum, licet moueant nos aliquantulum, *vt l. cum de in rem verso, D. de vsuris, l. nonnunquam, D. ad Trebellianum, l. 1 § hoc autem D. ad S.C. Syllani. l. 1. § si coheredis D. ad l. falcidiam* Sed tamen his exemplis iudices non alligantur, quod non debeant apud eos esse potiora legibus, & ita rectè S. Cyprianus scribēs de iurisperitis in lib. de singularitate clericorum, callidi argumentatores, inquit, & iurisperiti fallaces, dum cupiunt præuaricari controuersias, actionesq. causarum etiam reipsa iura transuertunt, & cum nolunt coerceri competentibus iussionibus legum, ad illudēdos iudices inconuenientibus exemplis, veluti similes iuris coniecturas obiiciunt, rectè inconuenientibus, inquit Cuiacius, in hunc locum, titu. de sentent. & interlocut. C. nam eorum nulla exempla per omnia conueniunt, vix vlla sunt quæ non claudicent, vt merito dicat, l. 13. non iudicandum esse quod alius maior magistratus ita iudicauit, sed quod ita exigat ordo iudiciorum, qui dicitur & ius & mos iudiciorum in iure nostro.

A vt qui non naturalis, sed adoptiuus fuerit. [g] Nam in omni ferè iure (inquit Papinianus) sic obseruari conuenit, vt veri patris, adoptiuus filius nunquam intelligatur, ne imagine naturæ, veritas obumbretur.[h] Cum tamen in his, quæ ad honoris, & reuerentię iura spectant, filiorum nomine, adoptiui etiam cēseantur.[i] pertineatq; ad reuerentiam patri debitam, ne voluntati, aut sententiæ ipsius filius obnitatur: melius est vt hac dissolutione prętermissa idem de his quod de Vespasianis, & aliis Cæsaribus dicamus. Sed de his iam plus satis.

B Multorum præterea aliorum populorum legibus, constitutum fuisse Aristoteles tradit: ne simul pater & filius, vel fratres magistratum adipiscerentur.[k] Et hoc quidem (ni fallor) rectissimè. Quamuis enim fieri possit, vt huiusmodi personæ à coitionibus, improbaque omni & illicita pactione temperent, vitioque & culpa omni vacent suspiciosorum tamen de se hominum opinionem non effugient. Cum receptissimum sit eos omnes qui reipublicæ præfecti sunt præbere se non integros tantum, scelerumque omnium puros debere: sed existimationi suæ, modis omnibus consultum ire. Tametsi enim priuati aduersus malignas hominum opiniones satis fiduciæ habere debeant

C in bona conscientia: Principes tamen viri & in magistratu positi, (vt Seneca dixit) multa debent famæ opinionique suæ dare.[l] Quandoquidem, vt est apud Cic. ratio salúsq; omnium, qui ad temp. accedunt, non veritate solùm, sed etiam fama, & opinione nititur.[m] Vt quod de Repelinio scripsit, de his quoque accipi debeat: non extra noxam modo, sed etiam extra famam noxæ conseruandos esse.[m] Et vt apud Plautum Megaronides dicebat.

--- omnes bonos bonasque
Accurrare addecet, suspitionem & culpam vt ab se segregent.[n]

D Hincque illud Isocratis ad Demonicum, Caue criminationes etiam falsas. Vulgus enim cum veritatem ignoret opinione ducitur. Qua ratione Cicero ipse de Cilicia decedens: Cælium quamuis puerum: Quæstorem prouinciæ præficere maluit, quam Q. Fratrem, quem si reliquisset (inquit ille) quadam ad Cælium epistola, dixissent iniqui, non eum planè post annum, vt Senatus voluisset, ex prouincia decessisse: quoniam alterum se reliquisset:[o] Qua de re is etiam ad Atticum.[p] Videbam (inquit) sermones: sui fratrem reliquit? num est hoc plus annum obtinere prouinciam? Illud constat olim apud Lacædemonios,

g Capitol. loco citato.
h l. filio quem patris ff. de lib. & post.
i l. adoptiuum ff. de in ius voc.
k Arist. polit. lib. 5. cap. 6.
l Senec. lib. 1. de clement. cap. 15.
m Cic. ad Q. Fratrum lib. 1. epist. 2.
m Liui. ad finem lib. 34. ab vrb. cond.
n Plaut. in triund.
o Cic. famil. epist. lib. 2. ep. 15.
p Cic. epist. ad Atticum lib. 6. epist. 6.

* filios assumerent Plinius in Panegyrico Traiani. Simul filius, simul Cæsar, mox Imperator, & consors Tribunitiæ potestatis, & omnia pariter, & statim factus es, quæ proximè parens verus tantum in alterum filium contulit. Capitolinus in Antonino Pio factus (inquit) est patri & in imperio proconsulari & in tribunitia potestate collega. Idē in Antonino Philosopho. Commodum deinde sibi collegam, in Tribunitiam potestatem iunxit. Spartianus in Seuero. Data virili toga filio maiori, secū eum consulem designauit, & statim in Syria Consulatum inierunt. Sed huius quoq; nodi non difficilis est dissolutio: cum vulgo dici soleat, non tam quid Romæ factum sit, quam quid fieri oportuit spectandum esse. [a] Nec maiorum exempla (infit Cicero) quærenda sunt, sed consilium eorum à quo exempla nata sunt, inquirendum. [b] Quibus consentaneum quod Iustinianus dixit * non exemplis, sed legibus iudicandum esse: veritatemque à Iudicibus & legum, & iustitiæ sequenda vestigia. [c] Sed vt demus ab exemplis etiam præsertim illustrium virorum, argumētum nonnūquam duci posse: non ideo tamen ex eo quod semel, aut bis tantum contigerit, ius constituemus. Siquidem iura (vt ait Theophrastus) cōstitui oportet, in his, quæ ἐπὶ τὸ πλεῖστον non quæ παραλόγως accidunt. [d] Sed & quis quod tanti Principes sibi arrogarunt ad alios producēdum censeat, vt iis similiter collegas filios assumere, ne fas non esse putet: an non princeps legibus solutus est, eique omnia, & in omnes (quæ modo à consilio, & ratione non abhorreant) licent? Collegam autem Vespasianum assumpsisse sibi filium, in Censura, & reliquis huiusmodi magistratibus, mirum cuiquam videri non debet: quum & antè eum in consortium imperij asciuisset: ita vt viuo etiam patre (quod Philostratus dixit) Imperator appellaretur. [e] Quod vero ad Traianum attinet, illud præterea dici potest verè propriéq; neruæ filium eum non fuisse, [f] sicut, nec Antoninum Hadriani,

a l. sed licet ff. de offic. præsid.

b Cic. Philip. 9.

c el. nemo C. de senten.

d l. iura ff. de leg.

e Philostra. in vita Apollo lib. 6. cap. 14. Tranquil. d. c.

f Arg. l. fidei commissum ff. de condit. & demonst. & l. si ita quis §. fin. ff. de leg. 2

* Non exemplis,) Iudex in re simili, non tam spectare debet, quid in pari causa Iudex vel Magistratus iudicarit, à quibus per irreptionem eliciuntur iniquæ sentētiæ, sed quod legibus & æquitati cōueniens sit, ideo non semper est idoneum argumētum, quod ducitur à rebus iudicatis in pari causa, rerum quidem perpetuo iudicatarum auctoritas vim legis obtinet, nam cōsuetudo est, l. Nam Imperator, D. de legibus, vt exempla rerum aliquoties iudicatarum, licet moueant nos aliquantulum, *vt l. cum de in rem verso, D. de vsuris, l. nonnunquam, D. ad Trebellianum, l. 1 § hec autem D. ad S. C. Syllani. l. 1. § si cohæredis D. ad l. falcidiam* Sed tamen his exemplis iudices non alligantur, quod non debeant apud eos esse potiora legibus, & ita rectè S. Cyprianus scribēs de iurisperitis in lib. de singularitate clericorum, callidi argumentatores, inquit, & iurisperiti fallaces, dum cupiunt præuaricari controuersias, actionesq. causarum etiam reipsa iura transuertunt, & cum nolunt coerceri competentibus iussionibus legum, ad illudēdos iudices inconuenientibus exemplis, veluti similes iuris coniecturas obiiciunt, rectè inconuenientibus, inquit Cuiacius, in hunc locum, titu. de sentent. & interlocut. C. nam eorum nulla exempla per omnia conueniunt, vix vlla sunt quæ non claudicent, vt merito dicat, l. 13. non iudicandum esse quod alius maior magistratus ita iudicauit, sed quod ita exigat ordo iudiciorum, qui dicitur & ius & mos iudiciorum in iure nostro.

A vt qui non naturalis, sed adoptiuus fuerit. [g] Nam in omni ferè iure (infit Papinianus) sic obseruari conuenit, vt veri patris, adoptiuus filius nunquam intelligatur, ne imagine naturæ, veritas obumbretur. [h] Cum tamen in his, quæ ad honoris, & reuerentię iura spectant, filiorum nomine, adoptiui etiam cēseantur. [i] pertineatq; ad reuerentiam patri debitam, ne voluntati, aut sententiæ ipsius filius obnitatur: melius est vt hac dissolutione prętermissa idem de his quod de Vespasianis, & aliis Cæsaribus dicamus. Sed de his iam plus satis.

g Capitol. loco citato.

h l. filio quem patris ff. de lib. & post.

i l. adoptiuum ff. de in ius voc.

B Multorum præterea aliorum populorum legibus, constitutum fuisse Aristoteles tradit: ne simul pater & filius, vel fratres magistratum adipiscerentur. [k] Et hoc quidem (ni fallor) rectissimè. Quamuis enim fieri possit, vt huiusmodi personæ à coitionibus, improbaque omni & illicita pactione temperent, vitioque & culpa omni vacent suspiciosorum tamen de se hominum opinionem non effugient. Cum receptissimum sit eos omnes qui reipublicæ præfecti sunt præbere se non integros tantum, scelerumque omnium puros debere: sed existimationi suæ, modis omnibus consultum ire. Tametsi enim priuati aduersus malignas hominum opiniones satis fiduciæ habere debeant in bona conscientia: Principes tamen viri & in magistratu positi, (vt Seneca dixit) multa debent famæ opinionique suæ dare. [l] Quandoquidem, vt est apud Cic. ratio salúsq; omnium, qui ad remp. accedunt, non veritate solùm, sed etiam fama, & opinione nititur. [m] Vt quod de Repelinio scripsit, de his quoque accipi debeat: non extra noxam modo, sed etiam extra famam noxæ conseruandos esse. [m] Et vt apud Plautum Megaronides dicebat.

k Arist. politic. lib. 5. cap. 6.

C

l Senec. lib. 1. de clement. cap. 15.

m Cic. ad Q. Fratrum lib. 1. epist. 2.

m Liui. ad finem lib. 34. ab vrb. cond.

--- omnes bonos bonasque

Accurrare addecet, suspitionem & culpam vt ab se segregent. [n]

n Plaut. in trinund.

D Hincque illud Isocratis ad Demonicum, Caue criminationes etiam falsas. Vulgus enim cum veritatem ignoret opinione ducitur. Qua ratione Cicero ipse de Cilicia decedens: Cælium quamuis puerum: Quæstorem prouinciæ præficere maluit, quam Q. Fratrem, quem si reliquisset (infit ille) quadam ad Cælium epistola, dixissent iniqui, non eum planè post annum, vt Senatus voluisset, ex prouincia decessisse: quoniam alterum se reliquisset: [o] Qua de re is etiam ad Atticum. [p] Videbam (inquit) sermones: sui fratrem reliquit? num est hoc plus annum obtinere prouinciam? Illud constat olim apud Lacædemonios,

o Cic. famil. epist. lib. 2. ep. 15.

p Cic. epist. ad Atticum lib. 6. epist. 6.

filios assumerent Plinius in Panegyrico Traiani. Simul filius, simul Cæsar, mox Imperator, & consors Tribunitiæ potestatis, & omnia pariter, & statim factus es, quæ proximè parens verus tantum in alterum filium contulit. Capitolinus in Antonino Pio factus (inquit) est patri & in imperio proconsulari & in tribunitia potestate collega. Idē in Antonino Philosopho. Commodum deinde sibi collegam, in Tribunitiam potestatem iunxit. Spartianus in Seuero. Data virili toga filio maiori, secū cum consulem designauit, & statim in Syria Consulatum inierunt. Sed huius quoq; nodi non difficilis est dissolutio: cum vulgo dici soleat, non tam quid Romæ factum sit, quam quid fieri oportuit spectandum esse. [a] Nec maiorum exempla (infit Cicero) quærenda sunt, sed consilium eorum à quo exempla nata sunt, inquirendum. [b] Quibus consentaneum quod Iustinianus dixit * non exemplis, sed legibus iudicandum esse: veritatemque à Iudicibus & legum, & iustitiæ sequenda vestigia. [c] Sed vt demus ab exemplis etiam præsertim illustrium virorum, argumētum nonnūquam duci posse: non ideo tamen ex eo quod semel, aut bis tantum contigerit, ius constituemus. Siquidem iura (vt ait Theophrastus) cōstitui oportet, in his, quæ ἐπὶ τὸ πλεῖστον non quæ παραλόγως accidunt. [d] Sed & quis quod tanti Principes sibi arrogarunt ad alios producēdum censeat, vt iis similiter collegas filios assumere, ne fas non esse putet: an non princeps legibus solutus est, eique omnia, & in omnes (quæ modo à consilio, & ratione non abhorreant) licent? Collegam autem Vespasianum assumpsisse sibi filium, in Censura, & reliquis huiusmodi magistratibus, mirum cuiquam videri non debet: quum & antè eum in consortium imperij asciuisset: ita vt viuo etiam patre (quod Philostratus dixit) Imperator appellaretur. [e] Quod vero ad Traianum attinet, illud prætereа dici potest verè proprieq; neruæ filium eum non fuisse, [f] sicut, nec Antoninum Hadriani,

a l. sed licet ff. de offic. præsid.

b Cic. Philip. 9.

c el. nemo C. de senten.

d l. iura ff. de leg.

e Philostra. in vita Apollo lib. 6. cap. 14. Tranquil. d.c.

f Arg. l. fidei commissum ff. de condit. & demonst. & l. si ita quis §. fin. ff. de leg. 2

* Non exemplis,) Iudex in re simili, non tam spectare debet, quid in pari causa Iudex vel Magistratus iudicarit, à quibus per ineptionem eliciuntur iniquæ sentētiæ, sed quod legibus & æquitati cōueniens sit, ideo non semper est idoneum argumētum, quod ducitur à rebus iudicatis in pari causa, rerum quidem perpetuo iudicatarum auctoritas vim legis obtinet, nam cōsuetudo est, l. Nam Imperator, D. de legibus, vt exempla rerum aliquoties iudicatarum, licet moueant nos aliquantulum, *vt l. cum de in rem verso, D. de vsuris, l. nonnunquam, D. ad Trebellianum, l. 1 § hoc autem D. ad S. C. Syllani. l. 1. § si coheredis D. ad l. falcidiam* Sed tamen his exemplis iudices non alligantur, quod non debeant apud eos esse potiora legibus, & ita rectè S. Cyprianus scribēs de iurisperitis in lib. de singularitate clericorum, callidi argumentatores, inquit, & iurisperiti fallaces, dum cupiunt præuaricari controuersias, actionesq. causarum etiam reipsa iura transuertunt, &cum nolunt coerceri competentibus iussionibus legum, ad illudēdos iudices inconuenientibus exemplis, veluti similes iuris coniecturas obiiciunt, rectè inconuenientibus, inquit Cuiacius, in hunc locum, titu. de sentent. & interlocut. C. nam eorum nulla exempla per omnia conueniunt, vix vlla sunt quæ non claudicent, vt merito dicat, l. 13. non iudicandum esse quod alius maior magistratus ita iudicauit, sed quod ita exigat ordo iudiciorum, qui dicitur & ius & mos iudiciorum in iure nostro.

A vt qui non naturalis, sed adoptiuus fuerit. [g] Nam in omni ferè iure (infit Papinianus) sic obseruari conuenit, vt veri patris, adoptiuus filius nunquam intelligatur, ne imagine naturæ, veritas obumbretur. [h] Cum tamen in his, quæ ad honoris, & reuerentię iura spectant, filiorum nomine, adoptiui etiam cęseantur. [i] pertineatq; ad reuerentiam patri debitam, ne voluntati, aut sententiæ ipsius filius obnitatur: melius est vt hac dissolutione prętermissa idem de his quod de Vespasianis, & aliis Cæsaribus dicamus. Sed de his iam plus satis.

g Capitol. loco citato.

h l. filio quem patris ff. de lib. & post.

i l. adoptiuum ff. de in ius voc.

B Multorum prætereà aliorum populorum legibus, constitutum fuisse Aristoteles tradit: ne simul pater & filius, vel fratres magistratum adipiscerentur. [k] Et hoc quidem (ni fallor) rectissimè. Quamuis enim fieri possit, vt huiusmodi personæ à coitionibus, improbaque omni & illicita pactione temperent, vitioque & culpa omni vacent suspiciosorum tamen de se hominum opinionem non effugient. Cum receptissimum sit eos omnes qui reipublicæ præfecti sunt præbere se non integros tantum, scelerumque omnium puros debere: sed existimationi suæ, modis omnibus consultum ire. Tametsi enim priuati aduersus malignas hominum opiniones satis fiduciæ habere debeant in bona conscientia: Principes tamen viri & in magistratu positi, (vt Seneca dixit) multa debent famæ opinionique suæ dare. [l] Quandoquidem, vt est apud Cic. ratio salúsq; omnium, qui ad remp. accedunt, non veritate solùm, sed etiam fama, & opinione nititur. [m] Vt quod de Repelinio scripsit, de his quoque accipi debeat: non extra noxam modo, sed etiam extra famam noxæ conseruandos esse. [m] Et vt apud Plautum Megaronides dicebat.

k Arist. polit. lib. 5. cap. 6.

C

l Senec. lib. 1. de clement. cap. 15.

m Cic. ad Q. Fratrum lib. 1. epist. 2.

m Liui. ad finem lib. 34. ab vrb. cond.

---omnes bonos bonasque
Accurrare addecet, suspitionem & culpam vt ab se segregent. [n]

n Plaut. in trinund.

D Hincque illud Isocratis ad Demonicum, Caue criminationes etiam falsas. Vulgus enim cum veritatem ignoret opinione ducitur. Qua ratione Cicero ipse de Cilicia decedens: Cælium quamuis puerum: Quæstorem prouinciæ præficere maluit, quam Q. Fratrem, quem si reliquisset (infit ille) quadam ad Cælium epistola, dixissent iniqui, non eum planè post annum, vt Senatus voluisset, ex prouincia decessisse: quoniam alterum se reliquisset. [o] Qua de re is etiam ad Atticum. [p] Videbam (inquit) sermones: sui fratrem reliquit? num est hoc plus annum obtinere prouinciam? Illud constat olim apud Lacædemonios,

o Cic. famil. epist. lib. 2. ep. 15.

p Cic. epist. ad Atticum lib. 6. epist. 6.

A receptum sit, coli, ac metui eum perinde ferè à genero, ac parentem à filio, vt de genero dici illud non ineptè possit. Ne soceri sententiæ obluctari velle credatur.

Hinc timor, ast illinc pudor vrget.

Nam & Homerus dicentem inducit Helenam.

O metuende mihi semper, semperque verende
Chare socer. ---

Quo pacto & Honorius apud Claudianum.

Hæc etiam quæritur secum. Quonam vsque verendus
Cunctatur mea vota socer? [g]

B Constatque legibus nostris socerum à genero, vt patrem à filio, vocari inius, absque venia non posse, eumque illi honorem haberi, vt si cum eo manente matrimonio de dote agatur, in id tantum damnetur, quod facere possit, neque aliud quidquam ab eo exigatur, [q] neque etiam genero denunciari possit, vt inuitus aduersus socerum testimonium dicat. [r] Nec dubium est quin omnibus ferè in rebus idem honor socero à genero exhiberi debeat qui patri à filio. Vnde & apud Romanos cum soceris generi non lauabant, sicut nec cum parentibus puberes filij. [s] Nec quicquam obstat, quod ex Salustio quidam colligunt, C leuem videri inter socerum, generumque affinitatem. Apparet enim Sallustium non de Romanis, nostratibusque Gallis, sed de Numidis Maurisque loqui, apud quos singuli pro modo facultatum vxores ducebant. Sic enim Salustius. [t] Etiam antea Iugurthæ filia Bocho nupserat verum ea necessitudo apud Numidas Maurosque leuis ducitur: quia singuli pro opibus quisque quam plurimas vxores, denas alij, alij plures habent, sed Reges eo amplius. Quod & sensisse Liui. videtur cum de Syphace, soceroq; ipsius Asdrubale loquens ita scribit Asdrubal D vt accensum cupiditate (& sunt ante omnes barbaros Numidæ effusi in Venerem) sensit, virginem ab Carthagine accersit, maturatque nuptias, & mox, Cæterum Asdrubal memor cum Scipione, initæ regiæ societatis, veritus ne si traiiceret in Africam Scipio, paruum vinculum nuptiæ essent. [u] Et alibi. Inter hæc Scipio ne Syphacis quidem reconciliandi curam ex animo dimiserat, si fortè iam satias amoris in vxore ex multa copia eum cæpisset. [x]

Sed cum hodie Senatus in plures decurias distributus sit, possintq; parter & filius, socer & gener fratrésque, alij seorsum ab aliis collocari, atque ita non vsquequaque incommodè suo

g Claudianus in lib. de nuptiis Honorij & Mariæ.

q l. rei iudicata § fin. & l. ex diuerso ff. sol. mat. l. sicut & l. sed hoc ita ff. de re iud.

r l. lege Iulia ff. de test.

s Cic. offic. lib. 1. Val. max. lib. 2. de instit. antiq.

t Salust. in Iugurth.

u Liui. 3. dec. lib. 9.

x Liui. dec. 8. lib. 10.

munere defungi: facillimè legis gratiam princeps facit: Illosq; A codicillis suis eâdem in curiam cooptari iubet: ita tamen vt vni eidemq; decuriæ non adscribantur. Quod & nonnunquam Senatus ea in re veluti cōniuens, Principis etiam venia non expectata permittit: si modo regius cognitor non intercedat. Nullum enim tunc subesse videtur periculum ne non illi suo munere rectè fungantur: cessatque constitutionum ratio, quæ coitiones inter gentiles, affinesque iniri facilè suspicatur. [y] Ipsos vero vna eadem quæ in decuria operam nauare nunquam conceditur. Quamobrem & a paucis annis factum esse aiunt Parisiensis B curiæ consultum, ne deinceps cum patre filium, cum socero generum, fratres cum patruo, vel auunculo ex patre, vel sorore nepotem, eidem classi adscribere liceret vtq; qui sic essent sanguine vel necessitudine coniuncti, alterius eorum aliam ad classem translatione se iungerentur, ita vt in antiquorum esset arbitrio, vel in sua classe manere, vel transire ad aliam. Idemque de eo constitutum est, qui sororium curiæ conscriptū haberet, vel qui conscripti sororius esset, atque etiam de ælliis, id est, his quibus duæ nupserint sorores. [z] Hos enim omnes curiæ placito comprehensos esse Lucius asserit. [a] Nouissimè autem factæ sunt hac C de re Regiæ constitutiones duæ: quarum priore in conuentibus ordinum huius regni Aureliæ anno 1560. habitis, edita, pater cum filio, fratres, patruus, & auunculus, cum nepotibus ex fratre vel sorore, in eundem non tantum Senatum, & supremum consessum, sed in rationalium etiam cœtum, & quodcunque aliud ius dicentium collegium assumi, cooptarique prohibentur: ita vt sanctionis illius gratiam fieri, Princeps nolit neq; quauis ex causa factę rationem haberi. Posteriore vero, an. 1566. Molinis lata, edixit princeps, sanctionem illam, & alias, omnes tam à se, quam maioribus suis rogatas de parentibus & liberis, D fratribus & propinquis aliis, in eundem iudicū cōuentum non assumēdis: sartas tectas haberi, & inuiolate custodiri: hoc addito, vt si qui ante à necessarij in eundem iudicantium cœtum assumpti fuerint classium distributione separentur. Sanè quæ de socero, generoq; dicta sunt, ita temperanda putauerim, vt Parisiensis curiæ consulto, quod ad eos attinet, locus sit neque vni eidemque decuriæ adscribi possint: nec ideo tamē minus,* eundem in Senatum assumantur. Non enim Regiatum cōstitutionum verbis comprehensi videri possunt. Neq; etiam gentiles & consanguinei sunt. Vnde & Q. Scæuolam à C. Lælio socero suo

y l. 2. §. origo ff. de postul. l. generaliter 2. c. de episc. & cler.

z Alcia. dispunct. lib. 2. cap. 23.

a Luc. Placit. cur lib. 3. de curia cōscript. art. 40.

* Immò in eundem senatum assumi non possunt, nisi beneficio principis, idque ita seruatur hodie in Gallia.

A in Augurum collegium cooptatum legimus. Ob idque Lælio Fanniũ grauiter infensum, cum ille Scęuolã sibi minorem natu generũ prætulisset: cui (vt est apud Cic.) Lælius se excusans, non genero minori dixit se illud, sed maiori filiæ detulisse. [a] Quin etiam & ipsum Fannium, in idem collegiũ non ita multo post allectum, sunt qui putent, idq; sentire Ciceronem in Lęlio cum sic loquẽtem fannium facit. Proximis Nonis, cum in hortos. D. Bruti Auguris, commentandi causa (vt assolet) venissemus, tu Læli non affuisti, qui diligentissimè semper illum diem, & illud munus solitus esses obire. His enim verbis apparet, Fanniũ hũc B ipsum Augurem fuisse, qui cum Auguribus cõmentandi causa cõuenerit. Nam morem fuisse, vt Augures Nonis cõmentandi, & colloquendi causa congregarentur, ostẽdunt Scęuolæ verba quæ, paulò post, in Lęlio sequũtur quod his nonis in nostro collegio non affuisses, valetudinem respõdeo causam, non mœstitiam fuisse & illa quæ sunt in primo de diuinatione, in Persis augurantur, & diuinant magi, qui congregantur in fano cõmentandi causa, atq; inter se colloquẽdi, quod etiam idem vos Augures quondam facere Nonis solebatis. Vt sic necessario dicendum sit, Augurem Fannium postea fuisse: vel ad id munus alios C etiam, præter Augures, potuisse conuenire. [b] Quod verò ad eos spectat, quorum in constitutionibus Regiis nominatim mentio fit, dubium non est quin hodie eundem in cœtum assumi non possint: ne sic quidẽ vt seorsum collocẽtur. Quod enim de diribitione, & in varias classes distributione, in nouissima constitutione dicitur, ad eos referendũ est, qui ante eam allecti eandem in curiam sint. Sed cum Senatus noster, ex quatuor iudicum decuriis constet, qui in duas (vt appellant) se sessiones distributi senis mensibus alternatim, fessis integri succedentes, pari numero D sedent: ita vt qui priores à calẽdis Feb. in calendas Augusti iuridicũdo operẽtur, reliqua anni parte aliis munus suum obeuntibus, vicissim feriẽtur: Dubium non videtur quin pater & filius, fratres, patruus, & ex fratre nepos, aliiq; huiusmodi cooptari in eum possint non ita quidem vt classium tãtum distributione separẽtur: (hoc enim fieri, vt iam dixi fas non fuerit) sed vt diuersis in consessibus, seorsum, diuersoq; anni tẽpore iuridicundo dent operam: Iis enim sic collocatis, fieri non poterit, vt alter gratia, vel auctoritate sua alterum in sentẽtiam suam pertrahat, vel vt coitiones inuicem incant. Quo enim pacto? cum magno itinerum interuallo distincti, nec confabulentur, nec se videant,

[a] Cic. in Bruto.

[b] Sebast. Conrad. in brut. Cic.

dum hic in vrbe munere suo defungitur, ille muneris exors, ruri fortè, vel alibi in ædibus suis delitescens rerum suarum satagit? Quod nos nuperrimè obseruatum vidimus in persona Michaëlis Bougij. Is enim Consiliarij munere (quod in gratiam eius Iacobus Viardus eiurauerat) à Rege donatus, decima Februarij anni qui sexagesimus octauus supra sesquimillesimum dicebatur, in Senatum nostrum, cooptatus fuit quamuis in eo patruum haberet Iacobum Bougium classis vnius inquisitoriæ Præsidem, ea lege, ne in ea classe operam nauaret, cui patruus suus præesset, sed Principem adiret, quò sibi ius potestasq; fieret, muneris sui exercēdi ea anni parte, quæ à Calendis Augusti in Calendas Februarij, iustitiæ sacra implet. Sed quid de gentilibus dicendum, qui ante constitutionem Molinis editam eundem in conuentum allecti, inque diuersas stationes distributi sint? An decuriis omnibus ad maximū auditorium coeuntibus sedes illis dari, dicendæq; sententiæ potestas fieri debeat? Tot enim conuenientibus cōscriptis parui referre videtur, quod alter alterum, qui sanguine eum attingat in sentētiam suam perducturus sit. Sed satius est vt vni tantum eorum nēpè prius adscripto altero amandato, hoc ius tribuamus. Parum quippe profuerit stationum diuisione illos segregari, si in maioribus, grauioribusque negotiis (cuiusmodi ferè sunt, quæ in primanorum classe disceptantur, cum maximè, cùm classibus congregatis aliquid statuendum est) censendi potestas ipsis fiat, sicque decerni, cum res ad disquisitionem vocaretur, in senatu nostro sæpenumero vidi: tametsi sciam interdum senatu veluti conniuente, cum nemo reclamaret, censendi nobiscum potestatem illis factam. Quod tamen in posterum temere ne fiat, author, Senatui lubens fuerim. Nam & commemini quendam è nostris ea ipsa die qua in ordinem relatus est, cùm classibus in primum & maximum concessum coactis de re aliqua grauiore in consilium itum esset, in sentētiam patrui posterius censentis, eius authoritate vel gratia ductum, deserta sua quæ censentium numero præualebat, quasi transfugam, concessisse: ad murmurentibus cunctis regias sanctiones de gentilibus & propinquis eundem in cœtum non admitendis ad amussim exercendas esse.

Planè quæ de parentibus & liberis, fratribus & aliis coniunctis, in idem collegium non admittendis dicta sunt: putauerim ad publicum aliud quodcunq; munus quod obire solus, & sine auditore nemo queat, producenda esse: Modo huiusmodi

A id fit, vt in eo adminiſtrando fraus fieri haud difficulter poſſit. Vnde & cui rogandorum teſtium, prouincia mandata, vel attributa fuerit, neque filium neque fratrem aut huiuſmodi alium quemquam optionem ſibi ſumet: Quandoquidem, credibile eſt huiuſmodi perſonas ſemper ferè in idem conſpiraturas: neque ſi quid perperam, nequiterue aut parum ſincere alter admiſerit, alterum detecturum. Qua ratione viceſima quinta Maij anno 1550. Senatus Pariſienſis decreto, vrbis, præfecturæque Pariſienſis notariis, pactorúmque perſcriptoribus vetitũ fuit, ne ad mu-
B neris ſui ſocietatem, perſcribendáſque paciſcentiũ conuentiones, patrem vel filium, fratrem, patruum, auunculum, aut ex fratre vel ſorore nepotem, ſocerum vel generum ſibi collegam adhiberent. Extat & Henrici Regis edictum eandem ob rem promulgatum, anno 1557. ne Tribuno cuiquam ærario, cuſtos apponatur, qui ei ſanguine vel affinitate coniunctus, aut in famulitio ipſius fuerit. Cuſtodis autem verbo, illum intelligo, cui id muneris eſt delegatum, vt obſeruet pecuniam, quam in vſum Principis collegerit Tribunus, vel coactor: datus enim ei eſt, quaſi obſeruator actus eius, & cuſtos, fideíque ac diligentiæ ex-
C actor, quem etiam antigraphum vel antigrapharium appellare licet: ſic enim vocat Ariſtot. in Polit. Ne igitur (inquit) interuertantur pecuniæ publicę, inſtitui oportet, vt palam omnibus ciuibus tradantur antigrapháque earum fiant, per phratrias, & tribus ſingulas. Sed quid de regiæ procurationis duumuiris dicendum? An quamuis fraterna, aut alia neceſſitudine coniuncti eundem in cœtum aſſumi poſſint? Et videntur poſſe, cum prohibiti non ſint. De his enim in regiis conſtitutionibus nominatim nihil cautum: nec periculum vllum eſſe videtur, ne alter alterum in ſententiam ſuam perducat, néue coitiones reipub. vel
D priuatis damnoſas, inuicem ineant: Quo enim pacto? cum nec iudicent, nec dicendis in Senatu ſententiis interſint, Fiátque ſæpenumero vt poſtulatis excludantur? Tametſi enim ſacroſancti ſemper ij magiſtratus habiti ſint moribus tamen vbique ferè receptum eſt, vt Iudices meminiſſe malint, ſe in leges iuratos eſſe, ſanctionéſque regias, quam in verba iſtorum conſignata ſtudiũ priuatorum, interdum non mediocriter redolentia. Vnde & prouerbio vulgatum eſt, vniuerſos curiæ conſcriptos, ſingulóſque cognitores, ac aſtipulatores Regis eſſe populique: vt ſic appareat, nec Senatores, nec conſiliarios regios illos eſſe. Nam & in Orcheſtra Curiæ non ſedent, nec quidquam pro imperio, ac

potestate decernunt: & si quid orandum est, ex inferiore loco ac stantes id faciunt. Nec ad rem facit, quod Iano Barbino, regio in Senatu Parisiensi quondam aduocato, curiæ secretariũ (quoties illi libuit) patuisse, dicendæque sentẽtiæ potestatem factam quidam tradunt: Non enim quod illi ob gratiam, patrum indulgentia concessum aliquoties fuit, trahi in exemplum ad posteros debet. Quum nec Barbino etiam ipsi, honorem illum diu habitum satis constet. Cum enim eum sibi veluti debitum, quasique suo iure arrogaret, censuit Senatus, Regio cognitori, vel causidico aditum in curiæ penetrale non esse, sicut nec ius dicendæ in Senatu sententiæ. Cæterum si quid curiam vellent, per apparitores (vt moris erat) denunciarent. [c] Et hæc quidem sunt in hac parte. Sed magis est, vt hos quoque & verbis, & sententia legis contineri dicamus: consiliarij quippe Regij sunt, vulgóque ita censentur, & à Principe, quoties epistolas, & literas ad eos mittit. Huius tituli accessione honorantur. Sed vt demus (quod tamen non facilè concesserim) verè propriéque regios Consiliarios non esse: dubium tamen non est quin è corpore curiæ sint, iisdemq; priuilegiis omnibus quibus & Præsides, & Senatores perfruantur. Vnde perspicuũ fit, sanctionum verbis, quę eundem in cœtum, & collegium, fratres & huiusmodi alios assumi vetant, illos comprehendi. Nec me mouet, quod dixi sententiæ in Senatu dicendæ ius illis nõ esse, neque, etiam dicendis sententiis ipsos interesse, non enim ideo minus moliri multa in reip. principisq; vel priuatorũ perniciem possunt: quando clauũ Senatus ipsi regũt, quem si de officio decedentes minus rectum teneant, quanta reip. mala impendant quis non videt? Vt non abs re summa diligentia in his magistratibus mandandis olim à Principibus nostris fuerit adhibita. Quo fit vt posteriorem hanc sententiã amplecti malim, neque tamen ideo putauerim quemquam ab hoc cœtu arcendum, quod fratrem, socerum, aliúmve necessarium curiæ conscriptum habeat: quum seorsim illi muneribus suis defungantur: cessentque ideo constitutionum rationes. Vnde & nuperrime Ianum Charnerium in album curiæ nostræ Senatorum ascribi vidimus, quamuis Iacobum Gorreum sororium, fisci patronum, in eodem Senatu haberet.

[c] Luc. Placit. Paris. cur. lib. vi.

Illud magis dubium, an Regius, vel cognitor, vel causidicus, fratrem, aut patruum, aliúmve necessarium sublegere possit, qui eius absentis ægri, aut impediti vicem obtineat? Et non videtur,

A cum & hi quoque de reipub. vel priuatorũ pernicie coire possint. Nam & supra ostendimus legari in decem apud Romanos non potuisse, qui Imperatorum essent necessarij. Sed verius est, vt posse censeamus. Quo enim pacto, quibúsve de rebus coitiones facere queunt, qui non nisi seiuncti munus suum obeunt? Non enim suffecti sublegentium collegæ, sed ministri sunt: nec potestatem vllam, nisi vicariam habent, quam iis præsentibus à quibus sublecti sunt non exercent: nec etiam illis præterquam accitis, ad regiæ aduocationis exhedram accedere licet: vt idem B de illis dici possit, quod de legatis Consulum Valerius scripsit, esse eos alieni Imperij ministros.[d] Nec obest quod ex Cicerone docuimus, legatos Imperatoribus esse non potuisse, qui necessitudine aliqua illis essent coniuncti. Id enim de legatis in decem, qui Imperatoribus post victoriam adiutores, & consiliorũ socij decernebantur, accipiendũ Cicero ipse perspicuè demonstrat: non item de iis qui ante victoriam Coss. vel Proconss. ac imperatoribus veluti vicarij, & ministri dabantur. Siquidem hoc munere fungi etiam fratres potuisse vel hinc apparet, quod in iam citata ad Attic. epistola Cicero scribit. Spurium Mummium L. Fratri, qui Corinthum euertit, legatum fuisse, Mum- C mium, inquit, fuisse ad Corinthum pro certo habeo: Sæpè enim hic Spurius, qui nuper est epistolas mihi pronunciabat versiculis facetis, ad familiares missas, à Corinto: sed non dubitò, quin fratri fuerit legatus, non in decem. Et pòst paulò. Illúdque ἰσχομένων illum fratri in primis eius legatis fuisse. Extantque apud historiæ scriptores, multorum aliorum exempla, qui fratribus in prouincias euntibus legati sunt dati. Qualia sunt, quæ de P. L. quæ Scipionibus scripta inuenimus, quorum hic illi in Hispania, huic ille in Græcia legatus fuit: de quibus Li- D uius, decad. 3. lib. 8. M. Syllanus eodem iure, eodem imperio mecum in prouinciam missus. L. Scipio frater meus, & C. Lælius legati. Et alibi. P. Scipio Africanus ait si L. Scipioni fratri suo prouinciam Græciam decreuissent, se legatum iturum. Hæc vox magno assensu audita sustulit certamen.[e] Idem de C. Fuluio, Q. Fuluij fratris Cõsulis eius qui Capuam cœpit legato. Summotis deinde è templo, paulisper dubitatum an accersendus è Capua Q. Fuluius esset, vt coram Imperatore qui res gessisset, disceptaretur. Dein cum M. Attilium C. Fuluium fratrẽ Flacci legatos eius, qui omnibus gerendis rebus affuerant, in Senatu viderent, nec Fuluium auocari à Capua, nec differri Campanos

d Val. max. lib. 3. tit. de fide. sui.

e Liu. dec. 4. lib. 7.

f Liui.dec.3. lib.6. visum.[f] Et rursum vrbanum veterem exercitum Fuluius Cos. C. Fuluio Flacco legato (frater hic consulis erat) in Hetruriam dedit ducendum.[g] Nec etiam desunt exempla parentûm qui filios legatos habuerint. Siquidem Vespasianũ memorat Tranquillus ad comprimendum tumultuantium Iudæorum motum missum inter legatos Titum maiorem filium assumpsisse.[h] Meminitque Capitolinus Gordiani qui Procons. in Africa filium legatum habuit. Cum (infit) temporibus Maximini hominis sæui, atque Truculenti Proconsul Africam regeret, eique legatus filius esset à Senatu datus: Et paulò inferius: Quoniam non longè est nobilissimus vir proconsf. cum filio Consulari legato.[h] Cur autem hi magis quam illi fratribus, aut aliis necessariis legari potuerint, satis ex superioribus intelligi potest: nempe quod qui in primis legabantur, veluti ministri Coss. Procoss. aut Imperatorum essent, vicariámque tantum operam illis præberent: qui vero in decem, adiutores sociique consiliorum & quasi collegæ dabantur: de quorum consilio, & sententia Imperatores negotia cuncta explicabant: vt ex pluribus Liuij locis cognosci potest, veluti cum ait. Ex hac rogatione Senatus decreuit vt P. Scipio ex decem legatorum sententia, pacem cum populo Carthaginensi, quibus legibus ei videretur, faceret. Et mox Scipio legatos Carthaginensium Romam proficisci iussit, vt quæ ab se ex decem legatorum sententia acta essent, ea patrum auctoritate populique iussu confirmarentur.[i] Et alibi. Decem legati more maiorum, quorum ex consilio T. Quintius Imperator leges pacis Philippo daret, decreti. Et inferius: Post paucos dies decem legati ab Roma venerunt, quorum ex consilio pax data Philippo in has leges est.[k] Et iterum alibi. Per eosdem dies, & Antiochi legatis de societate agentibus respondit, nihil se absentibus decem legatis, sententiæ habere. Et inferius. Tum T. Quintius postulauit, vt de iis quæ cum decem legatis ipse statuisset Senatus audiret, eáque si videretur auctoritate sua confirmaret. Et iterum, paucis interpositis. Cum Antiocho, quia longior disceptatio erat, decem legatis quorum pars, aut in Asia, aut Lysimachiæ apud Regem fuerant delegata est. Quintio mandatum, vt adhibitis iis legatorum Regis verba audiret.[l] Quibus ex locis planum fieri cuiuis arbitror, longè aliam legationis in decem, atque cæterarum fuisse rationem, ne vt illa similiter aliis fungi fratres, & alij gentiles, ac propinqui prohiberentur: nec alios, quàm qui in decem mittebantur Imperatorũ Coss. ve

g Liui.lib.7.
h Tranquillus in Vespasiano.
h Capitoli.in Gordiano.
i Liui.dec.3. lib.10.
k idem dec. 4.lib.3.
l Liui.dec.4. lib.4.

A Coſſ.ve aut Procoſſ. collegas fuiſſe, ſed vicarios & miniſtros. Nec ad rem pertinet, quod apud eũdem Liuiũ Manlius P. Scipionem L. fratris conſulis legatum collegam appellare videtur cum ait. Te P. Scipio appello qui legati ius, collegæ maieſtatem, & apud fratrem Coſ. & apud exercitum habuiſti.[m] Siquidem Liuius (quod alibi me fuſius attigiſſe memini) non ad ſermonis proprietatem, ſed latiorem verbi ſignificationem reſpexit, ſecundum quam vicarij etiam collegæ oppellari poſſunt: quandoquidem propriè collegæ non ſunt: quod apertè Valerius loco iam à nobis citato demonſtrat: cum eundem P. Sci- B pionem, qui L. Fratris legatum in Græcia egerat, ſic loquentem facit: non reddo ærario veſtro ſeſtertij quadragies rationem alieni imperij miniſter. Sed Caſſiodorus explicatius, (dum infit. Vices agentium mos eſt, ſic Iudicum voluntatibus obedire, vt ſuas non habeant dignitates. Splendent mutuato lumine, nituntur viribus alienis: & quædam imago in illis videtur eſſe veritatis, qui proprij non habent iura fulgoris.[n] A quibus non diſcrepat quod Cicero dixit eſſe legatos muneris prouincialis miniſtros:[o] ſicut nec quod ex noſtris Pomponius ſcripſit: legatos C Proconſſ. proprium nihil habere, niſi à Proconſſ. eis mandata ſit iuriſdictio.[p] Et quod Cæſar ait, ſe non ignorare quid ſit officium legati, qui fiduciariam operam obtineret.[q] Quo loco legatum pro vicario Cæſar vſurpat, quem propterea fiduciariam operã obtinere dixit, quia redeunte Imp. aut Conſ. cedere eum oporteret.[r] Idem bell. ciuil. lib. 3. Aliæ, inquit, ſunt legati partes, atque Imperatoris: alter omnia agere ad præſcriptum, alter liberè ad ſummam rerum conſulere debet: quibus verbis perſpicuè demonſtratur obſequentem legatum imperatori eſſe oportere, quod & Cornelius Tacitus ſenſiſſe videtur cum dixit. Nã D ſi legatus officij terminos, obſequium erga imperatorem exuit. &c:[s] Ex his igitur ſatis liquet, nihil in leges maiorumque inſtituta vel Regias ſanctiones committere Regiæ aduocationis duumuiros, qui procognitores, vel ſubcauſidicos fratres, aut alios propinquos ſibi ſumunt. Id quod & apud noſtrates vſu ſeruati ſcio: Nam & Iacobum Budæum, Regium in Senatu noſtro cognitorem (quem ego virum, honoris cauſa nomino) Ianum Budæum fratrem ſuum, optionem atque ſuffectum multis annis habuiſſe, idque vniuerſo Senatu comprobante, compertiſſimum habeo. Nec etiam dubium eſt, quin actuarij munus in Senatu, & alibi obire is etiam poſſit, qui fratrem, aut pa-

m Liui. dec. 4. lib. 8.

n Caſſiodo. Var. lib. 8.

o Cic. in Vatin.

p l. legati ff. de offic. procõſ. & leg.

q Cæſ. lib. 2. bell ciuil.

r Buda. l. fin. ff. de orig. iur.

s Tacit. annal. lib. 3.

truum, socerum, generum, aliumve affinem, vel propinquum eadem in Curia Præsidem, vel conscriptum habeat. Cessant quippe in iis rationes omnes, quæ huiusmodi personas eundem in cœtum allegi vetant. Multosque huiusmodi eadem in curia, nostra etiam ætate allectos fuisse scimus. Ac Lutetiæ quidem Petrum segurium, vnum ex quatur Curiæ primis, cuius gener Malonius capitalium causarum scribam agit: Burdegalæ, Senatorem quendam quem de facie noui, Pontaci principis scribæ generum: hic vero in Senatu nostro Ludouicum Braillonium Senatorem integerrimum, & qui conscripti munus implet, & scite, & diligentissime, cuius socer, Guillelmus Haroissius, exceptoris causarum capitalium munus, multis annis obiuit. Si tamen rogandorum testium prouincia præsidi, vel Senatori mandata, sit neque de eo suspicio haberi possit, alium, quam Actuarium, qui affinis, vel gentilis ipsi fuerit subscriptorem cooptare eum oportebit: quod & ad alia omnia negotia, quæ à solo explicari nequeunt producendum, ex iis quæ ante dicta sunt satis liquet.

Illud constat Regiis sanctionibus, quæ fratres, liberosque cum parentibus, ac huiusmodi alios, in eundem cœtum assumi vetant, aulicum sanctiusque principis consilium non comprehendi. In id enim huiusmodi gentiles simul allegi, quotidie videmus: quod personarum excellentiæ datum videri potest. Siquidem huiusmodi collegium ex aliis fere non constituitur, quam Regij sanguinis Heroibus, Antistitibus, Proceribus magistro militum, Cancellario & qui maximis legationibus perfuncti sint: Id quod Romani Senatus exemplo fieri non absurdè fortè quis dixerit, in quem similiter parentes & liberos fratres aliosque propinquos, subinde allectos cooptatosque legimus: vt ex his quæ de se & Quinto Fratre, de M. Antonio & Lucio Cæsare huius auunculo Pansa consule & Q. Fusio Calenocius socero Cicero: Et de Pompeio & de Cæsare Tranquillus scribunt [s] intelligi potest. Sicut ex eo quod P. Licinium Caluum seniorem de Præda Veiorum diuidenda, rogante filio, (qui Tribunus militum Consulari potestate creatus paulo ante fuerat) sententiam in Senatu Romano dixisse, scriptum apud Liuium inuenimus. His verbis, quid de præda, faciendum censerent duæ Senatum distinebant sententiæ, vna senis, P. Licinij, quem primum dixisse à filio interrogatũ ferunt, edici palã pla-

[s] Cic. Philip. 10. Tranq. in Cæsare dictatore cap. 21.

A cere populo, vt qui particeps esse prædæ vellet, in Castra Veios iret, [s] Idem de C. Claudij Appij decemuiri patrui sententia, ipso interrogante Appio in Senatu pro bello aduersus Æquos & Sabinos: C.Claudij, qui patruus decemuiri erat oratio fuit præcibus quam iurgio similis, orantis per sui fratris, parentisque eius manes, vt ciuilis potius societatis, in qua natus esset, quã fœderis nefariè icti, cum collegis meminisset: & post paulo cũ aliud præterquam de quo retulissent, decemuiri dicere prohiberent, Claudium interpellandi verecundia fuit. Sententiam igitur peregit: nullum placere senatusconsultum fieri. [t] Dequa B similiter Dionys. Halicarna. Et his dictis primum vocauit patruum suum C.Claudium qui exurgens huiusmodi orationem habuit: Postquam (patres) vult me Appius primum sententiam dicere me honorans ob cognationem, &c. [u] Et rursum Liuius de sententia L. Cornelij M. Cornelij decemuiri fratris. Ita labante iam causa decemuirorum L.Cornelius Maluginensis M. Cornelij decemuiri frater, cum ex Consularibus ad vltimum dicendi locum consulto seruatus esset, simulando curam belli, fratrem collegasque tuebatur: [x] tanta siquidem sub Imperio pop.Rom. Senatorij fuit ordinis amplitudo vt maiestas & de eo C temere quicquam suspicari piaculum fuerit: in quem qui legebantur maximorum Regum speciem habebant, vt non ab re Cineas Pyrrhi legatus retulisse ei dicatur, Senatum Romanum multorum Regum sibi consessum videri. [y] Proinde Liuius de Alexandro magno loquens, victusne (inquit) esset consiliis iuuenis vnius (ne singulos nominem) Senatus ille quem qui ex regibus constare dixit, vnus veram speciem Romani Senatus cœpit? [z] Eos vero qui in interiore illo Senatu, Principi à consiliis sunt, non malè forte seu apocletos seu apolectos quis dixerit: sic enim (vt est apud Liuium) Ætolorum sanctius consilium, quod D ex delectis constabat viris appellabant. [A] Qui ita dicebantur quod ex multis solerent deligi.

s Liui. ab vrb. cond. lib. 5.
t Liui. lib. 3.
u Dyonis. Halicar. lib. 11.
x Liui. eodem loco lib. 3.
y Plutarchus in Pyrrho.
z Liui. ab vrb. cond. lib. 9.
A Liui. ab vrb. cond. lib. 35.

 A

Adiutores qui, & quibus dari debeant.

CAP. IIII.


Diutores olim datos officiis constat, leuandi laboris causa, qui his vel morbo affectis, vel negotiorum mole oppressis opem ferrent: eorumque munia obirent. [a] Vnde adiutores Quæstoris Iustiniano, qui eo ægrotante, vel molestis, operosisque negotiis, aut aliter impedito, munus suum implebant. [b] Sic & adiutores sacræ memoriæ, [c] Adiutores magistri officiorum: [d] quos & agentes pro magistro officiorum dictos existimo. Ammia. Marcelli. [e] Cum Iudices fastidissent, Florentius Nigriniani filius, agens tunc pro magistro officiorum, contemplans diligenter scripta, apicumque pristinorum reliquias quasdam reperiens, tum factum ex priore textu interpollato longe alium quàm dictarat Syluanus, ex libidine consarcinatę falsitatis adscriptum. Sic & adiutor vrbani officij apud Symmachum [f] Enumeranturque & in notitia quę nouellæ Iustiniani octauæ subiicitur, multa alia tam militaria, quam ciuilia officia, quibus adiutores dabantur. Extatque huius rei exẽplum apud Cæsarem de Lentulo Marcellino, quem cum Cæsar munitionibus quibusdam præposuisset, neque is propter morbum, quo tunc affligtabatur, id munus exequi posset: adiutor ei à Cæsare datus est Fuluius Posthumius. Cæsar. [g] Ad eas munitiones Cæsar Lentulum Marcellinum Quæstorem cum legione noua positum habebat: huic quod valetudine minus commoda vtebatur, Fuluium Posthumium adiutorem summiserat. Adiutorem præterea quendam Prætori datum etiam ante constitutum Imperium indicat. Liui. Prætores L. Papirius Maso vrbanam M. Aburius, inter peregrinos sortiti sunt M. Cornel. Scipio Maluginensis Hispaniam vlteriorem L. Aquil. Gallus Siciliam habuit. Duo deprecati sunt ne in prouincias irent: M. Popil. in Sardiniam Gracchum eam prouinciam pacare, & T. Eburium Prætori adiutorem ab Senatu datum esse. [h] Existimat Alciatus in militia adiutores, qui ægrorum vel alias impeditorum: munera subibant, optiones etiam dictos. Cui & ipse assentior, quamuis enim Festus Pompeius, [i] optionem in re militari appellatum fuisse dicat, quem decurio, aut centurio

a l. 3. C. de diu. offic. lib. 12.
b l. vlt. C. de prox. sac. scri. lib. 12.
c l. comperimus eod. tit.
d l. 1. C. de off. mag. off. & l. eos C. de princ. agẽt. in reb. eod. lib.
e Ammia. Marcell. lib. 15.
f Symmach. epist. lib. 1. epistola. 22.
g Cæsar belli. ciui. lib. 3.
h Liui. lib. 1. dec. 5.
i Fest. Pomp. in lexico in verbo optio.

B C D

A optabat ſibi rerum priuatarum miniſtrum, quo facilius obiret publica officia. Conſtat tamen & qui publica etiam tractaret, optionem dictum. Veget.[k] Optiones(inquit)ab optando appellati, quod antecedentibus ægritudine præpeditis, hi tanquam adoptati eorũ atq; vicarij, ſolent vniuerſa curare. Varro.[l] Quos decuriones primo adminiſtros ſibi adoptabant, optiones vocari cœpti: quos nunc propter ambitiones Tribuni faciunt. Sed & Feſtus ipſe. Optio(inquit)qui nunc dicitur, antea appellabatur accenſus, is adiutor dicebatur, Centurioni à Tribuno militum,

B qui quia cooptare quem velint cẽturionibus hoc tempore permiſſum eſt, ex facto nomẽ ſortitus eſt. Quem autem optionem ſibi accipiebat Centurio. Liuius ſubcenturionẽ vocat. Sic enim ille.[m] Romano haud ſatis fidente viribus iam Romæ permiſſum erat ab Conſulibus, vt ſub Centurionem quem ſibi volent legerẽt qui tutaretur eum ab vno deſtinato hoſte. Hunc etiam Calliſtratus optionis nomine intelligit.[n] Vſurpat & in hunc ſenſum vocem hanc licet methaphoricos Demenetus ſenex apud Plautum.[o]

Qua me, qua vxorem, qua tu ſeruum ſauriam
Potes, circumduce: aufer, promitto tibi
C *Non obfuturum me: ſi id hodie effeceris*
Tibi optionem ſumito Leonidam
Fabricare quiduis: quiduis comminiſcere.

Ad hos etiam alluſiſſe metaphoricos videtur Iuuenal.[p]
Adiutor gelidos, veniam caligatus in agros.

Optiones etiam dicit Vlpia. quos carcerum cuſtodes adiutores ſibi ſumebant, ad cuſtodias obſeruandas, regendaſque.[q] Pãnicularia(inquit)id eſt ſpolia quibus indutus eſt quis, cum ad ſupplicium deducitur, neque ſpiculatores vltro ſibi vendicent, neque optiones ea ſibi deſiderẽt. Et mox Hanc rationem

D non in compendium ſuum debent Præſides vertere, ſed nec optiones ſiue commentarienſes ea pecunia abuti. Sic & diuus Ambroſius. Neque, inquit, Paulus & Sylas tempus diſtulerunt quo optionem carceris baptizarent cum omnibus eius. Hos Valent. Grat. que Cæſares reſcripto quodam ſuo adiutores appellant.[r] Si(inquiunt)commentarienſis neceſſitate aliqua procul ab officio egerit: adiutorem eius pari iubemus inuigilare cura: ſubcuſtodes etiam dicere poſſumus. Plautus.[s]

Quia ſceledrus dormit, hunc ſubcuſtodem ſuum
Foris ablegauit, dum ea ipſe tranſire huc placet.

k Veget. de re mili. lib. 2. cap. 7.
l Varro de ling. lat. lib. 1.
m Liui. lib. 8. ab vrb. cond.
n l. fin. vbi Bud. ff. de iur. Imm.
o Plaut. in Aſinar.
p Iuue. ſat. 3.
q l. diuus ff. de bon. damnat.
r l. ad commẽtarienſem C. de cuſto. reo.
s Plaut. in mil. glorio.

Optionis præterea nomine is etiam censetur, quem ad duellum prouocatus, propter corporis imbecillitatem, valetudinem aduersam, aliamve iustam causam, vt cum aduersario singulari certamine decertet, vicarium sibi substituit: quod quibusdam casibus ab Alciato diligenter congestis illi conceditur. [t] Cæterum quod diximus adiutores iis dari, qui per seniũ morbum, aut alium casum sua ipsi munia exequi non possunt: optima ratione institutum videtur, ne tantisper dum ægrotant, vel maiore re sua distringuntur, aut aliter impediti, suo ipsi munere fungi non possunt, id à nemine administratum vacuumque & inane maneat. Nam & durum inhumanumque admodum esset muneribus suis eos destitui, quibus neque culpa, neq; scelus vllũ assignari potest.[u] Quod animaduertens Alphonsus Aragonum Rex cum Stephanus Eques Neapolitanus, poculo amatorio insaniisset, essentque qui oppida, & nonnulla Regia officia, quibus Præfectus erat, postularent, quod absurdum videri dicerent, ea à demente possideri: respondit sibi inhumanissimũ videri, iis etiam substantiam se auferre, quibus sors mentem & cerebrum abstulisset.[x] Sic & Fridericus Cæsar, cum adolescentes quidam, præfectura arcis cuiusdam munitissimę ab eo se donari petiissent: quod qui illi præesset, ætate & viribus confectus esset: respondit amicum se paternum, eundemque probum virum arci, non arcem illi commendasse, neque adduci potuit, vt immerentem illum, quamuis arcis custodiæ minus idoneum de gradu deiiceret. [y] Qua ratione & pontificiis sanctionibus cum Episcopus ob morbum animi, vel corporis aliamve huiusmodi causam suo muneri superesse non potest: ab Episcopatu quidem deiici non debet, sed ne ecclesia pastore destituta maneat, datur ei adiutor, rerumque ecclesiasticarum dispensator, qui suum munus obeat, vicariamque ei operam præstet. Cuius rei exemplum est apud Eusebium & Nicephorum de Alexandro, qui adiutor datus est Narcisso Pontifici Hierosolimitano, quod iam senio fractus, Pontificatus ministerio sufficere non posset. [z] Eandem obrem & Regi qui senili ætate grauatus, animive vel corporis ægritudine affectus munia sua exequi non possit: datur adiuctor, & minister, qui regni tutelam procurationemque suscipiat, [a] Cuius etiam rei extat exemplum apud Anglicæ, Gallicæque historię scriptores: de Carolo sexto Galliarum Rege, qui cum mentis errore affectus, rebus agendis vacare non posset: dati sunt ei adiutores, multisque annis in procuratione regni

t Alcia. lib. de singu. certam. cap. 8. & 35.

u Arg. l. 3. §. fin. ff. de suspec. tuto.

x Anto. Panor. dicto & facto Alphõs. reg. lib. 4.

y Æn. Siluion 4. Alphõs. dict. & fact. lib.

z Euseb. eccle. histo. lib. 6. cap 9. & nicepho. lib. 5. cap. 9.

a c. grandi de supp. neglig. prelato. lib. 6. Alber. rub. ff. de curat. furio. & l. solet ff. de tutel.

A mansere, primum Ludouicus Dux Aurelianēsis. Dein Carolus Delphinus, qui & ipse non multo post Galliæ regnum obtinuit, dictusque est Carolus septimus. [b] Sic & Romanorum principum constitutionibus propter tutoris dignitatem, aduersamve eius valetudinem, vel senium ætatis, solet ei curator adiungi: sicut & propter latè diffusum pupilli patrimonium, facultatum ipsius augmentum, diffusa ve negotia, vel quod solus administrationi sufficere nequeat. [b] Is autem magis administrator rerum, quam curator esse intelligitur. Est & adiutor tutelæ, quam solet prætor permittere, tutoribus constituere, qui B non possunt sufficere administrationi tutelæ. [c] Id autem perquam ridiculum est, Quod apud Lituanos iampridem ex more inualuisse ferunt: maritis ætate confectis, maleualentibus, aut alias impeditis, ne maritale munus implere possint: adiutores dari: qui dum illi ab vxorio opere feriantur, vicem suam suppleant, suumque negotium peragant. Cuius moris, seu instituti, ne quis commentitium id esse censeat idoneum authorem habeo Aeneam Syluium, qui in 4. dictorum & factorum Alphonsi Regis, ad hunc modum loquitur. Dux quidam Oppaniæ vxori, quàm ex Lituania † acceperat, obuiam cum exisset, C in comitatu illius adolescentem offendit, forma egregium, robusto corpore, in plumis iacentem, pensili curru aduectum. Interrogauit quis nam esset. Coniugis suæ fratrem, aut propinquum existimans. Responsum est ab iis, qui propius aderant. Apud Lituanos more patrio nuptas, quæ nobiles quidē essent, vnum pluresve concubinos, pro viri facultatibus, domi alere consueuisse, qui negligente marito onera matrimonij subeat. Illumque sibi adductum fuisse, qui vices suas suppleat, si quando vt fit, vel morbo, vel alia quauis causa coniugi debitum persoluere nequiret. Voluit dux laniandum canibus hominem D abiicere: sed prohibitus ab amicis, in Lituaniam quàm celerrimè redire eum iussit. Huiusmodi operam præbuisse Iouem absenti Amphitruoni significat Sosias apud Plautū his verbis.

Nescio quid istuc negotij dicam, nisi quispiam est
Amphitruo alius, qui forte te hic absente, sic tamen
Tuam rem curet, teque absente hic munus fungatur tuum. [c]

Estque lepidus Martialis ille iocus in Marianum, cuius, vt ille ait. res non absimili ratione Crispulus quidam agebat. Martirlis. [d]

Nihil mihi respondes? Vxoris res agit, inquis

b Polid. virg. Angl. histo. lib. 21. & 22.

b d l. solet ff. de tu. l. propter & l. fin. C. in quib. caus. tuto vel cura hab. tut. vel cur. dar. poss.

c d. l. solet & l. decreto ff de admi. tute.

† Id est polonia.

c Plau. in Amphitruo.

d Martial. lib. 5. epigrā.

Iſte mea: ſanè certus & aſper homo eſt.
A
Res vxoris agit? res nullas Chriſpulus iſte,
Res non vxoris, res agit iſte tuas.

Talem adiutorem habuiſſe fertur Henricus octauus Anglorum Rex Culpeprum quendam qui nocturnos ſeneſcentis ipſius labores adiuuabat, ſed quem vxor ſua Catharina Hauarda in ſpem prolis inſcio marito aſciuerat. Quod & antè ab alia principis eiuſdem coniuge Anna Bolenia factum fuerat. Et hæc enim cum puellam enixa marem concipere non poſſet rata mariti Regis vires fœcunditati ſuæ impares atque alienas fore aliquos quoſdam thori genialis participes effecit, qui & ipſi
B
maritale munus obirent, quod tamen illis demum infœliciſſimè ceſſit. Omnes enim capite damnati, cum ipſis etiam vxoribus gladio carnificis interierunt, [d] huiuſmodi adiutores Apuleio laboris vicarij dicuntur. Sic enim apud eum ſacerdos ille deæ Syræ, vocat Apuleium in aſinm verſum, quod diceret eum vicem laboris ſui in concubitu geſturum, ſeque venereis laboribus exhauſtum viciſſim recreaturum. Apulei. [e] Veniſti tandem miſerrimi laboris vicarius, ſed diu viuas, & dominis placeas, & meis defectis iam lateribus conſulas. Sed vt eo reuertar,
C
vnde diuerti, hodie apud noſtrates Gallos, in palatina, vrbanaque militia rarus eſt adiutorum vſus: Tantus ſiquidem eſt ordinariorum magiſtratuum numerus vt alter alterius, ægri vel impediti munia facilè obeat. In ſupremis conceſſibus, ſi quis ob ſenium, aduerſum valetudinem, aliudve legitimum impedimentum, fungi ſuo munere non poſſit, non ſolet quiſquam in eius locum ſubſtitui niſi ex cauſa neceſſaria: vt quia ad numerum Conſiliarij vel Senatores non ſint: ita vt per infrequentiam conſilij, quod ratum, firmumque ſit, cenſere, vel decernere nihil poſſint, quo caſu nec is quidem qui ſuffectus fuerit ægro-
D
tantis ſtipendia percipit, ſed ægrotanti ipſi ſeu impedito, eius etiam temporis, quo valetudine minus commoda vſus, vel legitimo impedimento auocatus, munia ſua non obiuerit, numerantur. Suffecto vero pro modo laboris, & temporis quo muneri illi inſeruierit, ex fiſco vel ærario Principis ſalariũ decernitur. Quod vtrumque rectè ritéque fieri nemo ſani iudicij inficias iuerit. Vt enim hunc qui operã ſuã præbuit iuſtã mercede fraudari non eſt æquũ: ita nec illum qui per aduerſã valetudinẽ aut alium caſum penſum ſuũ cõficere nequiuit, ſtipendiis expungi.

d *Paul. Ioui. lib. de imper. & gent. cog. orbis in deſcript. Britã.*

e *Apul. Aſin. aur. lib. 8.*

Non

A * Non enim muneri suo defuisse videri potest. Seruire si quidem
(inquit Paulus) nobis intelliguntur, etiam hi quos curamus æ-
gros, qui cupientes seruire propter aduersam valetudinem im-
pediuntur. [f] Supersunt tamen adhuc huiusmodi adiutorũ, quę- f l 4 §. pe ff. de statu. lib.
dam quasi reliquiæ. Nam Regij cognitores, & causidici, tam in
supremis curiis, quam præfecturarum foris, etiamnũ adiutores,
vicariósque sibi assumunt, quos substitutos vocant. Id quod illis
etiam regiis sanctionibus concessum videtur: ita tamen, vt iustũ
suffectorum numerum non excedãt: neque subditiis ipsis ob eu-
B logiorum, aliorúmve capitalis litis instrumentorum inspectio-
nem, à litigatoribus quidquam accipere liceat. [f] Id autem ne ad- f Reg. sanct. Caro. 9. art. 89.
iutorum numerus redundans esset & superfluus, vtque ad pristi-
num modum redigerentur, iampridem in adiutoribus quæsto-
riæ dignitatis constituerat Imperator Zeno. [g] Sed cum Regiis g l. comperimus C. de prox sac. scri. lib. 12.
constitutionibus certus substitutorum numerus definitus non
sit, id in iudicantium arbitrio positum videtur. [h] Anno tamen
1543. constituit Senatus noster, ne in præfecturarum foris, h l. 1. C. de iur. de lib.
imísque subsellius plures quàm vnum, aut ad summum duos ad-
iutores sibi Regij subcogr itores assumerent: quod & ab eo tem-
C pore obseruatum inconcusse vidimus. Quamuis autem in fi-
nibus ditionis curiæ cuiúsque supremæ, vnus sit Regius cogni-
tor propriè loquentibus: quique in præfecturis Regiis, fungun-
tur hoc munere, non cognitores Regij, sed procognitores sint,
vel subcognitores, ideóque eorum acta, cum ad curiam vo-
cantur, quatenus ab aduocatione Regia agnoscuntur, aut ab-
nuuntur, ita ferè aut rata, aut irrita euadant [i] non tamen hos si- i Rebuff. in consti. reg tit. de appell. act. vlt.
bi adiutores Regij cognitores asciscunt, neque ab alio quam
Principe, hoc magistratu donantur. Quin & illud Parisiensis Se-
natus consulto anni 1526. pronunciatum esse aiunt, non pos-
D se Regium in Senatu cognitorem in Regia Præfectura, alium
sufficere: Regias enim lites omnes quæ eo in foro aguntur, ab
ipsis procognitoribus (quos Princeps hoc munere donauerit) k Rebuff in const. reg. tit. de adio. & procura. reg.
procurati debere. [k] Id quod & ego adhuc adolescens, ab Ægi-
dio Magistro, nunc Parisiensis Senatus Curione summo: tunc
vero in nostro Senatu Regio causidico, audiuisse me non semel
memini. Id autem dubium non est, quin & causidico Regio

* Non enim.] Eius temporis, quo ægrotauerat, sua conscripto nihilominus stipendia permissa. xvj. cal. Iul. M. cccc. xix.

Bellesayo conscripto tametsi munia non obiuisset stipendia numerari placuit. æquum enim & bonũ esse, rationem haberi eius, qui munia obiturus erat, si per morbum aliudve legitimum impedimentum n licuisset ix. Cal. Octob. M. cccc. lxxx. viij. Lucius lib. 4. de Curiæ Conscriptis, tit. 5 cap. 12 & 13. Iuxta l. fina §. seruire enim nobis D. ad l. Rhodiam de iactu.

Tt

subcausidicum in Senatu dare liceat sicut & Regio cognitori A subcognitorem.[1]

1 Luc.Parisi. cur. plac. lib. 4.tit. de regiæ procur. triumuiris cap.5.

Collegarum nomine veteres eos intellexisse qui unà lecti, iisdémque auspiciis creati erant, quamuis eiusdem imperij & potestatis non essent; aduersus Vlpiani & Pauli Iurisconsult. sententiam.

CAP. V.

B



Ollegarum appellatione (inquit Vlpianus) hi cõtinentur qui sunt eiusdem potestatis: quales sunt (ait Alciatus) consules, Prætores, Tribuni plebis, & alij ad idem munus collecti.[a] Ceu verò collegæ non sint, qui eidem muneri non sint præpositi, & qui potestatem eandem non habeant.[b] Quod quàm longe à vero absit, vel ex eo liquet, quod collegæ Consulum Prætores erant cum tamen eiusdẽ officij, & potestatis non essent. Maior enim fuit imperij vis, atque authoritas in C Consulibus,[c] quos ab initio Regia potestate creatos cõstat. Vnde & in veteri lege, Regio imperio duo sunto, iique à iudicando, consulendo, Iudices Consules, appellantor.[d] Et apud Liuiũ, Fabium equitum magistrum L. Papirius Dictator sic alloquitur. Quero de te Q. Fabi, cum summum imperium dictatoris sit, pareantq; ei Consules Regia potestate[e] &c. hi sicut Dictatori subiiciebantur, & obediebãt, ita illis reliqui magistratus omnes, præter Tribunos plebis, non quia maiores essent Tribuni potestate, sed quia Consulibus oppositi, ad euertendam, vel potius (vt cum Cicerone loquar) minuandam eorum potestatem essent D creati.[f] Ab omnibus magistratibus, & comitatum, & cõcionem auocare poterant: ab illis neque Prætor neque alius poterat.[g] Speciatim vero Consulibus Prætores paruisse ostendit Cic.3. in Catilinam (cum ita scribit.) Itaque hesterno die L. Flaccum & C. Pontinum Prætores fortissimos, atque amantissimos reipub. viros, ad me vocaui: rem omnem exposui: quid fieri placeret, ostendi: illi autem qui omnia de republica præclara, atque egregia sentirent, sine recusatione ac sine vlla mora negotium susceperunt. Et rursum paucis interpositis. Interea statim admonitu Allobrogum C. Sulpitium Prætorem fortem virum misi, qui ex

a l.Collegarũ ff.de verb. signific.
b Arg.l.cum pretor ff. de iud.
c Liui decad. 5. lib.3.l.3.§. si.cum l.seq.ff. de arbitris.
d Cic.3. de leg.
e Liui. ab vrb. cond. lib. 8.
f Polib lib 6. Cic 3. de legi.
g Gell lib.13. cap.15.

A ædibus Cethegi, si quid telorum esset, efferret, ex quibus ille maximum siccarum numerum, & gladiorum extulit. Et iterum L. Flaccus & C. Pontinus Prætores, quòd eorum opera forti, fidelique vsus essem, meritò ac iure laudantur. Salustius. Cicero per legatos cuncta edoctus. L. Valerio Flacco & C. Pontino prætoribus imperat, vt in ponte Miluio per insidias, Allobrogũ comitatus deprehendant. Rem omnem aperit, cuius gratia mittebantur. Cætera vti facto opus sit, ita agant: permittit illis homines militares: sine tumultu præsidiis collocatis, sicuti præceptum erat, occultè pontem obsident.[h] Et inferius, Consul Flaccum Prætorem scrinium cum literis, quas à legatis acceperat, eodem afferre iubet Liuius ab vrbe condita lib. 27. Cum Consul se populum rogaturum negasset, quod suæ potestatis esset, Prætoremque vetuisset rogare, Tribuniplebis rogarunt. Et alibi. Ea res L. Lentulũ Consulem ab vrbe exciuit, qui vt in prouinciam venit plenam tumultus, trepido exercitu accepto Prętorem multis probris increpitum prouincia decedere, atque abire Romam iussit.[i] Et rursum alibi. Similia omnia magis visa hominibus quàm paria: minor ipse Imperator, & nobilitate Anicius cum Æmilio & iure Imperij Prætor cum Consule collatus.[k] Valerius Maximus, Luctatius Consul & Q. Valerius Prætor circa Siciliam insignem Pœnorum classem deleuerant: quo nomine Luctatio Consuli triumphum Senatus decreuit. Quum autem Valerius sibi quoque eum decerni desideraret, negauit id fieri oportere Luctatius, ne in honore triumphi minor potestas maiori æquaretur. Et post paulò. Tunc Calatinus, qui iudex inter eos conuenerat, priusquam Luctatius causam suam ordiretur: quæro, inquit Valeri à te, si dimicandum necne esset contrariis inter vos sententiis dissedissetis, vtrum quod Consul an quod Prętor imperasset maius habiturum fuerit momentũ? Respondit Valerius non facere se controuersiam quin priores partes Consulis essent futuræ.[l] Rectè igitur Iustinianus Prætores Consulibus non multò inferiores esse dixit.[m] Ostendit id & è nostris Paulus, lib. 16. ad Plautium cum ait, apud eum cui par imperiũ est manumitti non posse, sed Prætorẽ apud Consulem rectè manumittere,[n] indicans scilicet eiusdẽ imperij Prætores cum Consulibus non esse, neq; ideo collegas appellari posse: nam & mox subdit, apud collegam suum prætorem manumittere non posse.[o] Cui rei & illud adminiculo est, quod à Prætoribus ad Consules prouocatum aliquando fuisse legimus.

h Sallust. in coniurat. Catil.

i Liuius Bell. maced. & Asiat. lib. 2.

k Liuius ab vrb. cond lib. 45.

l Val. Max. lib. 2 tit. 3.

m Iust. no. 24.

n l. apud eum ff. de manumiss.

o l. apud filium fa. ff. de manumiss. vindic.

Nam & Genutius (vt est apud Valerium Maximum) cum à Cn. Oreste Prætore vrbis impetrasset, vt restitui se in bona Næuiani iuberet, quorum possessionem secundum tabulas testamenti ab ipso acceperat: Appellatus Æmilius Lepidus Consul à Surdinio, cuius libertus Genutium hæredem fecerat, prætoriam iurisdictionem abrogauit, iuréque appellatum pronunciauit.[p] Hincque Consularis cognitio, summa cognitio dicta, cuiusmodi prætoria non fuit. Quintilianus. Non debes apud prætorem petere fideicommissum, sed apud Consules, Maior enim prætoria cognitione summa est[p]. A

p Valer. lib. 7. ca. 7. de testa. quæ recisa sunt.

p Quintilianus lib. 3. cap. 6.

Quod autem prætores, quamuis minoris imperij (contra quam scripsit Paulus) collegæ Consulum essent, significat Liuius dum ait. Cum de industria omnia ne quid per Plebeium Consulem ageretur, proferrentur, silentium omnium rerum, ac iustitio simile otium fuit: nisi quod non patientibus tacitũ Tribunis quod pro Consule vno Plebeio tres Patritios magistratus currulibus sellis prætextatos tanquam Consules sedentes nobilitas sibi sumpsisset: Prætorem quidem etiam iura reddentem & collegam consulibus atque iisdem auspiciis creatum.[q] Sed hoc apertius declarat. Cic. quadam ad Atticum epistola: cuius hæc sunt verba. Nos in libris habemus non modo Consules, à prætoribus, sed nec prætores quidem creari ius esse, id factũ esse nunquam: Consules, eo non esse ius, quod maius imperium à minore rogari non sit ius: Prætores autem cum ita rogentur, vt collegæ consulum sint, quorum est maius imperium.[l] In quam propemodum sententiam Gellius. Patritiorum (inquit) auspicia in duas sunt potestates diuisa Maxima sunt. Coss. Præto. Censs. neque tamen eorum omnium inter se eadem, aut eiusdem potestatis, ideóque collegæ non sunt. Censores, Consulum, aut Prætorum, Prætores Consulum sunt.[m] Et post paulò. Prætor & si collega Consulis est, neque Prætorem, neque Consulem iure rogare potest, vt quidem nos à superioribus accepimus, & ante hæc tempora seruatum est. Et vt in commentario xiij. C. Tuditani patet, quia imperium minus, Prætor, maius habet Consul, & à minore Imperio, maius, aut maioris collega rogari iure non potest. Hactenus Gellius. Cuius sententiam illud quoque iuuat, quod Plinius scribit. Traianum Cæsarem in eo Consulatu, quem Imperium adeptus gessit, non illos tantum, qui eundem cum eo magistratum gerebant, sed Prætores etiam collegarum appellatione dignatum. Sic enim B C D

q Liuius ab vrb. condit. lib. 7. circa initium.

l Cic. episto. ad Attic. lib. episto. 11.

m Gel. lib. 13. cap. 14.

A ille,[n] adibat aliquis vt Principem, respondebat se Consulem esse. Nullius ab eo magistratus ius, nullius authoritas imminuta est, aucta etiam: siquidem pleraque ad Prætores remittebat, atque ita vt collegas vocaret, non quia populare gratumque audientibus, sed quia ita sentiebat. Tantum dignationis in ipso honore ponebat, vt non amplius esse censeret, quod aliquis collega appellaretur à principe, quàm quod Prætor esset. Ideo autem Prætores collegæ Consulum dicebantur, quia iisdem comitiis, iisdemque auspiciis creabantur, vt ex Liuij verbis illis
B colligi potest, quibus dicit. Prætorem iura reddentem, & collegam Cōsulibus, atque iisdem auspiciis creatum.[o] Et alibi. Ægrè (inquit) ferebat solum eum in magistratibus, solum apud exercitus esse: tantum iam eminere vt iisdem auspiciis creatos non pro collegis, sed pro ministris habeat.[p] Sed clarius ex Gellio, dum Messalam citat, collegam esse Prætorem Consulis docentem, quod eodem auspicio creantur.[q] Vt sic appareat rectissimè sensisse Varronem, dum à legendo, id est eligendo collegas dictos asserit: quasi vnà simulque lectos.[r] Falluntur itaque qui collegas à colligendo dici existimant, qui simul habitant: quasi vnà se colligant.[s] Satis enim ex superioribus apparet, vt collegæ
C aliqui dicantur, nihil referre seorsum ne vel simul habitēt. Quis enim dixerit Consules, & Prætores, easdem ædes incoluisset? Quis item Ciceronem C. Aquilij fuisse contubernalem, quem tamen in Prætura se collegam habuisse non vno in locō gloriatur?[t] Domum enim Aquilium, in colle viminali habuisse, consensu omnium, multo cæteris omnibus Rom. ædibus illo æuo pulchriorem Plinius memoriæ prodidit.[u] Cum Ciceronis domus (quod ipse testatur) fuerit in Palatio, atque pulcherrimo vrbis loco, iuxta porticum Catulli.[x]

D Ex his igitur perspicuum fieri cuiuis arbitror, collegas etiam rectè dici, qui eiusdem imperij, & potestatis non sint: modo vnà iisdémque comitiis & auspiciis creati sint: neque ideo rectè sensisse Baldum, dum collegas eos non esse scripsit, qui seorsum munus suum obeant.[y] Nam & collegæ, vrbani peregrinique Prætores erant: quorum tamen diuisa, diuersaque fuit potestas. Vrbani enim in vrbe inter ciues ius dicebant: peregrini quidam in vrbe inter peregrinos, alij vrbanam iurisdictionem peregrinæ simul coniunctam habebant: atque æquè inter ciues & peregrinos iudicabant.[z] hos autem collegas fuisse significat non obscurè Liuius (cum ita scribit) M. Æmilius Prætor, cuius

n Plini. in paneg. Traia.
o Liui lib. 3. & d. lib. 7.
p Liui. ab vrbe condi. lib. 6.
q Gell. d. cap. 14. lib. 13.
r Varro. lib. de ling. lati. 2.
s glo & doct. l. 1. ff. quod cuiusque vniuers.
t Cic. in top. & 3 offic. lib.
u Plini. lib. 17. cap. 1.
x Cic. in orat. pro domo sua, & epistolarū ad attic. lib. 4. epist. 2.
y Bald. d. l. 1. 12. q ff. de offic. consul. Castell. cotta in memoria verbo collega.
z Liui. decad. 3 lib. 5. & lib. 9. decad. 4.

peregrina fors erat, iurifdictionem Attilio collegæ Prætori vr- A
bano mandauerat, vt Luceriam prouinciam haberet. [a] Sed &
collegas etiam eiufdem poteftatis, eidemque muneri, & officio
præfectos, feparatim munus fuum exequi poffe argumento eft,
quod ad Ciceronem Cælius fcripfit, cum ædilitatem initurus
collegæ auxilio fe deftitutum iri timeret. Hoc vehementius
laboro nunc quod feorfum à collega puto mihi omnia patan-
da. [a] Sanè quamuis collegæ nomen propriè de magiftratibus
intelligatur: latius tamen patet huius verbi fignificatio. Nam *
fymniftæ publicique iuris, & aliarum artium profeffores, quam-
uis nullo magiftratu fungantur inuicem fe collegas appellant. B
Id quod & ab antiquitate non abhorret: quando & Metrodo-
rum Epicuri fapientiæ collegam Cicero vocat: [b] quòd vnà
cum Epicuro philofophatus effet: iifdémque philofophiæ præ-
ceptis, imbuti effent, & inftituti. Quo pacto & ex recentiori-
bus Petrarcha. Platonem Plotinum & Xenophontem gloriæ
philofophorum collegas appellat, quod cum æquales & coæ-
tanei effent, philofophiæ principatum vt eft apud Gellium &
Macrobium obtinebant, erantque parilitate virtutum inter
fe confimilium veluti fociati. [c] Sic & Tacito oratores inter fe
collegæ dicti. Quanto (inquit) quifque plus dicendo poterat, C
tanto facilius honores affequabatur, tanto magis in ipfis hono-
ribus collegas fuos anteibat. Sicque [d] Statius, Stellam colle-
gam nominauit, quòd parilibus ftudiis tenebantur, erantque
Poeticæ difciplinæ communione copulati fortaffe (infit) tu pro
collega mentieris. Vulgoque hoc nomine cenfentur, quicun-
que in idem fodalitium, & collegium afciti funt: fiue vna, fiue
diuerfis lectionibus creati, & qui vni eidemque obeundo mu-
neri deputantur: quafi (vt ait Ifidorus) muneris focietate col-
ligati, quo pacto & Græcis συνάρχοι feu συνάρχοντες dicuntur, eiuf-
dem muneris, ac minifterij participes a verbo συναρτάω quod va- D
let annecto, feu colligo, coniungo, vel copulo. Vnde & qui ea-
dem legatione funguntur. Sidonio Apolllinari, [d] noftrique iu-
ris authoribus collegæ dicti, [e] Sicut & quibus eadem tutela in-
iungitur. [f] Eaque etiam appellatione Diuus Cyprianus Car-
thaginenfis antiftes, pluribus epiftolis, coepifcopos nominatim
compellat. [g] Sic & à Cicerone Cæfar & Antonius, regni collegę
appellati. [h] Lepidéque apud Plautum Litanus Leonidem,
conferuum fuum & in fycophantiis focium collegam fuum
appellat.

a *Liui. lib. 4. decad. 3.*

a *Famil. cic. lib. 8. epift. 9.*

* Confortes & focij difcipline eiufdem.

b *Cic. de nat. deorum lib. 1.*

c *Gellius lib. 14. cap. 4. Macrob. in fomnium Scipionis Petrarcha in Platone lib. 1. de viris illuftribus.*

d *Cor. Tac. in dialo. de orat.*

e *Statius lib. 1. Sylua. in epift. ad ftell.*

d *Sido. Apoll. epifto. lib. 1. epift. 7.*

e *l. 1. C. de lega. lib. 10.*

f *l. etiam & l. Lucius § penu. ff. de adminift. tuto. & l. 3 C. de probatio.*

g *Cipria. epiftolarum lib. 1. epift. 9. lib. 2. epift. 11. & lib. 3 epift. 1. & 3.*

h *Cic. 2. Philipp.*

A *Id virtute huius collegæ, meaque bonitate*
Factum est —

Et rursum.

Num male relata est gratia? collegam collaudaui. [i] — i Plaut. in Asinaria.

Quo modo & Pseudolus Simiam sycophantam quem allegauerat ad circumueniendum Ballionem & ab eo Phœnicum mulierem per fallaciam abducendam nunc adiutorem nunc comparem suum appellat.

Si vnquam quenquam dÿ immortales voluere esse auxilio adiutum
B *Tum me & Callidorum seruatum volunt esse & lenonem extinctum*
Cum te adiutorem genuere mihi tam doctũ hominẽ atq; astutum.

Et paulò post Pseudolus secum sic loquitur.

Primum omnium iam hunc comparem metuo meum
Ne deserat nunc me, atque ad hostes transeat.

Sicque Cicero Dolabellam collegam, & socium scelerum omnium Antonij, Caiumq; Claudium Timarchidis collegam fuisse scribit in conciliatura furtorum & iudiciorum corruptela. [k] Itaque Theodorici Gothorum Regis collusores, collegas — k Cic. Philip. 13.
C ipsius, Sidonius Apollinaris nuncupat, quasi ludi fœdere, colligationeq; cum eo sociatos. Oblectatur (inquit) commotione superati, & tunc demum sibi non cessisse collegam credit, cum fidẽ fecerit victoriæ suæ bilis aliena. [l] Quo pacto & Suidas Theophilum Imperatorem qui detestandam Capronyni hæresim assumpsit Ioannem Patriarcham collegam socium & conscium suæ hæresis habuisse tradit. Fit & à Cicerone parasitorũ ab Horatio ambubaiarum, id est lasciuarum, ac impudicarum mulierum, & ab Apuleio latrocinalis collegij mẽtio. Asini aurei lib. 7. — l Sido. Apoll. lib. 1. epistola episto. 2.
Alibiq; ipse iam in Asinum versus, equum & asinũm secum stabulantes festiuè collegas nuncupat: tanquam in eodem magi-
D sterio, officioq; consociatos. [m] A quo non admodum discrepat, quod inter aues etiam, quoddam quasi naturæ collegiũ Plinius constituit, dum de accipitre, dimicantibus noctuis cum cæteris auibus, auxilium ferente sic loquitur: Auxiliatur accipiter collegio quodam naturæ, bellumque partitur. [n] Quod & ad res inanimatas transferri potest. Nam & Cassiodorus pedorem catenarum collegam appellat: quod officij, ac potestatis veluti communione nectantur. Primum (ait) pedor ille, collega catenarum abominabili mœrore discruciat. [o] Vt enim longus in — m Apul. asini. Aur. lib. 3. — n Plini nat. l. histo lib. 10. cap. 17. — o Cassiod. Var. lib. 11 in formula indulgentiæ.

cárcere pedor. sic & catenæ noxiis iniectæ, squalorũ, illuuiem, A
sordes, maciem, & mœrorem carcere clausis afferunt: Eosque (quod Cassiodorus ipse subdit) multifaria ceu morte perimunt, sicque Pacatus, scelerum, & vitiorum collegium nuncupat, scribit enim cum Maximo impietatem, libidinem, crudelitatem, & omnium scelerum vitiorumque postremorum stetisse collegium.[p]

Quo autem pacto Vlpiani Paulique sententia defendi possit: dùm in tantam significationis angustiam, hoc vocabulum contrahunt, planè non video: nisi dicamus, ipsos non tam ad sermonis proprietatem attendisse, quam ad communem lo- B
quendi vsum: secundum quem, omnes qui in dignitate & honore socij sunt, collegæ appellantur. Is enim etiam proprietate potentior est.[q] Dum ex prudentum auctoritate originem traxerit. Conuenit enim inter nostros, ex auctoritate doctorum propriam quoque significationem duci.[r] Quod & sensisse Quintil. videtur dum dixit, Auctoritatem sermonis cõsuetudo superat.[s] Et inferius. Consuetudinem sermonis, vocabo consensum eruditorum. Sic apud Gellium Sulpitius Apollinaris. Verborum (inquit) communium verę & proprię significationes vsu mutantur.[t] Vsus enim frequens (quod Cicero dixit) non C
tantum magister est artis:[u] sed magistrorum omnium pręcepta superat,[x] frequensque apud nostri iuris authores est, vt propria significatione reiecta καταχρηστικῶς, id est, abusiuè, vox aliqua accipiatur.[y] Vel forte illi ad seculum suum respexerunt, quo nullus erat in Consulibus, Prætoribusque creandis, veterum comitiorum, vel auspiciorum vsus. Multo enim antea, eorum eligendorum potestatem Tyberius ad Senatum transtulerat: vt ex Cornelio Tacito colligere licet, cum de Tyberio loquens ita scribit. Candidatos præturæ duodecim nominauit. Tum primum D
è campo comitia ad patres translata sunt. Nam ad eam diem, & si potissima arbitrio principis, quædam tamen studiis tribuum fiebant. Neque populus ademptum ius quæstus est.[z] Et quamuis Senatus esset electio, creatio tamẽ imperatorum erat. Quod Plinius Cæcilius in Panegir. Traia. significare videtur, cum ait. Eadem Cæsar. quæ Senatus, probat, improbatque: vos ille præsenteis, vos etiam absenteis in consilio habet: tertio Consules fecit, quos vos elegeratis, & fecit hoc ordine, quo electi a vobis erant. Et inferius, Consul sic factus es, vt vnus ex nobis, quos facis Consules. Spartianus de Adriano loquens: Tertio Consules, cum

p Paccatus in panegi. Theodos.

q l. amniculus & l. in vsu ff. de verbo signif.

r Barto. l. omnes populi ff. de iust. & iur.

s Quintil. lib. 1. cap. 5.

t Gell. lib. 2. cap. 16.

u Cic. in orat. pro Rab. posth.

x Cic. lib. de orat. 1.

y l. licet vbi Aicitat. ff. de verbo signif.

z Cornel. Tacit. annal. lib. 1.

A cum ipse ter fuisset, plurimos fecit, infinitos autem secũdi consulatus honore cumulauit.[a] Sic & Lampridius de Alexandro Seuero sub quo floruit Vlpianus. Consules quoscumque vel ordinarios vel suffectos creauit, ex Senatus sententia nominauit. Tranquillus de Nerone. Consulatum in senos plerumq; menses dedit. Defunctoque circa calendas Ianuarij altero è Consulibus, neminem substituit.[a] Et ex nostris Modestinus. Lex (inquit) Iulia de ambitu, in vrbe hodie cessat, quia ad curam principis, magistratuum creatio pertinet, non ad populi fauorem.[b] B Verũ huic solutioni refragari videtur, quod ex Plinio diximus, ætate quoq; Traiani, Prætores Consulum collegas dictos: quo tempore huiusmodi magistratuum creatio, ad imperatores spectabat. Cum tamen nec tum etiam Prætores eiusdem cũ Consulibus essent potestatis. Vt sic necessario, ad priorem dissolutionem recurrendum sit: nisi dicamus honoris ergò, conciliandæque beneuolẽtiæ gratia, Prætores à Traiano, hoc nomine compellatos. Nam & eandem ob rem, duces plerosque milites suos, commilitones sæpius appellasse, legimus. Tranquillus.[c] Nec milites suos, pro cõcione, sed blandiore nomine commilitones appellabat. Q. Curtius, oro, quæsoque ne alumnum commili- C tonemque vestrum (ne dicam Regem deseratis.[d] Sed nec hæc quoque interpretatio mihi probari potest: quam videam neq; menti, neque verbis Plinij conuenire: quibus apparet, collegas Traianum Prætores nominasse: non quia gratam illis eam appellationem fore existimaret: sed quia ita sentiret: nec amplius esse censeret, quod aliquis collega pricipis nominaretur, quam quod Prætor esset. Vt igitur nihil prætermittam quo tueri Vlpianum nostrum possim, videntur Prætores vel ex ipsius sententia, collegæ Consulum non ineptè appellati: quod his absenti- D bus, ceu eorum vicarij Senatum cogerent, comitiis præessent, de rebus ad rempublicam pertinentibus consultarent, cæteraq; consularia munia obirent. Quod vel ex illa Ciceronis ad Plancum epistola colligi potest, in qua ita scribit. Placuit nobis, vt statim ad Cornutum prætorem vrbis, literas deferremus, qui quod Consules aberant, consulare munus sustinebat more maiorum.[e] Cui consentaneum, quod Liuius tradit literas quas de rebus à se gestis M. Popilius Senatui misit Aulum Attilium prætorem in curia recitasse. Quia (inquit ille) alter Consulum, Posthumius agris recognoscendis in Campania occupatus aberat.[f] Qua ratione & legatos, à prætoribus in Senatum sæpius intro-

a Spartia. in Hadria.

a Tranq. in Nero. cap. 15.

b l. 1. ff. ad l. Iul. de ambitu.

c Tranq. in Cæsa. dictato. cap. 67.

d Q. Curt. lib. 9.

e Cic. famil. lib. 10. ep. 12.

f Liui. decad. 5 lib. 2.

Vv

ductos, legimus: Cum id tamen ad curam, munusque Consu- A
lum, si præsentes essent, pertineret. Polibius. Consules (inquit)
antequam exercitus educantur. Romæ præsentes omnium pu-
blicarum actionum potestate funguntur, illi in Senatum lega-
g Polib. lib. 6. tiones ducunt. &c. [g] Liuius. Ex Gallia legatos Placentinorum,
& Cremonensium L. Aurunculeius Prætor, in Senatum intro-
h Liui. decad. 4. lib. 7. duxit. [h] Et rursum. Galli de his rebus, qui quererentur, legatos
Romam miserunt. Introducti in Senatum a C. Valerio præ-
i Liui. Belli cum Antiocho lib. 9. tore. [i] Et iterum C. Sulpitius Prætor Onesimum Pythonis fi-
lium nobilem Macedonem in Senatũ introduxit. [k] Et rursum.
k Liui. deca. 5. lib. 4. hæ legationes a C. Scribonio Prætore vrbano in Senatum in- B
troductę sunt. [l] Non igitur cum Vlpiani sententia pugnat, quod
l Liui. decad. 4. lib. 4. diximus, Consulum collegas Prætores nuncupatos, cum & ij
absentium Consulum vicem gererent: eiusdemque cum illis
officij, ac potestatis essent. Nam & vicarius, legatusve magistra-
tus alicuius, cur collega ipsius dici non possit, nihil video. Cum
& Liuius P. Scipionem legatũ à Senatu L. Scipioni fratri Con-
suli, in Asiam proficiscenti, datum, collegam ipsius appellet. Sic
enim Manlium Consulem loquentem facit. Te P. Scipio ap-
pello, qui legati ius, collegæ maiestatem, & apud fratrem Con- C
m Liui. deca. 4. lib. 8. sulem, & apud exercitum habuisti. [m] Id vnum me maximè tor-
quet quod nec hac quoque via Pauli veterumque dissidium
componi posse videtur: Cum planissimè disertissiméque di-
n d. l. apud eum & d. l. apud filium fa. xerit Paulus Consulum collegas Prætores non esse. [n] Quo fit vt
priorem solutionem amplecti malim. Illud autem fortassis non
incommodè tractari hoc loco potest an dictatoris collega, ma-
gister equitum fuerit: Et ex Varronis sententia fuisse videtur,
vt qui vnà simulque cum eo lectus esset. Dictator enim simul
n Liui. lib. 4. & 6. atque lectus erat, magistrum equitum dicebat. [n] Cuius cum di-
ctatore, par etiam fuisse videtur potestas: veteri lege dicente: D
si Senatus creuerit: idem iuris quod duo Consules teneto: is-
que populi magister esto. Equitem cumque qui regat, habeto
o Cic. lib. 3. de leg. pari iure cum eo. [o] Nam & quod erat Comparatus Cõsuli Prę-
tor, idem & dictatori magister equitum: qui in hoc legebatur,
vt dictatori veluti magister consiliorum, & socius imperij ad-
esset, ac si fortè (vt Polibius scribit) abesse illum necessitas rei-
p Polib. lib. 3. pub. cogeret, eius locum teneret. [p] Vnde & apud Liuium, Ca-
millus dictator exercitum aduersus Antiates ducturus P. Vale-
rium equitum magistrum his verbis affatur. Te P. Valeri so-
cium imperij consiliique legiones mecum aduersus Antiatem.

A hostem ducere placet.[q] Quo etiam loco Liuius Valerium eum- q Liui.lib.6.
dem Camilli collegam vocat. Valerium (infit) tantummodo
imperij socium depoposcit. Et mox paucis interpositis. Camil-
lus collegam in eam partem circunductis copiis, quam hostes
tenebant, mœnia aggredi iubet. Alibique Minutium equitum
magistrum Q. Fabij dictatoris collegam nominat. Q. (inquit)
Fabio haud quaquam id placere: Omnia enim fortunam habi-
turam: quæcumque temeritas collegæ habuisset.[r] Quomodo r Liui. secun. bell. pun. lib. 2.
& Plutarchus M. (ait) Minutius ex rebus tantam sibi arrogan-
tiam sumpserat, vt quod vix Annibal toties victor ausus erat,
B ausus sit, quadam die inconsulto collega certamen inire.[s] Et ali- s Plutarch. in Annib.
bi admonuit Minutium Fabius non sibi si saperet, cum Fabio:
sed cum Annibale esse certamen arbitraretur: quod si cum col-
lega certare statuisset, &c.[t] Et inferius. Confecto prælio Fabius t Plutarch. in Fab. Max.
omnia hostium cadaueta spoliauit, atque discessit, nec super-
bius quidquam est, aut grauius de collega locutus.[u] Et hæc qui- u Plutarch. in Fab. Max.
dem sunt in hac parte.

Verum ego diuersam sententiam amplecti malim, vt dica-
mus hos collegas non fuisse: vt qui nec eiusdem potestatis fue-
rint nec iisdem etiam comitiis & auspiciis creati. Quod eius-
C dem potestatis non fuerint, satis iam à nobis ostensum arbitror.
Idque prætcrea significare videtur, ex nostris Arcadius cum ait.
Dictatores quibus summa potestas credebatur, magistros equi-
tum sibi allegisse, qui associati principali curæ, secundam post
eos potestatem gererent.[x] Sed Liuius apertius dum dicit, Di- x l. 1. ff. de offic. præfect. præt.
ctatori ius fuisse capite in ipsum etiam equitum magistrum ani-
maduertendi: si dicto illi audiens non fuisset.[y] Sicut & cum di- y Liui. ab vrbe cond. lib. 8.
cit in ciuitate Romana magistros equitum, virgas ac secures di-
ctatoris, tremere atque horrere solitos.[z] Et alibi dum infit. M. z Liui. secun. bell. puni. lib. 2.
D Valerius Maximus Dictator magistrum equitum sibi legit. M.
Æmilium Paulum id magis credo, quàm Q. Fabium ea ætate,
atque eis honoribus Valerio subiectum.[a] Quod autem comitiis a Liui. 1. dec. lib. 10.
iisdem non crearentur, vel hinc liquet, quod ad creandos eos,
comitiis nihil opus fuit. Non enim populi suffragio creabatur
Dictator: sed noctu ab altero Consulum ex S. C. quotiescum-
que opus esse dicebatur. Isque statim magistrum equitum
cooptabat.[b] Constatque sæpe comitiorum habendorum causa
dictatorem creatum.[c] Vt sic appareat collegas dici eos non po- b Liui lib. 4. 6. 7. & 9.
tuisse, quod & sensisse videtur Liuius dum dixit, dictatori ma-
gistrum equitum intollerabilem fuisse: quid consilij aduersus c Liui. lib. 4.

collegam feditiofum, ac temerarium virum, atque autoritatis fore. Verba funt Lucij Pauli ad ea quæ fibi Fabius de Terentio Varrone collega fuo in confulatu dixerat, refpondentis: quibus fignificat, vix fieri poffe, vt obfequentem Varronem habeat, vtpote collegam: & pari cum eo poteftate. Cum nec magifter equitum dictatoris imperio, (cui parere neceffe habuit) audiens fuerit. Nec huic noftræ fententiæ quidquam aduerfatur, quod Minutium equitum magiftrum, Fabij Dictatoris collegam appellatum diximus, tum enim dictator, magis quàm equitum magifter. Minutius erat. Vt cui fuadente Terentio Varrone æquatum effet cum dictatore imperium. [d] Qua de re Plutarchus agens, [e] huius (inquit) rei fama Romam perlata veluti adeptæ victoriæ nomen obtinuit, ita vt repentè fit. M. Minutio magiftro equitum, quod ante id tempus contigit nunquam cum Fabio Dictatore æquatum imperium. Et mox iam duo Dictatores vno tempore erant. Nec ante id tempus Minutium Fabij collegam, nuncupatum legiffe me memini. Sed vt concedamus verè propriéque Minutium Dictatorem non fuiffe, idem fimiliter de Q. Fabio dici poteft, vt nec is etiam dictatoriam dignitatem tum obtineret. Prodictator quippe tantum erat, nec ab alio quàm Confule, qui tum aberat dictator dici poterat, quod Liuij verba illa fatis indicant. Et quia & coff. aberat, nec Dictatorem populus creare poterat, quod nunquam ante eam diem factum erat, Prodictatorem populus creauit. Q. Fabium Maximum, & magiftrum equitum M. Minutium. Prodictatorem autem Dictatorem proprie non effe, ficut nec Regem confulem vel Prætorem, qui Prorex, Proconful, vel Propretor creatus fit manifeftiffimum eft. [f] Nam & nepos, gener, aut nurus pronepos, vel progener, aut pronurus non eft, [g] præpofitio enim (pro) dictioni alteri adiecta, impropriet atẽ denotat. [h] Vulgataq; illa iuris eft regula, qua traditur, id omne quod cum adiuncto profertur, non effe propriè tale. [i] Nec repugnat, quod dictatorem Fabium ex Liuio eo etiam tempore fubinde appellatum oftendimus. Non enim ideo confequens eft, dictaturam eum obtinuiffe, vulgique appellationem maiorem illi, quam quæ à populo tributa fuiffet, dignitatem contuliffe. Quo autem pacto id acciderit, vt qui Prodictator tantum effet, dictatoris nomine cenferetur. Liuius ipfe aperit, dicens: omnium prope annales Fabium dictatorem, aduerfus Annibalem rem geffiffe tradũt, Cælius etiam eum à populo creatum dictatorem fcribit.

d Polib. lib. 3.
e Plutarch. in Annib.
f l. 1 ff. de eo qui pro tut.
g l. non ff. ei- le ff. de grad. & l. nurus ff. de verbo fignific.
h l. Gallus §. inftituens vbi Alciat. & alij ff. de liber. & poft Alciat. l. gener. §. de verbo. fignific.
i Bart. l. Lucius §. quæfitum ff. de leg. 3. Alciat. d. § inftituens.

A Sed & Cælium, & cæteros fugit, vni Consuli Cn. Seruilio, qui tunc procul in Gallia prouincia aberat, ius fuisse dicendi dictatoris. Quam moram quia expectare territa iam clade ciuitas nō poterat, eo decursum esse, vt à populo crearetur, qui pro dictatore esset res inde gestas, gloriámque insignem ducis & augendæ titulum imaginis posteris, vt Dictator pro Prodictatore diceretur, facile obtinuisse. [k] Collegas itaque Fabium, & Minutium appellatos, mirum cuiquam videri non debet, cum quod vnà lecti erant, tum quod æquatum vtriusque esset Imperium. Neque B tamen inficias iuerim, latiore verbi significatione, Collegam quoque dictatoris magistrum equitum dici potuisse, vt qui absentis illius vicem obtineret, vicariámque ipsius potestatem gereret. Quo pacto & Consulis legatum collegam ipsius appellatum docuimus: sicque Liuij verba de P. Valerio equitum magistro, & quæ pro priore sententia allata sunt, accipienda puto. Quamuis sciam, ad ea quæ de Camillo: P. quę Valerio ex Liuio dicta sunt, aliter etiam responderi posse, nempe collegas illos, rectè appellatos, vt qui tribuni militum Consulari potestate simul lecti iisdémque auspiciis creati essent. Nec verè Camil- C lum dictatorem fuisse, sed annuentibus collegis, séque imperio illius spontè submittentibus id sibi nomen arrogasse. Quod vt apertius fiat Liuij verba de ea re subiiciam. Res (infit) ad Camillum Tribunum militum Consulari potestate rediit. Collegæ additi Seruius Cornelius Maluginēsis, Q. Seruilius Fidenas, L. Cincinnatus, L. Horatius Puluillus, P. Valerius. [l] Et pòst paulò. Senatus diis agere gratias, quod Camillus in Magistratu esset dictatorem quippe dicendum eum fuisse, si priuatus esset, & collegæ fateri regimen omnium rerum, vbi quid bellici terroris ingruat, in viro vno esse: sibíque destinatum in animo esse D Camillo submittere imperium. Et rursum. Collaudatis à Senatu Tribunis, & ipse Camillus confusus animo gratias egit. Ingens inde ait, onus à populo Romano sibi qui se dictatorem iam quartum creasset, magnum à Senatu talibus de se iudiciis eius ordinis, maximum tam honoratorum collegarum obsequio iniungi. Et iterum paucis interpositis Valerius socius imperij lectus adiecit M. Furium sibi pro dictatore, séque ei pro magistro equitum futurum. Et mox. Patres & de bello & de pace, vniuersáque repub. erecti, gaudio fremunt, nec dictatore vnquā opus fore reipub. si tales viros in magistratibus habeat, tam concordibus iunctos animis. Et iterum. An me, quod non dictator vo-

[k] Liui. dec. 3. lib. 2.

[l] Liui. lib. 6.

bis,sed Tribunus signum dedi, nõ agnoscitis ducem?verba sunt A
Camilli milites suos ad prælium accendentis. Et inferius. M.(inquit) Manlius Capitolinus,cum vni inuideret,eximio simul honoribus, atque virtutibus M. Furio ægrè ferebat solum cum in magistratibus, solum apud exercitus esse, tantum iam eminere, vt iisdem auspiciis creatos non pro collegis, sed pro ministris habeat.

An verò sacerdotes illi,qui flamines dicebantur, collegæ essent extra controuersiam non est: cum enim eiusdem collegij essent, collegæ fuisse videntur, siquidem collegium non aliud B
est,quàm collegarum societas. Quod autem eiusdem collegij fuerint,vel hinc apparet,quod quacumque ferè de re apud Pontifices agebatur,ipsi vna iudices sedebant,eius rei de qua ad collegium Pontificum relatum fuisset. Quod potest ex oratione Ciceronis pro domo sua intelligi,quæ cum habita sit apud pontifices,ad quorum collegium reiectum erat, de domo à Clodio cõsecrata iudicium, in ea tamen oratione iudices sedisse regem sacrorum, & Flamines ostendit, cum ait: Discite orationem pontifices,& vos Flamines,etiam tu rex disce ab homine gentili tuo:quanquam ille gentem istam reliquit. Et de aruspicum re- C
sponsis,postquam dixit Senatus decreto de ædium suarum religione, ad pontificum collegium relatum esse, paulò post velut enumerationem faciens eorum qui iudices sederunt,ita scribit. At verò meam domum P. Lentulus, consul,& Pontifex,P. Seruilius M. Lucullus,L. Lentulus flamen martialis,L. Clodius,rex sacrorum, Sex. Cæsar flamen Quirinalis,Q. Cornelius,P. Albinouanus Pontifices minores causa cognita duobus locis, dicta, omni religione vna mente omnes liberauerunt. Cum itaque Flamines in collegio Põtificum, quoties de rebus diuinis ageretur,iudices sederent,videntur collegæ etiam Pontificum fuisse. D
Sed magis est,vt flamen flaminis collega non fuerit, tantũ abest ne Pontificum fuisse putem. Quamuis enim flamines multi essent,qui nomine conuenirent,vnius tamen dei flamen erat,habebátque sua quisque sacra quæ per se quisque procuraret, & ad alios nihil omnino attinerent. Quod Cicero 2. de leg. satis indicat, cum legem huiusmodi ponit: diuisque aliis sacerdotes omnibus pontifices,singulis flamines sunto. Et quanquam attributi flamines collegio Pontificum essent, non tamen ex Pontificum numero erant, nec fuisse de collegio Pontificum propriè dici possunt,vt qui nec vna lecti iisdẽ comitiis, & auspicus crea-

A ti,nec eiusdem etiam poteſtatis fuerint. Subiecti quippe Pontifici Max.Flamines erant, à quo etiam non à populo,ante legẽ Domitiam creabantur,& in augurabantur:quod ex eo demonſtrari poteſt, quod ſcribit Liui. lib.7. dec. 3. Et Flaminem Dialem inuitum inaugurari coegit. P. Licinius Pontifex Maximus C. Valerium Flaccum. Quod idem ſcribit. Val.Max. [m] C.Valerius Flaccus, ſecundi belli punici temporibus, luxu perditam adoleſcentiam inchoauit: cæterum à P. Licinio Pontifice Maximo flamen factus. Et rurſum alibi Liui. Dicto audiens eſſe flamen Pontifici iuſſus. [n] Nec refragatur, quod Cicero tradit,ante legem Domitiam ſacerdotia:præter Pontificatum maximum à populo non data fuiſſe, ſed tantum à collegiis cooptari ſolitos, qui ſacerdotes fierent. [o] Id enim de ſacerdotibus illis accipiendum eſt, quorum erat ſuum quoddam collegium, non de flaminibus,quos collegium habuiſſe, nullibi quod meminerim legitur:vt inde colligi non poſſit, flamines collegas fuiſſe.

m Val.Max. lib.6.cap.9.

B

n Liui.lib.7. dec.4.

o Cic.2.ora. contra Rullum.

Illud ſuperpondij loco addam,comparis etiam verbo collegam interdum, & qui eiuſdem officij ſit, intelligi, veluti apud D. Paulum cum ait: rogo te germane compar adiuua illas. In quem locum Hieronymus.Germanus (infit)nomine dictus,qui compar erat officij.Patétque ſimiliter latius hæc vox,& cuiuſuis muneris ſocium ſignificat,vnde & apud Plautum in caſin. ſenex Stalino villicum ſuum Olympionem commaritum,& comparem vocat,quaſi communium cum ancilla nuptiarum ſocietate ſecum copulatum.

C

Sed eccum progreditur cum corona & Lampade meus
Socerus, compar,commaritus,villicus.

Sicque apud eundẽ authorem Pſeudolus(à quo comœdia nomen ſumpſit)Simiam adiutorem & ſocium ad Sycophantias,& fallacias ſibi datum comparem nuncupat.

D

Iam hunc comparem metuo meum ne deſerat me, atque
Ad hoſtes tranſeat.---

Ideóque & cõiuges,qui diuinæ,& humanæ domus ſocij ſunt, compares etiam nonnunquam appellantur.Plin.[p] Coniuga ferme vagantur,nec niſi cum compare vita eſt.

p Plin.li.18.

Sententias in Senatu & alibi liberas esse debere.

CAP. VI.

Bnoxias in Senatu maximè sententias esse non debere,neque cuiquam assentiendi necessitatem fieri receptissimum est. Libere enim quisque animi
sui conceptum exprimere debet. Ferréque æquo B
animo Principem,& alium (quisquis is sit, qui Senatui præsit) oportet, si cum eo cæteri non sentiant: non enim
indignè tulit Octauius Augustus, cum sibi in Senatu verba facienti quidam dixisset,non intellexi,& alius, contradicerem tibi si locum haberem: neque item cum ob immodicas disceptãtium altercationes è curia per iram se proripienti, quidam ingesserunt, licere oportere Senatoribus de republica loqui. Sed
& cum in Senatu Antistius Labeo M. Lepidum Augusti olim
inimicum, túmque exulantem Triumuirum legisset,interroga-
túsque ab eo fuisset, an essent alij digniores suum quemque iu- C
diciũ habere respondit.Cum etiam in Senatu, mentio aliquando illata fuisset,conuenire vt Augustum Senatores per ordinem
singuli custodirent:somnolentum se,& excubiis pro eo agendis
inhabilem esse dixit.[a] neque ideo libertas,& licentia fraudi,periculóve ei, vel cuiquam alij fuit.[b] Cuius exemplum imitatus
Tyberius,quædam in Senatu aduersus sententiam suam decerni,ne quæstus quidem est,ita vt Prætor quidem designatus,contradicente eo, dicentéque designatos magistratus abesse ab vrbe Romana non oportere, vt præsentes honori acquiescerent,
liberam legationem impetrauerit. Cum item censuisset, vt D
Trebianis legatam ad noui theatri extructionem pecuniam, ad
munitionem viæ transferre concederetur,obtinere non potuit,
quin rata voluntas legatoris esset. Eumdem cum Senatusconsultum per discessionem fieret,in alteram partem transeuntem,
in qua pauciores erant, sequutus est nemo.[c] Et vt Dyon memoriæ prodidit, cum suam ipse sententiam dixisset,non modo
dabat potestatem omnibus, vt contra se dicerent, sed etiam
factis sæpenumero decretis in contrarium,æquo animo ferebat.
Interdum contra disserebat, sæpè ita dicebat, ne libertatem eis
cripuisse

a Dyon in August. lib. 54.

b Tranq. in August. cap. 54.

c Tranq. in Tyber. cap. 31.

A eripuisse videretur. Si id fieri voluissem, hæc atque alia per multa vt fieret exposuissem. [d] Scribit quoque Tertullianus Tyberium retulisse ad Senatum de Christo consecrando, cum prærogatiua suffragij sui: Senatum quia non probauerat respuisse, & aduersus sententiam Tyberij, ne deus consecraretur effecisse. [e] Tantum autem abfuit, ne ægrè Tyberius ferret Senatores diuersam à sua sententiam dicere, vt etiam ab eis, vel eorum aliquo opinionum dissentione, quandoque discrepans, ignoscendum sibi postularit: quod Tranquillus his verbis scriptum reliquit. [f] Dissentiens (inquit) in curia à Q. Haterio, ignoscas,
B inquit, rogo, si quid aduersus te liberius, sicut Senator dixero. Author est, & Cornelius Tacitus, Aulum, Vitellium, cum fortè Priscus Heluidius Prætor designatus, contra studium eius, in Senatu censuisset. Commotum primo, non tamen vltra quam Tribunos plebis in auxilium spretæ potestatis aduocasse. Mox mitigantibus amicis, qui altiorem iracundiam eius verebantur, respondisse, nihil noui accidisse, quod duo Senatores in republiqua dissentirent: solitum se etiam Thraseæ contradicere. [g] Huc spectat, quod Liuius tradit, Cum Sabini in agrum Romanum incursionem fecissent, & Æqui ex olia parte castris
C in algido locatis, Tusculanum agrum deuastassent, ob idque decemuiri patres vocassent in Senatum: magis obedienter ventum in curiam, quàm obnoxiè dictas sententias L. que Valerium, & M. Horatium quamuis minaciter prohibentibus decemuiris, liberè animorum suorum sensus expressisse: admonuisseque decemuiros Horatium, ne in curia libere loqui homines vetarent. Iterumque ambos à dacemuiris interpellatos rogasse vt sibi de republica dicere liceret. [h] Eodem pertinet quod & apud Homerum Dyomedes Agamennonis, tametsi
D Græcorum exercitus Principis, consilium non probat, suamque sententiam liberè expromit, dicens, primam legem esse in publico cœtu quemque liberè loqui debere vixque à conuitiis in Agamennonem temperat. Sic enim loquitur. [i]

Atrida si verba tibi nunc stulta loquenti,
Acrius obsistam. ne bilem traxeris vllam,
Prima etenim lex est, in cœtu quemque loquentem
Dicere qua libeat, tum libera verba profari.

Apud eundem prudentissimus ille senex Nestor, sentit in publica consultatione, æquè omnes & loqui, & audire oportere, ait enim. [k]

[d] Dyon in Tyb.
[e] Tertul. in Apoleg.
[f] Tranq. in Tyber. c. 29.
[g] Tacit. annal. lib. 18.
[h] Liui. ab vr. cond. l. 3.
[i] Homer. alia 7.
[k] Home. loco citato.

Atrida Danaum fortissime Rex Agamemnon A
A te principium sermonis sumam, & in te
Desinere est animus, quoniam tu pluribus vnus
Imperitas, populosque regis, tibi sceptra ferenda,
Iupiter ipse dedit, qui nobis omnibus esses.
Consiliis dux & rebus, quapropter & ipsum.
Tedecet & multos audire & dicere multa.
Cedere deinde locum verba opportuna volenti
Dicere, & vtilibus pensare negotia dictis,
Et quæ sunt meliora sequi non fidere soli
Ipse tibi. &c. B

Laude igitur dignissimus videtur, Princeps, aut alius qui vel Senatui, vel publico, alicui cœrui præsit, sub quo libero ore fari liceat: vti contrà, vituperium mereri videtur, sub quo Præside, quod cunq; videatur exprimere tutum non sit, vnde iure optimo, à Tacito & Plin. Cæcilio Traianus commendatur, quòd sub eo licuerit sentire quæ velles, & quæ sentires dicere. Plini. [l] Iam quam antiquum, quam Consulare, quod triduum torum Senatus sub exemplo tui sedit, cum interea nihil præter Consulem ageres. Interrogauit quisque quod placuit, dissentire, discedere, & copiam iudicij sui reipublicæ facere, tutum fuit. C Consulti omnes atque etiam dinumerati sumus, vicitque sententia non prima, sed melior. At quis antea loqui? quis hiscere audebat? præter miseros illos, qui primi interrogabantur, cæteri quidem defixi, & attoniti ipsam illam mutam, ac sedentariam assentiendi necessitatem, quo cum dolore animi, quo cum totius corporis horrore perpetiebantur? Vnus solusque censebat quod sequerentur omnes, & omnes improbarent, imprimis ipse qui censuerat: adeò nulla magis omnibus displicent, quam quę sic fiunt, tamquam omnibus placeant. Hactenus Plin. Cuius ex verbis, & id quoque colligere licet, reprehēsione dignos, D sub quibus libere loqui non licet. Id autem ad Domitianum referendum esse, ex quadam Plin. eiusdem ad Aristonem epistola manifestum fit, dum ait. [m] Iidem prospeximus curiam, sed curiam trepidam, & elinguem, cum dicere, quod velles periculosum: quod nolles miserum esset. Apparet enim eum loqui de Domitiani ætate, sicut & Iuuenalem, dum & hoc ipsum taxans dixit de Crispo Senatore.

Ille igitur nunquam direxit brachia contra
Torrentem, nec ciuis erat, qui libera posset
Verba animi proferre, & vitam impendere vero.

[l] Plin. in paneg. Traia.

[m] Plin. ad Aristo. lib. 8.

A Nec me tamen latet, Ciceronis etiam ſeculo, maximéque circa belli ciuilis initium, ſententiæ in Senatu dicendæ libertatem, omnibus pene ereptam fuiſſe. Qua de re Cicero ipſe non in vno loco cōqueritur, veluti in epiſtola ad Lentulum cum ita ſcribit. Quæ propoſita fuerant nobis, cum & honoribus ampliſſimis, & laboribus maximis perfuncti eſſemus, dignitas in ſententiis dicendis, libertas in rep. capeſſenda, ea ſublata tota, ſed nec mihi magis, quam omnibus: nam aut aſſentiendum eſt nulla cum grauitate paucis, aut fruſtra diſſentiendum. [n] Et alibi. [o] Intelligit populus Romanus, treis eſſe Conſulares, qui quia B quæ de rep. bene ſenſerint, liberè locuti ſunt tuto in Senatum venire non poſſunt. Et iterū. [p] Ego qui ſi loquar de repub. quod oportet, inſanus: ſi quod opus eſt, ſeruus exiſtimor: ſi taceo, oppreſſus & captus: quo dolore eſſe debeo? Non igitur moleſtè ferre quiſquam debet, quod cæteri in his quę ad rempublicam ſpectant, ſecum non ſentiant. Quamobrem & ab hiſtoriæ ſcriptoribus, Iulij Cæſaris factum id non probatur, quo detecta Catilinæ conſpiratione, præter id quod ſolus coniuratos per municipia diuidendos, publicatiſque bonis cuſtodiendos cenſuit, metum terrorémque incuſſit iis qui diuerſum ſentiebant, capitalé-
C que ſupplicium de iis ſumendum decernebant: Ita vt Decius Syllanus Conſul deſignatus, ſententiam ſuam (quam mutare videbatur indecorum) veluti aliter atque ſenſiſſet exceptam, interpretatione lenire conatus ſit, parumque abfuerit, quin Cęſaris ipſius ſententia præualuerit, adeò multis iam in eam metu Cæſaris adductis. Tranq. [q] Prætor creatus, detecta coniuratione Catilinæ, Senatuque vniuerſo in ſocios facinoris, vltimam ſtatuente pœnam ſolus municipatim diuidendos cuſtodiēdoſque publicatis bonis cenſuit. Quin & tantum metum iniecit aſperiora ſuadentibus, identidem oſtentans quanta eos in poſte-
D rum à plebe Romana maneret inuidia, vt Decium Syllanum conſulem deſignatum, non piguerit ſententiam ſuam quia mutare turpe erat, interpretationē lenire, velut grauius atque ipſe ſenſiſſet exceptam, obtinuiſſetq; adeo tranſductis ad ſe iam pluribus, & in his Ciceronis Conſulis fratre, niſi labātem ordinem confirmaſſet M. Catonis oratio. Ac ne ſic quidē impedire rem deſtitit, quoad vſque manus equitum Romanorū, quæ armata prędidij cauſſa circunſtabat, immoderatius perſeueranti, necem comminata eſt, etiam ſtrictos gladios vſque eo intentans vt ſedentem vnà proximi deſeruerint, vixque pauci cōplexu, togaq;

n Cic. famil. lib. 1. epiſt. 7.

o Cic. famil. ad Caſsium lib. 12. epiſt. 2.

p Cic. ad Attic. epiſt. 6.

q Tranq. in Iul. Caſ. cap. 14.

obiecta protexerint. Tunc planè deterritus non modo cessit, sed etiam in reliquum anni tempus curia abstinuit. Qualis autem ea fuerit Decij Syllani interpretatio aperit, Plutar. in Catone nempe se coniuratos morte afficiendos non censuisse, sed carcere continendos: quod esset Romano homini supplicium extremum. Longè tamen præclarius egisse visus est Cato, quem nec Cæsaris metus, nec circumstantium militum conspectus, nec aliud quidquam à sententia sua dimouere potuerit: sicuti nec Sceuolam, cum Sylla post occupatam rempublicam Senatum coegisset, sententiasque rogaret, vt Marius hostis reip. iudicaretur: solus enim nullis audentibus obuiam ire sententiam dixit: quinetiam truculentius minitanti Syllæ, licet, inquit, mihi agmina militum ostentes, quibus curiam circundedisti, nunquam tamen efficies, vt propter exiguum senilemque sanguinem meum, Marium à quo vrbs, & Italia seruata est hostem iudicem. [r] Cui non admodum absimile, quod de Messala Valerio scriptum legitur, & is enim (inquit Tacitus) in Senatu quandoque à Tyberio interrogatus, num se mandante sententiam quandam prompsisset, sponte dixisse, respondit: neque in iis quæ ad remp. pertinerent, consilio nisi suo vsurum, vel cum periculo offensionis. [s]

r Bruso. lib. 2. cap. 1.

s Tacit. annal. lib. 1.

Illud non indignum, quod in literas mittatur, senatorem quod à collegæ voto & opinione dissentiat, neque tantillũ quidem amicitiæ iura violare videri: id quod non vno in loco M. Cicero confirmat. Cum enim diuersum omnino ab eo sentiret. quod Q. Fusius Calenus primum à Pansa Consule genero suo, sententiam dicere rogatus, expresserat: sic locutus est. [t] Sed mihi P.C. necessitatem attulit paulò plura dicendi, sententia eius, qui rogatus est antè me: à quo sæpè dissentio, vt iam verear, ne id quod minimè fieri debet, minuere amicitiam nostram videatur, perpetua dissentio. Et pòst paulò. Hoc vero. Q. Fusi copiosius sine offensione nostræ amicitię, sic tecum, vt à te dissentiens Senator quęro, &c. Quãuis enim, vt ille ait, vetus illa sit lex iustitiæ, veræque amicitiæ, vt idem amici semper velint: neque sit vllum certius amicitiæ vinculum quem consensus & societas consiliorum, & voluntatum, [u] sitque vis omnis amicitiæ in voluntatum, studiorum, sententiarumque summa consensione [x] non est tamen cur amico Senator, vel alius quisquis is sit, qui Senatui publicove consilio præsit succenseat, si diuersum ab eo quantum ad reipud. administrationem pertinet, iudicium pro-

t Cic. Phi. 10.

u Cicer. in orat pro Cn. Plan.

x Cic. in Lælio.

A ferat: non enim qui alterius sententiam non sequitur, cum eo, sed cum causa dissidet quod & alibi Tullius idem copiosè, & eleganter ostendit, cui cum id sæpè contigisset (quod supra diximus) à Q. Fusio Caleno dissentire, in caussa tamen Dolabellæ Fusij sententiam non tantùm probat, sed & dignum eum esse censet, cui gratiæ eo nomine agantur, quod tam seueram reque publica dignam sententiam dixerit. [y] Quapropter (inquit) vt inuitus sæpè dissensi à Q. Fusio, ita sum eius sententiæ libenter assensus ex quo iudicare debetis, me non cum homine solere, sed cum causa dissidere. Itaque non assentior solùm, sed etiã gratias ago. Q. Fusio. Dixit enim seueram grauem, repub. dignam sentẽtiam: iudicauit hostem Dolabellam: bona eius censuit publicè possidenda quo cum addi nihil posset: quid enim atrocius potuit, quid seuerius decernere? dixit tamen si quis eorum, qui post se rogati essent, grauiorem sententiam dixisset, in eam se iturum. Quam seueritatem quis potest non laudare? E alibi. [z] Sed non alienum esse arbitror, quominus sæpè aut interpellere à nonnullis, aut tacita æstimatione reprehendar, explicare breuiter quæ mihi sit ratio & causa cum Cæsare. Ac primùm illud tempus familiaritatis, & consuetudinis, quæ mihi cum illo, quæ fratri meo, quę C. Varoni consobrino nostro ab omnium nostrum adolescentia fuit, prætermitto. Posteaquam sum penitus in rempub. ingressus. ita dissensi ab illo vt in disiunctione sententiæ, coniuncti tamen amicitia maneremus. Alibi scribit. [a] Cum de bello punico ageretur, aliudque M. Catoni, aliud L. Lentulo videretur, nullam tamen vnquam inter eos concertationem fuisse. Præclarè itaque, inquit Plutart. Cato & Phocio, quorum neuter inimicitias animo concipiendas ducebat, si quid in gerenda repub. discreparet: quin pro suggesto & in publicis certaminibus, hoc durus vterque & inexorabilis habitus est, quòd præfractè nimis nusquam proclinandum censebat, vnde reipub. commoda prodi pacto aliquo viderentur. Cæterum in rebus priuatis omni simultate longè abiecta, eorum ipsorum consuetudine comiter, atque humaniter vtebantur, à quorum rationibus in republica vehementissime abhorrebant. [b] Et rectè quidem nullus enim ciuis pro inimico habendus est, nisi is ciuitati, & rei communi hostis sit, &c. Quamobrem Solon & Pisistratus licet dissentientes sæpenumero in his fuerint, quæ ad rempublicam pertinebant: inimicitias tamen inter se nullas vnquam exercuerunt: quod his verbis Plutarch. memo-

(B, C, D: section letters in left margin)

y Cic. Philip. 11.
z Cic. in orat. de prou. cõsul.
a Cic. Tusc. in lib. 3.
b Plutarch. polit.

riæ prodidit. [c] Fuit inter eos amicitia, tum propinquitate, tum maximè ex vitę consuetudine, quibus ferunt quidem Solonem vehementer Pisistratum adamasse. Qua ex re factum est, vt cum posteriori tempore, de republica in dissentionem venissent, nihil durum, nihil immite eorum inimicitiæ importarent, sed eadem amicitiæ iura, in eorum semper animis inuiolata manerent. Illud etiam de Tyberio Graccho, & Octauio Trib. pleb. tradit, quod quamuis inter eos, magnæ sæpe fuerint, in his quæ ad rempub. pertinebant dissentiones, quotidianaque in concione certamina, in quibus summo studio ardoreque contendebant: nihil tamen contumeliosum vnquam, nec verbum quidem non probum, ab alterutro decidit. [d] vt verissime dictum sit, opinionum dissimilitudinem tantum abesse à simultate vt sæpissime, non modo qui sententia discrepant, in amore consentiant, sed etiam qui simultatem exercent iudicio congruant. Adde quod nec ciuitati, vel reipublicæ sententiarum dissentiones quidquam officiunt, sed vtilitatem potius afferunt, si liberè apertoque pectore quisque quod sentit, pro communi ciuitatis emolumento, in nullius verba iuratus efferat. Id quod diffidentibus inter se Smyrneis Apollonium suasisse Philostratus est author. [e] Aiebat enim ciuitatem rectè habitandam dissentientis cuiusdam indigere concordiæ. Quæ cum sibi ipsi rēpugnās sententia videretur, animaduertens hunc sermonem à plerisque eorum non percipi: Album (inquit) & nigrum vnum fieri idem nunquam possunt, neque amarū dulci rectè cōmiscetur. Concordia verò quandoque dissentiens, salutem ciuitatibus affert. Quod autem dico tale quid est. Seditio quę ad gladios mutuasve plagas ciues deducit, à ciuitatibus exterminanda penitus est Ciuitas enim pace, puerorum alumna, & legibus, & viris indiget, à quibus & verba & actiones prodeunt. Mutua autem ciuium æmulatio, pro cōmuni ciuitatis bono, seu quod alius alio melius sentētiam dicat, aut magistratum rectius gerat, aut præclarius legatione fungatur, aut etiā splēdidiora construat ædificia, aut in aliquo huiusmodi excellat, talis inquam contentio, aut emulatio ciuitati plurimum confert, licet inter ciues pro communi bono faciat, dissidere. Ex iis igitur planum perspicumque fit censentium sententias liberas vbique esse oportere. Quod si quis posterius sententiam rogatus, ab iis qui prius censuerint dissensurus, vereatur ne id illi non satis æquo animo laturi sint, ad illos leniēdos ex his ęi mutuari licebit quæ Caleno,

[c] Plutarch. in Solone.

[d] Plutarch. in Tybe. & Gracch.

[e] Philost. lib. de vita Apoll. 4. cap. 2.

A Ciceronem dixisse retulimus, vel illud Apri apud Cornelium Tacitum vsurpare. Non sum offensus à prima disputatione, nec vos offendi decebit, siquid fortè aures vestras perstringit, cum sciatis hanc esse eiusmodi sermonum legem: iudicium animi citra damnum affectus proferre.[f]

f Tacit. in Dialog. de oratorib.

Ordo rogandarum in Senatu sententiarum qualis esse debeat.

Cap. VII.

B



SCribit Gellius,[a] Ante legem quæ de Senatu habendo ætate sua obseruabatur, varium fuisse rogandarum sententiarum ordinem, alias enim (inquit) primus rogabatur, qui à Censoribus Princeps in Senatum lectus fuerat, alias qui designati Coss. erant. Quidam è Coss. studio aut necessitudine aliqua adducti, quem iis visum erat, honoris gratia, extraordinem sententiam primum rogabant: Obseruatum tamen cum extra ordinem fieret, ne quis quenquam ex alio, quam ex Consulari loco sentētiam primum rogaret. Idem tra-
C dit.[b] M. Varronem librum edidisse, in quo scripserit singulos gradatim consuli debere: incipique à Consulari gradu. Tum autem cum hæc scriberet, nouum morem institutum per ambitionem, gratiamque, vt is primùm rogaretur, quem rogare vellet qui haberet Senatum, dum is tamen ex gradu Consulari esset, Addit[c] C. Cæsarem in Consulatu, quem cum M. Bibulo gessit, quatuor solos extra ordinem rogasse sententiam, ex quibus princeps erat M. Crassus sed postquam filiam Cn. Pompeio desponderat, primum cœpisse Pompeium rogare quod & Tranquillus his verbis memoriæ prodidit.[d] Sub idem tem-
D pus Calphurniam L. Pisonis filiam duxit vxorem: suamque Iuliam Cn. Pompeio collocauit. Ac post nouam affinitatem, Pompeium primum rogare sententiam cœpit: cum Crassum soleret, essetque consuetudo, vt quem ordinem interrogandi sententias Consul Kalendis Ianuariis instituisset, eum toto anno conseruaret. Id verò longè antiquissimum esse, multoque ante Caij Cæsaris æuum obseruatum, vt qui Senatum haberet: primum quem vellet sententiā rogaret, eaque in re vel consanguineis vel affinibus aliquid tribueret, vel ex Dyonisio Halicarnasseo coniicere possumus. Scribit enim Appium Claudiū de-

a Gell. noct. Attic. lib. 4. cap. 10.

b Gell. lib. 14. cap. 7.

c Gell. dicto. 6. 10. lib. 4.

d Tranq in Iul. Cæsa. cap. 21.

cemuirum, tumque Romæ Consularem & Tribunitiam pote- A
statem obtinentem, cum in Senatu de bello aduersus Æquos,
& Sabinos retulisset, Primũ C. Claudiũ patruum suum senten-
tiam rogasse.[e] Et his (inquit) dictis primum vocauit patruũ suũ
C. Claudium qui exurgens huiusmodi orationem habuit: Post-
quam, Patres, vult me Appius primum sententiam dicere, me
honorans ob cognationem (vt ei conuenit) & postquam opus
est, me, quæ sentiam de bello aduersus Æquos atque Sabinos
dicere, &c. Quibus ex verbis illud quoque perspicuum fit, ho-
nori olim datum vt quis primo loco sententiam in Senatu di-
ceret. Nam & id benè de republica meritis in laborum præ- B
mium concessum fuisse testatur Cicero,[f] dicens, Ob earum re-
rum laborem, & sollicitudinem fructus illos datos, antiquio-
rem in senatu sententiæ dicendæ locum, togam prætextam,
&c. Vnde & Princeps Senatus dictus qui primus sententiam
rogabatur, qui à Censoribus legi solebat, quod genus honoris
iis tantum viris deferri consueuerat, qui authoritatem & gloriã
maximis in rempub. meritis, prestantissimisq; rebus gestis essent
consequuti.[g] Is etiam princeps Senator dicebatur: quod ex Ci-
cerone colligi potest, dum P. Lentulum, nunc Principẽ Sena- C
torẽ,[h] nunc Principẽ Senatus appellat.[i] Hunc & primæ sentẽ-
tiæ Senatorem Flauius Vopiscus vocat.[k] Id etiam quod dixi-
mus honori fuisse primo loco sententiã rogari, indicat Cicero,
quadam ad Att. epistola,[l] dum ait. Tacita esse poterit in id di-
gnitas nostra? Pati poterunt oculi me cum Gabinio sententiam
dicere? & quidem illum rogari prius? Et alibi.[m] Primum igi-
tur scito, primum me non esse rogatum sententiam, præposi-
tumque esse nobis pacificatorem Allobrogum, idque admur-
murante Senatu. Idem ad Plancum. Eo die magna mihi fuit
pro tua dignitate contentio cum Seruilio: qui cum gratia effe- D
cisset, vt sua sententia prima pronuntiaretur, frequens eum Se-
natus reliquit.[n] Quibus consentaneum & quod Papinianus
dixit Priuilegiis cessantibus cæteris, potiorem eorum causam
in sententiis ferendis haberi, qui pluribus eodem tempore suf-
fragiis iure decurionis ornati sunt eumque qui plures liberos
habeat, in suo collegio primum sententiam rogari.[n] Contra
ignominiæ speciem habuit, postremo sententiã rogari. Tranq.
de Claudio loquens.[o] Atque ex eo nunquã non in Senatũ no-
uissimus consularium sententiam dixit, ignominiæ causa post
omnes interrogatus. Vtrumq; exprimit Dyon Nicæus in Caio
Caligula

e Dyonis. Halicarna. l. 11.
f Cicer. 7. in Verr. act.
g Plutarch. in Scipio.
h Cic. 2. Philipp.
i In diuinatio. & oratione. cõtra Rullum.
k Flau. Vopiscus in Aureliano.
l Cic. ad Attic. lib. 10.
m Cic. ad eũdem Atti. l. 1.
n Cic. fam. l. 10. epist. 12.
n l. spurij §. fin. ff. de decur.
o Tranq. in Claudio c. 9.

A Caligula dum ait. Caium cum aliis magnis contumeliis socerum suum M. Sillanum affecisset, operam etiam dedisse, ne primus ipse sententiam diceret, (qui ei honos ab omnibus Consulibus propter ætatem & dignationem habebatur) & ob id consuetudinem illam antiquasse, qua is qui de re aliqua ad Senatum retulisset, sententiam aliquem consularem primo, aut secundo loco, vt visum ei fuisset, rogabat: instituisséque vt consulares æquo iure cum reliquis secundum ordinem magistratus sui censerent. Fuit & id nonnunquam obseruatum vt sententiam primùm rogarentur seniores. Deinde mediæ ætatis viri, vltimò verò iuuenes.[p] Ideóque & Appius Claudius cum in Senatu prætereuntem vidisset L. Valerium cognomine Potitum, dicturúmque aduersum se suspicatus esset: hæc illi dixisse fertur. Non est locus tuus, Valeri, iste, neque conuenit tibi nunc dicere, sed vbi seniores & honoratiores te, sententiã protulerint, tu nunc vocatus, quod tibi videbitur dices.[q] Quod ab Atheniensibus Romani vel ab his illi mutuati videntur. Siquidem & apud Athenienses in frequenti Senatu pro cuiusque ætate sententiæ rogabantur, constátque ex Cicerone eandem Romæ in Augurum collegio dicendarum sententiarum rationem fuisse.[r] In collegio (inquit) nostro vt quisque ætate antecellit, ita sententiæ principatum tenet, neque solùm honore antecedentibus, sed iis etiam qui cum imperio sunt, maiores natu Augures anteponuntur, in qua etiam sententia ex nostris Vlpia. fuisse videtur.[s] Cum enim dixisset in albo decurionum, qui ætate prouectiores sint, prius scribi debere: subiecit eundem quoque ordinem, in sententiis dicendis seruandum esse quod ob honorem senectuti debitum, inductum videtur.[t] Et quia verisimile sit, maiore prudentia senes pollere, vsúque rerum peritiores esse.[u] Idcircóque & apud Homerum Nestor in consiliis præcipuus habetur, licet bello inutilis esset.[x] Traditque Plutarchus maximè seruari ciuitatem vbi consilia senum, & iuuenum virorum præcellunt lanceæ.[y] Quamobrem & in consiliis existimauit Bald.[z] antiquiores vtpotè digniores, vsúque & peritia rerum magis instructos, prius loqui debere, quod animaduertẽs Epidicus ille Plautinus, à Periphane & à Pœcide senibus rogatus, vt aliquid illis daret cauti & conducibilis consilij, suaderi non potuit vt prior sententiam diceret, quod plus illos, quam se sapere assereret vtpote seniores...

Plaut.[a]

p Diony. lib. 6. & 11.

q Diony. lib. 11.

r Cic. in cato. maio.

s l. 1. ff. de albo scriben.

t l. semper ff. de iure immunita. ho leges exolet. in Gallia.

v l. cum quid vbi doct. ff. si cert. peta. & l. fin. de fide instrum.

x Homer. iliad.

y Plutarch. in lib. an seni gerenda resp.

z Bald. de controuers. feud. apud patres termi. cap. 1.

a Plaut. in epidico.

Vos priores esse oportet, nos posteriores dicere, A
Quod plus sapitis.---

Qua ratione & Homerus, senem illum Heroem Ægiptium primo loquentem facit. Home.[a]

a Homer. odyss. lib. 2.

ὃς δὴ γήραϊ κυφὸς ἔην, καὶ μυρία ᾔδη.

Inter hos deinde heros Ægyptius cœpit concionari, qui iam senectute incuruus erat, & multa sciebat. Testatur & Æschines in oratione contra Ctesiphontem, hoc Solonis lege fuisse cautum, vt in consultatione natu maximus, primus diceret. Cui & illud Ecclesiast. conuenit.[b] Loquere maior natu, decet enim te primum verbum: Et quod Xenophon dixit. Cleanor Arcas omnium natu maximus, primus respondit, quod ad se pertineret, malle mori quam arma tradere:[b] vnde & apud Liuium P. Sulpitius, qui maximus natu ex decem legatis erat, quibus à Senatu datum negotium fuerat. Antiochi legatos audiendi, iisque respondendi, quæ ex dignitate atque vtilitate P. R. responderi possent: primus omnium legatorum verba facit.[c] Et in consilio Volcianorum, qui maximus ex his natu erat, legatis Romanis in Hispaniam, ad ciuitates à Pœnis auertendas missis respondet.[d] Alludit & ad hunc morem Iuuenalis Satyra 6. cum ait. B C

b Ecclesiast. 32.

b Xenophon de Cyri minoris expeditione lib. 1.

c Liui. decad. 4. lib. 4.

d Liui. decad. 3. lib. 1.

Est in consilio matrona, admotáque lanis
Emerita quæ cessat acu, sententia prima
Huius erit, post hanc ætate atque arte minores
Censebunt, tanquam famæ discrimen agatur.
Aut animæ---

Apud Syracusanos verò nemo sententiam dicebat rogatus, sed vt quisque ætate & honore anteibat, ita sua sponte, quod sui consilij erat, nec interrogatus in medium afferebat, quod 6. in Verrem actio. Cic. his verbis exequitur. Mos est Syracusis vt si qua de re ad Senatum referatur, dicat sententiam, qui velit: nominatim nemo rogatur, & tamen vt quisque ætate, & honore antecedit, ita primus solet sua sponte dicere, idque à cæteris ei conceditur sin aliquando tacent omnes, tunc sortitò coguntur dicere. Et mox. Refertur de Peduceo, vt quisque ætate, & honore antecedebat, ita sententiam dixit ex ordine. Et rursum. In curiam venimus, nos rogatu magistratus assedimus, incipit is loqui, qui & authoritate, & ætate, & vt mihi visum est, vsu rerũ antecedebat, Diodorus Timarchides. Apud Lacædemonios, vt & de eorum institutis nonnihil afferamus, D

A cum idem fere qui Syracusis mos inualuisset, sententiarum in Senatu confusè dicendarum: essentque adolescentes loquaciores, & in consiliis obstreperent: Licurgus edicto cauit, vt nemo in foro, nec in publico consessu diceret, nisi rogatus, quod & Romanorum legibus cautum fuisse ostendit Cice. dum dicit Senatori iussa tria sunt, vt adsit, vt loco dicat id est rogatus, vt modo ne sit infinitus.[e] Et id quidem prudentissimè constituisse maiores videntur, quos non latuit magnam semper in Senatu turbationem futuram, magnósque tumultus excitatum iri: si B vnus quisque Senator promiscuè sententiã dicere posset. Ideóque apud Liuium Virginius Vetusiusque Consules, Senatores de cœtibus nocturnis & occultis plebis consiliis tumultuosè cúmque clamore, strepitu, ac vociferatiome, nec vllo seruato ordine in Rom. senatu censentes ceu malè sanos ferociter increpant, ordinéque sententias rogant. Quo pacto & apud Senecam in ludo de morte Claudij Cæsaris. Iupiter Herculem: & alios quosdam promiscuè, neque seruato ordine de Claudio in deorum numerum referendo sententias dicentes, aliosque aliũ turbantes grauiter arguit. Liuius. Eam rem Consules rati, vt C erat, perniciosam, ad patres referunt: sed delatam consulere ordine non licuit: adeò tumultuosè, excepta est clamoribus vndique & indignatione patrum: & post paulò Senatus tumultuosè vocatus, tumultuosius consulitur, quæstionem postulantibus iis, qui pulsati fuerant. Decernente ferocissimo quoque nõ sententiis magis, quam clamore & strepitu, tandem cum iræ resedissent exprobrantibus Consulibus nihilo plus sanitatis in curia, quàm in foro esse, ordine consuli cœpit.[e] Seneca. Tandem Ioui venit in mentem, primateis intra curiam moranteis sententiam dicere, nec disputare. Ego (inquit) P.C. interrogare vobis permiseram, vos mera mapalia fecistis. Volo vt seruetis disci- D plinam curiæ, hic qualiscumque est, quid de nobis existimabit, quo loco allusit Seneca ad prouerbium rus ciuitas, dum eos dixit mapalia fecisse, Innuit enim ipsos è ciuitate rus fecisse, qui neglectis legibus dissolutè, nullóque seruato ordine, à disciplina curiæ recedentes: non rogati sententias dixerint: inconditéque & perturbatè omnia egerint. Siquidem mapalia (vt est apud Festum) casæ pœnicæ appellantur: in quibus quia nihil est secreti, solet solutè viuentibus obiici id vocabulum.

[e] Cic. 3. de legib.

[e] Liui ab vrbe condita lib. 2.

Nec me tamẽ præterit apud Romanos interdum, singulorum etiam sententiis exquiri cœptis, cum de qua re consuleretur Se-

natus, inter patres conueniret, tumultuosè vniuersimque & vno veluti ore sententias illos dixisse, vt ex Trebellio Pollione intelligi potest, cum de censura Valeriani loquens ita scribit. Cum in æde Castorum Senatus haberetur, ireturque per sententias singulorum cui deberet censura deferri: vbi primùm prætor edixit. Quid vobis videtur patres C. de censore deligendo atque eum qui erat Princeps Senatus, sententiam rogasset, omnes vna voce dixerunt interrupto more dicendæ sententiæ. Valeriani vita censura est, ille de omnibus iudicet qui est omnibus melior, &c.[e] A

e Trebell. in Valeriano.

* In senatu nostro, cæterisque supremis huius regni cōsessibus is mos inoleuit, vt primò sententiam rogetur, qui litis expositor sit: deinde singuli suo ordine, vt eos sedere contigerit postremúsque omnium dicat, qui alios rogat. Fit tamen crebrius vt qui antiquiores sint priusque in amplissimū illum ordinem cooptati, nouissimi sententiam rogentur: quod eo fieri credo ne forsan illi prius dicentes, facilè iuniores in suam sententiam trahant. Nam & Tyberium Cæsarem scribit Cornelius Tacitus,[f] in publica accusatione Lepidæ adulterij, veneficij subditiisque partus insimulatæ. Drusum Consulem designatum exemisse dicendæ primo loco sententiæ. Idque aliis ciuile visum, ne cæteris assentiendi necessitas foret. Estque Tranquillus author.[g] Octauium Augustum ordinem maiorum in rogandis sententiis, super grauioribus negotiis sequutum non fuisse: sed pro arbitrio, modò hunc, modo illum rogasse. Idque fecisse vt quisque diligenter attenderet, tanquam ab vno quoque dicenda sententia esset, magis quàm alieno assensu comprobanda. Sunt autem hęc Tranquilli verba, si quis fortè desideret. Sententias de maiore negotio, non more neque ordine, sed prout libuisset prærogabat, vt perinde quisque animum intenderet, acsi censendum magis, quàm assentiendum esset. Afferebat siquidem is dicendarum sententiarum ordo, quandam quasi assentiendi necessitatem, cum prius rogarentur antiquiores, quibus contradicere ferè nefas existimabatur: quasi pudor esset, iuuenem sene prudētiorem videri.[h] Qua ratione olim in Areopago, tacitas & per tabellas sententias editas fuisse, sunt qui tradāt: ne ex maioris auctoritatis, aut eruditionis viri, qui prior sententiam dixisset præiudicio ab opinione sua alij discederent, aut (quod multi B C D

f Tacitus annalium lib. 3.

g Tranq. in Aug. cap. 35.

h Dyon. Halicarnass. lib. 6.

* In Senatu.] Quæ dicit hic Lāglæus aduersantur Constitutioni Caroli 8. art. 14. Nam in omnibus supremis Galliæ subselliis iuniores sententiā rogantur, Rebuff. & Guenous in regiam ordinat. supradictam.

A etiam nunc solent) ad idem responderent. Eamque obrem & apud Romanos in comitiis populi, priuati primi sententias dicebant. Dyon Cassius. In omnibus comitiis, vbi quid cum populo agendum erat, prius priuatis hominibus concio dabatur, quam magistratum tenentibus, ne quis nimirum potentioris, vt fieri assolet, sententia præuentus, suam ipse supprimeret, sed summa cum libertate, quod sentiret exponeret.[i] Eaque ratione & Cæsar Augustus à Tario, de filio cognituro, cum quibusdam aliis in consilium assumptus petiit, vt sententiam suam quisque
B scriberet, ne ea omnium fieret, quæ Cæsaris ipsius fuisset.[k] Memoratur & à Symmacho Theodosij, & Arcadij Cæsarum illa sanctio, qua veterem dicendarum sententiarum ordinem restituerunt: constitueruntque ne prior in Senatu censeret, qui vel opibus vel gratia cæteris, antestaret: sed cui muneris ratio, id iuris tribueret, ob quam & alias ab ipsis salubriter editas constitutiones. Senatus illis per Symmachum vrbis æternæ tum præfectum, posteritatis etiam nomine gratias agit. Ita enim Symmachus. Solæ, leges, quæ in bonum commune procedunt, nunquam patiuntur occasum. Agit diuinis sanctionibus vestris gratias ordo reuerendus, etiam nomine posterorum, quibus res-
C pub. emendata tradetur: Et mox paucis interpositis. Eiusdem præterea rationis salubritate, vetus dicendarum sententiarum forma reparata est: ne summum cuique dicernendi locum non ratio munerum, sed bonorum fortuna præstaret, atque id assentio cæterorum vel inuita sequeretur, quod ante omnes felicior censuisset. Quibus ex verbis perspicuum fit, reipublicæ non mediocriter interesse, ne prior in Senatu, publicove alio consilio sententiam is dicat, qui auctoritate, vel gratia, opibusve ita cæteris antecellat, vt verisimile sit eum, posterius cēsentes, in suam sententiam esse pertracturum.[l] Nam & Tyberium in causa
D Marcelli, sententiam palam ferre voluisse vt necessitas aliis eiusdem sententiæ sequendæ esset. Cornel. Tacit. memoriæ prodidit. Nec dubium est si prior censuisset, quin & in illius sententiam (propter hominis autoritatem) Cn. quoque Piso iturus fuerit. Tacitus.[m] Addidit, hispo, statuam Marcelli, altius quam Cæsarum sitam, ad quod exarsit adeò, vt rupta taciturnitate proclamaret, se quoque in ea causa laturum sententiam palam, & iuratum: quo cæteris eadem necessitas fieret. Manebant etiam tum vestigia morientis libertatis. Igitur Cn. Piso, quo, inquit, loco censebis Cæsar? si primus, habeo quod sequar, si post

i Dyo. Cass. lib. 56.
k Senec. lib. 1. de clemenc. cap. 15.
l Symmach. epistolarum lib. 1. epist. 7.
m Tacit. Annal. lib. 1.

omnes vereor ne imprudens dissentiam. Ideoque & Nicolaus Lyranus, Theologiæ professor sui temporis non pœnitendus, scribit. In Parisiensi schola, siquid dubij occurrat, quod consultatione dignum videatur: prius iuniores rogari ne ante se dicentibus, qui ætate & doctrina præcurrunt, in eorum sententiis facilè acquiescant, iisque aduersari indignum ducant. [n] Vbi tamen in Senatu nostro princeps consilij extra ordinem quidquam refert, deliberandumq; proponit, quemcumque conscriptorum illi visum fuerit, (siue iuuenis, siue ætate prouectus sit) sententiam primum rogat. Ita tamen vt singuli deinceps suo ordine vt sedentes fuerint, sententiam dicant: ipséque qui fasces habeat nouissimus omnium suam adferat. B

[n] Nicol. Lyra. in exodi cap. 23. Math. & Afflict. decisio. cap. lib. 1.

Illud constat apud Romanos nullam Pontificum qui Senatores essent, in rogandis senteṫiis rationem habitam: loco enim & ordine, vt quisque honoribus antecedebat, rogabatur, perinde ac si Pontifex non esset: quod vel ex illa Ciceronis ad Atticum epistola intelligi potest, in qua scriptum ita legitur. [o] Calend. Octob. habetur Senatus frequens, adhibetur omnes Pontifices, qui erant Senatores, à quibus Marcellinus, qui erat cupidissimus mei, sententiam primus rogatus quæsiuit, quid essent in decernendo secuti: Tum Lucullus de omnium collegarum sententia respondit, religionis Iudices Pontifices fuisse, legis Senatum: se & collegas suos de religione statuisse, in Senatu de lege statuturos, quisq; horum loco sententiam rogatus, multa secundum causam nostram disputauit. C

[o] Cic. ad Attic. 4. lib. epist. 2.

Id autem in hac antiquitatis mentione, non indignum est, quod annotetur: in Senatu nostro, supremisque aliis huius regni curiis, non tam ætatis, quam cooptationis, rationem haberi censerique antiquiorem, non qui ætate cæteris anteeat, sed qui prius in amplissimũ ordinem allectus sit: quasi prior (vt dicitur) locum in balneis occupauerit, quod apertissimis Leoninę cuiusdam constitutionis verbis probari videtur, dum in ea dicitur: [p] sit sedes prior ante prouectis, locus conspectior, decernendi loquendique facultas antiquior, cui est splendor adepti magistratus vetustior. Et alibi volumus (inquit imperator) eum esse potiorem, qui alios promotionis tempore, & codicillorum adeptione præcesserit. [q] Et rursum alibi. In sedibus, & in consessu, is ordo seruetur, quem ordo prouectionis ostenderit, cum manifesto decretum sit, eum esse qui præcesserit potiorem: vel illum subsequi, quem recentius probauerit examen. [r] Vnde & D

[p] l. 2. C. de præfec præto. lib. 12.

[q] l. 1. eod. tit.

[r] l. 1. C. de prepos. sacro. cubi. eod. lib.

A illud quoque traditum est, priorem illi locum deberi, qui sacris prius initiatus, aut doctoræ, seu magisterij insignibus ornatus fuerit.[s] Nam & Iacobum minorem eo qui maior dictus est, ætate præstantiorem fuisse Theologi affirmant: sicq; dictum quod posterius ad apostolatum vocatus fuerit. [t] Neque tamen perpetuo verum est cooptationis tempus inspici debere: sed nonnũquam fallit, veluti cum qui prius in ordinem allectus est muneris sui exercitio operam non dedit, sed veluti priuatus egit, quod accidit cum patre & filio eorumque superstiti, Senatoria dignitas confertur: solet enim filius interea dum pater in hu-B manis agit (nisi pater vocationem sibi concedi postulet) quamuis iam cooptatus ab exercitio temperare. Tunc enim functionis tempus inspiciendum esse tradunt, idque Senatui Parisiensi quandoque visum.[u]

s glo. can. placuit. 16. distinct. Matha de afflictis 1. decisio. neapol.

t Iacobus de Vorag. in Iacobũ & Philip. afflictus d. decis. nea. 1.

u Lucius placito. curia lib. 4. tit. de ordine sedendi artic. vlt.

Senatores permutatis inuicem muneribus, an iidem qui fuerint, quo ad ordinem sedendi maneant & quid de eo qui abdicato munere, quod in supremo consessu obtinebat, mox aliud consecutus sit, an is etiam pristinum locum, vel quem tunc nactus sit tenere debeat?

C

CAP. VIII.



IN superiori capite docuimus, quoties de ordine dicendarum in Senatu sententiarum, sessionisve aut alio honore, inter aliquos ambigitur, potiorem habendum non qui ætate prouectior sit, sed qui prius in amplissimum ordinem venerit. Neque antiquitatem ex annis cuiusquam, sed ex tempore, quo relatus in ordinem fuerit metien-D dam esse: [a] quod vtique prudenter à maioribus nostris constitutum apparet, ad excludendam de dignitate contentionem, vt qui prior venerit, prius molat. Quis enim (vt cum Theodosio loquar) in vno eodemque genere dignitatis prior esse debet: nisi qui prior meruerit dignitatem? cum posterior etiamsi eiusdem honoris prætendat auspicia: cedere tamen illius temporis Senatori debeat, quo ipse non fuerit.[b] Ridiculum quippe est, ex annorum numero quenquam æstimari, vt non iniuria stomachari videatur. Horatius in illum.

Qui redit ad fastos, & virtutem æstimat annis.

* Qui itaque posterius allectus in Senatum fuerit, nouissimus

a glo. cap. fin. verbo antiquiores vbi doct. de consuetud. in vi. feli. cap. cum omnes de constit. num. 35.

b l. 1. c. de consul. lib. 12.

* Vide quæ scripsi in superiori cap.

omnium sententiam dicet, cumque ordinem vbique tenebit, A
quem illi cooptationis suæ tempus dederit: Etiam si in vicem cuiusquam suffectus sit, qui antiquiore loco sedebat. Traditum siquidem est, quoties decedentis locum fortuna nudauerit, qui in ipsius vicem aggregatus fuerit: non in eius numerum statim venire, sed eum ordinem consequi, qui cæteris ad priora subuectis, vltimus poterit inueniri.[c] Et hæc quidem extra controuersiam sunt.

c l. si quis in archiatri C. de professo. & med. lib. 10.

Sed quid de his dicendum, quos inter mutatio fit magistratuum: an inuicem ita succedant, vt alter alterius locum sibi vindicare possit: & vt munerum, ita & numeri commutatio fiat? an vero vnusquisque eorum, quem prius nactus fuerat, retineat? Et ex his quæ præfati sumus perspicuum fit numeri mutationem non fieri.[d] Vnde videretur ad id tempus quo nouissimè ascripti fuerint respiciendum esse, cum enim vterq; alium, quam prius, consecutus sit magistratum: quo pacto pristinum locum retinebit? Nam & in non absimili specie, respondit Vlpianus, cum qui ad tempus ordine decurionum remotus est, tametsi impleto tempore, decurio sit, quia tamen in locum eius sublegi potest: si locum plenum inuenerit expectare debere, donec alius vacet.[e] Quemadmodum qui ad tempus relegatus est. Et hic enim quamuis decurio fieri non semper prohibeatur, factus tamen in locum suum non restituetur, & si numerus ordinis plenus sit, expectabit similiter dum alius vacet.[f] Quod adeò verum est, vt etiam restitutus eum ordinem non teneat, quem primum habuit, sed quem tunc adeptus fuerit, cum velut nouus in ordinem veniat.[g] Sed magis est, vt quem primum habuerunt ordinē, retinere eos dicamus: non enim vt noui veniunt, qui semper & Senatores, & Consiliarij mãserunt: nec vt dignitatis, sic ordinis mutatio fit. Nam & ad tempus ordine motum restitutum in ordinem, idem respondit Vlpianus, tenere eum ordinem, debere, quem pridem habuit:[h] vt qui decurio esse nunquam desierit. Quod non æquè de relegato ad tempus dici potest. Si quidem is desinit esse decurio, vt non ab re ceu nouus in ordinem venire dicatur: Et hæc quidem vsu recepta esse compertissimum habeo: nec est quisquam nostri ordinis, qui nesciat Arnoldum Ferrerium (quem ego virum vt dignitas ipsius poscit, honoris causa nomino) Nicolaum Berruerium, & alios quamplurimos, in Senatu nostro permutatis magistratibus suis eundem locum retinuisse, quem prius nacti fuerant: quod

d d. l. si quis in archiatri.

e l. 2. versic. alia causa ff. de decurio.

f d. l. in princ.

g d. l. 2. versic. restitutus.

h dicto versic. restitutus.

B C D

A * quod & Parisiensi Senarui non semel placuisse: sunt qui tradant: adductis etiam quibusdam exemplis, ad hanc rem pertinentibus, memoratu non indignis: quibus & illud suffragatur, quod Albericus scripsit, [k] ei qui in senatum ecclesiæ prior nomen dederit: (sic enim cum Hiero. canonicorum vt vocant collegium appellare libet) non efficere, optionem quam nouissimè sumpserit præbendorum: quo minus ordinem, quem primum habuit, retineat, collegasque omnes posterius allectos anteuertat.

k Alber. d. l. 2. de decurio.

B Illud magis dubium, quid de eo censendum sit, qui eiurato magistratu, quem in amplissimo ordine obtinebat, alio rursum donatus fuerit, an is etiam pristinum locum recuperabit? Qua de re disceptatum in senatu nostro fuisse scio, octaua Martij anno 1569. cum Robertus Mondoucetus Consiliarij munere, quod in eodem Senatu multis annis obiuerat, in gratiam Garini se abdicasset, moxque aliud (cui Regij sigilli custodia annexa est) ab Iano Houllano ante possessum obtinuisset. Cum enim eum ordinem, quem pridem habuerat, tenere vellet, contraq; plurimi censerent, quem tunc nactus erat illi dandum: quod C veluti nouus in ordinem venisset, résque maturiore consilio egere videretur: placuit Senatui, interim dum aliud constitueretur, antiquiore secundum vnum, aut alterum loco in auditorio primario eum sedere. Ita vt inquisitoriæ classi attributos, & eos qui aderant (quod fraudi & captioni cuiquam absentium non esset) cõsessus honore præuerteret: Nec ideo tamen senatui, nisi posterioris suæ conscriptionis ordine præsideret. Tametsi enim summo iure postremus locus assignari illi debuerit, vtpotè nouissimè cooptato, & qui prioris magistratus abdicatione, Consiliarius esse desierat. Indecorum visum fuit, illum qui tot annos in Tribunalitia classe meruisset, & cui non D parùm sæpè antiquioribus absentibus, sententias rogare, & Senatui presidere contigisset, in ordine sedendi aliis omnibus post haberi. Sed vix est, vt id decretum dignum quod citetur putem, cuius verbis cautum nominatim est, ne ad exemplum produ-

* Quod & Parisiensi) Giborio curiæ conscripto furere incipiente, ne tantisper dum ille pristinæ incolumitati redderetur, suo in muneribus obeundis, curia numero non consta[ret], adscripsere Rabæum, qui aliquo post tempore ex adscriptitio iustus ac legitimus offertus est. cum autem in Cla[...]tij locum ad primanorum classem, aliquis ex classibus inquisitoriis promouẽdus esset, inter Paleardum & Rabæum incidit controuersia, vter vtrum anteuerteret. dicebat Paleardus se iusta ac legitima cõscriptione, Rabæo priorem esse, atque adeo potiorem, defendebat Rabæus, se, vtcumque ante munus obiuisse proque magistratu gesisse, & rem non ad conscriptionis, sed adscriptionis tempus esse referendam, Rabæum Paleardo placuit anteferri prid. Calend. Aug. M.CCCCVI. Lucius titu. de ord. sedendi art. 3.

catur,& ne absenti cuiquam officiat. Aliud igitur,quod ad rem A magis pertineat afferendum. Id esse poterit: quod septimo Februarij anni sequentis me præsente pronunciatum, & in actis publicis perscriptum fuit. Cum enim absentibus multis, quibusdam etiam ob impietatem, vt prætendebatur, in deum perpetua magistratuum abrogatione mulctatis (quod curia suo in muneribus obeundis numero non constaret) ex iis qui in semestri Augusti sedent, rescripto principis sex, aut septem sublegendi essent,qui vicem eorum implerent. Eustachius Portanus classis vnius inquisitoriæ ductor, in numerum suffectorum relatus est, qui conscripti munia in primanorum classe obiret. De B cuius loco,&ordine,cum inter patres ambigeretur, quibusdam existimantibus, quem pridem habuerat, cùm primùm in ordinem venit, illi dandum: contra aliis sentientibus, prioris illius cooptationis ratione nullam habendam; censuit Senatus eum locum illi dãdum, quem tunc nactus est:eum inquisitoriæ classis ducatum adeptus,in album curiæ ascriptus fuit. Ita vt honoris ordine, non post se tantum allectos præcelleret,verum eos etiam omneis,qui sub signis suis meruissent: & qui quo tempore cooptatus fuit,classibus inquisitoriis deputati erãt.Non item C illos, qui in tribunalitia classe operam tum nauabant, cuius rei illa fuit ratio, quod veluti nouus in ordinem venisset: prioris enim magistratus eiuratione (quo se in parentis gratiam multò ante abdicauerat)sanator esse desierat. Nec causam illius quicquam iuuit,quod è Parisiensi curia ad nos migrasset:Non enim magistratus alibi gesti(quod ad ordinem sedendi vel procedẽdi spectat)ratio vlla in Senatu nostro haberi solet. Vidimusq; ideo Hieronimum Vallam,integritatis, ac sanctimoniæ fama virum percelebrem,iurisque senatorij peritissimum,in orchestra curię nostræ nouissimo loco disceptatoriis diebus sæpissimè sedẽtem: D quod hic postremus omnium, in cœtũ nostrum allectus fuisset: Tametsi senatorium munus,in Parisiensis curiæ,Tribunali maiore,multos annos strenuè confecisset: nec deessent qui loco ei cedere vellẽt.Sed ea fuit homo ille humanitate ac modestia, vt nullum in Senatu locum,nõ honoratissimum duceret,nec gratiæ sibi tribui quicquam vellet.De Iano quoque Panio(nescio an probitate an doctrina vsusque forensis peritia præstantiore viro) qui Senatorio munere quo in curia nostra fungebatur in gratiam Alanelli se abdicauerat:Cum is rursus,aliud nouo principis edicto creatum, assequutus: inque amplissimum ordinem

A cunctis plaudentibus relatus, locum & ordinem tam sedendi quàm procedendi sibi decerni petiisset: Censuit Senatus locum illi dandum, quem tunc nactus est cum posterius adscriptus est, vtpote nouo in ordinem venienti 15. Februarij anno 1576. Quod ille homo, siquis alius ab omni ambitione alienissimus, æquissimo animo tulit: ratus id quod est, non homini locum, sed hominem loco decus & dignitatem addere. Quod verò curiæ nostræ decreto, Nicolao Alixantio classis illius inquisitoriæ Præsidi, quæ à Calendis Februarij in Calendas Au-
B gusti, iustitiæ sacris operam præbet. Locus ille datus est, quempridem habuit, cum primùm in amplissimum ordinem venit iis quæ de Portano dicta sunt, nihil aduersatur. Non enim vt hic, similiter ille nouus in ordinem venit, nec se priore magistratu antè abdicauit, quàm classis inquisitoriæ ducatum assequutus. Vt ex codicillis magistratus Sancmartino successori suo, collati in actis curiæ nostræ perscriptis intelligere licet. Sed cur non is etiam qui dimisso, munere senatorio, aliud rursus nec ita multò pòst eodem in cœtu assequutus est, Senator continuò fuisse existimatur, vt quem primùm nactus fuerit, locum retineat, quasi
C muneris vtriusque coniunctione facta? Cùm id in Romana militia fieri oportere scriptum apud Paulum inueniamus his verbis. Miles testamentum fecerat, deinde non ignominiæ causa missus, rursum cinctus est in alia militia, quærebatur an testamentum eius quod in militia iure militari fecerat valeret, agitare cœpi, quando adsumptus fuisset, postquam desiit in numeris esse, vtrum intra annum, an post annum, cognoui intra annum eum adsumptum. Ergo si cum adhuc iure militari valeret, rursus eodem iure posset testari: numquid etiam post annum eo mortuo valeat testamentum? me mouebat, quod alia mili-
D tia est posterior, sed humanius est dicere, valere testamentum quasi coniuncto munere militiæ. [1] Hactenus Paulus cuius ex verbis apparet, medij illius temporis quo miles esse desiit rationem non haberi. Fingique iuris interpretatione militem etiam tùm fuisse cùm dimissus est vt testamentum ab eo iure militari factum sustineatur, quamuis post annum quam missus erat decesserit: vt eadem ratione senator continuò fuisse intelligi debeat, qui post paulò quàm se magistratu priore abdicauit, alium assecutus est: eoque magis quod non in aliam diuersamque vt in specie à Paulo proposita, sed eandem militiam adsumptus est: ducitur quippe interdum non ineptè ab armata ad

1 *l. quod dicitur ff. mil. ff. de testam. milit.*

forensem, palatinamque militiam argumentum: Sed in responso Pauli de ordine & loco quem obtinere debet, qui dimissus rursum cinctus in alia militia est, non agitur. Nec dubium est quin quem pridem habuit non retineat, sed quem illi posterioris matriculæ & adscriptionis tempus dederit sortiatur. Fit tamen in gratiam eius vtriusque militiæ muneris coniunctio, vt testamētum ab eo militari iure prioris militię tempore factum, mortuo etiam eo post annum missionis valeat, si intra annum postquam desiit in numeris esse, in aliam militiam adscriptus fuerit, quasi prioris militiæ tempore prorogato perinde ac si dimissus nunquam fuisset, quia intra annum quam missus est adscriptus fuit: quo tempore testamentum eius adhuc valebat iure militari, rursusq; eodem iure testari poterat: Quod speciali militum fauore constitutum apparet contra communes iuris regulas, quibus traditur manēte adhuc tempore rei alicui agendæ præscripto, prorogationem eius fieri posse. Non eius quod preterierit. Ideoque Pomponius libro 29. ad Sabinum. Sed si manente (inquit) adhuc præcario tu in vlterius tempus rogasti: prorogatur præcarium. Nam nec mutatur causa possessionis & non constituitur eo modo præcarium, sed in longius tempus profertur. Si vero præterita die rogas, propius est vt soluta iam causa præcarij non redintegretur sed noua constituatur. [m]

A B C

m l. sed si manent. ff. de præcario.

Præsides classium inquisitoriarum an Consiliarijs Regijs in amplissimum ordinem ante se cooptatis præferendi.

CAP. IX.

D



ALIBI cum de ordine rogandarum in Senatu sententiarum ageremus, admonuimus antiquiores præferendos, ita tamen vt ætatis ratio non tam habeatur, quam cooptationis. Esse enim debet sedes prior ante prouectis, locus conspectior, decernendi loquendiq; facultas antiquior, cui est splēdor adepti magistratus vetustior. [a] Vsq; adeo autem verum est, tēpus id inspici debere, vt nec inquisitoriarum etiam classiū ductores, quāuis præsidum nomine censeantur audiendi sint, si posterius in Senatū allecti, honoris ordine eos pręcellere velint,

a l. 1. & 2. c. de præf. prat. lib. 12.

A qui Senatorio munere ante se decorati, priúsque, in amplissimũ ordinem cooptati fuerint, nisi res illis cum eis sit, qui imperantibus ipsis, & sub signis suis aliquando militarint, id est, in ea classe, cui præfecti ipsi sint operam nauarint. Eos enim quamuis prius allectos Præsidibus suis postponi debere dubium non est siue sedendum, siue in publicum procedendum sit: dum ij sint qui iugem, continuamque operam in ea classe præbuerint. Perabsurdum enim pérque ridiculum esset, si ductus ductorem anteuerteret. Et vt dici solet, Opilionem ouis pastum duceret.

B Quod non æquè de his dici potest, qui maiori Tribunali deputati, ob infrequentiam consilij ad vnam aut alteram litem in inquisitoria classe diiudicandam acciti fuerint. Nec enim leuior, paucarumque horarum huiusmodi operula quam veluti commodatitij, nulláque muneris sui necessitate adacti præstiterint, fraudi eis esse debet, quominus ordinem suum vbique teneant. [b] Alioqui vix reperias, qui non suæ munere decuriæ, in alienæ classis controuersia sedere velint: cùm tamen interdum id fieri necessum sit: nempè cum Iudices ad numerum non sedent, quibusdam absentibus, ægritudinéve præpeditis, aut quauis alia iu-

C sta causa impeditis, ne pensum suum conficere possint, vel cum in locum reiectorum ex sua classe in aliam vicissim asciscuntur, ne cessare classes numero defectæ cogantur. Tum enim mutuo illos auxilio inuicem sibi succursum ire æquissimum est, idque sine cuiusquam iniuria, vel detrimento fieri. Proinde cum singulari dei beneficio, detecta conspiratione illa, quam in Franciscum Regem, huius nominis secundum, Reginam ipsius matrẽ, aliquótque Regiæ stirpis heroas iniuisse quidam dicebantur: patefactisque authoribus: Curia Principis voluntati obsequuta anno 1559. 3. Nonas Martij, supplicationes obsecrationésque

D fieri publicè constituisset: eiúsque rei ergò conscripti, præsidésque penè omnes in basilica Nanetana postridie pullati conuenissent (hoc enim cultu & ornatu incedi placuerat) ingressi in curiæ secretarium, Iacobus Bougius, Claudiúsque Anglebermeus. Pyrrhus, classis vnius inquisitoriæ duces, locum, ordinémque designari postularunt, quo illis gradiri, procederéque liceret. Qua de re cùm præses ad consilium retulisset, placuit Senatui eius temporis quo vnusquisque Senatorum albo adscriptus fuisset rationem haberi. Neque ipsos classium inquisitoriarum ductores, vt ductores, sed suo conscriptorum ordine incedere debere: quoties curiali ornatu in publicum prodeundum esset,

b *Arg. l. tutori C. de negot. gest. & l. voluntaria, C. de excus. tuto.*

potioréſque idcirco iis habendos, qui in numeros antè relati A
operam ipſis nunquam dediſſent, iis dumtaxat exceptis, qui quo tempore Præſides illi in curiæ collegium cooptati fuerunt, inquiſitoriæ alicui claſſi attributi erant. Fuit autem id decretum frequenti Senatu pro vniuerſo conuentu claſſium latum, quod cum Bougio Pirrhóque parùm, ex animi ſententia ceſſiſſet, ij mox, vt prodeundum fuit, valetudinem cauſati, de cœtu noſtro ſenſim ſe ſubduxerunt. Ex quo tempore cùm de ea re ſermo incidiſſet, ſæpius illos iactaſſe ſcio, ſe decretum id pro ſenatuſconſulto non habituros, quod ab iis quorum intererat, latum eſſe B
dicerent. Id autem quàm rectè alij viderint. Quamobrem cum anno 1565. Carolo IX. in vrbem Rhedonenſem primùm aduenienti ſolenni cultu, & ornatu obuiam eundum curia cenſuiſſet (is enim curiæ nunciarat eo ſe circa Kalendas Nouembris aduenturum) Fumeus & Portanus claſſis illius inquiſitoriæ duces, quæ in ſemeſtri Auguſti ſedet. Præfectum iuris hoſpitalem adierunt, locum ſibi iuxta quatuor curiæ primos antiquiſſimum aſſignari poſtulantes. Quibus datum eſt reſponſum ſecundum ea quæ diximus, vt eum ordinem tenerent, quem eis cooptationis ſuæ tempus dediſſet: neque primanorum quem- C
quam prius allectum anteuerterent: niſi qui ipſis palatini exercitus claſſem vnam regentibus, ſub ſignis ſuis meruiſſent. Cuius rei illa videtur eſſe ratio, quod verè propriéque Præſides illi non ſint, qui vni tantum claſſi imperitant extra quam (niſi à ſuis) Præſidum appellatione ſimpliciter, & abſolutè honorari non ſolent: ſed cum additamento claſſis inquiſitoriæ, quod improprietatem denotat. Illud enim improprium cenſeri vulgò traditur, quod non ſimpliciter, ſed cum aliqua adiectione profertur, vt cum fratrem patruelem dicimus, cum patruum magnum.
Nam ij propriè fratris, patruiq; appellatione non continentur. [c] D
Quapropter in lege municipali, quæ fratrem, vel patruum matri præferat, huiuſmodi vocati non intelliguntur. [d] Sic & ſodales Auguſtiniani, quos canonicos regulares vocant, canonicorum appellatione non comprehenduntur. Neque ideo quæ de his conſtituta ſunt, ad illos trahenda erunt. Quemadmodú (vt Ariſtoteles ſcribit) pueri nondum ætate perfecti, aut ſenes exauctorati, non omnino ciues dicendi ſunt ſed quodammodo & cum adiunctione, illi ciues inchoati, hi veterani. [e] Vt non immeritò Tribunalitij quos dignitatis gradu inferiores illis non eſſe conſtat, ſi in albo Senatorum nomen ante dederint præferendi

c l. iuriſconſultus § ſecundo gradu ff. de grad. Barto. l. Lucius § quæſitũ de leg. 3.

d Doct. l. 11 C. de ſucceſſ. edict. Alcia. de verb. ſignif. lib. 2. in prin.

e Ariſt. 2. politic.

A iis sint dum (vt dixi) munus suum in ea decuria cui illi præsunt, nunquam obiuerint. Quod enim ad eos spectat, qui illorum ductu & auspiciis, forensibus stipendiis imbuti fuerint, longè aliud statuendum videtur. Nam ferendi, non sunt, si perinde ac Homericus ille Pandarus, hæc altæ fœdera pacis confundentes, de honoris prærogatiua dimicare cum ducibus velint, sub quorum signis stipendia fecerunt. Nam & illud conuenit inter nostros, exercitus ducem, à milite prouocatum, vt singulari certamine decertet iustè pugnam detrectare. Obstat enim reuerentia, B quam duci suo debet, ne in huiusmodi periculum trahere eum possit: quod & ad Tribunos militum, Præfectósque cohortium producendum plerique existimant. Vt nec hos etiam in pugnam arcessere milites possint: sicut nec discipulus præceptorem, & eum à quo in armis eruditus sit. Quin & generaliter traditum est, eos omnes quibus naturali æquitate honorem præstare, debemus, à nobis in stadium trahi non posse. [f] Si quis itáque de huiusmodi honore cum Præside suo cominus congressurus, ex iure manu consertum eum vocet, dubium non est, quin victor Præses euasurus sit, vt cuius causa iure sit superior. Nam & C auorum nostrorum memoria Iacobum Brulartum, cum ab inquisitoria classe, cui Præsidebat, ad maximum tribunal conscendisset. Parisiensis curiæ iudicio, Guliermo Gyo in ordine sedendi prælatum, scriptum apud aliquos legimus. Tametsi primum Gyus ad idem Tribunal ascitus esset, totóque ante Brulartum decennio in amplissimum ordinem cooptatus. Cuius decreti non alia fuit ratio, quam quod Brulatto duce Gyus militasset. * Nec conscripti causam quidquam iuuerit, quod transitu ad superiorem classem, Præsidis illius imperio solutus sit, cui parere antea necesse habuit: quodque dici D solet, præsentis temporis, non præteriti rationem habendam: [g] Et affinitates eas spectandas, quæ presentes sunt, non quæ quondam fuere. [h] Quamuis enim dignitate conscriptus sit non inferior, vt qui iam non miles, sed commilito

f Alciat. lib. de singul. certamine ca. 31.

g l. si cognati ff. de rebus dub. & l. 1. §. item nummi. ff. de quæstio.

h l. cui §. affinitates ff. de postulan.

* Ab inquisitoria classe cuius Iacobus Bulartus rum præses erat, Guilielmo Gyo primum, deinde ipso etiam Bulatto, ad maius tribunal ascito, ambigi ceptum est, quis antiquiore loco sederet, cauſabatur Gyus, non modo se istuc priorem vocatum, sed etiam in amplissimum ordinem ante Bulartum, toto decennio cooptatum, è diuerso Bulartus, ineptissimum ac ridiculum fore, ductus ductorem anteuerteret, quasique duceret, pro vniuersæ Curiæ Parisi. sententia, placuit decori seruiendum esse 4. Calend. Iun. M. CCCC. XXIII. Lucius placitorum Curiæ, lib. 4. titu. 6. de ordine sedendi art. 4. in aliis vero supremis Galliæ subseliis præsides inquisitionum suæ Curiæ conscriptis non proferuntur, habetur ratio cooptationis, non dignitatis.

illius sit,non ideo tamen honoris, & reuerentiæ vinculis quibus A
astrictus duci suo erat,penitus exolutus est: manent quippe ad-
huc pristini ducatus quædam reliquiæ,[i] perpetuóque sacrosan-
cta apud eum esse debet illius, cuius ductu meruit memoria.[k]
Ita vt honori eius refragari, commodisve quoquo modo obsi-
stere piaculo proximum videatur. Debet quippe saltem (quod
apud Liuium M. Seruilius dicebat) militis nomen, ruborem in-
cutere,& verecundiam aliquam Imperatoris violandi afferre.[l]
Violari autem Imperatoris,vel Præsidis dignitatem,quis à mili-
te aut Senatore non dixerit,qui de honoris ordine disceptare cũ
eo velit? si quid igitur huiusmodi in Præsidem Senator molia- B
tur,id ei obiicere licebit, quod insultanti militi A. Vitellius di-
xisse fertur: Fui tamen Imperator tuus: de quo Tacit. Vox vna
degeneris animi excepta,cum Tribuno insultanti,se tamen im-
peratorem eius fuisse respondit.[m] Nec verum est, sublata cau-
sa, ob quam honos haberi alicui debet,honorem illum amplius
præstandum non esse.Nam & quamuis morte filiæ dissoluta sit,
quæ inter socerum & generum erat affinitas (ademit quippe vt
Cicero dixit.[n] Soceri nomen mors filiæ) adeò vt disrumpi, di-
uellique amoris illud vinculum,quo inuicem coniuncti constri- C
ctique affines erant, quidam putent.[o] Conuenit tamen inter
nostros tùm quoque reuerentiam illam socero habendam esse,
quæ à genero manente affinitate exhiberi ei debuit. Ita vt nec
dirempto, etiam matrimonio, gener à socero dotem repetitu-
rus,supra quàm commodè facere possit,conuenire eum debeat,
modò socer nihil dolosè egerit,vt genero suo insidiaretur. Pro-
desse enim ei debet pristinæ affinitatis memoria, vt ne pluris
quàm pro facultatibus teneatur. †[p] Nec ideò quòd mortua per-
sona quam affinitas contracta est, affinitatis, nomen interierit,
consequens est vim affinitatis quod ad honoris & reuerentię iu- D
ra spectat, diuelli. Nam & vxorem quondam priuigni vitrico
coniungi non posse, nec nouercam nubere,ei qui priuignæ ma-
ritus fuit, Papinianus respondit.[q] Debetur enim hoc reueren-
tiæ maiorum, & iis qui parentis loco sunt: cum alioqui constet
nullam esse affinitatem,inter cõiugem, & affines coniugis.Qua
ratione patrem naturalem ne quidem dum est filius in adoptiua
familia in ius sine venia & permissu prætoris vocabit.[r] Sicut
nec aduersus vxorem mariti,diem suum functi successores expi-
latæ hæreditatis crimen intendere poterunt.[s] Meminisse ita-
que & Senatorem, & militem semper oportet ducis illius, vel
præsidis,

i Arg. l. vnus §. seruus ff. de quæstio. & l. seruos 2. C. eo.

k Arg. l. fin. ff. de decurio.

l Liui. dec. 5. lib. 5.

m Cornel. Tacit. annal. lib. 19.

n Cic. in ora. pro Sextio.

o glo. & docto. l. sed hoc sta ff. de re iud.

p l. pen. ff. de iur. dot.

† Cõtra iudicat. Burdig.

q l. vxorem quondam ff. de ritu nuptia.

r l. adoptum ff. de in ius voca.

s l. aduersus C. de crimi. expila hæred.

A præsidis, cuius auspiciis militauerit. Quem vel in ordinem redactum, grauioréve aliquo infortunio afflictum diligenter obseruare, coleréque & tueri, quoad eius fieri poterit debet: præsidisque vel ducis sui appellatione perpetuò dignari. Militis illius exemplo, qui Reginum fugientem, cum ab Antonio Lepidoque & Cæsare triumuiris proscriptus esset (quia sub eo in Syria meruisse se meminisset) imperatoris nomine honoratum, saluum & incolumen dimisit. De quo Appianus, Reginum (inquit) altera nocte vxor sua induit habitu carbonarij, iussitque vt B asinum carbonibus onustum præ se ageret ipsa non longo interuallo in lectica præcedebat. Cúmque ad portam miles quidam suspicione motus lecticam scrutaretur, Reginus timens accurrit, rogans obiter militem, ne molestus esset mulieribus. Ille primùm vt cum carbonario cõtemptim rixatus, mox agnito (militarat enim sub eo in Syria) abi, inquit, lætus mi Imperator. Sic enim te à me appellari decet nunc quoque. [t] Et hæc de Regino Appianus. * Extantque apud veteres, multorum aliorum ducum, & Imperatorum exempla: quos vel in ordinem coactos, milites sui summa beneuolentia complexi studiosè coluerint, parentumque loco habuerint. Quale est illud de C. C Sempronio, cui cùm à L. Hortensio Tribuno plebis, ob ignominiam Volsci belli dies ad populum dicta esset: Sext. Tempanius A. Sellius. Sext. Antistius, & Sext. Spurilius. Aortensij collegæ memores militiæ, quam sub eo exercuerãt, apud collegam pro eo intercedentes, precibus euicerunt ne cœptam accusationẽ perageret. De quo Liuius. Principio statim anni L. Hortensius Tribunus plebis C. Sempronio Consuli anni prioris, diẽ dixit, quem cum quatuor collegæ inspectante Pop. Romano orarent, ne Imperatorem suum innoxium (in quo nihil præter D fortunam reprehendi posset) vexarent: ægrè Hortensius pati, tentationem eum credens esse perseuerantiæ suæ. Et paulò inferius: Cùm collegæ & de Sempronio, & de omnibus summam Po. Romani potestatem esse dicerent, nec se iudicium populi

[t] Appia. lib. de bell. ciuil. 4.

* Aliud pulchrũ & non absimile ad feram exẽplum ex eodem Appiano. Restionem solum (vt putabat) fugientem, seruus clam secutus est vernaculus, & multis prius affectus beneficiis, deinde stigmatibus notatus ob nequitiam, hic quiescentem in palude herum primo conspectu terruit, quod vt sensit seruus, ait non plus se moueri præsentibus stigmatibus, quam præteritorum beneficiorum memoria, moxque illum in speluncam quandam abscondit, & quotidianis operæ mercedibus aluit, vt poterat: deinde cum propinqui milites nonnihil suspicati de spelunca eo tenderent, seruus senem quendam viatorem inuadens obtruncauit, militibus vero attonitis miraculo, & vt viatoris homicidam detinentibus, Restionem, inquit, occidi meum herum, qui me his notauit stigmatibus, illi erepto ei capite, frustra in vrbem petierunt præmium.

tollere, aut velle aut posse. Sed si preces suę pro Imperatore (qui A
sibi parentis esset loco) non valuissent, se vestem cum eo mutaturos. Tum Hortensius, non videbit, inquit, plebs Romana sordidatos Tribunos suos C. Sempronium nihil moror, quando hoc est in imperio consequutus vt tam charus esset militibus.

Nominationes senatorum in demortuorum locum sublegendorum, vt earum in cooptando rationem Princeps habeat; Quo modo faciendæ; Vnde ortæ; quæ ætas senatoria. Quid nominatio ab electione distet; Et explicatum Regiarũ constitutionum Molinis editarum caput nonum. B

Cap. X.

Maxima semper cura inuigilatum à Galliȩ nostræ Principibus fuit, ne magistratus aliis, quàm integris idoneisque hominibus, & qui doctrina atque eruditione præstantes, vsuque forensium rerum spectati essent, mandarentur. Ob idque conditæ sunt ab illis quamplurimæ saluberrimæ leges: quales sunt illæ, quas velut antiquatas, nimiaque vetustate obsoletas Carolus nuper in conuentibus Molinis habitis instaurauit. C Quibus (quo inclinatior ad eos ipse fiat qui à Senatu in demortuorum locum nominati fuerint) constituit, vt occurrente Senatorij alicuius muneris vacatione, amplissimus ordo iustæ legitimæque ætatis hominum nomina edat, qui iurisperitia instructi, atque vsu rerum exerciti, muneri illi obeundo idonei dignique habeantur. Ita tamen vt præter vnum qui in ea vrbe in qua Senatus cõsideat, natus sit, nominare fas non sit: hoc amplius addito, vt qui affuerint Senatores non antè suffragium ineant, quàm à Præside vel conscripto qui fasces habeat, D adacti sacramento dixerint, nullam a se fraudem in ea electione adhibitum iri: sed purè synceréque electuros, quos muneri illi capessendo aptiores magisque idoneos fore putauerint. Nec ideo tamen minus, qui sic electi, vel nominati fuerint, doctrinæ suæ periculum faciant. Non enim in hoc vtilem eam electionem illis fore, vt eximios se causari possint: sed in hoc tantum ne de vitæ morumque integritate illorum anquiri aliter oporteat. Et hæc quidem ad verbum ferè Carolus nonus noua constitutione sanxit: [a] quæ à Carolo septimo, Ludouico duodeci-

[a] Constit. Molinis editarũ art. 9.

A mo, vetuſtioribuſque aliquot aliis Regibus ante conſtituta, [b] penè exoleueranr. Id autem ne quis in ampliſſimum ordinem aſcribatur, qui nominatus à Senatu non fuerit, magna conſtitutum ratione apparet: nempe ne quiſquam minus idoneus obrepere, vel irrumpere in eum cœtum poſſit. † Non enim credibile eſt, tantum ordinem in indigni cuiuſquam electionem cõſenſurum. Et quamuis in eo negotio primas partes Princeps obtineat, eiúſque præcipua ſit auctoritas. Dubium tamen non eſt, quin plurium iudicio probatus dignior exiſtimari debeat.

B Melius quippe (vt Plinius infit) omnibus quàm ſingulis creditur: ſinguli enim decipere & decipi poſſunt: nemo omnes, neminem omnes fefellerunt. [c] Vt veriſſimè dixerit Ariſtoteles, in multitudine difficile eſſe omnes labi & errare. [d] Vulgòque receptum eſt, quæ à multitudine geruntur, rectius fieri. † Pluſque (quod Liuius dixit) pollere multorũ ingenia, cõſiliáque. [d] Nam vt conuiuium ad quod plures conferunt, melius eſt; quàm vna atque ſimplex menſa: ſic iudicia multorum ſæpe meliora ſunt, quam vniuſcuiuſque dicique ideo ſolet, plus oculos videre, quam oculum, Vnde & illud Heſiodi.[e]

Plus poteſt & plurium induſtria

C Et quod Homerus dixit. [f]

Adſitis comites, multorum induſtria namque
Plus pollet, quàm paucorum ---

Quo reſpexit & Euripides in phœnicis cùm dixit,

Vir vnus autem nemo cuncta deſpicit,

Rectè itaque Caſſiodorus cùm dixit. Dignus eſt principali iudicio promoueri, qui à multis meruit approbari. Vni enim acceptum fuiſſe interdum gratia eſt, multis placuiſſe iudicium. [g] Qua ratione & Alexander Seuerus, quoties de creando Senatore actum fuit, Senatores in conſilium adhibuit, quorum etiã

D ſuffragiis deſignaretur, qui iudicio illorum dignus eſſet: quod Lampridius hiſcæ verbis memoriæ prodidit. [h] Senatorem nunquam ſine omnium Senatorum, qui aderant conſilio fecit: ita vt per ſententias omnium crearetur, teſtimonia dicerent ſummi viri. Et mox: Idem Senatores non niſi ad ſummorum in palatio virorum ſuffragium fecit, dicẽs magnum virum eſſe oportere qui faceret Senatorem. Quod & in creandis Coſſ. & aliis pleriſque magiſtrátibus ſecutus eſt. Conſules enim (ſubdit Lampridius) quoſcumque vel ordinarios, ſuffectos creauit, ex Senatus ſententia nominauit. Et inferius: Præſides, Proconſu-

b Tit. de elect. & nominatio in conſtu. reg. art. 1. 2. 3. 4. & 5.
† Hæ conſtitutiones abiere in deſuetudinẽ.
c Plini. Iun. in paneg. Traia.
d Ariſt. lib. 3. polit. cap. 11.
d Liuius ab vrb. cond. lib. 3.
e Heſio. opera & dies.
f Home. ilia. 12.
† Optimũ eſt ſequi quod pluriũ ſententiis cõptobat.
g Caſſio. varia, lib. 11.
h Lampri. in Alexan. Seuero.

les & legatos nunquam fecit ad beneficium, sed ad iudicium A
vel suum, vel Senatus. Et rursum: Præfectum Prætorio sibi ex Senatus auctoritate constituit, Præfectum vrbis à Senatu accepit. Idemque in creandis Prætoribus obseruari. Valentinianus Maximianúsque Cæsares postea rescripserunt. Sunt autem hæc rescripti illius verba: Tres tãtummodo Prætores electæ opinionis in hac vrbe per singulos annos iudicio Senatus præcipimus ordinari.[i] Quod in consulatibus etiam mandandis factum antè à Traiano fuisse Plinius his verbis ostẽdit. Eadem Cæsar, quę Senatus probat improbatque: vos ille præsentes, vos etiam absentes in consilio habet. Tertio Coss. fecit, quos vos elegeratis: & fecit hoc ordine, quo electi à vobis erant.[k] B

i l. fin. C. de offic. prato.

Quæ autem de Senatorum nominatione à Galliæ nostrę Regibus sancita sunt, à Romanis quoque in gentilium sacerdotum creatione obseruata deprehendi: apud quos petitionem sacerdotij profiteri nemini licuit, qui non sibi aliquem ex collegio consiliasset, à quo in concione nominaretur. Et quamuis à pluribus quàm duobus ex collegio nominari quemquam non liceret: à toto tamen collegio expetebantur, qui in id cooptabantur: quod ex Ciceronis Philipp. secunda colligi potest, cum C
ita scribit. Auguratus petitionem mihi te cõcessisse dixisti. O incredibilem audaciam! O impudentiam prædicandam! Quo enim tempore me augurẽ à toto collegio expetitum Cn. Pompeius & Q. Hortensius nominauerunt (neq; enim licebat à pluribus nominari) tu nec soluẽdo eras &c. Hactenus Cicero, apud quem & alibi sæpius fit huius nominationis mentio: veluti in primo Rethoric. dum infit: Altera lex iubet augurem in demortui locum, qui petat in concione nominare: Augur quidã damnatus de pecuniis repetundis in demortui locum qui petat, nominauit. Et alibi: Paternũ auguratus locũ, in quem ego eum (vt D
quod à patre accepi filio reddam) mea nominatione cooptabo.[l] Et rursum in epistola Bruti: In Pansæ locum petere constituit, eam nominationem à te petimus, neque coniunctiori dare beneficium, quem nos tibi sumus, neque digniorem nominare potest quam Bibulum. Illic enim Brutus rogat Ciceronẽ quoniam in locum Pansæ demortui auguratum petere constituerat Bibulus, vt nominationem ei concederet. Vnde etiam colligi potest, necessariam non fuisse pluriũ nominationem: Quod Plinius Iunior nõ vno in loco ostendit: veluti in epistola ad Voconiũ Romanum, cum de Virginio Rufo loquẽs ita scribit: Sic

k Plini. in paneg.

l Cic. 13. Philipp.

A illo die quo sacerdotes solẽt nominare quos dignissimos sacerdotio iudicant, me semper nominabat. Et rursum in alia. Mihi verò etiam illud gratulatione dignum videtur, quod successi Iulio Frontino Principi viro, qui me nominationis die per hos continuos annos inter sacerdotes nominabat, tanquam in locum suum cooptaret, quod nunc euentus ita comprobauit, vt non fortuitum videretur. [m] Meminit & eiusdem nominationis Liuius his verbis: Sacerdotes publici aliquot eo anno mortui sunt, nouique suffecti T. Octacilius Crassus Pontifex, quia B exacto anno mortuus erat, ideo nominatio in locum eius non est facta. [n] De qua similiter Tacitus: Sub idem tempus de flamine diali in locum Seruij Maluginensis defuncti legendo, simul roganda noua lege disseruit Cæsar. Nam patritios confarreatis parentibus genitos tres simul nominari, ex queis vnus legeretur vetusto more. [o] Et hæc quidem de veterum sacerdotum nominatione illi: quam ab ea quæ in substituendis Senatoribus etiamnum fit, non admodum diuersam fuisse, vel hinc intelligi potest: quod vt sacerdotes ab vno, vel duobus tantum ex collegio nominati, à cæteris omnibus expetebantur: ita C & Senatores à Regio cognitore, & causidico, aut eorum altero nuncupati, ab vniuerso Senatorum cœtu leguntur atque expetuntur. Et sicut in eorum vitam qui initiandi erant, inquirebatur, videbaturque an sacerdotio digni essent: ita & in mores ac ætatem illorum qui in demortuorum senatorum locum subrogandi sunt: anque inculpati & ad functionem illam obeundam idonei sint, haud absimilis fit inquisitio. Quemadmodum mortuo flamine Diali tres Patritij confarreatis patribus geniti nominabantur, ex quibus vnus qui in locum eius sufficeretur, legebatur: sic defuncto Senatore, tres ætatis legitimæ, & opinio- D nis spectatæ nominantur, ex quibus qui amplissimi ordinis iudicio, potior visus fuerit, eligitur. Quo etiam pacto Regiis sanctionibus ab iis qui nominaturi Senatorem sint, puræ sinceræque lectionis sacramentum exigi præcipitur, ne quem indignũ suis suffragiis Senatus eligat: Idem & in Augurum collegio obseruatum fuit, vt qui aliquem nominaret, iuraret publicè, dignum eum esse eo sacerdotio de quo ageretur. Quod in Bruto Cicero satis indicat, cum ait Hortensium iuratum suæ dignitatis iudicium fecisse: Et interitu (inquit) talis Auguris, dignitatẽ nostri collegij diminutam dolebam. Qua in cogitatione & cooptatum me ab eo in collegium recordabar: in quo iuratus iu-

m Plin. Iun. lib. 4. epist. 8. ad Arua.

n Liui lib. 6. 2. bell. pun.

o Cornel. Tacit. annal. lib. 4.

dicium dignitatis meæ fecerat. Cui & illud suffragatur, quod A
Tranquillus tradit Claudium Cæsarem (quoties cooptandus sacerdos fuit) iureiurando dixisse se optimũ quemq; & maximè idoneũ nominaturum: Verba Tranquilli sunt hæc: In cooptandis per collegia sacerdotibus, nemini nisi iuratus nominauit.[p]

p Tranq. in Claudio.

Non igitur grauatè ferre Senator debet, quod in defuncti Senatoris locum aliquem nominaturus sacramento rogetur: cùm in simili negotio tãtus Princeps (qui & ipse legibus solutus erat) iniuratus suffragium nemini vnquam dederit. Nec dubium est, quin apud Christianos etiam cum in defuncti prælati locum, aut cuiusuis alterius qui dignitate ecclesiastica insignitus fuisset, sufficiendus quisquam fuit, simile iusiurandum antistites ab electuris exegerint. Id enim vel ex illa decretali (vt vocant) Innocentij tertij ad Cancellarium Metensem epistola deprehendi potest: qua traditur, cum in demortui præpositi sancti Saluatoris locum sublegendus alius esset, sodales sacerdotes quos canonicos vocant, ab Antistite rogatos sacramẽto dixisse, quemcunque ecclesiæ vtiliorem, magisque idoneum reputarent, sese electuros.[q] Sed apertius ex nouell. Iustiniani 137. qua statuitur, quoties opus fuerit ordinare Episcopum, coire in vnum clericos & primates ciuitatis cui episcopus ordinandus est, debere: Et propositis sacrosanctis euangeliis, de tribus personis decreta facere, & quemque eorum iurare per sacra eloquia, idque ipsis decretis inserere, quod neque per largitionem neque promissionem, neque amicitiam aut gratiam, aut quamcunque aliam affectionem, sed quod sciant ipsos rectæ & catholicæ fidei ac honestæ vitæ esse, & supra trigesimum ætatis annum, hos eligere: Vt ex tribus illis personis, quæ decretis hoc modo eliguntur, melior ordinetur electione & iudicio eius qui ordinandi ius habet: Quod sacramentum quamuis ad electionis substantiam nihil pertinuisse, pontificij iuris interpretes crebrius existiment:[r] Extat tamen hodie apud Gallos pragmaticæ (vt dicunt) sanctionis caput vnum quo statuitur, quoties in demortui vel Pontificis, vel Cenobiarchæ locum substinendus alius est, simile sacramentum ab iis qui electuri sint, in manibus illius qui tum sodalitio præsideat, præstandum esse: ita vt neque is etiam qui præsit eximius sit. Nam & is etiam non absimili sacramẽto adigendus ab eo est, qui antiquiore secundum eum loco sedeat.[s] Videtur & Alexander Seuerus in creandis Senatoribus eundem morem sequutus: cui rei indicio est, quod ex Lampridio dixi-

B C D

q cap. constitutus de appellatio.

r Doct. d. c. constitutus.

s §. ad locum 10, tit. de electio in prag. sanctio.

A mus cum Senatores faceret, testimonia summos viros dixisse: neque enim qui iurati non essent, testimonie dicebant, quocumque honore ij prefulgerent. [t] Quod vel ex eo clarius fit, quod Lampridius subdit: si fefellissent vel testes, vel ij qui sententias dicebant, Alexandrum postea eos in vltimum reiecisse locum ciuium: condemnatione adhibita, quasi falsi rei approbati essent, sine vllius indulgentiæ proposito. Vt sic liqueat, non vana nec futili ratione inductum, ne quis iniuratus Senatorem nominet: vel eligat. Nam & vlgo receptum est, quoties aliquid
B fidei ac religioni cuiusquam tribuitur, non nisi à iurato explicandum esse. [u] Qua ratione & iudices apud Romanos non nisi à iuratis prætoribus dati: Cic. in orat. pro A. Cluentio. Deinde (inquit) Pretores tantum vrbani, qui iurati debent optimum quemque in selectos iudices referre. Idemque in electione legatorum ad Principem mittendorum obseruandum, fuere olim qui censerent, vt & hi similiter à iuratis magistratibus legerentur. Scribit enim Tacitus eo senatus die, quo de imperio Vespasiani patres censuerunt, cum placuisset mitti ad eum legatos. Priscum eligi nominatim à iuratis magistratibus postulasse.[x]

t l. iurisiurandi C. de testib.

u Glo. §. sed ista inst. de actio.

x Cornel. Tacit. Annal. lib. 20.

C Prudenter etiam Principes nostri neminem in defuncti Senatoris locum sufficiendum decreuerunt, qui non amplissimo ordini probatus esset. Neque enim huius rei arbitrium rectius committi quibusquā aliis potuit, quam synmistis qui certi de probitate morum, & peritia artis, optimum quemque & quem maximè idoneum compererint, eligant: primique artis eiusdē de nouorum scientia iudicent. [y] Pertinet siquidem (vt est apud Cornelium Tacitum) ad vtilitatem reip. pertinet ad Principis honorem, vt in hunc ordinem non alij referantur, quam quos innocētissimos Senatus habeat. [z] Quapropter Augustus (quod
D Tranquillus scribit) Senatorum affluentem numerum ad pristinum splendorem reuocaturus: primam lectionem arbitratu Senatus fecit, qua (inquit ille) vir virum legit. [A] Eligi autem oportere non tantum qui integri sint vitæ, scelerisque puri, verumetiam qui legum periti, atque vsu rerum edocti sint, disertis Regiarum sanctionum verbis declaratur: & id quidem iure optimo. Non enim (quod Iustinianus dixit) ex vsu reip. esse putamus, vt aliqui iudicum nomen gestent, qui & legum maximè sunt imperiti, † neque vllum in rebus gerendis obtinent vsum. [a] Qua ratione Tiberius, sancimus (inquit) vt illi magistratum ge-

y Arg. l. 1. de decret. ab ord. faciē. & l. si quis in Archiatric. de professo. & med. lib. 10.

z Cornel. Tacit. Annal. lib. 20.

A Tranq. in August. cap. 35.

† Quorum hodie ingēs est numerus, proh dolor plerique ex iis leges & decreta Senatus aspernantur.

a Nouell. Iustin. cōst. 8. 82

rant, qui & bona existimatione noti sunt, & in exercenda iustitia plurimum reposuerunt sollicitudinis. [b] Nam & exercitatissimos quosque, maximisque in negotiis versatos omnium maxime esse prudenteis, conuenit inter omnes quod vsus ipse faciat experientiam, hæc ipsa experientia peritiam: vt iis potissimum honores mandari, præmiaque decerni vel ex Horatij sententia debeant. Aut virtus, inquit, nomen inane est. Aut decus & pretium recte petit experiens vir. [c] Quod si hoc in pedaneis inferiorisque subsellij iudicibus obseruandum Iustinianus & Tyberius edixerunt, quanto magis in Senatoribus qui supremum iudicant, & maxima quæque negotia obeunt, locum obtinere debet? Quo enim grauiores causas ipsi disceptant eo præstantiores cæteris esse debent. Vt non immerito receptum sit, quoties creandus, aut cooptandus Senator fuerit, maximam semper cum à Principe, tum à senatu cautionem adhibendam esse, ne indignus quisquam, & qui veluti Lydio lapide probatus non sit, in sacrum illum ordinem referatur, quod & apud Cassiodorum Theodoricus Rex, quadam ad Agapitum vrb. præfectum epistola perpulchrè iis verbis expressit. Præcipua vestri ordinis cura, cautiora nos facit proferre iudicia, & admittendos reuerendo cœtui examinare cogit solicitius honor Senatus, quem non solum volumus numero augeri ciuium, sed ornari maximè luce meritorum. Reiiciat alius ordo mediocres, Senatus respuit eximiè nō probatos. [c] Idem ad Senatum Amoris (inquit) vestri intuitu commonemur, quoties in vestrum cœtum deducitur, qui de gloriosis virtutibus æstimatur. Quicquid enim humani generis, floris est, habere Curiam decet: & sicut arx decus est vrbium, ita illa ornamentum est ordinum cæterorum. [d] Et alibi. Habetis nunc profectò virum quem & nos elegisse deceat, & vos suscepisse conueniat: cui sicut fortunatum fuit à nobis eligi, ita laudabile erit vestro cœtui honorum lege sociari. Et paulò pòst. Conuenienter ergo ordo vester æstimatur eximius, qui semper est de probatissimis congregatus. Non enim illic profanis reseratur introitus, sed tales illuc permittuntur accedere, quales inde etiam cernuntur exire. [d]

Sed hâc forte nostram de doctrina & eruditione Senatorum sententiam oppugnatum quispiam idcirco veniet, quòd virtute & innocentia eorum contenti veteres, iuris ciuilis scientiam in iis non magnopere desiderarint. Controuersas quippe lites non iudicabant, nec magistratus erant: & vt fuerint, quando ex ma-

b Tyber. const. 3. de prouinc. præsid.

c Horatius ad Seuol. epist. lib. 1.

c Cassio. var. lib. 1. in epist. Theod. reg. ad Agapitum præf. vrb.

d Cass. var. lib. 1. epist. 13.

d Idem Var. lib. 5. Epist. antepenult.

A

B

C

D

A ex magiſtratibus Senatores effici Cicero tradit,[e] non ideo peritos iuris eſſe oportuit. In qua ſententia ſummos pleróſque viros fuiſſe video, & in iis Ciceronem ipſum, cuius ex oratione pro Cn. Plancio hæc verba ſunt. Quæris num diſertus Planciusːimmo,id quod ſecundum eſt,ne ſibi quidem videtur. Num Iuriſconſultus: quaſi quiſquam ſit, qui ſibi hunc falſum de iure reſpondiſſe dicat: omnes enim iſtiuſmodi artes in iis reprehenduntur,qui cum profeſſi fuerint, ſatisfacere non poſſunt:non in his qui abſuiſſe ab his ſtudiis confitentur. Virtus probitas integritas in candidato, non linguæ volubilitas,non ars, non ſcien-

B tia requiri ſolet. Vt nos in mancipiis parandis, quemuis frugi hominem ſi pro fabro aut pro textore emimus,ferre moleſtè ſolemus,ſi eas artes quas in emendo ſecuti ſumus fortè neſciuerit: ſin autem emimus quem villicum imponeremus, quem pecori præficeremus, nihil in eo niſi frugalitatem laborem vigilantiam eſſe curamus: ſic populus Romanus deligit Magiſtratus quaſi reip. villicos, in quibus ſi qua præterea eſt ars, facilè patitur, ſin minus virtute eorum & innocentia contentus eſt: quotus enim quiſque diſertus? quotus quiſque iuris peritus eſt, vt eos numeres,qui volunt eſſe?

C Quòd ſi pręterea honore dignus nemo,quidnam tot optimis & ornatiſſimis ciuibus eſt futurum?

Idem pro L. Murena poſt paulò quàm Seruium Sulpitium aduerſus Murenam ſic loquentem feciſſet. Apud exercitum mihi fueris tot annos: forum non attigeris: abfueris tandiu, & cùm longo interuallo veneris, cum iis qui in foro habitarunt, de dignitate contendas? Vt hoc (inquit) Serui, omiſſo, ad ſtudiorum atque artium contentionem reuertamur, qui poteſt dubitari quin ad Conſulatum adipiſcendum

D multo plus afferat dignitatis rei militaris, quam iuris ciuilis gloria?

Et rurſus paucis interpoſitis. Et quoniam mihi videris iſtam ſcientiam iuris tanquam filiolam oſculari tuam, non patiar te in tanto errore verſari. Aliis ego te virtutibus, continentiæ, grauitatis, iuſtitiæ, fidei, cæteris omnibus conſulatu & omni honore ſemper digniſſimum iudicaui: quod quidem ius ciuile didiciſti: non dicam operam perdidiſti: ſed illud dicam, nullam eſſe in illa diſciplina munitam ad Conſulatùm viam.

Adde quod cum Vrbanum magiſtratum (vt infra fuſius di-

[e] Cic. 3. de legib. & l. 1. ff de offi. præsidis.

ćturus funt) aſſequi nemo poſſet, qui decem antè ſtipendia non expleuiſſet: vix fieri potuit, vt quæſtutam, quæ primordium fuit gerendorum honorum, ſuo tempore adipiſceretur, qui iuris ciuilis peritus eſſet. A

Quo enim pacto, qui tot annis in exercitu fuiſſet? Verum hinc elabi non ita difficile fuerit. Non enim eadē hodie eſt, quæ olim fuit Senatus & magiſtratuum ratio; ſiquidem iudicia penes Senatum non erant, nec Senatores & magiſtratus, niſi perrarò lites dirimebant, cum contrà hodie fiat, & quaſcumque lites magiſtratus diffiniant: Senatus vero ſummum ius habeat, in diiudicandis priuatorum, qui eos appellarunt cauſis. Id quod à Nerone initium habuiſſe indicio eſt, quod Tranquillus ſcribit, ſub eo primum cautum fuiſſe vt omnes appellationes à Iudicibus ad Senatum fierent.[f] B

De quo hæc Cornelius Tacitus. Auxit patrum honorem, ſtatuendo, vt qui à priuatis Iudicibus ad Senatum prouocaſſent, eiuſdem pecuniæ periculum facerent, cuius hi qui Imperatores appellauere.[g] Vt ſic iuris imperitis illis eſſe non liceat. Quid enim turpius (vt cum Cicerone & Pompeio noſtro loquar) quàm legitimarum & ciuilium controuerſiarum cognitionem ſuſcipere, cùm ſis legum & ciuilis iuris ignarus?[h] Quinetiam ſi ad ſeculum quo Cicero floruit reſpicias, rudes & imperitos in Senatum allegi fas non fuit, lege dicente. C

f Tranquillus in Nerone cap 17.

g Tacitus lib. 14.

h Cic. in oratore & Pomponius l. 2. §. Seruius ff. de origine iuris.

Senator cauſas populi teneto.

Quibus verbis ſignificatur Senatori neceſſarium noſſe remp. quid habeat militum, quid valeat ærario, quos ſocios reſpublica habeat, quos amicos, quos ſtipendiarios, qua quiſque ſit lege, conditione, fœdere: tenere conſuetudinem decernendi, noſſe exempla maiorum.[i] D

Poteſt & alia diuerſitatis ratio inter Iudices illius & huius ſeculi afferri, quam & ab Iano Roberto animaduerſam video,[k] quod cùm illis ex magiſtratus ſuſcepti officio non tantum lites dirimere, verum & alia multa reipublicæ conducentia exequi incumberet, legum imperitis eſſe licuit, quod iuris dicundi munus per aſſeſſores & viros peritos ſibi in conſilium adhibitos exequi poſſent, non item his, quibus id tantum oneris imponitur, vt controuerſas lites diffiniant, quos optimo iure legum peritos & rerum vſu edoctos eſſe Iuſtinianus voluit.[l] Verum Hactenus euagari ſatis fuerit.

i Cic. 3. de legib.

k Ia. Robertus ſententiarum lib. 3. cap. 3.

l d. Nouell. 82. in principio.

A Quamuis autem huic nominationi noua lege certus definitúsque numerus præscriptus non sit, Ludouici tamen duodecimi sanctione tres eligendi sunt, Principíque renuntiandum, quem ex omnibus præcipuum, cæterísque potiorem habendum Senatus censuerit: quo sic Princeps admonitus consultius deliberare queat huiúsve ne illius aut etiam alterius nomen accipiat.*

* Hæc moribus nostris aduersantur.

Tametsi postremum, hoc de eo quem Senatus præferendum duxerit, Principi renuntiando, à Senatu nostro fieri nunB quam viderim: Opinor, ne aliorum qui vna cum eo nominabantur pudor perstringi videretur: Et quòd principi ex ordine quo quisque in album nominatorum adscriptus erat, de Senatus iudicio satis liquere posset, potiorémque habitum qui primus adscriptus fuisset: Cum etiam apud Romanos in Consulum creatione potior haberetur, qui priore loco renuntiatus esset. Vt ex Cicerone intelligi potest, qui de suis magistratibus loquens nunquàm omittit quo loco sit renunciatus. Pro L. Manilia. Nam cum propter dilationem comitiorum ter Prætor primus Centuriis cunctis renuntiatus sum, facile intellexi, C Quirites, & quid de me iudicaretis & quid aliis præscriberetis. Et in Pisonem: Me cum Quæstorem in primis, Ædilem priorem, Prætorem primum cunctis suffragiis populus Romanus faciebat. Et paulò post. Me cuncta Italia, me omnes ordines, me vniuersa ciuitas non prius tabella quàm voce priorem consulem declarauit. Et pro Murena: Quæsturam vnà petiit, & sum ego factus prior. Non est respondendum ad omnia. Neque enim quenquam vestrum fugit, cùm multi pares dignitate fiant, vnus autem primum solus obtinere possit; non eundem esse ordinem dignitatis & renunciationis, propterea quod renunciatio gradus habet, dignitas autem sit perD sæpè eadem omnium. Et paulò pòst. At enim in Præturæ petitione prior renuntiatus est Seruius. Pergitisne vos tanquàm ex syngrapha agere cùm populo vt quem locum semel honoris cuipiam dederit, eundem reliquis honoribus debeat? Hactenus Cicero. Cuius ex dictis apparet momenti plurimùm in prioris magistratus renuntiatione vel nuncupatione positum, illum existimasse, vt qua tacitum de meritis iudicium fieri vulgo crederetur. Quod & Ausonius sensit, qui in gratiarum actione pro Consulatu suo vehementer sibi gloriatur, quòd se Consulem Gratianus non modo designauerit, verumetiam collegæ

nuncupationis ordine prætulerit. Consulatus hic meus (inquit) orat atque obsecrat, vt obnoxiam tibi vni sinas fieri eius dignitatem quem omnibus prætulisti. Quod quidem & ipse sibi inuenit gradus, cum clarissimo viro collega meo honore coniunctus nuncupatione prælatus. Et iterum. Verba sunt literarum tuarum: cum de Consulibus in annum creandis solus mecum volutarem, te Consulem designaui & declaraui & priorem nuncupaui. Et rursus. Interrogatus quem priorem decerneres Consulem, nec dubitandum esse dixisti tu, & qui tecum boni sunt dubitare non poterant. Sed tamen ad hoc dictum erexerant animos, qui libenter clarissimum virum collegam meum, quem præsentem habebat occasio, prælatum credidissent. Fatigantes tamen, quod intellexerant requirebant. Hic tu paulisper hesisti non rationis ambiguus sed eorum dubitationem vultu & rubore condemnans, qui studium suum interpretationis errore palpabant deinde illicò subdidisti, quid de duobus Consulibus designatis quæritis? quis ordo sit nuncupationis? an ne alius quàm quem præfectura constituit? Cum prior renuntiatus sim satis est tuum tenere iudicium, interpretes valete meritorum. Neque autem ego, sacratissime Imperator, in tenui beneficio gradum nuncupationis amplector. Num est hæc gloria ignota Ciceroni? Prætorem me (inquit) populus Romanus primum fecit, Consulem priorem. Ex ipsa eius sententia intelligitur commendabilius ei videri, vni quàm pluribus esse præpositum. Nulla enim est quidem contumelia secundi sed ex duobus gloria magna prælati. Alexandri Macedonis hoc fertur, cum legisset illos Homeri versus, quibus Hectore prouocante è nouem ducibus, qui omnes pugnare cupiebant, vnum deligi placeret sortis euentu, trepida vbi conceptione votorum Iouem optimum maximum totus precatur exercitus, vt Aiacem vel Tydei filium aut ipsum Regem ditium Mycenarum sortiri patiatur Agamemnonem: occiderem (inquit) illum qui me tertium nominâsset: o magnanimitatem fortissimi viri! nominari inter nouem tertius recusabat, vbi certè pluribus antecelleret, quàm subesset. Quanta hic verecundia grauaretur posterior de duobus! Est enim in hoc numero arduæ plena dignationis electio, cum vniuersis mortalibus duo qui fiant Consules præferuntur: qui alteri præponitur, non vni sed omnibus antefertur. Non igitur parui refert quo quis ordine nuncupetur, renuntietur, & in nominationis

A album ad ſcribatur, cum priorem nuncupari tanti fieri videamus: ſatiſque ex ſuperioribus liqueat priores locos eò magis honorificos cenſeri, quòd apud populum & principem gratioſiores digniorésque exiſtimarentur, quibus eos attribueret. Quod & Ammianus Marcellinus ſenſit, cùm de Valentiniano & Valente agens ita ſcripſit concordiſſimi principes vnus nuncupatione prælatus, alter honore ſpecie tenus adiunctus. Idémque Plutarchus in eo libro quem inſcripſit De tranquilitate animi, non obſcurè ſignificat cum ait: At verò Thaſius aliquis Galata
B vel Bithynus, non contentus ſe aliquò inter ſuos ciues loco, in honore & potentia eſſe, plorat ſe non geſtare veſtem patriciam: & ſi ferat, quod non ſit prætor Romanorum: & hoc adeptus, quod non conſul: & conſul, quod non prior, ſed poſterior fuerit renunciatus. Vt idem etiam de iis qui promouendi à Senatu nominantur, dici poſſit: potiſſimos cenſeri qui primi in Pyctacion adſcripti ſint, de quibus tacitum huiuſmodi iudicium fieri, modeſtiæ verecundiæque Senatus conuenie̅tius videtur. Nam & Ariſtotelem de ſucceſſore * Diatribæ ſuæ deligendo rogatum, non id apertè ſignificare voluiſſe, ſed allato vino exotico, tam Rhodio quàm Leſbio, cùm ſuauius Leſbium eſſe dixiſſet.
C Theophraſtum deſignauiſſe alibi annotauimus. Eo enim dicto (vt eſt apud Gellium) nemini dubium fuit quin lepidè ſimul & verecundè ſucceſſorem ſibi, non vinum delegiſſet. [a] Ad eum verò nuncupationis & renuntiationis ordinem reſpexit, Gellius, cùm dixit, verba M. Varonis ex libro diſciplinarum quinto hæc ſunt. Aliud eſt quarto prætorem fieri & quartum, quod quarto locum adſignificat, ac tres ante factos, quartum tempus ad ſignificat & ter ante factum. [b] Facillimum itaque principi fuerit, vel è fimbria (vt dicitur) de texto iudicare èque nominationis albo quale Senatus de nominatorum præſtantia fuerit
D iudicium diſcernere: vt quem prius adſcriptum viderit, ante latum putet, eiúſque quaſi potioris nomen accipiat, exemplo Traiani qui conſules quos Senatus elegiſſet, non tantùm faciebat, verumetiam ordinem, quem in eligendis tenuiſſet, obſeruabat: Quod Plinij locus à nobis citatus ex Panegyrico Traiani, perſpicuè demonſtrat in his verbis, eadem Cæſar quæ Senatus probat, improbatque: Tertio conſules fecit, quos vos elegeratis, & fecit hoc ordine quo electi à vobis erant. Et hæc quidem vſu ſeruari ſcio: niſi quod interdum princeps aſſiduis ſuffragatorum precibus expugnatur nominationis à Senatu factæ

* Exercitatio conuerſio, confabulatio, diſputatio & congreſſus.

a Gellius lib. 13 cap. 5.

b Gellius lib. 10. cap. 1.

rationem non habet, plũsque fauori & gratiæ, quàm virtuti, & doctrinæ tribuit. Vt ex his intelligere licet, quæ de Duareno dicturus sum: quem ter aut quater à Parisiensi Senatu, nominatum electumque fuisse, principem nihil mouit: nec Rebuffum Rothomagensis curiæ nominatio sæpius facta quidquã innuit: & vt de me etiam non sileam, priusquam in amplissimum ordinem allegerer, ter vt minimum à Senatu nostro me nominatũ expetitumq; fuisse commemini: vt sic momenti parum, infœlici hoc sæculo, in Senatus nominatione positum sit: contra quàm olim fieret, tumq; etiam cum rebus in Gallia moderaretur Carolus octauus. Quem magistratus non nisi eruditissimis probatissimisque viris dedisse scribit Ferronus, ac sæpe falsum ab aulicis qui inde pecuniam extorquebant, ad Senatorium gradum neminem admisisse qui non ab ipso Senatu nominatus lectusque esset. Cæterum quod in constitutione noua de ætate dicitur quam viginti quinque annorum esse oportet. A moribus nostris non discrepat quibus similiter illa ætas est senatoria, tametsi sciam in Parisiensem Senatum quendam olim allectum qui nondum maturæ ætatis erat, sed ita vt functione tantisper abstineret, dum legitimæ ætatis factus esset. Qua in re aliquanto rigidiores nostros fuisse memini. Vidi nempe Cheualerium iuuenem eruditissimum, qui quod ex aspectu capessendæ dignitati Senatoriæ prematurus videretur, obtinere non potuit, vt in Senatum prius allegeretur, quam idoneis testibus plenam ætatis suæ fidem fecisset: * quod cum ab eo Rhedonis fieri non posset (testes enim illic non habebat, qui eum ab incunabulis nouissent) inquirendi prouincia Consiliariis quibusdam attributa est, qui Lutetiæ (vbi natus educatúsque fuerat) huic rei operam dederunt: ob idque dilata fuit in multos menses illius cooptatio. Cuius rei culpam non est quod quisquam in nos conferat: nihil enim deliquimus, nisi delictum est, legibus annalibus Senatorem non soluere. Neq; tamen ideo Parisiẽsem Senatũ perperam censuisse dixerim, qui cum optimæ fortè spei adolescẽte paulò benignius agens, Regiarum sanctionum gratiam faciendam illi putauerit: sed cum hoc temperamento, ne interea dum minor esset, munus suum fungeretur. Id quod à nostri iuris disciplina non abhorret. Siquidem Papinianus minores viginti quinque annorum decuriones factos sportulas decurionum accipere respondit, sed interim suffragium inter cæteros ferre non posse. e

d Lucim plac. parisf. cur. lib. 4. tit. de cur. conscrip. art. 1.

* Non testibus sed baptisterio probanda est ætas cõstitu. regiæ.

e l. Sturu §. minores ff. de decurio.

A B C D

A Qua autem ætate apud Romanos Senatoriam dignitatem adipisci licuerit, nondum satis comperi: quamuis sciam esse, qui viginti quatuor annorum eam fuisse putent: qua in sententia Ianum Corasium Regium in Senatu Tolosano Consiliarium dignissimum, déque studiis nostris optimè meritum, fuisse video.[f] Sed quod nullius veterum auctoritate, probabilive ratione fultus sit, fieri non potest vt ei assentiar. Certam tamen ac definitam in legendo Senatore obseruatam fuisse, vel hinc suspicari possumus, quod Gellius scribit præfectum vrbi, Latinarum causa relictum, ex ea ætate fieri quæ non sit Senatoria.[g] Sicut ex eo B quod Cicero de Pompeio loquens ita dicit: quid tam præter consuetudinem, quàm homini peradolescenti, cuius à Senatorio gradu ætas longè abesset, imperium atque exercitum dari.[h] Et quod Cornel. Tacitus tradit. Viuianum Annium Corbulonis generum nondum Senatoria ætate, sed pro legato quintæ legioni impositum in castra Tyriadis venisse. Et alibi de Vipsano Messala: Magnam (inquit) eo die potestatis eloquentiæque famam Vipsanus Messala adeptus est. Nondum Senatoria ætate ausus pro fratre Aquilio Regulo deprecari.[k] Quod verò gratiam ætatis Senatus noster vix vnquam facit, temerè C non est: veretur enim adolescentiæ temeritatem, quæ (vt est apud Ciceronem) propria est florentis ætatis.[l] Non quod inueniri non queat adolescens qui prudentia senes ante eat. Nam de Ascanio, inquit, Vergilius.

Ante annos animúmque gerens, curámque virilem.

* Sed quia id perrarò contingit, hocque vno seniores fere semper iuuenes antecellunt, quod longo annorum vsu aliquid habent, quod adhuc iuuenibus per ætatem non licuit comparare. Affert enim vetustas omnibus in rebus longinqua obseruatione incredibilem scientiam,[l] refértque ideo Pacatus ne- D minem vnquàm apud Romanos tantùm valuisse nobilitate, vel gratia, vel pecunia, qui annos lege comitiali præscriptos, festinatis honoribus occuparit.[m] Et si qui antè admissi sunt, iis ob egregiam virtutis indolem benignè Senatus indulsit: quod ineunte ætate docuissent ab excellenti eximiáque virtute progressum ætatis expectari non oportere: quales Rutilios, Decios, Coruinos, Superiorem Africanum & Titum Flamminium Cicero commemorat.[n] Cur autem viginti quinque annorum ætatem, potius quàm aliam adipiscendæ dignitati Senatoriæ præscriptam Principes nostri voluerint,

[f] Ioan. coras. l. 2. §. deinde quia difficile ff. de orig. iur.
[g] Gell. lib. 14. cap. vlt.
[h] Cic. in orat. pro lege Manil.
[i] Cornel. Tacit. Annal. lib. 15.
[k] Cornel. Tacit. lib. 20.
[l] Cic. in Cato. maio. & Philip. 5.
* Sapientia velex ante pilos venit Persius Saty. 6.
[l] Cic. 1. de diuinatione.
[m] Pacat. in Panegi. Theodos.
[n] Cic. Philip. 5.

dubitatione non caret: maturior enim expectanda videbatur. A
Quandoquidem Senatum à senectute dictum, sunt qui dicant: quod in eum senes tantum allegerentur, qui consilio, ratione & sententia plus pollere, potioresque iuuenibus creduntur: quæ nisi (inquit Cicero) essent in senibus, non summum consilium maiores nostri appellassent Senatum. Nam & apud Lacedæmonios (subdit ille) qui amplissimum magistratum gerebant, vt erant, sic etiam appelabantur senes. Et inferius: in agris erant tum Senatores, id est senes.[o] Plutarchus in Romulo. Deinde (inquit) ex optimatibus centum creauit Senatores, quorum collegium ex ætate senatum vocauit. Ouidius in Fastis.[p] B

o Cic. in Cat. maio.

p Ouid. lib. 5. Fasto.

Magna fuit quondam capitis reuerentia cani.
Inque suo pretio ruga senilis erat.
Viribus ille senex nec habendis vtilis armis
Consilio, patriæ sæpè ferebat opem.
Nec nisi post annos potuit tunc curia seros.
Nomen & ætatis mite senatus habet.

Salustius, Delecti, inquit, quibus corpus annis infirmum, ingenium sapientia validum erat, reip. consulebant: hi vel ætate, vel curæ similitudine patres appellabantur.[q] Qua ratione γερουσία, C quod Græcis omnium Sanatuum & iudiciorum nomen est, à senili ætate, qua par est, (aut certè moribus) esse Senatores dictum.[r] Nam & γῆρας apud eosdem valet senium, sicut γέρων senex, δημογέρων senior, vel Senator: & gerontocomium senum valetudinarium. Atqui senectus (vt Varro existimauit) ante quadragesimum quintum annum, vel vt Gellius ex Tuberonis sententia mauult, quadragesimum sextum non incipit: duratque adolescentia ad trigesimum, qua ætate iuuenes dici incipiunt. Non igitur hisce imberbibus, aut primæ lanuginis hominibus, qui (quod de Mario iuniore Sylla dicebat) remo prius, quàm gubernaculo admouendi sunt, tam sublimes, excelsæque dignitates committi debuerunt. D

q Salust. in Catil. coniurat.

r Dyonisius Halicarnas. hist. Rom. lib.

Nam malè conscripti tractant secreta Senatus,
Qui nondum primas deseruere nuces.

Hincque Ciceronis illud ex Næuij ludo, proueheba ntur ad res noui, stulti adolescentuli: constatque ideò apud vetustiores Romanos Consularem ætatem quadraginta trium fuisse annorum.[s] Neque iudicandi munus cuiquam iniunctum, qui triginta quinque annos natus non esset, donec Augustus legitimam legendi iudicis ætatem trigesimum annum esse voluit: quod Tranquillus

s Cic. Phil. 5.

A Tranquillus his verbis memoriæ prodidit. Iudices à trigesimo ætatis anno allegit, id est, quinquennio maturius quam solebant.[t] Et hæc quidem sunt in hac parte. Sed magis est, vt hac quoque in re, sicut aliis ferè in omnibus Reges nostros rectè & ex commodo reip. sanciuisse dicamus. Cùm enim adeò breuis sit vitæ humanæ cursus, verisimile putarunt, eum qui illa ætate nihil in literis promouerit, neque forensium institutorum peritiam vllā adeptus sit, vix vnquàm ea assecuturum. Nam & cum Iurisconsultorum nostrorum responsis traditum sit, iudicem in quocumque negotio sedere posse, qui minor annis decem &

B octo non sit.[u] Haud absurdum videri cuiquàm debet, quod de legendorum Senatorum ætate definitum à nostris Principibus est.[x] Eoque maximè quod priscos illos Romanos admodum longæuos multoq; quàm qui hoc seculo degunt annosiores vixisse constat. Nec satis etiam liquet, quæ apud ipsos huic rei definita fuerit ætas. Non desunt enim, qui eadem propè, ac quæstoriam fuisse arbitrentur:[y] eo potissimum nisi arguméto, quod ij maximè in Senatum legerentur, qui magistratum gessissent.[z] Essetque quæstura Vrbanus primus magistratus, per quem ad

C Senatorium ordinem erat ascensus.[a] Vt non abs re dixerit Vlpianus Quæsturam fuisse ingressum, & quasi primordium gerendorum honorum.[A] Legitimum autem capiendæ Quæsturę annum vigesimū septimum ætatis plerique existimant: quibus & ipse facilè accesserim, tametsi inter nobilissimos huius seculi scriptores Sigonium & Manutium de ea re discrepare videam.[b] Cùm enim vt dixi (vt est apud Polybium.)[c] Quæsturam aut Vrbanum alium magistratum inire nemini liceret, priusquàm decem annua stipendia confecisset, essétque militaris ætas septemdecim annorum: consequens est, vt viginti septem Quæstoria fuerit. A qua ad Senatoriam non ita multum temporis

D interfuisse indicio est, quod Valerius ita scribit. Pub. Crasso Q. Fabius narrauit quod in curia erat actum, memor eum triennio antè Quæstorem factum, ignarusque nondum à Censoribus in ordinem senatorium electum.[d] Sicut & quod in Philippicis Cicero de Octauij præmiis differens ita censet: C. Cæsarem, C. F. Pontificem. Proprætorem Senatorem esse, sententiámque loco Prætorio dicere, eiusque rationem quæcumque appetet, ita haberi prout haberi lege liceret, si anno superiore Quæstor fuisset.[e] Cuius etiam ex verbis manifeste deprehenditur error Corasij, dum legitimum adipiscendæ Sena-

t Tranq. in August. cap. 32.

u l. quidam consulebāt ff. de re iudic.

x l. ad rempublicam ff. de mun. & hono.

y Sigoni lib. 2. de iur. antiq. rom. cap 2.

z Cic. 3. de leg.

a Cic. 2. in Verrem & Val. max lib. 2. de inst. anti. c. totius voluminis 143.

A l. 1. ad fin. ff. off. quæsto.

b Sigon. d. lib. 2. Manutius antiq. Ro. lib. 1.

c Polyb lib. 6.

d Val. max. lib. 2. de insti. anti. cap. 3.

e Cicer. Philip. 5.

c Ioan.Coras. d. l. & d. §. deinde.

toriæ dignitatis annum vigesimum quartum fuisse tradit.ᶜ Cum A
enim ad eam, gradum Quæstura faceret, cui gerendæ tempus viginti septem annorum præscriptum erat, quo pacto viginti quatuor Senatoria ætas esse potuit? vt sic appareat de ætate inter scriptores non conuenire. Quod si coniecturis res diiudicanda est (quando quod certius affirmem nunc non habeo) vero propius videtur, vt triginta annorum hanc ætatem fuisse dicamus. Nam & C. Clodium Appij filium, qui Senatus Romani decreto petentibus Halesinis de Senatu cooptando leges conscripsit, Senatoriæ dignitati hanc ætatem definiuisse ostendit B
Cicero quarta in Verrem actione, quo loco Verrem acerrimè insectatur, qui pueros & vix dum sextum & decimum annum natos in Senatum allegisset. Clodium autem non aliam ætatem, huic dignitati adipiscendæ præscripsisse, quàm quæ apud Romanos definita esset verisimillimum est. Nam & ante eum Scipionem (qui de Senatoribus cooptandis leges Agrigentinis dederat) eandem ætatem præstituisse, ex iis quæ mox Cicero subdit, satis intelligi potest. Sunt autem hæc Ciceronis verba: Halesini cum haberent inter se cōtrouersias de Senatu cooptando, leges ab Senatu nostro petiuerunt: decreuit Senatus honorifico S. C. vt his C. Clodius Appij filius Pulcher Prætor de Senatu cooptando leges conscriberet. C. Clodius adhibitis omnibus Marcellis qui tum erant, de eorum sententia leges Halesinis dedit, quibus multa sanxit de ætate hominū, ne quis minor triginta annis natu de quęstu, quem qui fecisset ne legeretur. Et paulò post. Ab isto & pueri annorum senum septenúmque demùm senatorium nomen nundinati sunt. Et rursum: Agrigentini de Senatu cooptando Scipionis leges antiquas habent, in quibus & eadem illa sancta sunt. Iste qui omnia iura pretio exęquasset, non modo illa quæ erant ætatis, ordinis, quęstusq; permiscuit, &c. Hactenus Cicero. Cui & illud suffragatur, quod D
Pompeius (qui composito oriētis statu Bithynis legem conscripsit) capite vno sanxit, ne quis caperet magistratum: néve esset in Senatu minor annis triginta. Non enim credibile est, legem illum dedisse, quæ maximè ad normam Romanæ cōsuetudinis non esset adaptata. Et hæc quidem de senatoria ætate mea est sententia: in qua tantisper mansurus sum, dum exploratius aliquod comperiam. Quamuis sciam esse qui Corasij opinionem defendi vtcumq; posse putent, si ad seculum Augusti referatur: quem Alexander Neapolitanus edicto cauisse tradit, ᶠ ne ante

f Alexand. ab Alex. genia. dier. lib. 4. cap. 11.

A exactum quartum & vigesimum ætatis annum in Senatum admitti quempiam liceret. Sed cum huius edicti apud Tranquillum, Dionem, Tacitum, aut vetustiorem alium nullo prorsus (quòd meminerim)mentio extet:neque Alexander testimoniũ vllum proferat: non video cur illi magis, quam Corasio credi oporteat.Non enim tanta apud me illius est auctoritas,vt quicquid dixerit, pro oraculo habendum protinus censeam. Non sum tamen ignarus,edicti cuiusdam alterius,ad hanc rem pertinentis,sed paululùm ab hoc diuersi,mentionem à Plinio iuniore fieri, quo nouata ab Augusto fuerit lex Pompeia Bithynis data: B permissúmque minoribus, magistratus ab annis duobus & viginti capere: quod Plinius & Traianus ab eo consultus sic interpretati sunt: vt qui magistratum cepissent,vigesimo secundo ætatis suæ anno in Senatu esse possent:quia lex Pompeia Senatorem esse voluisset, qui magistratum cepisset. Veri itaque simillimum mihi fit, Alexandrum (à quo quæ de hac re scripsit Corasius mutuatus est)memoria lapsum,annum quartum & vigesimum huic dignitati ab Augusto definitum dixisse, cùm vigesimum secundum scribere debuerit. Videtur autem Alexander non in annorum tantum numero hallucinatus:verum in eo C quoque, quod in vniuersum vigesimum quartum annum edicto Augusti Senatoriæ dignitati præscriptum fuisse dicit: Augusti enim edictum ad alios quam Bithynos, & eos quidem qui magistratus gessissent,non pertinuisse, vel hinc intelligi potest: quod lex Pompeia, quam edicto illo nouatam Traianus tradit, Bithynis tantum data erat: quodque nondum capto magistratu ante trigesimum annum legi neminem in Senatum potuisse Traianus rescripsit. Plinij ad Traianum, & huius vicissim ad illũ epistolas,quibus Alexandri error apertè demonstratus, subiiciam. D Plinius Traiano.[g] Cautum est domine Pompeia lege,quę Bithynis data est,ne quis capiat magistratum, néve sit in senatu minor annorum triginta. Eadem lege comprehensum est,vt qui ceperint magistratum sint in Senatu. Secutum est dein edictum D. Augusti, quo permisit minores magistratus ab annis duobus & viginti capere. Quæritur ergo an qui minor triginta annorum gessit magistratus,possit à Censoribus in Senatum legi: & si potest,an ex iis quoque qui non gesserint possit quis per eandem interpretationem ab ea ætate Senator legi, à qua illis magistratum gerere permissum est. Quod alioqui factitatum adhuc & esse necessarium dicitur. Quia sit aliquanto melius,

g Plin. secũd. lib. 10. epist.

honestorum hominum liberos, quam è plebe in curiam admitti. Ego à destinatis Censoribus quid sentirem interrogatus, eos quidem qui minores tringinta annis gessissent magistratum, putabam posse in Senatum & secundum edictum Augusti, & secũdum legem Pompeiam legi. Quoniam Augustus gerere magistratus minoribus annis triginta permisisset: lex senatorem esse voluisset, qui gessisset magistratum. De iis autem qui non gessissent, quamuis essent ætatis eiusdem cuius illi, quibus gerere permissum est, hæsitabam. Per quod effectum est, vt te domine cõsulerem, quid obseruari velles. Capita legis tum edictum Augusti, literis subieci. Traianus Plinio: Interpretationi tuę mi Secunde charissime idem existimo. Hactenus edicto Diui Augusti nouatam esse legem Pompeiam. Vt magistratum quidem capere possent ij, qui non minores duorum & viginti annorum essent: & qui accepissent, in Senatum cuiusq; ciuitatis peruenirent. Cæterum non capto magistratu eos qui minores triginta annorum sint, quia magistratum capere possint, in curiã etiam loci cuiusq; non existimo legi posse. Hactenus Plinius, cuius ex verbis planum fit, Augusti edictum ad senatum Rom. nihil pertinuisse. Quod & alio argumento probare sunt qui nitantur.[h] Nempe quod Augustus (vt ex Trãquillo docuimus) iudices Romæ à trigesimo tantum anno allegerit: sed id leuius est, quam vt adduci debuerit: non enim ideo quod triginta annorum ętas iudicandi muneri præscripta ab Augusto Romæ fuerit, consequẽs est, ante eam magistratum capere neminem illic potuisse. Quis enim nescit iudices à magistratibus fuisse diuersos? cum magistratus iudices darẽt, iudices causa cognita iudicarent? Illi iudices cogerẽt, hi coacti in iudicium venirent?* Vnde & cæcus qui magistratum nouum assequi non potest, iudicandi tamen munere fungi non prohibetur.[i] Sed hæc paululum extra rem. Cur verò Augustus edicto suo minorem ætatem in legendo senatore apud Bithynos obseruari voluerit, quam quę Romanorum legibus definita esset, facilè est coniicere: nempè quia pauci triginta annos nati in Bithynia reperirentur, qui claris natalibus orti capessendæ huic dignitati idonei essent. Id enim

h Ioan. marcata ind. Plin. ad Traia. episto.

i l. 1. § cæcum ff. de postu.

* Vnde cæcus.) Vlpianus lib. 6. ad edictum de cæco differens, an & Magistratus gerere posset, deliberationem ita concludit: Melius est, inquit, vt dicamus retinere iam acceptum Magistratum posse, aspirare autem ad nouum penitus prohiberi, quam sententiam & Burgundionis studium, ea tum apud nos auctoritate præditi, vt Langeacum in conscripti demortui locum sufficiendum Curiæ proderet, ita temperari placuit, vt sufficeretur quidem, sed Magistratus functione abstineret, donec visum recepisset, xij Calend. Decemb. M. CCCC. XXXVII. vide Lucium tit. de Conscriptis Curiæ, art. 5.

A ſubindicare videtur Plinius, dum infit quod neceſſarium eſſe dicitur, quia ſit aliquanto melius honeſtorum hominum liberos quam è plebe in Curiam admitti: Nam & Calliſtratus reſpondit paucitatem eorum qui muneribus publicis fungi debēt neceſſario minus etiam idoneos ad dignitatem municipalem, ſi facultates habent inuitare.[k] Aitque Modeſtinus. Quoties penuria eſt eorum qui magiſtratum ſuſcipiunt, immunitatem ad aliquid infringi: ſicuti Diui fratres reſcripſerunt.[l] Ab illo vero Auguſti edicto initium habuiſſe videri poteſt vetus ille Nicomedenſium (qui & ipſi Bithyni fuerunt[m]) mos, quo ſeculo B quoque Seueri & Antonini minores 25. annis Senatores creabant. De quo Calliſtratus, qui ſub eis floruit. Minores (inquit) viginti quinque annis decuriones allegi, niſi ex cauſa non poſſunt. Nonnunquàm etiam longa cōſuetudo in ea re obſeruata reſpicienda erit. Quod etiam cuſtodiendum principes noſtri conſulti de allegendis in ordinem Nicomedenſium huius ætatis hominibus reſcripſerunt.[n] Nec me præterit authorem eius libelli qui feneſtellæ nomine inſcribitur, (quiſquis is fuerit) annum quintum & vigeſimum, adipiſcendæ huic dignitati, apud Romanos C præſcriptum aſſerere, ſed hoc etiam mihi non probatur. Non enim iſtiuſmodi quicquam apud Plutarchum in Pompeio, quē huius rei teſtem laudat, ſcriptum inuenio, Capeſſendæ quidem dignitati Senatoria (contra quàm Coraſius ſcripſit) præmaturos fuiſſe, qui viginti quatuor tantum annos nati eſſent perſpicuè demonſtrat, cum ait petenti Pompeio triumphum, Syllam obſtitiſſe, quod nec conſul nec dux eſſet, neque per ætatem adhuc in Senatu admiſſus fuiſſet. Paulò ſiquidem antè dixerat Pompeium frequentem etiam inter Reges factum arbitrum multa iudicaſſe, annum tum quartum & vigeſimum agentem ætatis. D Sed non ideo ſequitur vt ætas Senatoria viginti quinque annorum fuerit: Alioqui perperam dixiſſet Cicero, à Senatorio gradu ætatem eius longè abfuiſſe:[k] tum enim (quod præter Plutarchum, Eutropius & L. Florus memorant) annos quatuor & viginti natus erat, vt ſic ad Senatoriam ætatem (ſi ea quinque & viginti annorum fuiſſet) proximè accederet: quandoquidem pubertati proximum dicimus, qui à puberi ætate (quæ quatuordecim annis in maſculis æſtimatur)[l] non multum abeſt,[m] id eſt, qui decimum tertium annum ingreſſus ſit.[n] Quo pacto & proximè ætatem prætextati accedere qui puberem ætatem nunc ingreſſus eſt.[o] Cui ſententiæ & illud ſuffragatur quod in honori-

k L. eos ff. de Decurionib.

l l. vt gradatim §. quoties ff. de muneribus & honoribus.

m Strabo lib. 12. Plin. hiſt. nat. lib. 5. cap. vlt.

n l. non tantum ff. de decurionibus.

k Cic. in ora. pro L. manilia.

l l. fin. C. quādo tut. vel curatoru eſſe deſinat.

m l. pupillum ff. de reg. iur.

n l. excipiuntur ff. ad Sillanianū decto. l. in negotiis ff. de diuer. regul. iuris.

o l. 3. § fin. de liberis exhibendis.

bus adipiscendis annus cœptus pro pleno habetur: Hoc enim A (inquit) Vlpianus in honoribus fauoris causa constitutum est, vt pro plenis inchoatos accipiamus.[p] Sed quia Plutarchi locum de ætate Pompeij cum ex Africa triumphauit attulimus, absurdum non fuerit aliorum à nobis citatorum testium scripta proferre. Eutropius. Cn. Pompeius, quod nulli Romanorum tributum erat, quartum & vicesimum annum agens de Africa triumphauit.[q] Florus C. Pompeius in Africa C. Domitium proscriptum & Hiarbam Regem Numidarũ, bellum molientem victos interemit: quatuor & viginti annos natus adhuc Eques Rom: B quod nulli contigerat ex Africa triumphauit.[r] Ex quibus palam fit Fenestellam quoque (si tamen libellus ille eius est) in ętate Senatoria hallucinatum: Nec eum iuuerit quod Plutarchus adiicit potuisse ea ætate in Senatum Pompeium legi: Non enim his verbis significat Senatoriæ ætatis illum fuisse: (alias pugnantia loqueretur, qui iam dixerat ob ætatem nondum in Senatu admissum.) Sed facillimè ob singulares eius virtutes annalium legum gratiam obtinere potuisse: vt ante legitimam ætatem Senator fieret, quod & quæ mox sequũtur perspicuè demonstrant. Ait enim Pompeium hoc neglexisse rem gloriosam cupientem C ex minus gloriosa venari. Non enim pręclarũ, subdit ille, id erat, ante ætatem, Senatoriam dignitatem eum assequi, sed pergloriosum & splendidum virum nondum Senatorium triumphum agere.

p l. ad remp. §. 1. ff. de muneribus & honorem.

q Eutropius rerum Roma. lib. 5. ad finẽ.

r Florus in epito. 89.

Quæ autem ætas senatoriæ dignitati in Gallia præfinita est; eadem etiam in Veneto Senatu locũ obtinet, in quem similiter nemo allegitur, qui vigesimum quintum ætatis suę annũ non excesserit: quod Contarenus & Æqnatius literis prodiderunt.[k] Nec iuri nostro dissentaneum est, quo traditur ad remp. administrandam ante vigesimum quintum annum vel ad munera quæ non D patrimonij sunt, vel honores admitti minores non oportere,[l] nisi quòd iure ciuili annus vicesimus quintus cæptus pro pleno habetur:[m] cum contra moribus etiam nostris exactũ esse oporteat. Ita enim disertis Regiarum constitutionum verbis sancitum est: quas tamen non adeò accuratè & ad perpendiculum obseruandas dixerim, vt non aliquando illarum veniam tribuendam putem: idque maximè, si de cooptatione cuiusquam agatur, in quo præter ætatis maturitatem nihil desiderari possit: neque is etiam à iusta ætate longè absit. Tum enim cessantibus annalium legum causis, non erit quod de earum vsu,

k Contar. lib. de rep. venete. & æquat. lib. 3. c. 3.

l l. ad remp. ff. de mun. & hono. & l. 2. ff. de vacat. muner.

m d. l. ad remp.

A ac obseruatione magnoperè anxij simus. Siquidem spectata virtus huiusmodi legibus subiecta non est, eanique honoris infulis (vt Cassiodori verbis vtar) adultam cingere dignus est cæsariem, quisquis meritorum laude, ætatis præiudicia superauit. [n] Tolle igitur (vt non inscitè quidam dixit) causam, & nullam inuenies ab honoribus capiendis ætatem exclusam: Sed cùm pauci admodum reperiantur iis ingenij, animíque dotibus, & ornamentis prædíti, vt hæc omnia in ea ætate præstare queant, cauebit Senatus, ne quid huiusmodi temerè decernat, exemplo

n Cass. var. lib. 3. epist. 5.

B Romanorum, qui nemini (vt diximus) id tribuebant, cuius virtus ætatem non anteiisset. Vt verissimè dixisse videatur Cicero nihil ferè adeò rarum fuisse, quàm annaria lege solutum magistratum aliquem ante tempus capere. Quid (inquit) tam singulare, quàm vt S. C. legibus solutus Cos. antè fieret, quàm vllum alium magistratum per leges capere licuisset? [o] Illud ferè conuenit, omnium primum L. Iulium vel (vt alij malunt) Villium Tribunumpl. Magistratibus adipiscendis certum annorum numerum finiuisse: cui ideò posterisque suis annalis cognomen impositum fuerit. Id enim significare videtur Liuius,

o Cic. in orat. pro L. manil.

C cum de Consulatu L. Manlij Acidini & Q. Fuluij Flacci loquens ita scripsit: Eo anno rogatio primum lata est ab L. Iulio Tribunopl. quot annos nati quémque magistratum peterent, caperéntque. Inde cognomen familiæ inditum, vt annales appellarentur. [p] Sed hæc sententia quo modo defendi possit non satis intelligo: pugnat quippe cum eo quod de P. Scipione lib. vigesimo quinto Liuius ipse antè tradidit. Ædilis curulis (infit) fuit anno cum M. Cornelio Cethego P. Cornelius Scipio: cui petenti ædilitatem cum obsisterent Tribunipleb. negantes rationem eius habendam esse, quod nondum ad petendum legitima ætas esset: si me (inquit) omnes Quirites Ædilem facere

p Liui. li. 40.

D volunt, satis annorum habeo. Hactenus Liuius. Cuius ex verbis planum fit, ætate quoque Scipionis, qui longo temporis interuallo Manlij, & Fuluij Consulatum præcessit, annalem legem scriptam fuisse. Quo igitur pacto Villius omnium primus rogationem ferre de ea re potuit? quam & multo ante eum natum constitutam fuisse indicio est, quod Ouidius in fastis scribit. [q]

Iura dabat populo senior, finitáque certis,
Legibus est ætas, vnde petatur honor.

q Ouid. lib. 5. fast.

Sicut & quod Cicero alterius etiam annalis legis à M. Pin-

narrio Rusca dissuadente M. Seruilio latæ in Oratore meminit.[t] A Vterque enim tam Pinnarius, quàm Seruilius ætate prior quàm L. Villius fuisse videtur. Sanè sicut seueritatis nostrorum in Senatoribus non temerè admittendis, qui per ætatem idonei non sint argumenta nonnulla ostendi, ita & facilitatem illorum in quibusdam cooptandis, qui rerum forensium non admodum callentes sint, haud difficulter agnouerim. Sed hoc nobis commune cum cæteris curiis est, in quas vbique ferè in Gallia qui Senatorio munere à Rege ornantur, quamuis vel à limine vix dum forum salutauerint, nec adhuc forensis disciplinæ rudimenta nouerint, allegi solent; de quibus Plinianum illud vsurpare iure mihi posse videor. B Magna ex parte adolescentuli huc transeunt, tam irreuerenter & temerè, vt mihi Attilius noster expresse dixisse videatur: sic in foro pueros à summis dignitatibus auspicari, vt ab Homero in scholis: Nam hic quoque vt illic primum incipit esse quod maximum est: Hos etiam in Dolio Figlinam discere non malè quis dixerit, capiunt quippe maximis in rebus artificij sui experimentum, cum paulatim à minutis ad summa proficisci conueniat: qua de re alibi me cōquestum memini. Nec dubito quin in hisce hominibus allegendis longè difficiliores maiores nostri fuerint. C Nam Parisiensis curiæ decretū memorant, quo constitutum fuerint Lartinium conscripti munere à Rege donatum alioqui satis idoneum, in curiæ album non antè ascribi, quàm foro magis assueuisset.[s] Vt mirum videri possit, à decreto tam sancto, & illic & alibi toties recessum. Nec me tamen latet non defuturos qui me hac in re iunioribus parum æquum existimabunt, quòd forensis disciplinæ expertes à curiæ aditu arcendos censeam, benigniúsque cum illis agendū dicent. Negari enim non posse, quin plurimi olim eiusmodi in curiæ album ascripti, in summos viros euaserint, maximóque reip. fuerint vsui. D Nam & cum in summis vbique subselliis semper reperiantur doctrina atque eruditione præsignes viri, qui multarum rerum experientia, ac longęua maximorum magistratuum tractatione, vel horum multitudine exercitati sint, à quibus iuniores quę nesciunt, ediscunt: quorúmque in sententiam (vt credere par est) tum maximè cum de iis quę ad vsum fori, morémque regionis spectant decernendum est, pedibus eunt: vix fieri potest vt forensis vsus ignoratione labantur. Quorum sententię facilè accederem, si vt olim, ita & nunc appenderentur, non numerarentur sententiæ. Fuit enim tempus cum

[t] Cic. lib. 2. de orat.

[s] Luc. Placito, Paris. cur. lib. 4. tit. de cur. consc. art. 3.

A cùm in Gallia nostrâ, litis palmam non is vtique semper referebat, qui plurium calculis vicisset, sed qui grauiores, dignioresque secundum se censentes habuisset: vt ex Philippi Pulchri constitutione quadam doceri potest, quam anno 1294. factam verbis vernaculis in hanc sententiam se legisse Budæus asserit: Quod si ij Iudices qui in maximo tribunali erunt: sentẽtiis suis diuersa censuerint, Principes aut Præsides curiæ (hi autem sunt antistites, & primores nobilium) ex maioris partis sentẽtia rem decernendam habebunt, aut etiam ex potioris, si quando ex censentium grauitate & meritis, aut ex rerum decernendarum
B qualitate eis ita videatur.[t] Sed cum constitutio illa iampridem in desuetudinem abierit, numerarique non ponderari sententiæ soleant: nec aliud in publico consilio fieri possit, in quo nihil est tam inæquale, quam æqualitas ipsa: quod cum impar sit prudentia, par tamen omnium ius est: [u] fiatque ideo plerumque vt maior pars meliorem vincat [x] adduci nõ possum, vt de priore sentẽtia decedam. Si enim (vt cum Iustiniano dicam) forensium rerum peritiam non habeant, sed aliunde emendicent rectè iudicandi formulam, qui in Senatoriũ ordinem alleguntur:
C quo modo non maximam ea res labem reip. non inferat, si disceptandarum litium potestas non eis tradatur qui per se scient quid facto opus sit, sed cogantur ab aliis sciscitari & perdiscere, quæ in iudicando eos proloqui oporteat, [y] quod tamen vtcumque ferri posset, si nostri æui homines, quæ nesciunt, ab aliis discere non pigeret Auiti exemplo, cuius (vt est apud Plinium Cęcilium) [z] hæc præcipua prudentia fuit, quod alios prudentiores arbitrabatur, hæc præcipua eruditio, quod discere volebat. Sẽper ille aut de studiis aliquid, aut de officiis vitæ consulebat. Semper ita recedebat, vt melior factus, & erat factus, vel eo
D quod audierat, vel quod omnino quæsierat. Sed vix est vt huiusmodi quemquã hodie reperias. Quotus enim quisque (quod & Plinius ipse de adolescentibus sui seculi scribit) [a] vel ætati alterius, vel auctoritati vt minor cedit? statim sapiunt, statim sciunt omnia, neminem verentur, imitantur neminem, atque ipsi sibi exempla sunt: vt ita sanctionem nostram (quod ad hoc caput attinet) examussim & inuiolatè custodiendam putem. Cum etiam apud Liuium dicat Tib. Sempronius Veteranis militibus tyrones immiscendos non esse. [b] Nam & quid profuerit, sanctas ac salubres leges ferri, si nõn sint qui sartas ac tectas eas tueantur?

t Bud. l. fin. de senato.
u Plin. Iuni. lib. 2. epist. ad Arria.
x Liui. in præfat. lib. 1. secund. bell. puni.
y Iustinia. d. constitut. de iudic.
z Plinius ad Marcellinum epist. lib. 8.
a Plin. d. epist.
b Liuius lib. 40.

Sed cur vnum tantum qui illic vel natus sit, vel larem habeat, A
vbi senatus consistit, neque præter eum quenquam alium, in demortui Senaroris locum capi posse Carolus edixit? Videbatur enim nullius omninò ciuis aut incolæ, sed exteri potius nominationem fieri debere: quam capitali sanctione vetitum sit, ne quis magistratum in ea prouincia gerat, in qua ciuis aut prouincialis habetur. [a] quod verisimile sit, cum sanguini affinitatique & gratiæ multa daturum: quæ non æquè ab extero fieri poterunt, qui nullo sanguinis vel affinitatis vinculo cuiquam ciuium obstrictus erit. [b] Cum enim sanguinis communio necessitudines, amicitiæ, inimicitiæ, vel inter viuos conrractæ, vel à B
maioribus quasi per manus acceptæ multorum mentes in trásuersum agant: dubium non est quin iustitiæ sacra rectius ac decentius impleturus inter eos extraneus sit inter quos amicitias vel inimicitias habeat nullas. Quamobrem Paulus in ea inquit prouincia ex qua quis originem ducit officium fiscale administrare prohibetur: ne aut gratiosus aut calomniosus apud suos esse videatur. [a] Constituitque ideo (vt est apud Dyonem) Antoninus Philosophus ne quis cum imperio vel potestate esset, apud eam gentem ex qua orrus esset. [b] Quo pacto Pescenninus C
ne quis in sua prouincia assideret. [c] Nam & cũ magistratus pene omnes, qui iuridicundo præsunt, vltionem aliquam in sontes exerceant, oboriamturque inimicitiæ & odia inter ciues cũ ciuis in conciuem animaduertit, sintque etiam ex alia parte faciliores & ad gratiam clementiamque propensiores populares inter se, quam si res à peregrinis agatur satius magisque ex vsu reip. fuerit gerendis magistratibus hos præfici. Qua quidem ratione adducti, plerique Italiæ populi magistratus suos aliunde accersere consueuerunt. [d] Quod & vetustioribus quibusdam Galliæ regibus è repub. esse visum aliquando fuit, Siquidem D
extant Philippi Pulcri anni. 1302. & Caroli V. anni 1351. Constitutiones quibus etiam disertè cauetur nequis illic vbi natus & vnde oriundus sit præfecturam aur alium magistratum gerat. [a] Sed huic quoque malo occurrere Princeps noster voluit, dum plurium qui naturalem originem ex ea ciuitate ducunt, vnde reliquæ iura petunr, nominationem fieri prohibuit. Tametsi enim hac via ciuis vnius nominationem fieri concedat: cum tamen plures nominari oporteat, in arbitrio eius manebit, huiúsne an illius rationem habiturus sit, cuiusque vel exteri nomen accepturus. Nam & quod in ea ciuitate in qua natus quis

a l. si quis ff. ex quib. caus. maio. l. fin. C. de crimi. sacril. & l. 3 C. de diuers. offic. lib. 12.

b Glo. d. l. fi. C. de crimi. sacril.

a Paul. sent. lib. 5. tit. de iure fisci.

b Dyon in Anto. Philo.

c Spartia. in Pescen. nigro & l. 3. ff. de off. ass. ff.

d Franc. patrit. de insti. reipub. lib. 3. cap. vlt.

a Guliel. Bened. cap. raynutius verbo & vxorẽ nomine adeiasiã numero 104. de testamen. Aufre. titu. de electio. cap. 3.

A fuerit, vel larem collocauerit magistratum gerere fas non esse diximus, ad Senatores porrigēdum non est quos illic etiam vbi orti educatique fuerint muneribus suis defungi nihil prohibet. Difficile quidem esse in genitali solo ob ea quæ diximus magistratu rectè perfungi, inficias non ierim: sed id tamen perpulchrum. tritum siquidem est sermone prouerbium, difficilia quę pulchra. Proinde Cassiodoros agere, inquit, per cuncta iudicem totius erroris expertem nec inuidia quempiam deprimentem, nec gratia blandiente sublimanrem cum vbique sir arduum, tamen fit in patria gloriosum. Vbi necesse est, vt aut gratiam pa-
B rentela prouocet, aut odium longæ contentiones exasperent. [b] Et quamuis exteros etiam Romæ in Senatorum numerum relatos fuisse negari non possit: cum Hetruria, Lucania, & omni Italia accitos Tacitus tradat, primósque Gallorum Heduos. Dein Narbonenses ius Senatorum in ea vrbe adeptos. [c].

b Cassiodorus varia. lib. 1. epistol. 3.

c Corne. Tacit. lib. 11.

Sunt tamen qui ex vsu reip. magis esse ducunt, gerendis magistratibus in ciuitate aliqua præfici indigenas & qui maiorem fortunarum partem, fixúmque domicilium ibi habeant, quàm extraneos: durius enim imperium exercere creduntur, qui non inter suos imperant. Nam & cum plerique ex iis de migrando
C in sua cogitent, nihil pensi habent, quam de se existimationem apud eos relicturi sint, quos nulla necessitudine deuinctos teneant. In externis quippe locis (ait Cicero) minor est ad facinus verecundia. [d] Fertúrque ideo Claudius Cæsar principatus sui initio affirmasse non lecturum se Senatorem, nisi ciuis Romani abnepotem [e] obseruatumque sedulo ad suam vsque ætatē Plinius tradit, non tantum ne peregrinus, sed ne ciuis etiam nouus ad iudicandi munus admitteretur. Seruatum infit, in hodiernū diem est, ne quis è nouis ciuibus in decuriis iudicum iudicaret. [d] alibique ostēdit primum omnium exterorum maiorem Cor-
D nelium Balbum Romæ gessisse Consulatum. Primus (ait) externorum atque etiam in Oceano genitorum vsus illo honore, quem maiores latio quoque negauerunt. [e] Patriis enim auspiciis (vt est apud Valerium) non alienigenis administrari remp. oportere veteres iudicabant. [e] Quod ab Aristotelis sententia non abhorret, qui nec iis etiam qui ciuitate donati essent honores reique publicę administrationem cōmittendam putauit. [f] Vt non temere videatur Iulianus Constantium Imperatorem apud Senatum incusasse quasi veterum institutorum contemptorē & qui celsiores potestates peregrinis tribueret: nisi quòd

d Cic. ad Marcellum famil. lib. 4.

e Trāquil. in Claudio cap. 14.

d Pli. nat. hist. l. 33. cap. 1.

e Plin. nat. histo. lib. 7. cap. 42.

e Valer. lib. 1. tit. de auspiciis.

f Arist. 3. Politicorum.

ciuſdem etiam culpæ affinis erat, cuius Conſtantium inſimulabat, vt ex Ammiano Marcellino intelligere licet, cum ait. Tunc & memoriam Conſtantij vt nouatoris turbatoriſque priſcarũ legum & moris antiquitus recepti, vexauit, cum apertè incuſans quod barbaros omnium primus ad vſque faſces auxerat & trabeas * conſulares, inſulsè nimirum & leuiter: qui cùm vitare deberet, id quod infeſtius obiurgauit, breui poſtea Mamertinum ad conſulatum euexit, nec vita, nec ſplendore, nec vſu, nec gloria, horum cuiuſquam ſimilem quibus magiſtratum detulerat ampliſſimum Conſtantius. Et rurſum. Mamertium præfectum prętorio per Illyricum deſignauit Conſulem & Nenitam: qui nuper vt primum augendæ barbaricæ vilitatis authorem notauerat Conſtantium. [e] Et iterum. Illud parum ferendum, quod municipalium cœtibus patiebatur iniuſtè quoſdam annecti vel peregrinos vel ab his conſortiis priuilegiis aut origine longè diſcretos. [e] Quapropter Valentinianus & Maximianus tres Prætores electæ opinionis in vrbe Romana per ſingulos annos ordinari præceperunt, ex iis tantummodo qui proprium larem in ea vrbe haberent: ita vt ſi quis fortè ex prouinciis quauis de cauſa eò accederet ad id munus ne vocaretur. [f] Sicque Iuſtinianus defenſoris ciuitatis munus ab incolis tantum, & ciuibus ſubeundum edixit. [g] Quod à Peſcennio nigro mutuatus videtur, cuius (quod Spartianus ſubdit) illud fuit, vt nemo adminiſtraret Romæ, niſi Romanus, hoc eſt oriundus vrbe. [h] Quarum legum illa quoque poteſt afferri ratio, quòd turpe & indecorum ſit magiſtratum quempiam in ea vrbe gerere, in qua nec natus ſit, nec fortunas habeat vllas: quamque non pro patria, ſed diuerſorio, ceu viator habiturus ſit: nam & hanc ob rem Traianus lege cauit, vt qui honorem Romæ petituri eſſent, tertiam bonorum ſuorum partem illic aut in Italia in res quæ ſoli eſſent, collocarent: quod quadam ad Nepotem epiſtola. Plinius Iunior his verbis expreſſit. Eoſdem patrimonij tertiam partem conferre iuſſit in ea quæ ſolo continerentur. Deforme arbitratus (vt erat) honorem petituros vrbem, Italiámque non pro patria, ſed pro hoſpitio, aut ſtabulo quaſi peregrinantes habere [i] quem imitatus Antoninus philoſophus, legem etiam edidit, vt Senatores peregrini quartam fortunarum ſuarum partem in Italia poſſiderent. [k] Adde quod indigenæ, patriarum legum & iuris moribus conſtituti, peritiores (vt credere par eſt) ſunt quam exteri: [l] Cum itaque lites & controuerſiæ

* Trabea veſtis togata purpurea circũducta ſub tegmine puniceo, quã aureæ fibulæ annectebant.

e Ammianus Marcel. lib. 21.

e Amm. Marcel. lib. 25.

f d. l. fin. C. de offic. præto.

g Nouel. Iuſtin. 15 de defenſo. ciuit.

h Spartia. in Peſce. nigro.

i Plin. ad nepot. epiſt. lib. 6.

k Iul. Capito. in M. Antoni. philoſopho.

l Cap. quoſdã & cap. quanto. extra de præſump.

A

B

C

D

A secundum leges & mores regionis illius quam hi inhabitant quos inter disceptatur, & in qua collocatæ sunt res de quibus ambigitur, diiudicandæ sint: [m] commodius videtur ab illis quã istis iudicia exerceri. Vetuitque idcirco Carolus VII. edicto suo anni. 1444. quo Tolosanum senatum instituit, nè alij in eum allegerentur, quàm qui ex prouincia Occitana (cuius caput est Tolosa) orti essent, aut ex ea, quæ linguæ Doil,† nomine censetur. Nam & hæc quoque Tolosæ contributa est, & in eam prouocationis iura petit. [n] Quem imitatus Carolus octauus, cum B Normaniæ Senatulum (quem Scacherium vocabant) constitueret, lege quoque sanxit neminem in eum vel à se vel à successoribus suis lectum iri, nisi publici priuatique iuris peritum. Et qui municipalium legũ nulla ex parte ignarus esset. [o] Quod vtique vix est vt ab hospitibus & conuenis præstari queat. Tametsi sciam hæc & similia ab illis vulgo iactari: Gallicus est municipalium vestrarum legum sermo, Gallicè nouimus. Quid igitur obest, quominus eas intelligamus? Quibus respondere soleo, scire leges esse, non earum verba tenere, sed vim & potestatem quam vix assequi possunt, qui earum vsum non viderint neque prouinciæ moribus insueuerint. Incidunt enim plerum- C que ambiguitates circa verba legum quæ non nisi ab vsu & consuetudine interpretationem accipiunt. Ideoque Paulus. Si de interpretatione (inquit) legis quæratur, imprimis inspiciendum est, quo iure ciuitas retrò in huiusmodi casibus vsa fuit. Optima enim est legum interpres consuetudo. Nam Imperator noster Seuerus (ait Callistratus) rescripsit, in ambiguitatibus, quæ ex legibus proficiscuntur consuetudinem, aut rerum perpetuo similiter iudicatarum authoritatem vim legum obtinere debere. [p] Ex quo palàm fit magistratus omnes qui iuri dicundo præsunt indigenis & originariis recte commendari, me- D liúsque ob iis quam aduenis imperari. Quodquidem non solum ex Romanis, Carthaginensibus, Lacedemoniis, aliisque compluribus cerni licet, qui magistratus omnes suis ciuibus tradunt: verum ex Venetorum quoque rep. in qua peregrinis nullus est locus, nec tamen iustitia aut seueritas deest: nec ex huiusmodi iudiciis vllæ seditiones vel inimicitiæ oriuntur. Idque de ea rep. dici potest, quòd ordo ciuitatis qui à primis conditoribus constitutus fuit, semper mansit neque vnquam mutatus est. [q] Quod si ad diuinam legem respicias, dubium non est, quin ea quoq; vetitũ fuerit alienum & qui frater (id est conterraneus

m l. 2. C. quemadmodum testa. aper. l. si fundum ff. de euictio. doct. l. 1. C. de sum. trin.

† Immo à lingua Gottorum.

n Benedict. cap. raynutius verbo & vxorem nu. 483. & 1033. & ordin. Caroli VII. tit. de in. parla. arti. 2.

o Bene. eodē loco.

p l. Scire & l. sequent. ff. de leg.

q Patric. de in. s. t. reipub. lib. 3. tit. 2.

& indigena non esset) regem & iudicem constitui, dicente domino ad Mosem. Cùm ingressus fueris terram quam dominus Deus dabit tibi, constitues regem de numero fratrum tuorum. Non poteris alterius gentis hominem regem facere, qui non sit frater tuus.[r] Et alibi. Iudices & magistros constitues in omnibus portis tuis quas dominus Deus tuus dederit tibi per singulas tribus tuas vt iudicent populum iusto iudicio.[s] Et rursum alibi Moyses electis viris strenuis de cuncto Israel constituit eos principes populi qui iudicarẽt plebem domini omni tempore.[t] Nec huic sententiæ aduersantur citatæ à nobis Philippi Pulchri & Caroli Quinti constitutiones, de magistratibus indigenis non committẽdis, quas iampridem éxque eo tempore quo magistratus in Gallia perpetui esse cœperunt, desuetudine abrogatas esse constat.[v] Vt ita magistratus nobis aliundè accersere operæ non sit. Non enim adeò ægra & virorum inops Britannia, vt Senatum suppeditare sibi nequeat.

r Deuteron. cap. 17.

s Deuteron. cap. 16.

t Exod. cap. 18.

v Guliel. Bened. dict. cap. raynutius verbo. & vxorẽ numer. 1052.

Hæc tamen non eo à me dicta velim quis existimet: quò peregrinos à magistratibus arcendos censeam: Et iis enim etiam reip. gubernacula interdum rectissimè committi non me latet. Sicut nec illud quod Ælianus tradit.[l] Athenienses in magistratibus demandandis peregrinos ciuibus sæpè antetulisse eósque reip. gubernationi præfecisse, si eos bonos, honestósque viros cognouissent, & ad hæc munera subeunda accommodatos: Quandoquidem (quod Theophrastus Eresius dixisse fertur) doctus ex omnibus solus, neque in alienis locis peregrinus, neque amissis familiaribus & necessariis inops amicorum, sed in omni ciuitate est ciuis.[m] Hincque illud Rutilij poëtę Galli qui & ipse Romæ Senator fuit.

l Ælianus lib. 4.

m Vitruuius de architect. lib. 6.

Religiose patet peregrinæ curia laudi.
Nec putat externos quos decet esse suos
Ordinis imperio, collegarumque fruuntur,
Et partem genij quem venerantur habent.[n]

Et quod Cassiodorus dixit. Legit Roma frequenter fasces de mœnibus Gallicanis, nè aut in damno suo pręcipua contemneret, aut probata virtus inhonora cessaret. Impleatur igitur nobilis Curia prouincialibus bonis, cuius est proprium, quodcumque videtur esse præcipuum.[o] Sed cum iis etiam ciues, & habitatores admitti velim. Quorum quieti consuli æquissimũ est, vt ipsi similiter magistratus & dignitates in ea vrbe vel prouincia, in qua nati, educatique sint, vel larem habeant (si modo

n Rutilius itinerarii lib. 1

o Cassiodorus variarum lib. 2.

A digni fuerint) assequi possint. Nam & Antonius Pius adhuc priuatus (vt est apud Capitolinum) inter quatuor consulares, quibus Italia committebatur, ab Hadriano electus est, ad eam partem Italiæ regendam in qua plurimum possidebat: vt Hadrianus viri talis & honori cõsuleret, & quieti. [m] Vt sic appareat rectè prouidenterque à Regibus nostris constitutum, vt ciues etiã & incolæ in Senatum allegerentur: quos credibile non est, infra se, ac dignitatem suam in oculis ciuium ac parentum quicquam facturos: sicut & cum ciuium plurium nomina edi vetuerunt, & in aliis ciuitatibus, vel prouinciis ortos illis permisceri, B eundémque in cœtum cooptari voluerunt. Cum enim statariç, ac perennes sint in Gallia curiæ summæ, & magistratus perpetui: Senatores fixum, ac perpetuum ibi domicilium collocare cogũtur, vbi Senatus consistit. Vt sic ab illis nihil sit periculi, ne de reditu ad suos cogitantes, in fortunas subiectorum grassentur. Adde quod & illi quibus iudicio certandum cum iis esset, qui consanguineos, vel affines, aut magna beneuolentia coniunctos Præsides, aut curiæ, conscriptos haberẽt vix illic ius suũ obtinere possent, si Senatus ex iis tantum constaret qui ciues & indigenæ essent. Vt non ab re fœlicis memoriæ Princeps Hen- C ricus II. Senatum nostrum constituturus edixerit, vt in eum pari fere numero allegerentur, qui ex Armorica nostra Britannia, & cæteris Galliæ prouinciis originem ducerent. Cum etiam delectet (vt Cassiodorus ait) peregrini germinis viros gremio libertatis inserere, vt variis frondescat Senatus aula virtutibus. Ornat enim talis multitudo conuentum, & lætam reddit faciem publicam honorata frequentia. [n] Id vnum me cruciat quòd qui ad nos, adolescentiores ex aliis Galliæ prouinciis veniunt magna ex parte veluti canes in Ægypto bibunt & fugiunt. Vixdum enim peractis tribus aut quatuor stipendiis domuitionem D parant, & cum maximè muneribus suis obeundis idonei & reip. vtiles esse incipiunt supremum vale nobis dicunt, sibi ipsis victuri, aut in Parisiensem curiam transituri. Ad quam sibi per nostram, viam fecerunt. De qua re grauiter conquestos nostrates scio, triumque ordinum decreto in conuentu qui quotannis apud nos habetur constitutum, quærelam ad principem deferri, ne id illis in posterũ liceat, & ne cui alieno, priusquàm integra decem stipendia confecerit, missio detur eiurandique sui magistratus copia fiat. Quod à Pescennij Nigri sententia, non ita multum abest, qui cum videret (inquit Spartianus) prouin-

m Capito. in Antoni. pio.

n Cassiod. var. lib. 3. epist. 6.

cias facili administrationum mutatione subuerti, ad Marcum primum, deinde ad Commodũ scripsit, vt nulli ante quinquẽnium succederetur prouinciæ præsidi, vel legato, vel proconsuli, quod prius deponerent potestatem, quàm scirent administrare: deinde ne noui ad regendam remp. accederent:[m] Quàm varia autem apud veteres Rom. legendi Senatus ratio fuerit, hic attingere operæ non esse existimaui: cum id à Cicerone, Liuio Halicarnasseo, Dione, Tranquillo, Tacito, & recentioribus plerisque diffusissime tractatum vnicuique peruium esse possit: Illud fortè durum quibusdam videbitur, quod in calce constitutionis nostræ dicitur eum qui ab amplissimo ordine, velut in demortui Senatoris locum sublegendus nominatus vel electus fuerit, doctrinæ suæ specimen edere nihilo secius cogendum, tametsi principis etiam iudicio probatus sit, de illo enim (vt est apud Cassiodorum) nefas est ambigi, qui meruit eligi iudicio principali.[o] Nam quibus fas est, de cunctis optimos quærere, videntur semper meritos elegisse.[p] Principalis siquidem iudicij culmen excelsum est, cum qui ab eo prouehitur, præcipuus & plenus meritis æstimatur: nam si æquabilis credendus est, quem iustus elegerit, omnium profecto capax potest esse meritorum, qui iudicem cunctarum meruit habere virtutum. quid enim maius quæritur quam ibi inuenisse laudum testimonia, vbi gratificatio non potest esse suspecta? Regnantis quippe sententia iudicium de solis actibus sumit nec blandiri dignatur animus domini potestate munitus. Idcircoq; dubitare an is dignus sit, quem aut princeps aut Senatus elegerit. sacrilegij instar est.[q] Quandoquidem, quod Symmachus dixit, qui summi loci iudices decolorant, sacri testimonij facilitatem videntur incessere.[r] Quis igitur, vt cum Iustiniano loquor, idoneum illum non cẽseat, atque omnibus honestis artibus abundare non existimet, qui amplissimi ordinis iudicio lectus & comprobatus fuerit? Sed hæc argumenta adeò firma non sunt, vt de nostræ constitutionis asperitate vel tantillum conquerendum putem: quam vtique nouam Carolus non condidit, sed Ludouici duodecimi veterem, quæ velut obliterata in desuetudinem abierat, restituit: ad tollendas fraudes, quas plerique gratia in Senatu pollentes de filiis ac nepotibus solliciti ad eos ornandos adhibebant, amplissimi ordinis nominationem ad velandum ipsorum imperitiam, seu auleum quoddam obtendentes, rati (id quod erat) illos hac via periculosos examinis scopulos pretergressuros.

m Spartia. in Pescennio nigro.

o Cassiodor. var. lib. 9. in epist. Athalarici ad Paulinum.

p Idem Cassio. var. lib. 1.

q l. 2. C. de crimi. sacrile.

r Symmachus lib. 2. epist. 20

Nec

A Nec est quod quis constitutionem nostrā ei qui nominatus fuerit, inutilem esse dicat, in cuius mores ac vitam (quod primo loco fieri oportuit) amplius anquiri nihil iam necesse fuerit, cum tanti ordinis iudicio probatus sit. Quod vtique iudicium de moribus ac vita ante acta, nō item de doctrina accipi oportet. Sunt enim (quod apud Cornelium Tacitum Heluidius Priscus disputat) suffragia & existimatio Senatus reperta, vt vniuscuiusque vitam famámque penetrarent:[q] non vt censuram de cuiusquam doctrina facerent. Quo enim pacto de peritia, ac eruditione cuiusquam testimonium dare Senatus potest, quem de iu- B re ciuili, & formulario respondentem nūquam audiuerit? Nam & hoc in magistris etiam studiorum, & doctoribus Iulianus cōstituit: cum moribus primum, deinde facundia excellere eos oporteat, non repentè ac temerè quenquam ad hoc munus prosilire debere: sed eum demum qui iudicio ordinis probatus, decretum curialium mereatur optimorum consensu conspirante. [r] Sed ne quis nouum putet, illum qui nominatus fuerit, peritiæ suæ specimen edere non ideò minus cogi: sciat idipsum etiam apud Rom. in cooptandis Augustibus & aliis sacerdotibus penes quos ceremoniæ erant, obseruarum: hos enim omnes licet ab C vno ex collegio nominatos Pontifex. Max. examinabat ac de iure Augurali, & ceremoniis respondere palā compellebat.[s] Constátque etiam Iustiniani sanctione noua clericos omnes & qui sacros ordines suscipiunt Episcoporum iudicio, vt irreprehensibiles & inculpatos probari non tantùm oportere, sed examini quoque subiiciendos esse. Dei (inquit Iustinianus) amantissimis Episcopis deinceps præcipimus, vt religiosissimi clerici ipsorum iurisdictioni obnoxij quanto maximo cum delectu & examine secundum sacros canones creentur. Creentur autem, D quibus honestatis probitatísque testimonium tribuitur, nec rudes imperitíque literarum sunt. Nam cùm sacerdotum diaconorúmque sit & sacra vota docere & ecclesiasticorum canonū libros legere: non placet eum qui ignarus prorsus literarum sit, aliquem in clericis gradum obtinere.[t] Vt sic perspicuum sit, nihil nec noui nec iniqui constitutionem hanc habere: quā tamen non adeò præfractè, & examussim exercendam putauerim, vt non aliquādo gratiam eius faciendam existimem. Quid enim si de cooptatione nominati cuiusquam agatur, cuius eruditio & doctrina ex causis in Senatu multis annis actitatis amplissimo ordini perspectissima sit, aut alterius qui longū tempus in vrbi-

q Cornel. Tacit. annal. 20.

r l. magistros C. de profess. & med. lib. 12.

s Dyon. Halic. lib. 2. Sigo. de ant. iur. ciui. rom. lib. 1. cap. 19. Compl. in ciuitat. Rom. tit. de Pontif.

t Nouella. inst. 6. quomodo oportet creari episc. presb.

caria,præfectura vel alio magiſtratu Regio conſumpſerit, multiſque iudiciis ac aliis actibus in magiſtratu geſtis peritiæ ac probitatis ſuæ pleniſſimam fidem Senatui fecerit? Cum iis enim benignius agendum putauerim, vt legis veniam facilè obtineant. Quorſum enim grauiſſimum prudentiſſimúmque virum, de cuius peritia Senatus non ambigit, argumentorum multitudine obruendum, ac veluti laniandum iuuentuti obiiciet? An verò hæc noſtra conſtitutio ad quatuor Curiæ primos trahi debeat, vt illis etiam vita functis nominari à Senatu debeant, qui in locum eorum cooptentur, extra controuerſiam eſſe videtur: Conſiliarij quippe Regij hi omnes ſunt, huiuſq; nominis appellatione dignitatum ſuarum codicillis, & quibuſvis aliis literis à Principibus honorãtur. Quinetiam antiquis Principum noſtrorum ſanctionibus: quibus de hac nominatione agitur, diſertis verbis ipſi comprehenduntur. Sed hoc de Curiæ principe & qui nouiſſimus omnium ſit accipi oportet, vt iis ab hac luce ſubſtractis, à Senatu nominentur qui à Rege (ſi id ita viſum illi fuerit) in eorum locum ſublegentur. Quòd enim ad alios attinet, nominatione nihil opus eſt: cum in locum ſecundi, nullis etiã accedentibus Principis codicillis, tertius promotionis meritis, ſuoq; veluti iure ſuccedat: ſicut quartus in locũ tertij, & ſic de reliquis, vbi plures quam quatuor conſtituti Præſides ſunt. Quod non æquè fit, cum qui Principem in Senatu locum obtinet, vita concedit. Non enim in locũ eius ſecũdus (niſi id fortè à Principe obtinuerit) ſublegitur. Et hæc quidem vſu ſeruari compertũ habeo. Tametſi ſciam Rebuffum noſtrũ in eo tractatu, quem nominationum inſcripſit, paululũ diuerſa ſcripſiſſe: & illud maximè, quod nominationem cuiuſquàm in locum primi, & poſtremi non admittit.[t] Quod quam procul à vero abſit, Pariſienſis Curiæ placitum illud ſatis demonſtrat, quo Popincurtio Præſide primario vita functo, Marleus (cui hunc honorem Princeps detulerat) nõ antè capeſſere eum voluit, quam à Curia nominatus & electus. Locheto etiam (qui ſecundas obtinebat) vt qui primas quaſi ſuo iure ſibi vendicaret, petitione ſubmoto.[u] Non enim ſimile veri eſt, Marleum delato ſibi honori aſſenſurum extemplo non fuiſſe, ſi Senatus lectione nihil opus fuiſſe crediciſſet: ſicut nec Cancellarium qui lectioni & controuerſiæ illi non interfuit modò. Verumetiam præfuit, de ea re ad Senatũ relaturum: déque conſilij ſententia quod Principi ſenatuique placuiſſet proferre voluiſſe. Sed & quid (quod Rebuffus etiam perperam exiſtimauit)

[t] Rebuff. 4. prs. tract nominat. verſic. eſt & alia.

[u] Luc. Placit. cur. Pariſ. tit. de quatuor cur. prs. art. 1.

A nominari attinet tertium in locum ſecundi, vel quartum in locum tertij, cum quodam veluti ſucceſſorio gradu, ſuóque (quod dixi) iurę in locum demortui aſcendant: his enim Præſidibus datus eſt ordo ſucceſſionis, ſi locũ quempiam decedentis fortuna nudauerit. Quoties autem huic Pręſidũ nominationi & electioni locus fuerit, magna cautio adhibenda erit, ne parum idoneus quiſquam promoueatur. Eligẽdus ergo qui vitæ ſanctimonia & integritate, facundia, grauitate, peritia, & exiſtimatione cæteros omnes longè præemineat, taliſque vt ab eo regi tantus numerus B hominum non indignetur, ac penes eum eſſe faſces (vt cum Budęo loquar) curię. Viliſſimus enim cõputandus eſt, quiſquis alios honore antecedit, niſi eos etiam doctrina & moribus antecellat. [x] Eum vero qui hoc munus ſuſcepturus ſit, triginta annorum vt minimum eſſe oportet. Illa enim eſt ætas huic, ſenatoriæque dignitati, & magiſterio libellorum Franciſci primi, & Henrici ſecundi ſanctionibus præfinita: [y] quæ quãuis quòd ad conſcriptos ſpectat, in hoc nouatæ & emẽdatæ ſint, vt qui annos 25. nati ſint, legi in Senatum poſſint: quod tamen ad curiæ principes attinet, nihil immutatum videtur, de quorum ætate in hac noſtra Caroli IX. cõſtitutione nominatim nihil cauetur. † Nam & quam- C uis Conſiliariorum nomine (quod iam diximus) ipſi etiam cenſeantur: non eadem tamen horum quæ illorum eſt ratio, vt hi ſimiliter 25. ætatis ſuæ anno principatum curiæ aſſequi poſſint. Grandior quippè ætas in Præſidibus, qui clauum curiæ tenent, requiritur, quos ætate graues conſcripti magis verebuntur, alacriúſque illis parebunt. Nemo enim (inquit Ariſtoteles) iuuenes eligit duces, eo quod non conſtat eos eſſe prudentes. [z] Siquidem ætatem ferè ſemper comitatur prudentia: verique ſimile eſt, quo quiſque ætate cæteros anteit, eo etiam prudentia pręſtantiorem eſſe. Cuius rei cauſam hanc affert Ariſtoteles, quòd D in rebus ſingulis prudẽtia cernitur, quarum vſu conſtat, & exercitatione cognitio, vſuque rerum non valet adoleſcens. [A] Facit enim diuturnitas temporis exercitationem. Quamobrem Hadrianus (quod Spartianus tradit.) Tribunum non niſi plena barba faciebat, aut eius ætatis, quæ prudentia & annis Tribunatus robur impleret. [a] Hincque illud Quintiliani militem legimus robuſtum, legimus iuuenem, Imperatorem facimus ſenem. [b] Quod igitur de conſcriptorum ætate nouiſſimè conſtitutum eſt, ad Curiæ Principes producendum non eſt. Nam & vulgo receptum eſt, legem quantumuis generalem,

x *C. viliſſimus l.g.1.*

y *Conſtitut. Franciſci I. anni 1546. & Henr. II. 1547.*

† Aetas 40. ann. præſidibus præfinita conſtit. Bleſenſ. Henrici III. art. 106.

z *Ariſto. lib. 3. Top. cap. 2.*

A *Ariſt. lib. 6. Ethic. cap. 8.*

a *Spartia in Hadria.*

b *Quintil. in declamat. de Imperatore prouocato filio.*

ita restringendam esse, vt cessante ratione & ipsa cesset.[b] Cum A
enim ratio sit anima vigórque ipsius legis, non videtur legislator
id sensisse, quod ratione careat, etiam si verborũ generalitas ali-
ter suadeat. Quod autem capessendæ dignitati Senatorię 25. an-
num præscriptum Princeps voluerit, ideò factum apparet, quod
qui ea ætate sunt conscriptos non incommodè muneribus suis
defuncturos crediderit. Quod vtique de Senatus Principibus
vix est vt dici queat: in quorum industria, dignitate, & pruden-
tia curiæ existimatio & auctoritas quasi in cardinibus vertitur:
vt non absurdè dicas, proram & puppim, fossámque & vallum
illos esse curiæ. Traditúmque ideo extat, olim apud Ægyptios B
in more positum fuisse, vt ex præcipuis ciuitatibus triginta iudi-
ces nominarentur: ex quibus optimus & natu maximus elige-
batur, qui totius collegij caput & Princeps foret.[c] Constátque
apud Romanos non eandem militi ac duci vel Imperatori æta-
tem fuisse præfinitam, vt ex Cicerone intelligi potest, cum de P.
Crasso M. filio loquens, scribit ad hunc modum. Qui quia naua-
rat miles operam Imperatori, Imperatorem se statim esse cupie-
bat, cui muneri mos maiorum ætatē certam, sortem incertā reli-
quit.[d] Dabant siquidem militiæ nomen qui 10. & 7. annos nati
erant:[e] cum vix imperatorio muneri obeũdo idoneus existima- C
retur qui 4. & 20. tantum annos natus esset.[f] Ostendit id Plutar-
chus in Pompeio cum ait. Sylla, vt venientem Pompeiũ aspexit,
equo exiliens, & Imperator de more appellatus, Pompeiũ & ipse
Imperatorem contrà salutauit: quod præter omniũ spem fuit, vt
viro iuueni necdum in Senatum admisso id nomen Sylla com-
municaret. Sicut Liuius de P. Scipione Proconsule in Hispa-
niam mittendo. Subito (inquit) P. Cornelius, illius qui in Hispa-
nia ceciderat filius 4. & 20. fermè annos natus, professus se pete-
re, in superiore, vnde conspici posset loco, constitit. Et post pau-
lò. Iussi deinde inire suffragium, ad vnum omnes P. Scipioni im- D
perium esse in Hispaniam iusserunt. Cæterum post rem actam
silentium subito ortum & tacita cogitatio quidnam egissent no-
ui: quod fauor plus valuisset quā ratio ętatis, maximè pœnitebat.
Et mox aduocata concione ita de ætate sua imperioq; mandato
& bello, magno elatóque animo disseruit, vt ardorem eum, qui
resederat excitaret rursus, innouarétque. Et iterũ. Multa admi-
rationis humanæ in eo iuuene excesserant modum: quibus fre-
ta tunc ciuitas, ætati haudquaquam maturæ tantam molem re-
rum tantúmque imperium permisit.[g] Et alibi cum Scipionem

b l. adigere §. quamuis ff de iur. patrona. alciat. de ver. signif. lib. 1.

c Aelian. variar. hist. li. 14. Alexan. ab Alexand. lib. 3. cap. 16. Diodorus Siculus lib. 2. cap. 3.

d Cic. in Bruto.

e Liuius lib. 25. & 27.

f Plutarch. in Pompeio.

g Liuius lib. 26.

A eundem sic loquentem inducit. Vnde hæc repentè de me cura exorta, cum quęsitus ad id bellum Imperator, nemo se ostenderet, præter me, nemo profiteri nomen ausus esset? cum mihi quatuor & viginti annos nato detulisset imperium popul. Romanus, quid ita tum nemo ætatem meam, vim hostium commemorabat? [h] Appianus. Diem igitur ad Imperatorem bello Hispaniensi præficiẽdum constituerunt ad quam quidem prouinciam cum nullus iam se offerret, maiore in perturbatione & metu erant, quam prius: videbantúrque omnes in Senatu pauore consternati tacere, donec Cornelius Scipio Publij, qui in B Hispania perierat filius adolescens adhuc (quartum enim & vigesimum agebat annum) verum prudens animoque generoso habitus accedẽs audacter admodum locutus est. Et paulò pòst. Itaq; ei Hispania decreta, quasi præsagio quodam, cum aliquid animi magnitudine sui esse facturum. [i] Vt sic liqueat Francisci, Henricique Regum sanctionibus, quod ad Præsidum ætatem attinet, nihil derogatum. Cui sententiæ & illud adiumento est, quod in correctoriis licita non est extensio: quod enim mutatum non reperitur, cur interim firmum esse non debet? [i] In vniuersum quippe dici solet legum correctionem semper euitan- C dam. [k] Adeò vt quamuis eadem vel maior adsit ratio non tamen in correctoriis eadem inducatur iuris dispositio. [l] Sed quid de specimine peritiæ dicendum? an id quoque edere Curiæ Principes perinde ac conscripti debeat? quamuis à Senatu in demortuorum locum lecti & nominati? Et non videretur, cum in Caroli constitutione nominatim nihil de hac re cautum sit. [m] Sed magis est vt de his idem quod de conscriptis censeamus: eadem enim immo vero maior subest ratio: ne non facto doctrinæ suæ periculo, illotisque (quod aiunt manibus) ad huiusmodi dignitatum culmina conscendant. Cùm enim (vt dixi- D mus) quæ à Senatu fit nominatio & electio in id tantum prosit, ne in mores, ac vitam nominati anquiri amplius oporteat, dubium non est, quin examini subiici debeant: nam id etiam disertis Francisci, & Henrici constitutionum verbis expressum est, ne antè in curiæ album ascribantur, qui curiæ principatu à Rege honorantur, quàm peritiæ, eruditionisque suæ fidem plenam Senatui fecerint. Quod vtique de iis accipiendum est, qui Senatoriam dignitatem adepti antea nunquam fuerint: qui enim ex ordine amplissimo assumuntur, nulli posthæc examini subiiciendi sunt, vt qui probati iam Senatui sint, neque ideo

h Liuius lib. 28.

i Appianus lib. de bel. Hispaniens.

i l. præcipimus. C. de appel. Alciat. de verbo signif. lib. 2.

k §. fin. authent. de admi.

l c. fin. de postul. prælato. glos. c. cum singula. versic. prioratib. de praben. in 6.

m Arg. l. illam C. de collat.

improbari deinceps possint.[h] Id quod in cooptatione Andreæ Guillartij, Francisci Calonij, Caroli fratris, Petri Brulonij Bellomontani, & Renati Crispini Curiæ nostræ Præsidum, seruatum fuisse scio. Et hi enim quòd Senatoriũ munus in Curia nostra obiuissent, doctrinæ suæ specimẽ aliud facere iussi non sunt cum contra factum fuerit in cooptatione Iacobi Lucæ: quod is nullo antea magistratu in nostro, aut alio Senatu gesto, ad hanc dignitatem veluti saltu promotus esset. Diciq; de eo iure possit quod de se ipso Pompeius apud Plutarchum, militiæ quidem muneros omnes iuxta disciplinam, cum absoluisse omnésq; sub se Imperatore & quod de eodẽ Valerius tradit initia magistratuum à summo imperio cœpisse[k] anteq;(quod Plinius dixit) imperatorem fuisse quàm militem.[l] Sed vix id vnquã, aut perarro contingit, vt in demortui præsidis locum à Senatu sublegatur vel nominetur, qui senatorẽ antea non egerit. Illud superpondij loco addendum (de quo fortè prius dici oportuit) nominationis verbo in hac nostra constitutione, nominum editionem intelligi illorum qui adipiscendæ dignitati Senatoriæ idonei videantur, digniq; vt in demortuorum locum sublegantur: eoq; ab electione differre, quod plures nominantur, vnus tantum, & is quidem qui cæteris potior habendus sit, eligitur. Diuersa enim his vocibus significari, disiũctiua in sanctione nostra sæpius repetita perspicuum facit.[m] In qua sentẽtia & Dionisium Riãtium Parisiẽsis Curiæ Præsidem) quem nuper & ante diem cum magna reip. nostræ iactura præpropera mors nobis eripuit) fuisse scio. Is enim cum Nanetis agẽs pro veteri vsu amicitiæ, qui mihi penè à puero, cum eo ex condiscipulatu intercesserat (vna enim Biturigibus operam Alciato dederamus) me inuisisset, sermoque, vt fit, inter nos de quibusdam sodalibus nostris ortus esset, incidimus in Duarenum, quem ille post multa alia de eo honorificè dicta, iam ter aut quater in demortuorum Senatorum locum à Parisiensi Curia non tãtum nominatum, verumetiam electum narrauit. Innuens scilicet plus in electione momenti, quam in nominatione esse, plerisq; fieri qui eliguntur, quàm qui nominantur. Quo pacto apud veteres pluris selecti, quam censebãtur editij iudices censebãtur.[n] Tametsi me non lateat, in quibusdam vetustiorum Regum sanctionibus, has voces promiscuè, & eundem in sensum accipi, crebroq; à nostri iuris auctoribus nominationem pro electione vsurpari: sicut à Tacito dum infit. Candidatos Præturæ duodecim nominauit, numerum ab Augusto tra-

A B C D

h l. si quis ab arbe. ff. qui satis. cogant.

i Plutarch. in Pompeio.

k Valer. lib. 8. de tic. quæ cumque magnifica contigerunt.

l Plin. lib. 7. cap. 26.

m l. hæc verba ille aut ille ff. de verbo sig.

n Cic. in ora. pro Planc.

A ditum.[l] Et alibi: Censuit Gallus in quinquennium, magistra- l Cornel.Taci. Annal.lib.1.
tuum comitia habenda: vtque Princeps duodecim candidatos
in annos singulos nominaret: illic enim nominare valet eligere,
vt ex sequentibus Taciti verbis apparet. Tiberius tamen disse-
ruit, graue moderationi suæ tot eligere, tot differre.[m] Sed in cō- m Corne.Tacit.lib.3.
stitutione nostra manifesta est harum vocum differentia: sicut
apud eundem Tacitum cum ait: Proximi Senatus die Tiberius
M.Lepidum: & Iunium Blesum nominauit, ex queis Proconsul
Africæ legeretur.[n] Et alibi. Patritios cōfarreatis parentibus ge- n Tacit. Annal.lib.3.
nitos, tres simul nominari, ex queis vnus legeretur. [o] Hanc no-
B minationem Græci προβολὴν appellant: nā & apud illos προβάλλομαι o Taci.lib.4.
& προβάλλω valet præsentem sisto, seu designandum nomino. Di-
citur autem Princeps nominati rationem habere, aut nomen il-
lius accipere, cum Senatus lectionem probans, dignitatis codi-
cillos illi tribuit. Liuius. Itaque si suum nomen Dictator accipe-
ret, se comitiis intercessuros Tribuni dixerunt: si aliorum præ-
terquàm ipsius ratio haberetur, comitiis se moram non facere.
[p] Et rursum. Vicerunt patres: quia plebs patritiis seu hunc, seu p Liui.lib.7. 2.bell.pen.
illum delatura honorē, frustra certare supersedit. Et Principes
plebis ea comitia malebant, quibus non haberetur ratio sui,
C quàm quibus vt indigni præterirentur.[q] Sed de hac nominatio- q Liui.lib.4.
ne, quæ in Senatu fieri solet, satis & super dictum. Illud tamen
silentio transmittendum non videtur, quod apud Romanos,
Principes quosdam fuisse legimus qui (contrà quàm hodie fit)
nomina eorum Senatui ederēt, quos capessendis magistratibus
idoneos iudicarent: vt ex his Senatus eligeret, quos potiores
censeret. Id enim vel ex illis Taciti verbis colligi potest: quibus
ait, Proximi Senatus die Tiberium, M. Lepidum, & Iunium
Blesium nominasse: ex quibus Proconsul Africæ legeretur. A
quo non abhorret, quod Spartianus tradit, Traianum cùm de
D successore deligendo cogitaret, in animo habuisse aliquorum
nomina edere, ex quibus Senatus quemcumq; optimum iudi-
caret, imperatorem constitueret. Multi (inquit) dicunt ad Se-
natum eum orationem voluisse mittere petiturum, vt si quid
ei euenisset, Principem Romanæ Reipublicæ Senatus darēt, ad-
ditis duntaxat nominibus ex quibus optimū idem Senatus eli-
geret.[r] De Antonino vero Philosopho, scriptum apud Capitoli- r Spartia. in Hadr.
nū inuenimus: quòd quāuis Senatorias dignitates tribueret, ne-
minē tamē vnquàm in ordinē legit, nisi quem ipse benè scisset.[s] s Capito.in Anto.philos.
Principis autem nominationem, vel electionem, aut quemcūq;

conceſſionem Senatus autoritati, vel iudicio nihil officere, quominus quem imperitum, aut aliàs minus idoneum compererit, reiiciat: cùm ex prædictis, tum ex illa Theodorici Regis ad Agapitum epiſtola intelligi poteſt, qua de Fauſto in Senatorium numerum referendo loquens, ita ſcribit. Atque ideo illuſtris magnificentia tua Fauſto adulto, filio illuſtris Fauſti decernat attribui, quæ circa referendos Curiæ priſcus ordo dictauit. Hæc enim præcipientes nihil imminuimus ſacro ordini de ſolita authoritate iudicij, quando gloria maior eſt dignitas ſpectare ſententiam procerum, poſt Regale iudicium. Ornatus ipſorum eſt, ſi quæ ſolent illi deligere, nos iubemus: & ſi quod ab illis quotidie petitur, nos magnopere poſtulemus.[t]

t Caſſiodor. var. lib. in epiſto. Theod. reg. ad Agapitum præfect. vrb.

Senatoribus & alijs magiſtratibus eiuratione cooptatis, dandam Regio cognitori dilationem ad inquiſitionem in mores & anteactam eorum vitam. Neque prius illos in ordinem recipiendos eſſe & explicatum Regiarum ſanctionum Molinis editarum, caput duodecimum.

Cap. XI.

SVPERIORI capite de iis qui in demortuorum Senatorum locum à Senatu nominati ſubleguntur, diffuſè egimus: Nunc ſupereſt vt de illis etiam qui ſenatoriis & aliis dignitatibus, quibus aliqui in eorum gratiam ſpontè ſe abdicauerint, a principe honorantur, nõnihil diſſeramus. De quibus ſimiliter regiarum conſtitutionum Molinis editarum capite duodecimo Carolus Rex ita cauit: Quo verò caſu Senatorij aut alterius muneris eiurationem in cuiuſquam gratiam factam, ratam habere nobis libuerit, mox oblatis dignitatis codicillis menſis vnius dilationem cognitoribus noſtris indulgeri volumus, vt in mores ac peritiam eius qui cooptandus ſit anquirant, eiurationiſque modum & leges eruant. Quod vt facilius minoréque negotio fieri queat, réſque ipſa vti geſta fuerit eluceſcat, coram, & in Senatu (ſi id poſtulatum à cognitoribus noſtris fuerit) ſacramento adactus interrogabitur, non is tantum qui eiuratione cooptandus ſit, verùm & qui ipſe magiſtratum eiurauerit, ſi tum ab vrbe in qua Senatus conſiſtit non abfuerit. Alioqui interrogandi ipſius negotium iudici, cuius in

prouincia

A prouincia degit, mandabitur. Quibus ex verbis planum fit modis omnibus Principem nostrum reipublicæ consultum voluisse, ne indignus quisquam in supremos & alios regni sui cõsessus irreperet. Quod & ab antiquis in sacerdotiis, magistratibusque fere omnibus conferendis factitatum non vno in loco legimus. Nemo enim ad sacerdotium, vel ministerium ecclesiæ recipiebatur, aut magistratum adipiscebatur, nisi publicè in eius mores & anteactam vitam inquisitione facta. Quod vel ex Lampridio in Alexandro Seuero cognosci potest, cum ait. Vbi aliquos voluisset vel Rectores prouinciis dare, vel Præpositos facere, vel
B procuratores, id est rationales, ordinare, nomina eorum proponebat, hortans populum, vt si quid haberet criminis probaret manifestis rebus: si non probasset subiret pœnã capitis: dicebatque graue esse cum id Christiani & Iudæi facerẽt, in prædicandis sacerdotibus, qui ordinandi sunt: Non fieri in prouinciarum Rectoribus, quibus & fortunæ hominum committerentur & capita. Qua ratione Tyberius Cæsar (quod Cornelius Tacitus memorat) in comitiis Consularibus nonnunquam subtractis candidatorum nominibus, originem cuiusque & vitam & stipendia descripsit, vt qui forent intelligeretur. [a]. Meminit &
C Tranquillus Mœsiaci exercitus, qui cum allato de exitu Othonis nuncio, creandi Imperatoris consilium iniisset, legatorum consularium qui vbique tum erant, nomina proposuit, vt ex iis omnibus, milites quam potiorem capessendóque, imperio magis idoneum ducerent, eligerent. Postquam, inquit, iter ingressi nunciatum est victum eum ac vim vitæ suæ attulisse, consilium inierunt eligendi, creandique Imperatoris. Propositis itaque nominibus legatorum consularium, quot vbique tunc erant, quum cæteros alij alium alia de causa improbarent & quidam
D è legione tertia, quæ sub exitu Neronis translata ex Syria in Mœsiam fuerat, Vespasianum laudibus ferrent, assensere cuncti, nomenque eius vexillis omnibus, [b] sine mora inscripserunt. Eiusdem porro prædicandorum sacerdotum consuetudinis fit à diuo Cypriano mentio, libri primi epistola quarta, quam & à diuina lege fluxisse tradit. Habet (inquit) ipsa plebs potestatem vel eligendi dignos sacerdotes vel indignos recusandi. Quod & ipsum videmus de diuina authoritate descendere vt sacerdos plebe præsente sub omnium oculis deligatur, & dignus atque idoneus publico iudicio ac testimonio comprobetur. Sicut in numeris Moysi præcepit dominus dicens: Pre-

a Cornel. Tacit. lib. 1.

b Tranq. in Vespasi. ca. 6.

hende Aaron fratrem tuum & Eleazarum filium eius & impones eos in montem coram omni Synagoga, & exue Aaron stola eius & indue Eleazarum filium eius: & Aaron appositus moriatur illic[b] coram omni Synagoga. Iubet Deus constitui sacerdotem, id est, instruit & ostendit ordinationes sacerdotales non nisi sub populli assistentis conscientia fieri oportere, vt plebe præsente vel detegantur malorum crimina, vel bonorum merita predicentur: & sit ordinatio iusta & legitima quæ omnium suffragio & iudicio fuerit examinata. Quod postea secundum diuina magisteria obseruatur in actis apostolorum, quando de ordinando in locum Iudæ Episcopo Petrus ad plebem loquitur. Surrexit, inquit, Petrus in medio dicentium. Fuit autem turba in vno. Nec hoc in Episcoporum tantum & sacerdotum, sed in Diaconorum ordinationibus obseruasse apostolos animaduertimus. De quo & ipso in actis apostolorum scriptum est. Et conuocauerunt (inquit) illi duodecim totam plebem discipulorum, & dixerunt eis. Quod vbique idcirco tam diligenter & cautè conuocata plebe tota gerebatur ne quis ad altaris ministerium, vel ad sacerdotalem locum indignus obreperet. Et paulò pòst. Propter quod & diligenter de traditione diuina & apostolica obseruatione seruandum est & tenendum, quod apud nos quoque & ferè per prouincias vniuersas tenetur, vt ad ordinationes ritè celebrandas ad eam plebem cui præpositus ordinatur, Episcopi eiusdem prouinciæ proximi quique conueniant, & Episcopus deligatur plebe præsente, quæ singulorum vitam plenissime nouit, & vniuscuiusque actum, de eius conuersatione, perspexit. Hactenus Cyprianus. Cui consentaneum, quod concilij Carthaginensis tertij quadragesimo capite distinctione vigesima nona, canone. Illud autem, statutum est: vt conuenientibus, ad eligendum Coepiscopum, Episcopis, oborta contradictione ordinandum purgare tres iam ne præsumant: Sed ad priorem numerum vnus, duo trésve postulentur. In plebe discutiantur contradicentium personæ, obiecta postremo pertractentur. Itaque purgatus demum sub conspectu publico ordinetur. Respexit quoque ad hunc morem Iustinianus noster nouella sexta, cum dixit. Sancimus vt quando posthac creandus aliquis Episcopus erit, prius in ipsius vitam inquiratur, videatúrque secundum diuinum illum apostolum an grauibus moribus præditus sit, an inculpatus, an irreprehensibilis omnino, an denique à bonis

[b] Numeri 20. cap.

A testimonium habeat, & sacerdotio dignus sit. Et rursum quibusdam interpositis. Oportet vero vt eo ipso tempore, quo creatio peragenda est, is qui peraget hæc omnia in conspectu totius sanctæ magnæ Ecclesiæ fidelis populi, ei qui creandus est prædicat, vt cum didicerit quæ interdicta à nobis sunt rectè ab illo obseruata esse omnia, tum demum ad sacram creationem deueniat: & hæc quidem Iustinianus ita sanxit. Quem imitati successores Constantinus & Ireneus Tharasium in Patriarcham electum in faciem præsentium tunc sacerdotum, ducum B totiusque Christicolæ plebis eduxerunt, data omnibus libertate si quid aduersus virum haberent dicendi, vt sese purgare posset: vt constat ex eorum epistola ad Synodum Nicenam vndecima annis post dominum circiter octingentis. Id quod & in gentilium sacerdotum creatione obseruatum aliquando fuisse, vel hinc intelligi potest quod Cn. Domitius (vt est apud Ciceronem) Tribunus plebis vir clarissimus tulit, quod populus per religionem sacerdotia mandare non poterat, vt minor pars populi vocaretur: ab ea qui esset factus is a collegio cooptaretur. [c] De Thesmotetis quoque, qui annuo magistratu a- C pud Athenienses fungebatur scriptum apud Libanium inuenimus, quod priusquam magistratum illum inirent, in omnem eorum vitam anteactam inquirebatur. Qui si in omnibus integri comperiebantur, cum annum imperabant. Post finito anno iterum de eis iudicium fiebat. Quod si constabat eos eo quoque tempore probe functos officio, in Senatum allegebantur Areopagitarum. [d] Fiebat autem à Logistis, qui à publicis rationibus magistratus erant, huiusmodi disquisitio. Hi promouendi nomen præconi edebant, proclamareque his verbis iubebat, quis vult talem tali & tali functum magistratu de antè actæ D vitæ accusare facinoribus? Qua proclamatione quiuis, modo probando esset, accusator admittebatur, vt ex Æschinis oratione contra Demosthenem & Ctesiphontem cognosci potest. Num (inquit) oportebat te, ô Demosthenes, secundum patriam consuetudinem permittere, vt logistarum præco proclamaret τίς βούλεται κατηγορεῖν quis vult accusare? Rectè itaq; & prouide Princeps noster dum præter quæstionē quæ de moribus & ante acta promouēdi vita à Senatu haberi solet, cognitoribus quoq; suis dilationém ad eandē rem petentibus non abnuendā edixit. Existimauit enim id illos accuratius impleturos: Neq; si quid vnquā sceleris ab eo admissū fuerit id illis celatū iri. Quod nō æquè fit

c Cicero 2. contra Rullum.

c Cic. 2. contra Rullum.

d Libanius in Argumento orationis Demosthenis contra Androtionem.

cùm senatus tantum regio cognitore non adhibito quęstionem hanc decernit, Leuem siquidem defunctoriamq; operam præbent, quibus hæc prouincia mandatur tribus tantùm aut quatuor vt plurimùm testibus interrogatis, quibuscum promouendo ex condiscipulatu paucorumve mensium notitia, aut alias, leuis vsus intercesserit. Quibus autem moribus præditos esse oporteat Senatores, & alios qui iuri dicundo præficiuntur dictu haud difficile est, cum id vel ex sacra scriptura discere liceat, dicente ad Mosem domino: Prouide tibi de omni plebe viros sapientes & timentes Deum in quibus sit veritas, & qui oderint auariciam, & qui iudicent populum omni tempore.[c] Prudentes igitur integrosque atque irreprehensibiles esse oportet. Sed maximè Senatores, quos vt dignitate, sic doctrina & probitate cæteris præeminere decet. Deforme quippe est quos dignitate aliquis exuperat, ab eis virtute anteiri. Nam quò ad altiorem quisque honorum gradum, extenditur, magis in exemplum spectantibus patet. Ideòque & vbi delinquunt longè magis exemplo quàm culpa peccant. Siquidem minores, eorum vestigia sequuntur, vix quæ se errare putant cùm eiusdem criminis reum aliquem Senatorem ostendunt. Hæc enim conditio superiorum est, vt quicquid faciunt præcipere videantur, & perniciosissimus est malæ rei maximus quisque author.[c] Nec tantum mali est (inquit Cicero) peccare Principes, (quanquam est magnum hoc per se malum) quantum illud, quod permulti etiam imitatores Principum existunt. Nam licet videre si velis replicare memoriam temporum, qualescumque summi ciuitatis viri fuerint, talem ciuitatem fuisse: quæcumque mutatio morum in Principibus extiterit eandem in populo secutam. Quo perniciosius de rep. merentur vitiosi Principes quod non solum vitia concipiunt ipsi, sed ea infundunt in ciuitatem, neque solum obsunt, quod illi ipsi corrumpuntur, sed etiam quòd corrumpunt, Videant itaque Senatores (vt cum Cassiodoro loquar) ne quis eos præcedat opinione, qui sequitur dignitate, alioqui graue pondus inuidiæ est, splendere purpuræ claritate & morum lampade non lucere.[d]

c Exod. 18.

c Quintilianus in declamatione pro milite mariano.

d Cic 3. de legibus.

Sanè sicut regius cognitor sartam ac tectam tueri Curiæ amplitudinem debet, & quàm maximè possit eniti ne indignus quisquam quique inculpatæ vitæ non sit in eam irrepat ita similiter modis omnibus obsistere ne cuipiam calumnia fiat. Non igitur clancularijs maleuolorum delationibus aut potius

A insusurrationibus, qui publicæ vtilitatis obtentu confictis criminationibus aduersariorum famam proscindentes, non aliud quàm priuatas simultates vltum ire cupiunt, autem suã accommodabit. Nec etiam cartulas criminum indices ab ignotis conscriptas sibique traditas quibus ad impediendam cuiusquàm dignitatem vtatur, me iudice accipiet. Siquidem hæ famosi magis libelli quàm accusatorij speciem habent: vt non ab re dixerit Felinus, nihil eas mouere iudicem debere, nec sic quidẽ vt quæstionem de his habendam decernat.[d] Quò fit vt probare non B possim procacia illa scripta ad impediẽdam Iani Bonuicini classis vnius inquisitoriæ ducis dignissimi cooptationem cognitori regio clanculum data: anno septuagesimo secundo supra sesquimillesimum, dum de illo allegendo in Senatum nostrum ageretur. Nemini enim dubium fuit quin commentitia illa omnia essent & ab inimicis, Bonuicini virtuti & gloriæ inuidentibus, composita, vt idcirco laceranda vel flammis exurenda protinus fuerint. Famosa siquidem vt est apud Constantinum Cæsarem, scriptio libellorum quæ nomine accusatoris caret minime examinanda est, sed penitus abolenda. Nam qui accusatoris C promotione confidat, libera potius intentione quàm captiosa atque occulta conscriptione, alterius debet vitam in iudicium vocare.[e] In quam propemodum sententiam Constantius huius filius. Libellis (infit) quos famosos vocant, si fieri possit, abolendis inclytus pater noster prouidit, & huiusmodi libellos ne in cognitionem quidem suam vel publicam iussit admitti. Non igitur vita cuiusquàm non dignitas concussa his machinis vacillabit.[f] Nam & innocens creditur cui defuit accusator cum non defuerit inimicus.[g] Memini cùm huius quæstionis iacta sunt in Senatu fundamenta requisitum authorem nec intelligi potuisse: D Quod Iacobus Budæus cognitor Regius ad quem huiusmodi scriptionũ fasciculus peruenerat, diceret se nominis illius oblitum, nec epistolam ad se de ea re scriptam asseruasse, quam mox vbi legisset, in triclinio fortè repertã infantulus vix dum septennis (vt fit) discerpserat, ea quæstione tametsi Bonuicini famæ & nomini nihil detractum sit, cooptationi tamen eius duorum circiter mensium mora allata est: quod sine tædio reique suæ familiaris aliquo detrimento fieri non potuit. Id verò qua ratione sarciri queat non video: cùm nec is, qui hoc sibi periculum crearit sciat, nec vbi gentium degat, & si sciat delationis aut scriptionis fidem facere nõ possit. Vt sic in posterum si huiusmodi quic-

d Felinus cap. inquisitionis de accusa post glos. arch. & dominus in summa quinta quæst. prima.

e l. Famosa de famosis libell. in cod. Theodo.

f l. Libellis eodem tit.

g l. nemo prorsus eodem tit.

quàm emergat cautius agendum putem. Nam & Regia constitutione in conuentibus ordinum huius regni Aureliæ habitis lata anno millesimo quingentesimo sexagesimo: peracto publico & capitali iudicio tam regij procognitores quàm qui cognitoriam operam Regiæ clientelæ fiduciariis in imis subselliis præbent, denunciatoris & instigatoris nomen absoluto reo id postulanti edere coguntur, vt ei sumptuum damnotúmque & vlteriorum accessionum nomine lege agere in eum liceat, ad quem ea res pertineat.[h] Quod quidem persanctè constitutum apparet, ne cuiuis priuatas inimicitias vlcisci volenti impunè sit aduersario suo quamuis insonti & innoxio negotium facessere publici actoris nomine sed mutuato & adumbrato.[i] Nam & quid æquius quàm ei qui talem calumniam perpessus sit susurronis & instigatoris nomen edi, vt quodcunque dispendium ex hac causa sustinuerit, ille de proprio resarciat?[k] Cum etiã dixerit Martianus in Turpilianum S.C. incidere & qui accusatorem summittit aut instigat aut qui mandat alicui & instruit eum ad accusationem capitalem dando probationes, allegando accusationes: & merito. Nam diffidendo crimini, quod mouet, & eximendo se periculo calumniæ vel desertionis, merito calumniantis & desistentis pœnæ subiici debuit, nisi subornatus accusator probauerit crimen, quod intendere suscepit. Nec interest per se mandatit accusationem, an per alium. Quamuis hunc qui hoc ministerio vsus est ad mandandam accusationem, nõ ex verbis, sed ex sententia Senatusconsulti puniri Papinianus respondèrit,[l] Sed an is qui huiusmodi negotium clanculum exhibuerit, falsumque & ementitum crimen (summisso cognitore regio) insonti cuiquàm obtrectauerit iisdem exactis, litis iacturam sustinebit? An vero nouo iudicio opus sit? & magis est vt de ea re noua controuersia moueatur. Nam & in non absimili specie receptum est tutorem vel curatorem qui pupilli, vel adolescentis nomine calumniosam litem instituerit proprio quidem nomine condemnari opportere: ne sub prætextu eiusmodi nominis propter suas simultates securè lites suas exercere posse existimet: Ita tamen vt ea cõdemnatio iisdem ex actis non proferatur, sed aliis intendatur.[m]

[h] Constit. aurelianensiæ art. 63.

[i] l. nõ est ignotum eod. de administ. tut.

[k] l. cum sæpe de erogat. mil. annono lib. eod. stepha. aufrer. tholo. decij. 7.

[l] l. prima §. finali ff. ad S.C. Turpilianum.

[m] Ioannes Faber. dicta. l. nõ est ignotum Imocentius [illegible] ... [illegible] 3. §. 1.

A

Nomina censentium senatusconsultorum breuiculis adiici cur constitutum, quid sit apud Ciceronem authoritas perscripta, quo loco, cuiusque manu scribenda Senatus decreta, & à quibus subsignanda: & explicata Regiarum constitutionum aliquot capita.

CAP. XII.

B  EGIARVM constitutionum Molinis editarum capite sexagesimo tertio cauetur, vt censentium nomina, seu Præsidum, seu consiliariorum, qui S C. faciendo affuerint, placitorũ breuiculis ascribantur: decretis omnibus, quæ aliter facta fuerint, quorúmque aduersariis, vel in capite, vel in calce, aut etiam in margine, manu causæ commentatoris, vel actuarij inscripta non fuerint Iudicum nomina, pro nullis & irritis habendis. Quod ideo inductum videtur, vt innotescere litigatoribus possit, an legitimus censentium numerus SC. quo faciendo ne-C cessarius affuerit, vel id minus: an ve quisquam qui reiectus esset sententiam dixerit. Id enim à litigatoribus sciri non parui refert, cum perspicuum sit decreta illa quæ non legitimo numero senatorum coacto, facta sint, non valere,[a] sicut nec quæ à reiectis Iudicibus conficiuntur. Id autem apud Romanos similiter in more positum fuisse, vt in S C. ascriberentur eorum nomina, qui affuissent, deprehendi sæpius apud Ciceronem: veluti in lib. de Orato. cum de L. Crasso agens ita scribit. Permulta tum vehementissima contentione animi, ingenij, virium, ab eo dicta esse constabat: sententiámque eam, quam Senatus fre-D quens sequutus est, ornatissimis, & grauissimis verbis, vt pop. Romano satisfieret, nunquam Senatus, neque consilium reipub. nec fidem defuisse, ab eo dictam, eundem (id quod in authoritatibus perscriptis extat) scribendo affuisse.[b] Et rursum in epistolis ad Atticum.[c] Nam quod (inquit) me non esse ascriptum vides, ex ipso S C. intelligere potes, aliam rem tum relatam. Sed expressius in epistola Cælij ad Ciceronem, in ea enim recitantur Senatores qui affuerunt, quorumque authoritate, seu potestate SC. factum est. Ita enim Cælius. SC. quod tibi misi factum est, authoritatésque perscriptæ SC.

a *l. 2. ff. de decret. ab ord. faciend.*

b *Cic. lib. de orat. 3. in princ.*

c *Cic. epist. ad att. lib. 1. epist. penult.*

authoritas prid. Calend. Octob. in æde Apollinis scribendo af- A fuerunt. L. Domitius C. F. Ænobarbus Q. Cæcilius. Q. F. &c. [d] Quo ex loco illud quoque colligi potest, censentium nomina ante initium SC. seu titulum ascribi solita, cum ex nostra constitutione nihil intersit, an margini, capitive, vel calci decreti ascribantur. Authoritatem autem Senatus vocat Cælius scripturam censentium nomina continentem. Sicut & Cicero dicto lib. de orat. cum ait eundem (quod in authoritatibus perscriptis extat) scribendo affuisse. Sic autem dictam opinor, quia Senatorum nomina contineret, qui authores Senatui fuissent decernendi, id quod SC. comprehensum erat. Nec me tamen la- B tet, apud eundem authorem, interdum perscriptæ Senatus authoritatis verbis aliud significari, nempe decretū ab infrequenti ordine factum si enim quando casu fieret, vt non tot, quot opus erat conuenirent, consilium ij quidem capiebant, & quod statuissent, id perscribebatur, non tamen vim SC. obtinebat: sed authoritas Senatus dicebatur quæ videlicet ostenderet, quæ fuisset sententia eorum qui consilio interfuerant senatorum, Idémque etiam (vt est apud Dionem) tum obseruatum fuit, cum aut loco, aut tempore alieno, aut nullo legitimo edicto C vocati, festinatò coiissent, aut Tribuni aliqui plebis intercessissent. Nam hic quoque cum SC. fieri nequiret, scribebatur tamen quod Senatus eo die statuisset, eáque perscripta authoritas dicebatur. [e] Quod & in iam citata epistola Cælius significare videtur, dùm (inquit.) Si quis huic SC. intercesserit Senatui placere authoritatem perscribi, & de ea re ad Senatum populúmque referri. Et mox. Si quis huic SC. intercessisset authoritas perscriberetur. Nec dubium est, quin de eadem authoritate intelligi debeant Ciceronis illæ ad Lentulum epistolæ, in quibus ita scribit. De his rebus pridie quàm hæc scripsi, Senatus autho- D ritas grauissima intercesserat, cui cùm Cato & Canninius intercessissent, tamen est perscripta. [f] Et rursum. Quoniam (inquit) S C. nullum extat, quo reductio regis Alexandrini tibi adempta sit, eáque, quæ de ea scripta est authoritas cui scis intercessum esse, vt ne quis omnino Regem reduceret: tantam vim habet, vt magis iratorum hominum studium, quam constantis Senatus consilium esse videatur. [g] Et mox offensionem esse periculosam propter interpositam authoritatem religionémque video. Sic & illa ad Atticum. Nondum satis huc erat allatum quomodo Cæsar ferret de authoritate perscripta. [h] Item & alia ad eumdem.

d Famil. lib. 8. epist.

e Dio. lib. 55.

f Cic. epist. famil. lib. 1. epist. 2.

g Cic. eod. lib. epist. 7.

h Cic. epist. ad Attic. lib. 5. epist. 2.

A Cùm fieret S C. in sentẽtiam Marcellini, omnibus præter vnũ, assentientibus Serranus intercessit: de intercessione statim ambo Coss. referre ceperunt, cùm sententiæ grauissimæ dicerentur. Senatui placere mihi domum restitui, porticum Catulli locari autoritatem ordinis ab omnibus magistratibus defendi, voluntatem enim senatus auctoritatem ordinis appellat, quia SC. fieri non potuerat intercedente Tribunopl. [i] Fallitur itaque meo iudicio Brissonius, vir alioqui vigilantissimus, déque studiis nostris optimè meritus, dum vtramque significationem veluti coniungens, authoritatem in SC. perscribi solitam dixit:
B cum ob id quod SC. quis intercessisset eorum qui scribẽdo affuerant nomina conscribebantur. Satis enim ex prædictis apparet, censentium nomina, iis etiam decretis à scripta fuisse, quibus intercessum non esset, quæ vim nomenque SC. haberent. Id quod non obscurè significare videtur Cicero in ea ad Metellum epistola, in qua de SC. quodam agens Metello honorifico, quod se referẽte factum fuerat, ita loquitur: Iam illud SC. quod eo die factum est, ea perscriptione est, vt dum id extabit, officium meum in te obscurum esse non possit. [k] Idem in epistola ad Cornificium: Quamquam erat (inquit) nobis dictum,
C te existimare alicui SC. quod contra dignitatem tuam fieret, scribendo Lamiam † affuisse, qui omnino consulibus illis nunquàm adfuit scribendo. [l] Et alibi. Postremo die frequentissimus Senatus re Consule designato Lentulo, sententiæ Principe P. Lentulo, & Q. Metello Consulibus referentibus statuit: cum omnes Pontifices, qui erant huius ordinis adessent, cumque alij qui honoribus populi Romani antecedebant, multa de collegij iudicio verba fecissent, omnésque iidem scribendo adessent, domum me amiudicio Pontificum religione liberatam videri. [m] Idem de prouinciis consularibus relatum est ad
D nos nuper de stipendio exercitus non decreui solum, sed etiam vt vos decerneretis laboraui: multa dissentientibus respondi: scribendo affui. Quibus ex locis, & his quæ in superioribus dicta sunt, planum perspicuúmque fit, eorum nomina, qui SC, cõficiendis affuissent adscripta iis fuisse: tametsi intercessum illis non fuisset, rataque & firma essent, scripturámque illam (vt dixi) quæ huiusmodi nomina contineret, authoritatis, seu authoritatũ nomine appellatam quæ ante initium SC. perscribebatur. Quamuis sciam esse qui SC. interdum ab iis qui scribendo affuissent, propria manu subnotata nominisque sui subscri-

i Cic. ad Att. lib. 4. epist. 2.

k Cic. epist. famil. lib. 5. epist. 2.

† Familia Lamiarum Romæ antiquissima & nobilissima. Iuuenalis in Domitianũ Lamiarum sanguine Madenti.

l Cic. Famil. lib. 12. epist. 29.

m Cic. in orat. de arusp. resp.

ptione consignata putent. Quibus & ipse assentior, id enim subindicare videtur Cicero quadam ad Atticum epistola, cum de Catonis sententia pro se in Senatu dicta loquens, ita scribit. Cato autē & scribendo affuit, & ad me de sententia sua iucundissimas literas misit.[n] Sed apertius in illa quam de eadem re scripsit ad Catonem, cum air res ipsa declarat tibi illum honorem nostrum supplicationis fuisse iucundum, quod scribendo affuisti, hæc enim SC. non ignoro ab amicissimis eius, cuius de honore agitur, scribi solere.[o] In quem locum Vitus Amerbachius amplificatur (inquit) officium Catonis eò quòd adfuerit scribendo illi SC. hoc est nomen suum addendo illud confirmauerit, quod nunc subscribere dicitur. Hactenus Amerbachius. cuius sententiam nonnihil iuuant, postrema illa Ciceronis verba, quibus ait SC. ab amicissimis eius, cuius de honore agitur scribi solere. Scribere enim illic idem valet, quod subscribere, seu subsignare. Quo pacto & ex nostris Paulus adscriptionem pro subsignatione vsurpat.[p] Sicut & Cicero ascriptorem pro subsignatore.[q] Nam & quis dixerit, plurium manibus scripta SC. fuisse? Sed & illud non mediocriter huic sententiæ suffragatur, quod Lampridius scripsit, Heliogabalum, quo primum die senatum habuit, matrem suam in Senatum togari iussisse, eámq; cum venisset, vocatā ad consulum subsellia scribendo affuisse: id est (inquit) SC. faciendi fuit testis.[r] Sicut (quod paulo post subit) illum, cum ingressus est curiam, auiam suam Variam nomine secum induxisse, ita vt ad scribendum rogaretur, & sententiam diceret. Quod Franciscus Conanus interpretatur SC. eam subscripsisse.[s] Idque (vt mea fert opinio) rectissimè. Quandoquidem subscriptio testimonium appellatur: quasi testificati videatur is qui subscribit.[t] Vnde & Tranquillus de his quæ in Consulatu Cæsaris & Bibuli facta fuerunt loquens, nonnulli (inquit) vrbanorum cum quid per iocum testandi gratia signarent. Ideoque & iurisconsulti testes iuris appellati, quia responsa sua subsignata dabant.[u]

Cur autem apud Romanos, Senatorum omnium nomina qui affuissent SC. ascribi solerent, me legisse non memini: putauerim tamen id ea ratione inductum, quam in superioribus attuli, nempe quo sciri posset, an legitimus consentium numerus adfuisset. Non enim aliter ratum, firmumque quod senatus statuisset erat, neque SC. vim habebat. Proinde & numera

A B C D

n Cic. ad Att. lib. 7. epist. 1.

o Cic. 15. famil. epist. 6.

p Paul. l. subsignatum ff. de verbo sig.

q Cic. in orat. post red. ad Senat.

r Lamprid in Helio. Gabal.

s Conna. comment. iur. ciui. lib. 1. tit. de senatus.

t l. super chirographarum vbi Bald. C. si cert. pet.

u l. 2. § & vt obiter ff. de orig. iur. Alcia d. l. subsignatum & l. 1. verbo celsus ff. si cert pet.

A senatum(inquit Sextus Pompeius) dicebat quiuis senator consuli, cum impedimento volebat esse quominus fieret. SC. si tot non essent senatores, quo numero liceret SC. scribi. [x] Fertur & Augustus aliam rationem iniuisse qua id cognosci posset. Cum enim numerum, qui vt ratum esset S C. requiritur, secundum singulas SC. formas, proque rei grauitate & pondere difiniuisset, omnia nomina Senatorum in albo publicè conscripta edidit. Idque ideo factum, vt conuenirent omnes, notúmque ac perspectum fieri omnibus posset, an legitimus censentium numerus adesset, vel id minus. [y] Et hæc quidem postrema remeB dia ad cognoscendum Senatorum numerum vtilia fuere. Nec iis tamen litigantibus satis prospectum fuit, vt quibus innotescere hac via non potuerit, aliqui ne ex numero reiectorum affuissent, an id minus, vt sic necessario ascribenda SC. fuerint censentium nomina, vel aliud quidpiam comminiscendum, ex quo litigatoribus non minus salubriter consuli posset. Quale illud fuit, quod in publicis iudiciis, capitalibusque controuersiis vsitatum apud Romanos fuisse legimus: vt libelli iudicum nomina continentes, columnis quibusdam affigerentur, & vbique ac penè ab omnibus haberentur. De quo Cic. secunda in C Verrem. Præclarè, inquit, se res habebat, libelli nominum vestrorum, consiliique huius in manibus erant omnium: nulla nota, nullus color, nullæ sordes videbantur his sententiis allini posse. In quem locum Asconius Pædianus. Moris (infit) erat, celebrata iudicum reiectione, & haberi in officio Prætoris, & in arca reponi nomina iudicum selectorum. [z] Et paulo inferius. Reiectione celebrata in eorum locum, qui reiecti fuerant, subsortiebatur prætor alios, quibus ille iudicum legitimus numerus compleretur: prima enim sortitio dicebatur. His perfectis iurabant in leges Iudices, vt obstricti religione iudicarēt. Cum D iurassent omnes præter ipsum Prætorem, nomina eorum libellis, vt supra diximus, consignabantur, & vbique habebantur: ne pro selectis Iudicibus vt fit in multitudine aliqui suppositi, coruptique iudicarent. Et alibi. Cn. Domitius qui quæstor, id est quæstionis Iudex suffragio populi creatus erat, legem quandam iudiciariam exercuit, qua lege cauebatur, vt coram accusatore ac reo, pilæ in quibus nomina iudicum inscripta erant, æquarentur. [A] Sed de his fortasse nimium multa.

x Sext. Pompe. lib. de sig. verbo. verbo numera.

y Dio. lib. 55. Alcia parer. iur. lib. 6. cap. 6.

z Asco in secun. Cic. acti. in Verr.

A Ascon. in orat. Cic. pro milo.

Illud constat iam olim in Gallia, id etiam vsu moribusque receptum fuisse, vt censentium nomina S C. adscriberentur.

Anno enim 1258. iudicium peractum fuisse in monumentis nostris extat, in parlamento ad natalem diuæ Dei genitricis habito, de Comitatu Claromontensi. Contendebant autem de eo cum Rege Comites Pictauensis & Andegauensis, in eoque iudicio affuisse Regem cum consilio Regio, affuisse etiam Episcopos Remensem, Rothomagensem, Trecensem, aliósque non paucos Episcopos Abbatésque & maximum fratrum prædicatorum. Ad hæc magistrum militum, comites, ac primores nobilitatis, consiliariosque permultos, tum sacerdotes, tum prophanos, quorum nomina S.C. ascripta fuere. [a] Legimus & decreto illi, quo pronunciatum fuit, comitem Britanniæ qui est in continenti, tutelam Britanniæ ad se delatam commisisse id est (vt verbis nostratium vtar) Ballium Britanniȩ amisisse, ascripta fuisse cēsentium nomina. Fuit autem id iudiciū Enceniaci factum, anno 1230. diuo Ludouico imperitāte, cui affuerunt Archiepiscopus Senonensis, Episcopi Parisiensis, & Carnutensis, Comites Flandriæ, Campaniæ, Niuernensis, Blesensis, Vindocinensis, Matheus quidem magister militum, Vice comes Bellomontanus, aliique nobilium primores, equitesque eo quo enumerauimus ordine in eo decreto inscripti, quorum etiam signaculis obsignatum decretum illud fuit. [b] Suntque etiam qui tradant circa annum 1407. constitutum fuisse, vt earum rerum quæ in aulico prætorianóque consilio decernerentur Diarium fieret, in quod acta cuiusque concessus referrentur duntaxat quȩ memorabilia viderentur, adderentúrque eorum nomina qui in eo decreto affuissent. [c] quamuis autem in veterum principum nostrorum constitutionibus de Præsidum & Consiliariorum nominibus S.C. aduersariis adscribendis nihil nominatim cautum reperiatur. Dubium tamen non est, quin ante hanc nostram constitutionem, in Senatu Britanniæ Celticæ, censentium nomina, manu actuarij diurnijs curiæ actis mandarentur. Et hoc quidem in primanorum decuria ita fiebat, in classibus verò inquisitoriis, qui actuarium non habent, ea etiam singulis decretorum breuiculis inscribebantur, manu illius qui controuersiæ instrumentum percensuisset. Quo autem loco, cuiusque manu apud Romanos scriberentur Senatus decreta nondum satis comperi. Scripta tamen ad Consulum subsellia fuisse argumento sunt Lampridij verba illa, quibus tradit, Semiamiram Heliogabali matrem, cum in Senatum venisset, ad Consulum subsellia scribendo affuisse, iis subscriptum à Consulibus

[a] Bud. l. vlt. ff. de Senato.

[b] Bud. dict. l. vlt.

[c] Bud. l. nec quicquam ff. de off. proconsul.

A fuisse, sunt qui dicant. [b] Quorum sententiæ facilè accesserim, cum enim subsignata quandoque ab iis qui scribendo aderant fuisse dixerimus: credibile est à Consulibus quibus referentibus sententiásque rogantibus fiebant, ad quorumque subsellia scribi solebant, idem quoque factum fuisse. Nec desunt qui iis prætereà Senatus Principem subscripsisse tradant. Quibus astipulatur, quod Flauius Vopiscus scripsit, Tacitum cùm primæ sententiæ Senator esset S.C. quo Imperator declaratus, atque renunciatus erat, quasi verè priuatum (vt qui verè recusaret imperium) interfuisse, eique S.C. (quod in libro Elephantino bibliothecæ Vlpiæ perscriptũ legitur) manu sua subscripsisse. B [c] Quod & de authore, principéque sententiæ dici posse videtur, vt is similiter. S.C. in sententiam suam facto subscripserit: Nam & Q. Metellum qui author fuerat Senatui decernendi, vt ab exilio Cicero reuocaretur S.C. de ea re facto subscripsisse Cicero ipse testatur dum ita scribit. Quod si Q. Metellus illo tempore Consul fuisset vnicus: dubitatis quo animo fuerit in me conseruando futurus, cum in restituendo authorem fuisse, adscriptorèmque videatis. [d] adscriptoris enim illic, vt antè diximus, verbum Cicero pro subscriptore, seu subsignatore vsurpat: sicut Iuris- C consultus Paulus adscriptionẽ pro subsignatione: [e] nisi forte dicas compositum pro simplici à Cicerone accipi: vt intelligamus Metellum S.C. illud manu sua scripsisse: quo pacto & ex nostris Africanus legatum sibi adscribere eum dixit, qui id sibi sua manu scripserit. [f] Nam & Senatus decreta ab eo qui Princeps, & auctor fuisset sententiæ, potius quam ab alio scripta fuisse verisimilimum est. Siquidem & Cicero de S.C. in sententiam suam facto, pro dignitate & ornamento Planci loquens: Id (inquit) ex ipso S.C. poteris cognoscere, ita enim est perscriptum, vt à me de scripto dicta sententia est, quam senatus frequens sequutus D est summo studio, magnóque consensu. [g] Et rursum. Ego eam sententiam dixi, cui sunt assensi ad vnum. Ea quæ fuerit ex S.C. cognosces. [h] Cui rei & illud adminiculo est, quod qui dux & auctor Senatui aliquid statuendi erat, S.C. faciendi formulam, quibusque verbis scribi oporteret, præscribebat: vt ex sententia à Cicerone in Senatu de M. Lepido in hæc verba dicta cognosci potest: Quam ob causam iustam, atque magnam, & quod periculosissimum ciuile bellum maximumque humanitate, & sapientia sua M. Lepidus ad pacẽ concordiámque conuertit S.C. his verbis censeo perscribendum. Cum à M. Lepido

b Connæ d. tit. de senatuscon.

c Flaui. Vopis. in Tacito.

d Cic. in orat. post. red.

e d. l. subsignatum.

f l. si quis legatum in princ. & § si patronus & l. Diuus ff. ad l. Cornel. de Fals.

g Cic. famil. lib. 10. epist. 13.

h Cic. d. lib. epist. 16.

Imperatore Pontifice max. sæpe numero resp. & bene & feliciter gesta sit,&c.[i] Illud constat in Senatu Britanniæ nostræ, cæterisque Gallici regni cōsessibus supremis S C. aduersaria manu illius, qui vel litem enucleauerit, aut quiduis aliud ad consilium retulerit, quòque referente S C. factum fuerit, scribi oportere: scriptaque in senatu recitari præsentibus iis omnibus qui sententiam dixerint. Ita enim Parisiens. Senatui visum fuit, 12. Calend. decemb. anno 1437.[k] Extatque Ludouici duodecimi Galliarum Regis constitutio, in eandem propè sententiam, ea enim his ferè verbis concepta est: quia classium inquisitoriarum conscripti, cum in Senatorum album ascribuntur, sacramento dicunt, s c. breuicula propriis manibus se perscripturos, neque negotium hoc amanuensi, famulove, aut cuiquam alii, nisi fortè collegæ, decurialique suo daturos. Id illis curæ esse debet, vt decretorum lineæ, maiusculis literis conscribantur, longisque interuallis ac spatiis distinguantur quo facilius, minorique negotio legi, ac recitari possint. Quam tamen constitutionem non adeo curiosè, examussimque exerceri velim, vt magnopere culpādum senatorem censeam, qui nonnunquàm veluti sibi gratiam eius faciens, in re præsertim parui momenti, & quam tacitam haberi, nec publicè, nec priuatim permagni intersit: hunc laborem ad actuarium, vel ipsius optionem transtulerit, cum fortè negotiorum mole oppressus fuerit, neq; etiā huic rei decuriales commode operam dare possint. Cum enim recitari (vt dixi) emēdarique in Senatu huiusmodi placitorum aduersaria soleant, nihil referre videtur, cuius manu scribātur. Quod si quis adeò rigidus sit censor, vt summo iure cum Senatoribus agendum putet. Neque quidquàm de legis seueritate remittendum: scire tamen debet hoc nihil ad primanos pertinere, de quibus in Regia sanctione nulla prorsus mentio, sed de his tantum qui classibus inquisitoriis sunt attributi. Cur autem illos, non æquè ac hos teneri sua lege Ludouicus voluerit, ratio in promptu est: nēpe quia sciuerit illos, propter negotiorū (quæ maxima grauissimaq; in dies magis ac magis in tribunalitia classe explicanda, definiendaque occurrunt) multitudinem tot tantisque occupationibus distringi: vt vix illis otium ad perscribenda placitorum aduersaria suppetat. Quamobrem si ad ea manibus suis perscribenda temporis ipsis sit satis, putauerim illos quoque per se suscipere hanc prouinciam debere, neque in actuarium, aut quemuis alium reiicere. Perscriptis verò & in

[i] Cic. Philip. 5.

[k] Papon. tit. de curia suprema artic. 27.

A Senatu recitatis SC. moribus nostris, non alius subscribit quàm controuersiæ inspector, & princeps consili) : [l] cum aliter apud Romanos vsitatū fuisse docuerimus, à quibus & in eo discrepamus, quod apud nos curiæ decreta in Senatu non perscribuntur. Eadem enim Ludouici duodecimi sanctione constitutum est, vt illa domi apud se pomeridianis, vel nocturnis horis, litiū renunciatores conficianr, nec ea illis in exedra classis inquisitoriæ scribere ius est, nisi fortè de re huiusmodi agatur, de qua cōferri cum decurialibus expediat. Id autem inductum ideo est, B ne Consiliarij in perscribendis SC. ocbupati, operam suam vicissim collegis suis referentibus dare non possint. Vix enim fit vt trique negotio par esse quis possit, quandoquidem vt apud Plautum dicebat seruus Tranio.

Simul flare sorberéque haud factu facile est. [m]

Et vt Cicero dixit. Duas res magna præsertim, non modo agere vno tempore, sed ne cogitando quidem explicare quisquàm potest. [n] Et alibi. Itaque (inquit) sic statuo fieri nullo modo posse, vt idem accusationem & petitionem Consulatus diligenter adornet atque instruat: vnum sustinere pauci possunt, C vtrumque nemo. [o] Neque enim (vt Quintilianus scribit) se bona fide in multa simul intendere animus totum potest, & quocumq; respexerit, desinit intueri quod propositum erat. [p] Hinc & illud.

Pectora nostra duas non admittentia curas.

Nam & quotusquisque est Cæsaris dictatoris similis? quem scribere & legere simul dictare & audire solitum accepimus? Epistolas verò quaternas pariter librariis dictare? Et si nihil aliud ageret septenas: [p] aut Hadriani qui (vt est apud Spartianum) vno tempore scribebat, dictabat, audiebat, & cum amicis fabu- D labatur. [q] Qua ratione & Caroli octaui constitutione, actuariis quoque curię vetitum est, ne tantisper dum patres in Senatu iustitiæ sacris operantur, conficiendis, perscribendisque curiæ decretis operam dent. Quo scilicet ad ea quæ in Senatu, vel fiunt, vel dicuntur attenti, quæ gesta, vel decreta fuerint excipere veréque & ex fide referre in acta queant. [r] quod sanè explicari ab ipsis commodè non posset, si eodem tempore, conscribendis decretis vacare etiam illis liceret. Eiusmodi enim eæ sunt curæ, vt singulæ totum hominem desiderent, essétque ideo periculum ne dum in vtrumque festinarent neutrum rectè peragerent. [s] Tritum siquidem est sermone prouerbium.

l Constit. Caro. 8 tit de graphariis art. 5.
m Plaut. in mostel.
n Cic. 11. Phi lipp.
o Cic. in ora. pro L. Mure.
p Quintilianus libr 10. cap 3.
p Plini. lib. 7. cap. 25. & Plutarch. in Cæsa.
q Spart. in Hadria.
r d. constit. Caro. 8 tit. de graphariis art. 8.
s l. nemo C. de assess.

Tempore quiſque duos lepores ſectatur eodem. A
Aut neutrum, aut certè non capit ille duos.

Si igitur ita res ſe habeat, vt non incommodè placiti breuiarium in palatio confici queat, nec ideo minus Conſiliarius penſum ſuum perſoluat, vt quia reiectus, ad horam, aut aliud breue temporis ſpatium è conclaui exire iubeatur, nihil obſtabit quominus illic quoque perſcribatur: nam & multa id genus à viris eruditione præcipuis, quique in Senatu Pariſienſi primarij etiãnùm habẽtur, perſcribi in Baſilica vidi. Scioq; Ciceronem tùm etiã cùm in Senatu eſſet, epiſtolas quãdoque, ſed eas breuiores B conſcripſiſſe. Id enim ex illa ipſius ad Cornificium colligi poteſt, dum ait. Plura otioſus. Hæc cum eſſem in Senatu exaraui. [s] Nec me præterit M. Catonem, qui prius (vt eſt apud Plutarchum [t] in Senatum veniebat, vltimúſque abibat, ita doctrinæ cupiditate flagraſſe vt non in curia quidem dùm Senatus cogeretur temperaret ſibi, quominus Græcos libros lectitaret. De quo Cicero. Fuit, inquit, in M. Catone inexhauſta auiditas legendi nec ſatiari poterat: quippe qui ne reprehenſionem quidem vulgi inanem reformidans, in ipſa curia ſoleret legere ſæpè, dùm Senatus cogeretur nihil operæ reip. detrahens. [u] Quod C & à Chriſtophoro Thuano Pariſienſis curiæ principe etiamnum fieri audiui, qui vt primùm illuxerit in Senatum venire ſolitus, dùm patres conueniunt, ſemper aliquid vel legit, vel ſcriptitat. Quod autem apud Romanos in ædibus Senatorum, aut cuiuſuis alterius S.C. ſcribere non licuerit. Satis ex ſuperioribus intelligi poſſe arbitror, videtúrque id Cicero non obſcurè ſignificare in ea ad Pactum epiſtola, qua de S C. in domo Cæſaris ſcriptis, quibus regna donabantur, agens, ſcribit ad hunc modum Romæ cum ſum & vrgeo forum S C. ſcribuntur apud amatorem tuum familiarem meum. Et quidem cum D in mentem venit ponor adſcribendum. [u] Quibus ex verbis annorari præterea poteſt Ciceronem conqueri quod nomen ſuũ S C. illis quibus non interfuerat interque authoritates perſcriptas inferretur, perinde ac ſi ſcribendo affuiſſet: Id enim verba illa ponor ad ſcribendum ſignificant: ſicut & quæ ſequuntur in eadem epiſt. Antè audio SC. in Armeniam, & Syriam eſſe perlatum, quod in meam ſententiam factum eſſe dicatur, quàm omnino mentionem vllam de ea re eſſe factam. Atque hoc nolim me iocari putes: nam mihi ſcito iam à Regibus vltimis allatas eſſe literas, quibus mihi gratias agant: quod ſe mea ſententia

s Cic. famil. lib. 12. ep 20

t Plutarchus in Caton. Vticenſi.

u Cic. lib. 3. de finib. Valerius lib. 8. tit. de ſtudio & induſtria.

u Cic. famil. lib. 9. epiſt. 15.

A sententia Reges appellauerim: quos ego non modo Reges appellatos, sed omnino natos nesciebam. Illud facilè concesserim, perpetuum apud Rom. non fuisse, vt in Senatu decreta perscriberentur: scripta enim quædam apud Cæsarem fuisse, ex iam citata Ciceronis ad Pætum epistola perspicuum fit: ostenditque alibi Cicero, Cos. interdum SC. quod fieri vellet, domo scriptũ in Senatum attulisse cùm de Antonio loquens ita scribit: Scriptum SC. quod fieri vellet, attulit. [x] Quod & hodie Principes factitare, & sedulo imitari, sunt qui quærantur nec id quidẽ immerito: non enim quod contra iuris rationem moremque in Senatu receptum, seruatum aliquando fuit produci ad cõsequentias debuit: [y] Id autem perperam & aduersus Romani Senatus morem obseruatum præter ea quæ in superioribus attigimus, ex eo intelligi potest, quod Cicero tradit. Nondum etiam perrogatis sententiis SC. perscriptum fuisse. Dictaturam (infit) quæ vim iam Regiæ potestatis obsederat, funditus ex rep. sustulit, de qua ne sententias quidem diximus: scriptum SC. &c. Cur autem huiusmodi decreto tametsi minus ritè facto, patres assensi fuerint, ex iis quæ mox sequuntur cognosci potest: subdit enim. Quo recitato authoritatem eius summo studio secuti sumus: & C mox lux quædam videbatur oblata, non modo regno, quod pertuleramus, sed etiam regni timore sublato. Et hęc quidem, de loco SC. dicta sufficiant. Id vero dignum annotatione videtur, in quo similiter à Romanis differimus: quod cum hodie apud nos dux & auctor sententiæ in quam factum SC. fuerit, nec sciri debeat, nec possit: apud illos tamen nominatim notabatur, eiúsque nomen post SC. recitabatur, vt ex prima quarti Cicero. ad Attic. ostendi potest. dum infit: Factum est SC. in meam sententiam, vt cum Pompeio ageretur, vt eam rem susciperet. Léxque ferretur: quo SC. recitato cum concio more hoc insulso D & nouo plausum meo nomine recitando dedisset habui concionem.

x Cic. Phil. 1.

y l. quod vero contra ff. de legib.

Sed quid de præfectis prouinciarum, obnoxiisque aliis iuridicis dicendum? an sententiarum etiam quæ ab iis feruntur breuiculis consentium nomina inseri debeant? Et videretur, nam & ij quoque & maximè qui præsidales appellantur, vltimùm nonnunquam iudicant: certúmque & præscriptum consentium numerum esse oportet, vt ratæ firmæque sint eorum sententiæ. Sed magis est, vt istiusmodi nominum adscriptione, nihil opus esse dicamus, de qua nihil cautum alicubi reperitur. [z] Nam &

z Arg. l. ult. C de collat.

quid profuerit eorum nomina ſententiis illis adſcribi quas tam A
ipſi iudices, quàm qui ab iis in conſilium adhibentur, propriis
manibus ſubnotant, chirographíque ſui teſtatione conſignant?
Id enim fieri oportere Caroli ſeptimi, Franciſcíque primi conſtitutionibus ſancitum nominatim eſt.[a] Sed cur in ſupremis curiis, quæ poſticum non habent, & maxima quæque negotia diiudicant, Præſes tantum, aut Conſiliarius antiquior, penes quem rei iudicandæ auſpicia fuerint, cum litis enarratore placitorum aduerſariis ſubſcribit, & non cæteri etiam qui S C. faciendo interfuerint? Quo enim grauioribus de rebus illic B
agitur, eo maior cautio adhibenda videtur.[b] Sed ego Præſidis, inſpectoriſque teſtatione rei quæ iudicata ſit fidem ſatis abundéque fieri putauerim; nec cuiuſquam alterius ſubſcriptione opus eſſe: eóque magis, quòd huiuſmodi decretorum breuicula, mox vt in Senatu perlecta, ſubſignatáque fuerint, ſcribæ curiæ recitanda euulgandáq; traduntur: iiſque (vt diximus) cenſentium nomina adſcribuntur. Nec ad rem facere, quod obnoxiæ ſententiæ Iudices, & qui ab ipſis in conſilium aſſumuntur, ſententiarum ſuarum breuiculis ſubſcribant. Nec enim eadem eſt horum, quæ ſummæ curiæ conſcriptorum authoritas, C
nec etiam eadē in his quæ in illis eſt ratio. Quod enim Carolus edixit, ſententiarum aduerſaria à Iudicibus illis, & qui in conſilium adhibiti fuerint ſubnotata, actuario recitanda, extemplò tradi oportere: id eò factum fuiſſe vel ex ſanctionis ipſius contextu liquet, ne ipſi (quod antea factum fuerat) ſententias illas cum ab iis prouocatum fuerit emẽdare, alitérque quàm prolatæ ſint, peruulgandas ad officium tranſmittere queant.[c] Et ne etiam ſi prauè iniquéque cenſuiſſe eos conſtiterit, ſententias illas (cum propriis manibus ſubſignauerint) à ſe dictas abnuere poſſint: multámque vel pœnã quæ illis ſubeunda foret, effugere.[d] Quibus rationibus in Senatu à quo prouocatio non eſt, locus eſſe D
non poteſt. Non me tamẽ fugit extare Ludouici vndecimi Galliarum Regis conſtitutionem, anno 1469. cùm Torquatorum Equitum (qui cochleati dicuntur) collegium inſtitueret, perlatam: qua diſertè conſtitutum eſt, decretis omnibus ab ordine faciendis, quibus Torquati cuiuſquam Equitis exiſtimatio læſa, pudórve oneratus fuerit, ſubſcribi tam à Principe ordinis, quam ſex vt minimùm ſodalibus oportere: neque aliter decreta illa ſigilli appenſione comprobanda. Cur autem ampliorem ſubſignatorum numerum ſanctione ſua Ludouicus definierit, quàm

a Conſt. caro. 7. art. 17. & conſt. Franciſ. an. 1539. Reboff. ind. cõſt. Caro. 7.

b Cap. vbi periculum de elect. in 6.

c d. cõſt. Caro. 7. art. 17.

d Conſt. leon. Imperat. ſub rub. vt ſenten. iud. in literas refer.

A qui in Senatusconsultis adhiberi solet, satis exploratū non habeo: veri tamen simile est, magnitudini atque excellentiæ personarum id à Ludouico tributum: ne decretū vllum, quòd pudorē cuiusquam Equitis pertingeret, firmum aliter, ratúmque esset quam à Principe & Equitibus ad eum numerum subsignatum. Maximus enim quisq; procerum ætate, illa in eam cohortē cooptari solebat: tantúsque deinde & ordini accessit honos, vt maximos quosque Reges non piguerit in eam sodalitatem venire. Fuisse etiam Rom. Senatus consulta ab ipsis quos inter disceptatum esset iubente Senatu nonnunquam subsignata deprehendi

B apud Liuium. Is enim quo loco de controuersiis Lacedęmoniorum, & Achæorum in Senatu Romano diiudicatis agit, scribit ad hunc modum: Lacedæmonij deinde introducti sunt, multę & paruæ disceptationes iactabantur, sed quæ maximè rem cōtinerent erant vtrū restituerentur, quos Achęi damnauerant, néćne iniquè an iure occidissent, quos occiderāt, vertebātur & vtrum manerent in Achaico consilio Lacedæmonij. Restitui, iudiciáque facta tolli placuit, Lacedæmonem manere in Achaico consilio, scribíque id decretum & consignari à Lacedæmoniis & Achæis.[e]

C An verò id apud Græcos, in more positum etiam fuerit vt S C. decretisque ciuitatum adscriberētur nomina eorum qui affuissent, nondum satis mihi liquet. Fuisse tamen indicio est, quod in Orat. pro L. Flacco. Cic. scribit decreto Tennitum, quod ab illis missum contra Flaccum per legatos fuit, cum scriberentur Lysaniam legationis Principem affuisse: Verba Cic. ad hanc rem pertinentia sunt hæc. Decreto scribendo primum video affuisse Lysaniam. Quod & Neapoli seruatum argumento est, S C. de statua Annio Modesto, Annij Munisiani filio ponenda: cuius titulum à Georgio Fabricio ex antiquitatibus Ioannis

D Pontani descriptum, illic apud Hadrianum Gulielmum cernere est, in hæc verba. In curia Basilicæ Augustinianæ scribundo adfuer. T. Oppius Seuerus, Vigetius liberalis, Iulius Capretanus, Granius, Longiuus, &c.[f] Illud quoque constat. C. Cæsarem post occupatam tyrannide remp. decretis suis signatores, ascriptorésque multos adhibuisse, qui ea fidei causa nominum, signorúm que suorum subnotatio ne consignarēt: quod plutibus ad Atticum epistolis Cic. significat, veluti in illa in qua de decreto secundum Butrotios in gratiam Attici facto sic loquitur. Adiuimus ad Cæsarem, verba fecimus pro Butrotiis: liberalissi-

e Liui. lib. 4. bell. cū Antioc. & aliis.

f Conrad. Lycost. Theat. vita humanæ lib. 19.

quid profuerit eorum nomina sententiis illis adscribi quas tam A
ipsi iudices, quàm qui ab iis in consilium adhibentur, propriis manibus subnotant, chirographíque sui testatione consignant? Id enim fieri oportere Caroli septimi, Franciscíque primi constitutionibus sancitum nominatim est.[a] Sed cur in supremis curiis, quæ posticum non habent, & maxima quæque negotia diiudicant, Præses tantum, aut Consiliarius antiquior, penes quem rei iudicandæ auspicia fuerint, cum litis enarratore placitorum aduersariis subscribit, & non cæteri etiam qui S C. faciendo interfuerint? Quo enim grauioribus de rebus illic B
agitur, eo maior cautio adhibenda videtur.[b] Sed ego Præsidis, inspectorísque testatione rei quæ iudicata sit fidem satis abundéque fieri putauerim, nec cuiusquam alterius subscriptione opus esse: eóque magis, quòd huiusmodi decretorum breuicula, mox vt in Senatu perlecta, subsignatáque fuerint, scribæ curiæ recitanda euulgandáq; traduntur: iisque (vt diximus) censentium nomina adscribuntur. Nec ad rem facere, quod obnoxiæ sententiæ Iudices, & qui ab ipsis in consilium assumuntur, sententiarum suarum breuiculis subscribant. Nec enim eadem est horum, quæ summæ curiæ conscriptorum authoritas, C
nec etiam eadẽ in his quæ in illis est ratio. Quod enim Carolus edixit, sententiarum aduersaria à Iudicibus illis, & qui in consilium adhibiti fuerint subnotata, actuario recitanda, extemplò, tradi oportere: id ● factum fuisse vel ex sanctionis ipsius contextu liquet, ne ipsi (quod antea factum fuerat) sententias illas cum ab iis prouocatum fuerit emẽdare, alitérque quàm prolatæ sint, peruulgandas ad officium transmittere queant.[c] Et ne etiam si prauè iniquéque censuisse eos constiterit, sententias illas (cum propriis manibus subsignauerint) à se dictas abnuere possint: multámque vel pœnã quæ illis subeunda foret, effugere.[d] Qui- D
bus rationibus in Senatu à quo prouocatio non est, locus esse non potest. Non me tamẽ fugit extare Ludouici vndecimi Galliarum Regis constitutionem, anno 1469. cùm Torquatorum Equitum (qui cochleati dicuntur) collegium instituerET, perlatam: qua disertè constitutum est, decretis omnibus ab ordine faciendis, quibus Torquati cuiusquam Equitis existimatio læsa, pudórve oneratus fuerit, subscribi tam à Principe ordinis, quàm sex vt minimùm sodalibus oportere: neque aliter decreta illa sigilli appensione comprobanda. Cur autem ampliorem subsignatorum numerum sanctione sua Ludouicus definierit, quàm

a Const. Caro. 7. art. 17. & const. Francis. an. 1539. Reboff. in d. cõst. Caro. 7.

b Cap. vbi periculum le elect. in 6.

c d. cõst. Caro. 7 art. 17.

d Const. leon. Imperat. sub rub. vt senten. iud. in literas refer.

A qui in Senatusconsultis adhiberi solet, satis exploratū non habeo: veri tamen simile est, magnitudini atque excellentiæ personarum id à Ludouico tributum: ne decretū vllum, quòd pudorē cuiusquam Equitis pertingeret, firmum aliter, ratúmque esset quam à Principe & Equitibus ad eum numerum subsignatum. Maximus enim quisq; procerum ætate, illa in eam cohortē cooptari solebat: tantúsque deinde & ordini accessit honos, vt maximos quosque Reges non piguerit in eam sodalitatem venire. Fuisse etiam Rom. Senatus consulta ab ipsis quos inter disceptatum esset iubente Senatu nonnunquam subsignata deprehendi B apud Liuium. Is enim quo loco de controuersiis Lacedæmoniorum, & Achæorum in Senatu Romano diiudicatis agit, scribit ad hunc modum: Lacedæmonij deinde introducti sunt, multę & paruæ disceptationes iactabantur, sed quæ maximè rem cōtinerent erant vtrū restituerentur, quos Achęi damnauerant, nécne iniquè an iure occidissent, quos occiderāt, vertebātur & vtrum manerent in Achaico consilio Lacedæmonij. Restitui, iudiciáque facta tolli placuit, Lacedæmonem manere in Achaico consilio, scribíque id decretum & consignari à Lacedæmoniis & C Achæis. [e]

An verò id apud Græcos, in more positum etiam fuerit vt S C. decretísque ciuitatum adscriberētur nomina eorum qui affuissent, nondum satis mihi liquet. Fuisse tamen indicio est, quod in Orat. pro L. Flacco. Cic. scribit decreto Tennitum, quod ab illis missum contra Flaccum per legatos fuit, cum scriberentur Lysaniam legationis Principem affuisse: Verba Cic. ad hanc rem pertinentia sunt hæc. Decreto scribendo primum video affuisse Lysaniam. Quod & Neapoli seruatum argumento est, S C. de statua Annio Modesto, Annij Muniliani filio ponenda: D cuius titulum à Georgio Fabricio ex antiquitatibus Ioannis Pontani descriptum, illic apud Hadrianum Gulielmum cernere est, in hæc verba. In curia Basilicæ Augustinianæ scribundo adfuer. T. Oppius Seuerus, Vigetius liberalis, Iulius Capretanus, Granius, Longiuus, &c. [f] Illud quoque constat. C. Cæsarem post occupatam tyrannide remp. decretis suis signatores, ascriptoréisque multos adhibuisse, qui ea fidei causa nominum, signorúmque suorum subnotatio ne consignarēt: quod pluribus ad Atticum epistolis Cic. significat, veluti in illa in qua de decreto secundum Buthrotios in gratiam Attici facto sic loquitur. Adiuimus ad Cæsarem, verba fecimus pro Buthrotiis: liberalissi-

e Liui. lib. 4. bell. cū Antioc. & alias.

f Conrad. Lycost. Theat. vita humanæ lib. 19.

HHh ij

quid profuerit eorum nomina sententiis illis adscribi quas tam A ipsi iudices, quàm qui ab iis in consilium adhibentur, propriis manibus subnotant; chirographíque sui testatione consignant? Id enim fieri oportere Caroli septimi, Francíscique primi constitutionibus sancitum nominatim est.[a] Sed cur in supremis curiis, quæ posticum non habent, & maxima quæque negotia diiudicant, Præses tantum, aut Consiliarius antiquior, penes quem rei iudicandæ auspicia fuerint, cum litis enarratore placitorum aduersariis subscribit, & non cæteri etiam qui S C. faciendo interfuerint? Quo enim grauioribus de rebus illic B agitur, eo maior cautio adhibenda videtur.[b] Sed ego Præsidis, inspectorísque testatione rei quæ iudicata sit fidem satis abundéque fieri putauerim, nec cuiusquam alterius subscriptione opus esse: eóque magis, quòd huiusmodi decretorum breuicula, mox vt in Senatu perlecta, subsignatáque fuerint, scribæ curiæ recitanda euulgandaq; traduntur: iisque (vt diximus) censentium nomina adscribuntur. Nec ad rem facere, quod obnoxiæ sententiæ Iudices, & qui ab ipsis in consilium assumuntur, sententiarum suarum breuiculis subscribant. Nec enim eadem est horum, quæ summæ curiæ conscriptorum authoritas, C nec etiam eadē in his quæ in illis est ratio. Quod enim Carolus edixit, sententiarum aduersaria à Iudicibus illis, & qui in consilium adhibiti fuerint subnotata, actuario recitanda, extemplò, tradi oportere: id ꝯ factum fuisse vel ex sanctionis ipsius contextu liquet, ne ipsi (quod antea factum fuerat) sententias illas cum ab iis prouocatum fuerit emēdare, alitérque quàm prolatæ sint, peruulgandas ad officium transmittere queant.[c] Et ne etiam si praue iniquéque censuisse eos constiterit, sententias illas (cum propriis manibus subsignauerint) à se dictas abnuere possint: mulctámque vel pœnā quæ illis subeunda foret, effugere.[d] Quibus rationibus in Senatu à quo prouocatio non est, locus esse D non potest. Non me tamē fugit extare Ludouici vndecimi Galliarum Regis constitutionem, anno 1469. cùm Torquatorum Equitum (qui cochleati dicuntur) collegium institueret, perlatam: qua disertè constitutum est, decretis omnibus ab ordine faciendis, quibus Torquati cuiusquam Equitis existimatio læsa, pudórve oneratus fuerit, subscribi tam à Principe ordinis, quam sex vt minimùm sodalibus oportere: neque aliter decreta illa sigilli appensione comprobanda. Cur autem ampliorem subsignatorum numerum sanctione sua Ludouicus definierit, quàm

a Const. caro. 7. art. 17. & const. Francis. an. 1539. Reboff. in d. cōst. Caro. 7.

b Cap. vbi periculum de elect. in 6.

c d. cōst. Caro. 7. art. 17.

d Const. leon. Imperat. sub rub. vt senten. iud. in literas refer.

A qui in Senatusconsultis adhiberi solet, satis exploratũ non habeo: veri tamen simile est, magnitudini atque excellentiæ personarum id à Ludouico tributum: ne decretũ vllum, quòd pudorẽ cuiusquam Equitis pertingeret, firmum aliter, ratúmque esset quam à Principe & Equitibus ad eum numerum subsignatum. Maximus enim quisq; procerum ætate, illa in eam cohortẽ cooptari solebat: tantúsque deinde & ordini accessit honos, vt maximos quosque Reges non piguerit in eam sodalitatem venire. Fuisse etiam Rom. Senatus consulta ab ipsis quos inter disceptatum esset iubente Senatu nonnunquam subsignata deprehendi B apud Liuium. Is enim quo loco de controuersiis Lacedęmoniorum, & Achæorum in Senatu Romano diiudicatis agit, scribit ad hunc modum: Lacedæmonij deinde introducti sunt, multę & paruæ disceptationes iactabantur, sed quæ maximè rem cõtinerent erant vtrũ restituerentur, quos Achęi damnauerant, néne iniquè an iure occidissent, quos occiderãt, vertebãtur & vtrum manerent in Achaico consilio Lacedæmonij. Restitui, iudiciáque facta tolli placuit, Lacedæmonem manere in Achaico consilio, scribíque id decretum & consignari à Lacedæmoniis & Achæis.[e]

C An verò id apud Græcos, in more positum etiam fuerit vt S C. decretisque ciuitatum adscriberẽtur nomina eorum qui affuissent, nondum satis mihi liquet. Fuisse tamen indicio est, quod in Orat. pro L. Flacco. Cic. scribit decreto Tennitum, quod ab illis missum contra Flaccum per legatos fuit, cum scriberentur Lysaniam legationis Principem affuisse: Verba Cic. ad hanc rem pertinentia sunt hæc. Decreto scribendo primum video affuisse Lysaniam. Quod & Neapoli seruatum argumento est, S C. de statua Annio Modesto, Annij Muniliani filio ponenda: D cuius titulum à Georgio Fabricio ex antiquitatibus Ioannis Pontani descriptum, illic apud Hadrianum Gulielmum cernere est, in hæc verba. In curia Basilicæ Augustinianæ scribundo adfuer. T. Oppius Seuerus, Vigetius liberalis, Iulius Capretanus, Granius, Longiuus, &c.[f] Illud quoque constat. C. Cæsarem post occupatam tyrannide remp. decretis suis signatores, ascriptorésque multos adhibuisse, qui ea fidei causa nominum, signorúmque suorum subnotatione consignarẽt: quod pluribus ad Atticum epistolis Cic. significat, veluti in illa in qua de decreto secundum Butrotios in gratiam Attici facto sic loquitur. Adiuimus ad Cæsarem, verba fecimus pro Butrotiis: liberalissi-

e Liui. lib. 4. bell. cũ Antioc. & aliis.

f Conrad. Lycost. Theat. vita humana lib. 19.

quid profuerit eorum nomina sententiis illis adscribi quas tam A ipsi iudices, quàm qui ab iis in consilium adhibentur, propriis manibus subnotant, chirographíque sui testatione consignant? Id enim fieri oportere Caroli septimi, Francíscique primi constitutionibus sancitum nominatim est.[a] Sed cur in supremis curiis, quæ posticum non habent, & maxima quæque negotia diiudicant, Præses tantum, aut Consiliarius antiquior, penes quem rei iudicandæ auspicia fuerint, cum litis enarratore placitorum aduersariis subscribit, & non cæteri etiam qui S C. faciendo interfuerint? Quo enim grauioribus de rebus illic B agitur, eo maior cautio adhibenda videtur.[b] Sed ego Præsidis, inspectorísque testatione rei quæ iudicata sit fidem satis abundéque fieri putauerim, nec cuiusquam alterius subscriptione opus esse: eóque magis, quòd huiusmodi decretorum breuicula, mox vt in Senatu perlecta, subsignatáque fuerint, scribæ curiæ recitanda euulgandaq; traduntur: iisque (vt diximus) consentium nomina adscribuntur. Nec ad rem facere, quod obnoxiæ sententiæ Iudices, & qui ab ipsis in consilium assumuntur, sententiarum suarum breuiculis subscribant. Nec enim eadem est horum, quæ summæ curiæ conscriptorum authoritas, C nec etiam eadē in his quæ in illis est ratio. Quod enim Carolus edixit, sententiarum aduersaria à Iudicibus illis, & qui in consilium adhibiti fuerint subnotata, actuario recitanda, extemplò tradi oportere: id eo factum fuisse vel ex sanctionis ipsius contextu liquet, ne ipsi (quod antea factum fuerat) sententias illas cum ab iis prouocatum fuerit emēdare, aliterque quàm prolatæ sint, peruulgandas ad officium transmittere queant.[c] Et ne etiam si praué iniquéque censuisse eos constiterit, sententias illas (cum propriis manibus subsignauerint) à se dictas abnuere possint: mulctámque vel pœnā quæ illis subeunda foret, effugere.[d] Qui- D bus rationibus in Senatu à quo prouocatio non est, locus esse non potest. Non me tamē fugit extare Ludouici vndecimi Galliarum Regis constitutionem, anno 1469. cùm Torquatorum Equitum (qui cochleati dicuntur) collegium institueret, perlatam: qua disertè constitutum est, decretis omnibus ab ordine faciendis, quibus Torquati cuiusquam Equitis existimatio læsa, pudórve oneratus fuerit, subscribi tam à Principe ordinis, quam sex vt minimùm sodalibus oportere: neque aliter decreta illa sigilli appensione comprobanda. Cur autem ampliorem subsignatorum numerum sanctione sua Ludouicus definierit, quàm

a Const. caro. 7. art. 17. & const. Francis. an. 1539. Rebuff. in d. cōst. Caro. 7.

b Cap. vbi periculum de elect. in 6.

c d. cōst. Caro. 7. art. 17.

d Const. leon. Imperat. sub rub. vt senten. sud. in literas refer.

A qui in Senatusconsultis adhiberi solet; satis exploratũ non habeo: veri tamen simile est, magnitudini atque excellentiæ personarum id à Ludouico tributum: ne decretũ vllum, quòd pudorẽ cuiusquam Equitis pertingeret, firmum aliter, ratúmque esset quam à Principe & Equitibus ad eum numerum subsignatum. Maximus enim quisq; procerum ætate, illa in eam cohortẽ cooptari solebat: tantúsque deinde & ordini accessit honos, vt maximos quosque Reges non piguerit in eam sodalitatem venire. Fuisse etiam Rom. Senatus consulta ab ipsis quos inter disceptatum esset iubente Senatu nonnunquam subsignata deprehendi
B apud Liuium. Is enim quo loco de controuersiis Lacedęmoniorum, & Achæorum in Senatu Romano diiudicatis agit, scribit ad hunc modum: Lacedæmonij deinde introducti sunt, multę & paruæ disceptationes iactabantur, sed quæ maximè rem cõtinerent erant vtrũ restituerentur, quos Achęi damnauerant, nécne iniquè an iure occidissent, quos occiderãt, vertebãtur & vtrum manerent in Achaico consilio Lacedæmonij. Restitui, iudiciáque facta tolli placuit, Lacedæmonem manere in Achaico consilio, scribique id decretum & consignari à Lacedæmoniis &
C Achæis.[e]

An verò id apud Græcos, in more positum etiam fuerit vt S C. decretisque ciuitatum adscriberẽtur nomina eorum qui affuissent, nondum satis mihi liquet. Fuisse tamen indicio est, quod in Orat. pro L. Flacco. Cic. scribit decreto Tennitum, quod ab illis missum contra Flaccum per legatos fuit, cum scriberentur Lysaniam legationis Principem affuisse: Verba Cic. ad hanc rem pertinentia sunt hæc. Decreto scribendo primum video affuisse Lysaniam. Quod & Neapoli seruatum argumento est, S C. de statua Annio Modesto, Annij Munisiani filio ponenda: cuius titulum à Georgio Fabricio ex antiquitatibus Ioannis
D Pontani descriptum, illic apud Hadrianum Gulielmum cernere est, in hæc verba. In curia Basilicæ Augustinianæ scribundo adfuer. T. Oppius Seuerus, Vigetius liberalis, Iulius Capretanus, Granius, Longiuus, &c.[f] Illud quoque constat. C. Cæsarem post occupatam tyrannide remp. decretis suis signatores, ascriptorésque multos adhibuisse, qui ea fidei causa nominum, signorúmque suorum subnotatione consignarẽt: quod pluribus ad Atticum epistolis Cic. significat, veluti in illa in qua de decreto secundum Buttotios in gratiam Attici facto sic loquitur. Adiuimus ad Cæsarem, verba fecimus pro Buttotiis: liberalissi-

e Liui. lib. 4. bell. cũ Antioc. & aliis.

f Conrad. lycost. Theat. vita humana lib. 19.

A qui in Senatusconsultis adhiberi solet, satis exploratū non habeo: veri tamen simile est, magnitudini atque excellentiæ personarum id à Ludouico tributum: ne decretū vllum, quòd pudorē cuiusquam Equitis pertingeret, firmum aliter, ratúmque esset quam à Principe & Equitibus ad eum numerum subsignatum. Maximus enim quisq; procerum ætate, illa in eam cohortē cooptari solebat: tantúsque deinde & ordini accessit honos, vt maximos quosque Reges non piguerit in eam sodalitatem venire. Fuisse etiam Rom. Senatus consulta ab ipsis quos inter disceptatum esset iubente Senatu nonnunquam subsignata deprehendi B apud Liuium. Is enim quo loco de controuersiis Lacedæmoniorum, & Achæorum in Senatu Romano diiudicatis agit, scribit ad hunc modum: Lacedæmonij deinde introducti sunt, multę & paruæ disceptationes iactabantur, sed quæ maximè rem cōtinerent erant vtrū restituerentur, quos Achęi damnauerant, nécne iniquè an iure occidissent, quos occiderāt, vertebātur & vtrum manerent in Achaico consilio Lacedæmonij. Restitui, iudiciáque facta tolli placuit, Lacedæmonem manere in Achaico consilio, scribíque id decretum & consignari à Lacedæmoniis & Achæis.[e]

C An verò id apud Græcos, in more positum etiam fuerit vt S C. decretisque ciuitatum adscriberētur nomina eorum qui affuissent, nondum satis mihi liquet. Fuisse tamen indicio est, quod in Orat. pro L. Flacco. Cic. scribit decreto Tennitum, quod ab illis missum contra Flaccum per legatos fuit, cum scriberentur Lysaniam legationis Principem affuisse: Verba Cic. ad hanc rem pertinentia sunt hæc. Decreto scribendo primum video affuisse Lysaniam. Quod & Neapoli seruatum argumento est, S C. de statua Annio Modesto, Annij Munitiani filio ponenda: D cuius titulum à Georgio Fabricio ex antiquitatibus Ioannis Pontani descriptum, illic apud Hadrianum Gulielmum cernere est, in hæc verba. In curia Basilicæ Augustinianæ scribundo adfuer. T. Oppius Seuerus, Vigetius liberalis, Iulius Capretanus, Granius, Longiuus, &c.[f] Illud quoque constat. C. Cæsarem post occupatam tyrannide remp. decretis suis signatores, ascriptorésque multos adhibuisse, qui ea fidei causa nominum, signorúmque suorum subnotatione consignarēt: quod pluribus ad Atticum epistolis Cic. significat, veluti in illa in qua de decreto secundum Butrotios in gratiam Attici facto sic loquitur. Adiuimus ad Cæsarem, verba fecimus pro Butrotiis: liberalissi-

e Liui. lib. 4. bell. cū Antioc. & alibi.

f Conrad. Lycost. Theat. vita humanæ lib. 19.

mium decretum abstulimus, quod est obsignatũ ab amplissimis viris. Et rursum. Butrotios cum Cæsar decreto suo, quod ego obsignaui cum multis amplissimis viris liberasset. Et iterum in alia. Sed cum tanta res agatur Attici nostri, nũc verò etiam existimatio, vt id quod probauit Cæsar nobis testibus & obsignatoribus, qui & decretis, & responsis Cæsaris interfueramus videatur obtinere potuisse. [f] Sane quod decretis ex more apud nos recepto, non subscribitur nisi recitatis & in senatu perlectis, temerè non fit: hac enim via si quid interlegendum erratum fuisse, quispiam eorum qui censendo affuerunt animaduerterit, vel in sententia vel voce aliqua minus lepidè aut propriè vsurpata, actũtũ emendatur: qui mos similiter vetus Romani Senatus fuit, vt ex Tranquillo intelligi potest, cùm de SC. quodam, Tyberio præsente recitato, scribit ad hunc modum, Sermone Græco abstinuit maximéque in senatu: adeò quidem vt in quodam decreto patrum, emblema quum recitaretur commutandam censuerit vocem, & pro peregrina nostratem requirendam, aut si non reperiretur, vel pluribus & per ambitum verborum rem enuntiandam. [g]

f Cic. epist. ad Attic. lib. 16.

g Tranquill. in Tyberio. cap. 71.

A B C D

Consensus Senatus apud Tacitum quid? Cur sic dictus: & quando perscriptus?

CAP. XIII.



Auctoritatis perscriptæ in superiori capite facta mẽtio me admonet, vt de alia scriptura vetustiorum Imperatorum seculo vsurpata, & ab hac non admodum diuersa, nonnihil dicam: quæ cum vim etiã & nomen S C. non haberet, consensum tamen Senatorũ continebat. Ea tum fiebat, cũ de qua re in Senatu actũ fuisset, quamuis patres conuenirent: sententiæ tamen non rogabantur, nec relatio fiebat à Consule, aut alio cui ius referendi ad Senatum esset: quòd is de ea re Imperatorem prius conuentum vellet, vel cum facta relatione perrogatisq; sententiis, decretũ ex aliqua causa non perficiebatur, vt quia de re aliqua actum fuisset, cuius Principem certiorem fieri Consul, aut qui Senatum haberet, dignum duceret. Tum enim etiam Coss. aut alius qui

A senatum habebat, interim dum Princeps consultus quid agi vellet, rescriberet: consensum senatus perscribebat vtriusque exemplum extat apud Cornelium Tacitum: prioris lib. 13. cum de libertorum erga patronos ingratitudine loquens ita scribit. Per idem tempus actum in Senatu de fraudibus libertorum, efflagitatúmque vt aduersus malè meritos, reuocandæ libertatis ius patronis daretur. Nec deerant qui censerent: sed Coss. relationem incipere non ausi ignaro principe, perscripsere tamen consensum senatus. Et paulò pòst. Hæc sententia valuit: scripsitque Cæsar Senatui, priuatim expenderent causam libertorum, B quoties à patronis arguerentur: in commune nihil derogent. Secundi lib. 14. vbi de sententiis in Antistium Prætorem maiestatis delatum referentibus Cōsulibus in Senatu dictis, ad hunc modum agit: Libertas Thraseę silentium aliorum rupit: & postquam discessionem Consul permiserat, pedibus in sententiam eius iere paucis exemptis. At Consules perficere Senatus decretum non ausi, de consensu scripsere Cæsari. Ille inter pudorem & iram cunctatus, postremò rescripsit, nulla iniuria prouocatum Antistium grauissimas in principem contumelias dixisse. C Cæterum moderationem non prohibere: statuerent patres vt vellent, &c. Hactenus Tacitus. Cuius etiam ex verbis annotare licet S.C. ne perficeretur moram Consules afferre potuisse, tum etiam cum sententiis patres non discreparēt, si qua de re actum fuisset, se retulisse abnuerent, vel hi aut Trib. pleb. Principis consultatione dignam ducerent. Id quod & alij eiusdem authoris loci satis indicant: is nempe quo de sententia in Senatu à Pæto Thrasea in Clodium Timarcum dicta differens ita scribit: Magno assensu celebrata sententia, non tamen S.C. perfici potuit abnuentibus Consulibus, ea de re relatum.[a] Et alius quo D de Prætoribus ærariis publicam paupertatem in Senatu quæstis, & modum impensis constitui postulantibus scribit ad hunc modum. Eam curam Consul designatus ob magnitudinem oneris & remedij difficultatem Principi reseruabat: Heluidius arbitrio Senatus agendum censuit. Cum perrogarent sententias Consules Vulcatius Trib. pleb. intercessit, ne quid super tanta re Principe absente statueretur.[b] Meminit & Plinius Cæcilius æqualis Taciti, consensus eiusdem, quem & voces Senatus appellat. Proximis, inquit, comitiis honestissimas voces Senatus expressit, candidati ne conuiuentur, ne mittant munera, ne pecunias deponant: ex quibus duo priora tam apertè quam

a Cornel. Tacitus lib. 15.

b Tacit. lib. 20.

immodicè fiebant. Hoc tertium, quanquàm occultaretur, pro A
comperto habebatur. * Homulus deinde noster vsus vigilanter hoc consensu Senatus sententiæ loco postulauit, vt Consules desiderium vniuersorum notum Principi facerent, peterentq; sicut aliis vitiis huic quoque prudentia sua occurreret, occurrit. [c] Consensum autem perscriptam Senatus sententiam vocant, quæ Consulibus aut aliis impedientibus vim & nomen S C. habere non potuerat, quo pacto Cicero nũc ordinis auctoritatem, nunc Senatus voluntatẽ appellat, quæ perscribebatur cum SC. fieri ob intercessionem Tribunitiam, aut aliud impedimentum nequiret: veluti in oratione in Pisonem cùm de decreto Senatus pro reditu suo facto, cui, ne perficeretur Serranus obstiterat B
nocte ad deliberandum petita ita scribit. De me Senatus ita decreuit Cn. Pompeio authore & eius sentẽtiæ principe, vt si quis impedisset reditum meum, in hostium numero putaretur: iisq; verbis ea de me Senatus authoritas declarata est, vt nemini sit triumphus honorificentius, quàm mihi salus restitutióque perscripta. Idem ad Quirites post reditum: At de me vt valeret Senatus semper flagitauit, vt aliquando perficeretur, cùm primum. licuit frequentia atque authoritate perfecit. Et rursum. P. Lentulus Consul simul ac de solemni religione retulit, nihil huma- C
narum rerum sibi prius, quam de me agendum iudicauit, atque eo die confecta res esset, nisi is Tribunus plebis quem ego maximis beneficiis Quæstorem Consul ornaueram noctem sibi ad deliberandum postulasset. Postea res acta est in Senatu alia nulla: & cum variis rationibus impediretur, voluntate tamen perspecta Senatus, causa ad vos mense Ianuario deferebatur. Et iterum Cn. Pompeius vos hortatus est, vt authoritatem Senatus, statum ciuitatis, fortunas ciuis bene meriti defenderetis. Ex his igitur clarè perspicueq; dilucere cuius arbitror auctorita- D
tem seu voluntatem consensúmque Senatus dici, eius sententiam non satis confirmatam, de qua adhuc decretum factũ non sit, ea enim perfecto decreto vim & nomen SC. obtinebat, vt ex alia Plinij eiusdem epistola cognosci potest: in qua Senatus decretum, quo absens Bæticis Classicũ accusãtibus, aduocatus datus est; si id ab eo obtineri posset, S C. vocat, consensum vero sententiam qua Senatus reuersum eum & præsentẽ Bæticis iturum aduocatum si dari postulãtibus priusquam de ea re decretum fieret assensus est. Plinius. [d] Factum est Senatusconsultum perquàm honorificũ vt daret prouincialibus patronus, si ab ipso

* Homuncio.

c Plinius ad Nepotem epi. lib. 6.

d Plinius ad Macrinum epist. lib. 3.

A me impetrassent. Legati rursus inducti iterū me iam præsentem aduocatum postulauerunt, implorantes fidem meam, quam essent contra Massam Bæbium experti, allegantes patrocinij fœdus. Secuta est Senatus clarissima assēsio quæ solet decreta præcurrere. Et statim. Compulit autē me ad hoc consilium, non solum consensus Senatus, quāquàm hic maximè, &c. In quem similiter sensum videtur Liuius consensus hanc vocem vsupare, quo loco de exercitu in Ligures traducendo ad Æmilium obsidione liberandum scribit ad hunc modum. Subsidij spes erat, si B Consules maturassent in prouinciam ire: id vt facerent, pro se quisq; patrum vociferari: Consules, nisi cōfecto delectu negare se ituros, nec suam segnitiem, sed vim morbi in causa esse, quo serius perficeretur. Non tamen potuerunt sustinere consensum Senatus, quin paludati exirēt & militibus, quos conscriptos haberent, diem dicerent, quo Pisas cōuenirent. [d] Sed multò apertius lib. 31. dum infit. L. Cornelius Lentulus Procōsul ex Hispania red it, qui cum in Senatu res ab se per multos annos fortiter fœliciterq; gestas exposuisset, postularetq; vt triūphanti sibi inuehi liceret in vrbem: Res triumpho dignas esse censebat Senatus, sed exēplum à maioribus non accepisse, vt qui neq; Dictator, neq; Consul, neq; Prætor res gessisset, triumpharet. Decurrebatur tamen eò, vt ouans vrbem iniret: intercedente T. Sempronio longo Tribuno plebis, qui nihilo magis id in more maiorum, aut vllo exemplo futurum diceret. Postremo victus consensu patrum Tribunus cessit, & ex S C. L. Lentulus ouans vrbem est ingressus. Siquidem Liuius Senatus sentētiam de ouatione Lentuli, quam primum consensum appellauerat, vt nondum satis confirmatam ob intercessionem illam Tribunitiam, mox S C. vocat, quod perfecta esset, Tribuno plebis intercessionem remitente. Quo pacto & alibi cum de P. Gornelio Cōsule triumphum de Boiis postulante, cui Sempronius Blesus Tribunus plebis obsistebat, ita loquitur. Vniuersus Senatus non ipse modò ad decernendum triumphum cōsensit, sed etiam Tribunum plebis authoritate sua compulit ad remittendam intercessionem, consensisse enim Senatum dicit non decreuisse, quod nondum Tribunus Senatus authoritati cessisset. [e] Idem lib. 42. Consules ad id tempus in prouincias non exierant, quia neque vti de M. Popilio referrent, Senatui obsequebātur, & nihil aliud decernere priùs, statutum patribus erat. Tum verò non absens modò Popilius, qui deditis contra ius ac fas bellum intulisset

d Liui. lib. 14.

e Liui. lib. 36.

* Rebelliū. verbum antiquum idē quod rebellio, hinc Liuius 21. decad. 5. qui deditis contra ius, & fas bellum intulisset, & pacatos ad rebelliū incitasset.

& pacatos ad * rebellium incitasset: sed Consules, quod non A exirent in prouinciam increpiti. Hoc consensu patrum accensi M. Martius Sermo & Quintus Martius Scilla Trib. pleb. & Consulibus mulctam se dicturos, nisi in prouinciam exirent denuntiarunt: & rogationem quam de Liguribus deditis promulgare in animo haberent, in Senatu recitarunt. Consensum namque appellat sententiam Senatus, vt de Liguribus & M. Popilio referretur, de qua decretum fieri non potuerat impedientibus Consulibus maximéque Caio Popilio Marci fratre. Quod & præcedentia illa eiusdem authoris verba perspicuè demonstrant. Patres referri de Liguribus reuocarique S C. volebant, & Consul Ælius referebat. Popilius & Collegam & Senatum pro fratre deprecabatur, & præ se ferens si quid decernerent intercessurum, collegam deterruit: patres eo magis vtriq; Consulum infensi in cœpto perstabant. Nec me tamen præterit veteres interdum Senatus consensum voluntatémque vsurpasse, pro ipso decreto, consultoq; & placito, vt ex Liuio intelligi potest, cum de Dictatore aduersus Æquos creando scribit ad hunc modum. Senatui Dictatorem dici placuit. Illud satis constat Consules ad alia discordes, in vno aduersus patrum voluntatem consensisse, ne dicerent Dictatorem. Et mox Tribuni C secedunt, proque collegio pronuntiant, placere Consules Senatui dicto audientes esse: Si aduersus consensum amplissimi ordinis vltrà tendant, in vincula se duci eos iussuros.[f] Quod verò Consules, Prætores, Tribuni plebis & alij de quibus antè dictum est, impedimento nonnunquam Senatusconsultis essent ne fierent, donec Princeps certior factus, quid fieri vellet rescriberet, temerè non erat. Cùm enim Tribunitiam potestatem Augustus & qui secuti sunt Imperatores nacti essent, cuius ea fuit vis & facultas vt Senatusconsultis intercedere liceret, dubium non est, quin ea quoque ab illis comprobanda fuerint: id D quod vel ex Tacito satis datur intelligi, cum de Tyberio loquens, qui potestatem illam viuente adhuc Augusto acceperat, ita scribit. Scaurus, quia dixerat spem esse ex eo non irritas fore Senatus preces, quod relationi Consulum iure Tribunitiæ potestatis non intercessisset, &c.[g] Non igitur absurdum fuit, si qua de re (quæ paulò grauioris ponderis esset) ad Senatum absente Principe referretur, eum priusquàm decretum perficeretur admoneri: vt vel ratum haberet, vel improbaret: cum Tribunos etiam plebis (quia Curiam ingredi illis non licebat) ante fores

f Liuius lib. 4.

g Tacitus lib. 1.

A fores Curiæ, decreta patrum attentissima cura inspexisse, vt siqua ex eis improbassent, rata esse non sinerent, alibi docuerimus.

Et hæc quidem ad ea de quibus absentibus Imperatoribus consulebatur Senatus, referēda sunt. Quod enim ad ea attinet quorum relatio præsentibus iis fiebat, in quibus modo momenti plurimum positum esse videretur, certissimum est nihil de his Senatum præterquàm authoribus vel assentientibus illis censuisse. Cùm etiam ex historiis liqueat ex quo tempore respublica in vnius potestatem concessit, vsque adeò ex illius voluntate B Senatum pendere, atque ad illius nutum omnia agere consueuisse, vt verisimile non sit, citra Principis authoritatē quicquàm moliri conatum esse. Cui rei indicio est, quod Vlpianus refert S. C. de petitione hæreditatis distractis rebus hæreditariis & quibusdam aliis factum, quæ Imperator Hadrianus proposuerat, libelloq; complexus fuerat.[h] Sicut quod Suetonius in Augusto[i] tradit authorem eum multarum rerum fuisse, & in iis ne acta Senatus publicarentur. Et quod alibi dicit Vespasianum Cæsarem authorem fuisse Senatui decernendi, vt quę se alieno seruo iunxisset, ancilla haberetur.[k] Quibus consentaneum quod de C Tyberio scribit, per Senatusconsultum sanxisse illum vt fœneratores duas patrimonij partes in solo collocarent.[l]

h *l. item veniunt §. præter hæc ff. de petitio. hære. Anto. Vacc. l. non ambigitur ff de legibus.*

i *cap. 16.*

k *Suetonius in Vespasiano cap. 11.*

l *Tranquillus in Tyber. cap. 48.*

Senatores in grauioribus causis nonnunquam actuariorum munia obire.

CAP. XIIII.

D ACTVARII summæ cuiusque curiæ in Gallia, è corpore curiæ sunt: singulisque qui in Senatu fiunt actibus intersunt, tam disceptatoriis quàm consultoriis diebus. Neque vnquam à limine adituque auditorij, vel secretarij arcentur, aut ablegantur: nisi reiectione fugati, vel de grauiore aliqua re in consilium eatur, quam omnimodo taceri plurimum intersit, neque prius euulgari, quàm ad effectum perducatur. Tum enim ne communicatio fiat consilij, tam ipsi quàm eorum subadiuuæ, & quicumque scriptum in officio faciunt, quamuis curiæ iureiurando auctorati, exire è conclaui iubentur. Deligiturque de consessus sententia Senator, qui scribæ &

exceptoris munere perfungatur. Quod ne quis nouum putet: A
sciat & idipsum olim etiam Romæ, in arduis plerisque negotiis obseruatum. Quæ tacita haberi dum complerentur, publicè vtile esse visum fuit. Quæ enim super iis fiebant consulta, tanquam cœleste arcanum, alto silentio obtegebantur: neque iis decernendis scribæ intererant, vt eleganter & copiose Capitolinus in Gordianis ostendit, cum de S C. tacito loquens ita scribit. Omnino exemplum Senatusconsulti taciti non aliud est hodiè, quàm quod vestra clementia, conuocatis ad interiora maioribus ea disponit, quæ non sunt omnibus publicanda: de B
quibus adiurare etiam soletis, ne quis ante rem completam quicquam vel audiat, vel intelligat. Hunc autem morem apud veteres, necessitates publicæ repererunt, vt si fortè aliqua vis ab hostibus immineret, quæ vel cogeret humilia captare consilia, vel aliqua constituere, quæ non prius oporteret dici quàm effici, vel si nollent ad amicos aliqua permanare, S C. tacitum fieret, ita vt non scribæ, non serui publici, non censuales illis actibus interessent, Senatores exciperent. Senatores omnium officia censualium, scribarumque complerent, ne quid fortè proderetur. Tacitum autem huiusmodi S C. quamuis alibi apud C
veteres (quod meminerim) nulla fiat eius mentio, antiquissimum esse, vel ex Capitolini verbis apparet. Constatque in ea quæstione, quæ in Senatu Romano, de Catilinaria coniuratione habita est: adhibitos à Cicerone consule Senatores fuisse: qui scribarum munia exequerentur. Vt ex illius pro P. Sylla oratione colligi potest: cum ait. Introductis in Senatum indicibus, constitui Senatores, qui omnia indicum dicta, interrogata, responsa, perscriberent. At quos viros? non solùm summa virtute & fide, cuius generis in Senatu facultas maxima: sed etiam quos sciebam memoria, scientia, consuetudine & cele- D
ritate scribendi facillimè quæ dicerentur persequi posse. C. Coscouium, qui tunc erat Prætor: M. Messalam qui tum præturam petebat: P. Nigidium. Appium Claudium: credo esse neminem, qui his omnibus aut verè referendis, aut etiam scribendis putet ingenium defuisse. An verò iidem illi Sonatores, à quibus perscriptum fuit causæ illius instrumentum, adsciti etiam ad excipienda censentium suffragia fuerint cum de coniuratorum pœna ageretur, parum mihi liquet. Neq; enim hoc Cicero aperit. Credibile tamen est iis ipsis hoc etiam munus delegatum. Scribit siquidem Plutarchus, Cice-

A ronem, cum sententiæ rogandæ essent, velocissimos scriptores disposuisse, atque docuisse, vt per signa quædam, & paruas breuesque notas, multarum literarum vim habentes, censentium dicta colligerent: à quibus excepta & seruata Catonis oratio fuerit.[a] Nam & cum Cicero (vt ex suprascriptis illius verbis planum fit) ad excipienda testium & indicum dicta, interrogata & responsa, Senatores spectatæ fidei constituisset, & quos scribendi celeritate, quæ dicerentur persequi posse sciebat: quid opus fuit, cum res ad disquisitionem vocata est, alios designari qui
B scriptum facerent?

Sed cur non alius potius arcessitur, qui personam illam sustineat? videtur enim scribæ munus vilius esse, quàm vt iniungi Senatorio homini debeat. Mercenarium quippe est:[b] ac proinde non magni pretij, nec vllius dignitatis, ita vt à libertinæ conditionis homine geri possit: cui nisi aureorum annulorum iure donato, obseptum est ad honores omne iter.[c] Vnde & Cn. Flauium libertini filium, Apij Claudij censoris scribam fuisse legimus,[d] de quo scribunt Liuius & Gellius, quod cum ædilem curulem renunciatum, ædilis qui comitia habebat nega-
C ret, accipere: neque sibi placere, qui scriptum faceret, cum Ædilem fieri: is statim tabulas posuerit, scriptóque sese abdicauerit.[e] Ex quo conijcere licet viles & inhonoratos scribas olim habitos fuisse. Cui rei & illud inditio est, quod serui publici dicebantur:[f] quodque milites esse non poterant.[g] Et tormentis quoties res exigebat subijciebantur.[h] Qua ratione & Constantinus Cæsar rescripto suo ad Hillarianum Lucaniæ correctorem, vniuersos decuriones, à tabellionum officio temperare iussit,[i] existimãs scilicet id officium à decurionatus dignitate alienum. Vt sic culpa carere non videatur Senator, qui dignitatis
D suæ immemor, tam vile ministerium suscipit, existimationemq; suam seruili obsecundatione deturpat: sicut nec qui obsequio facilitatéque illius ad id abutuntur.[k] Et hæc quidem in hanc partem adduci possunt.

Ego tamen vt quid hac de re sentiam, paucis explicem, tantum abest vt Senatorem, qui ei muneri præficitur, de officio, dignitatéque decedere putem, vt nec ipsum etiam consessum, qui hoc illi onus imponit, culpandum dicam. Quid enim imprimis delinquit, qui senatus dicto audiens sit,[l] cui non parere plenum sacrilegij atque periculi videtur?[m] quid rursum Senatus ipse, qui in re ardua & graui, decretum suum patefieri,

a Plutarch. in Cato. vtic.
b l. sed addes §. fin ff loca.
c l 1. C. si seruus aut liber. ad decurio. aspira: & l. 1. C. ad l. viscellianam.
d l. 2 § postea ff de orig. iur. Plin. lib 33. cap. 1.
e Gell. noct. attic. lib. 6. cap. 9. Liui ab vrb. cond. lib. 9. ad finem.
f l. non enim aliter ff. de adop. l. 1 §. exigere ff. de magistr. conuenie. l. 2. ff. rem pupil. sal. fo.
g l 1. C de tabula. lib. 10.
h l. 2. eod ti. l. 1. de numera. lib. 12. C.
i l vniuersos de decurio. lib. 10. C.
k Arg. l. si quis procuratione eod. tit. de decurio.
l l. non videtur § qui iussu ff. de reg. iur.
m Veget. in proemio lib. 2.

& in lucem ante tempus proferri, periculosum ratus, quempiam ex suo ordine deligit, qui scribam agat? Publicum enim licet sit omne quod agimus, multa tamen (vt Cassiodorus scribit) non sunt antè scienda, nisi cum fuerint, deo auxiliante perfecta. Quæ tanto plus debent oculi, quanto amplius desiderantur agnosci. [n] Nam & quod quidam vile & inhonoratum id ministerium esse aiunt, tam falsum est, quàm quod falsissimum. Quod vel Ecclesiastici locus ille satis indicat. In manu dei potestas hominis, & super faciem scribæ imponet honorem suum. [o] Sicut & quod Cicero dixit, ordo scribarũ est honestus, quod eorum hominum fidei, tabulæ publicæ, periculaque magistratuum committuntur. [p] Et rursum scribarum (infit) mentionem faciam, quos constat sanctissimos homines, atque innocentissimos fuisse. Et alibi. Scribæ qui nobiscum in rationibus monumentisque publicis versantur, non obscurum de nostris in rempublicam beneficiis suum iudicium, decretumque esse voluerunt. [q] Vnde & Eumenem Alexandri magni scribam, tanta honoris eminentia creuisse legimus, vt inter primos Græciæ Principes post mortem Alexandri integritate, & bellicarum rerum gloria fulgeret. [r] Sic & Porsennæ Regis scribam eo splendore fuisse tradunt Liuius & Dyonisius Halicarnasseus, vt à Rege non multum differret: adeò vt C. Mutius cum ad obtruncandum Regem abdito gladio venisset: quia cum Rege sedentem pari ferè ornatu conspexisset incertus vter Rex esset, pro Rege interfecerit. [s] Fuisse autem apud Græcos honorificentius scribarum officium, quàm apud Romanos, inficias non iuerim: quod hi (vt Æmilius Probus ait) mercenarios, sicut erant, existimarẽt: Græci vero ad id munus neminem nisi honestis natalibus, fidéque & industria cognitum admitterent: quod necesse esset eos omnium consiliorum esse participes. [t] Neque tamen ideo consequens est, viles & inhonoratos apud Romanos fuisse. Nam & ob causas orandas aduocati mercedem accipiunt: [u] nec idcirco vile est aduocati officium. [x] Quamuis enim (vt Quintilianus ait) pleraque hoc ipso possunt videri vilia, quod pretium habeant vituperandus tamen non est, qui gratiam sibi patitur referri, iustique & honesti laboris præmium non respuit Maximè si res familiaris ipsius amplius aliquid ad vsus necessarios exigat: cum & Socrati (subdit ille) collatum fuerit ad victum, Zenoque & Cleantes & Chrisippus mercedes à discipulis acceptauerint. [y] Vt sic appareat vile scribarum officium non esse. Cui

n Cassiodo. Varia lib. 6. in formu. notario.

o Ecclesiast. cap. 10.

p Cic. 5. in Verrem.

q Cic. in orat. pro domo.

r Plutar. in Eumene.

s Liui. lib. 2. Dyonis. Halicarna. lib. 10.

t Æmilius probus in Eumene.

u l. 1. §. in honorary: ff. de Var. & extraord. cog. l. fori C. de aduo. diuer. iud.

x l. aduocati eod. tit. & l. laudabile de aduo. diuer. Iud. l. quisquis in fine & l. prouidendum C. de postul.

y Quint. lib. 12. c. 7.

A rei & illud argumēto est, quod Tranquillus scribit, corpus Drusi Neronis per municipiorum coloniarumque primores, suscipientibus obuiis, scribarum decuriis ad vrbem deuectum.[z] Et quod Liuius tradit Q. Petilium Prætorem vrbanum, magnam à L. Petilio gratiam iniuisse, quod scribam eum dum Quæstor ille esset, in decuriam legisset: adeo vt Numæ libros in agro L. Petilij repertos, quorum legendorum studiosus erat sibi tradi obtinuerit:[A] Neque tamen eadem fuit scribarum omnium dignitas: sed pro dignitate magistratuum quibus scriptum facie-

B bant, ipsis honos accrescebat. Quæstorius enim scriba, inferior ordine, quam Ædilitius, aut Prætorius censebatur: atque ea sibi elogia adscribere solebant, quibus magistratibus scribæ fuissent. Omnium autem (vt scribit Festus) minimæ dignitatis fuit scriba naualis, quod periculis quoque eius ministerium esset obiectum. Sed cum hoc tempore vbique gentium seruetur is mos, qui olim fuit apud Græcos vt ad hoc scribe munus nemo admittatur, nisi qui honesto loco, fidéque & industria cognitus sit: clarū est pro ignobilibus scribas habendos non esse. Quod & Alciatus existimauit.[a] Cuius sententiā & illud nōnihil iuuat, quod

C Cicero sordidos eorū quæstus diffinit, quorum operæ, non quorū artes emuntur, quòd illis merces ipsa auctoramētum sit seruitutis:[b] hodiè autē scribis, merces nō tam pro opera, quàm industria & publico auctaramento constituta sit. Nec huic sententiæ quicquā aduersatur, quòd Cæsarū quorumdā constitutionibus viles & inhonorati ij habeātur.[c] De illis enim accipiēdæ constitutiones huiusmodi sunt, qui operā magistratibus inferioribus præbent, non itē de iis qui scriptū Principi, aut in Senatu, alióve supremo consessu faciunt: quos ex superioribus satis constat dignitatem habere,[d] magnóque semper in honore fuisse.[e] Vnde

D & præclara nobilisque scribarum Principis militia dicitur, qui gloriosis obsequiis, reipublicæ commoditatis non parum adferunt.[f] Alibique inter eos, qui maximarum culmina dignitatum obtinent annumerantur.[g] Hinc & illud Cassiodori de Primiceriatu (quæ prima fuit inter Principis notarios dignitas.) Honor, inquit, qui efficit Senatorem, cui patrum aula reseratur, nō iniuria. Nam qui nostris curis militat assidua lucubratione, iustè videtur & curiam libertatis intrare.[h] Et alibi. Pater candidati sub Valentiniano Principe gessit Tribuni, & notarij laudabiliter, dignitatem. Honor qui tunc dabatur egregiis dum ad imperiale secretum tales constet eligi, in quibus reprehensionis vitiū

z Tranquillus in Claud. c. 1.

A Liu. bell. cū Antiocho gest. lib. 10. P. m. lib. 13. cap. 13.

a Alciat. l. mercis appellatione ff. de verbo. sig.

b Cic. offic. 1.

c d. l. vniuersos.

d l. 1. C. de manda. princ.

e l. 1. C de primicerio. lib. 12.

f l. 2. eod. tit. de primicerio.

g l. maximarum C. de excusat. mune. lib. 10.

h Cassiod. Var. lib. 6 in formu notariam.

nequeat inueniri.[i] Proditúmque memoriæ est, sæpè Romanos Imperatores,superatis hostibus, optiméq; republica gesta, scribis suis annullos aureos in concione donasse.[k] Nec dubium est quin plurimi ex hoc ministerio, ad summas dignitates euecti sint. Veluti Iouinianus qui ex scriba Principis (vt ait Eusebius) factus est Imperator:[l] vt interim de Cornelio Syllæ scriba taceã, qui in dictatura Cæsaris,Prætor vrbanus fuit.[m] Sicut de Manitio qui ex scriba factus est Prenestinorum Prætor.[n] Et de Cythereo Scipionis Africani scriba,quem in petitione præturç,huius filio prælatum quidam scribunt.[n] Cum etiam mortuo Bubellio Romani exercitus duce M. Cæsium eius scribam Imperatorem à militibus delectum sint qui dicant.[o] Nec desunt qui tradant Dioclerianum Cæsarem scribæ filium fuisse.[o] Constátque Theodorum quendam notarium Valentis seculo, præter natalium splẽdorem iis quoque animi dotibus præditũ fuisse,vt à vaticinandi peritis imperaturus post Valentem creditus fuerit. De quo Ammianus Marcellinus Fidustius(inquit)absolutè confessus se cũ Hilario Patricio vaticinandi peritos de Imperio consuluisse futuro:motásque secretis artibus sortes nũcupationem Principis optimi prædixisse.Atque cunctantibus quisnã ea tempestate omnibus vigore animi antestaret,visus est aliis excellere Theodorus, secundum inter notarios adeptus iam gradum, & erat re vera ita vt opinati sunt. Namque antiquitus claro genere in Galliis natus & liberaliter educatus à primis pueritiæ rudimentis,modestia prudentia,humanitate,gratia, literis ornatissimus, semper officio locóque quem retinebat superior videbatur.[p] Sed nec illud etiam huic opinioni refragatur,quod de Cn. Flauio dictum est.Non enim ei scribæ ministerium obfuit,quominus Ædilis Tribunusque plebis & Senator fieret,[q] quamuis scriptu se abdicauerit, vt ædilitatem consequeretur, quod vtrique muneri par esse non posset. Quo enim pacto ædilem gerere poterat, qui ipse ædilibus apparebat?[r] nisi tabulis positis dimissóque officio scriptum facere desiisset?[s] Sed vt demus Constantini Cæsaris seculo viles habitos, constat tamen ex iis quæ diximus,tàm ante quàm post id tempus magno in honore fuisse.Cui rei & illud indicio est,quod de Domitio Balbo Cornelius Tacitus scribit:[t] Domitius(inquit)Balbus erat Prætorius insidiis obnoxius.Eius propinquus Valerius Fabianus subdidit testamentum ascitis Vitio Rufino & Terentio Lentino Equitibus Romanis.Illi Antonium Primum & Asinium Marcellum sociaue-

A B C D

i Caßio. varia. lib. 1. episto.4.
k Cic. 5. in Verrem.
l Eusebius in chron. A cia. d. rub. de primi.
m Ci. officio. lib.2. Salust. in oratione Lepidi.
n Liuius lib. 23.
n Valer. lib. 3. tit. de his qui à maio. claris degene.
o Vale. Max. tit de disciplina militari lib.2.
o Eutropius & Pomponius Laetus in Diocletiano.
p Ammianus lib.29.
q d. l. 2. §. postea Liuius d. lib.9 ad fin. Gellius d. cap. 9. lib. 6.
r Liuius d. lib.9.
s Arg. l. fin. C. de assessori.
t Cor. Tacitus lib.14.

A runt. Antonius audacia promptus &c. Et post paulò. Igitur Fabianus tabulariis quos memoraui & aliis minus illustribus obsignat, quod apud Patres conuictum & Fabianus Antoniusque cùm Rufino & Terentio lege Cornelia dānantur. Nam & hunc Primum quem tabularium Tacitus vocat & ad obsignandum subdititium testamentum adhibitum tradit, Senatorem fuisse, alius eiusdem locus indicat his verbis. Decima tertia legio ac septima Galbiana Vespasiano accessere, vi Præcipua Primi Antonij: is legibus nocens & tēpore Neronis falsi damnatus inter alia belli mala Senatorium ordinem recuperauerat.[u] Vnde clarum [u] Idem Tacitus lib. 8.
B perspicuumq; fieri cuiuis arbitror Senatorem qui consessus imperio obsequutus hanc operam præbeat nihil infra se dignitatémque suam facere. Nam in comitiis etiam tàm legum quàm magistratuum grauissimos plerosque Senatores apud Romanos interdum hoc munere functos ex multis Ciceronis locis demonstrari potest, veluti ex orationē in L. Pisonem & ex ea quàm habuit post reditum in Senatu: cùm de comitiis pro reditu suo habitis loquens ita scribit. Hoc certè video quod indicant tabulæ publicæ vos rogatores, vos diribitores, vos custodes fuisse tabularum.[s] Et rursum. Quando illa dignitate rogatores, diribi- [s] Cic. in Pis.
C tores, custodésque vidistis?[t] Custodes enim intelligit, qui præter [t] Cic. in orat. post red. in Sena.
id quod seruabant ne quid fraudis committeretur in sortitionibus, & suffragiis dicendis, describebant etiam cuiusque centuriæ educta è cista suffragia: vt inde appareret, quę esset illius centuriæ sententia.

Vndè planum, perspicuúmque fit, non in Senatu tantum, verum etiam in comitiis primarios Senatores scribæ & exceptoris munus quandóque obiuisse, vt qui describendis centuriarum suffragiis operam darent. Quod tamen temerè & si-
D ne delectu ab iis non fiebat: sed si quando vellent comitia omni non modo fraude carere, sed etiam suo ministerio cohonestari, vel quia res magna ageretur, vel quia id honori alicuius tribuerēt. Id quod Ciceronis illa verba in Pisonē apertè indicant. Hoc certè video vos custodes fuisse tabularū: & quod in honoribus vestrorū propinquorū non facitis, vel ætatis excusatione vel honoris, id in salute mea nullo rogāte vos vestra spōte fecistis. Vile præterea, ac contemnendū videri cuiquam non debere id ministerium, quo quis censentiū sententias in Senatu excipit, exceptásque recitat, aut alias, scribæ & exceptoris munus implet, hinc etiam intelligi potest, quòd Tranquillus tradit:

Titum Vespasiani filium, in frequenti Senatu, Quæstoris vice A orationes recitasse: voluisséque Neronem, orationes missas ad Senatum, præterito Quæstoris officio, per Consulem recitari: tanquam id splendidius foret & illustrius. Sicut ex eo quod Tacitus scribit, fuisse in Senatu Iunium Rusticum componendis patrum actis à Cæsare delectum. Fuit siquidem Senator hic Rusticus, quod verba illa satis demonstrant, sed apertius quæ post paulò sequuntur. Igitur Cæsar questus apud patres quod fraude vnius Senatoris Imperatoris Maiestas elusa publice foret. Ea etenim de Rustico intelligenda sunt, per quem factum fuerat, B quominus Consules relationem inciperent de his quæ questus fuerat Cæsar apud Patres.

Constátque etiamnum Senatum, apud nos, quoties legatos ad Principem mittit mandata sua perlaturos, perscribendorum eorum negotium scribæ curiæ amanuensive, aut cuiuis alij huiusmodi non dare: Sed vni aut alteri Senatori, vel etiam pluribus. Istiusmodi enim ferè ea sunt negotia, vt non nisi à selectis viris & qui præcipui inter eos sint nominis, explicari commodè queant. Qua ratione & Senatus Romanus legatos ad Antonium de pace missurus, perscribendorum mandatorum prouinciam Ciceroni iniunxit. Appianus. Decretum est (inquit) vt C offerretur Antonio Macedonia pro Gallia: cætera mandata, vel decepti, vel volentes commiserunt Ciceroni perscribenda & mittenda per legatos ad eum. " Sed hæc hactenus.

u Appianus bello ciuilu lib.3.

Verum, vt eo reuertar vnde deflexi, Taciti Senatusconsulti exemplum extare videtur apud Liuium quo loco Eumene rege suadente bellum Perseo indicendum Senatum censuisse scribit. Id enim decretum adeò tacitum arcanúmque habitum fuisse tradit, vt id ante confectum bellum captúmque Perseum nemo D sciuerit. Sed Liuij verba subscribere è re fortasse fuerit. Sic igitur ait. Eumenis oratio P. C. mouit. Cæterum in præsentia nihil, præterquam fuisse in curia Regem, scite quisquàm potuit: eo silentio clausa curia erat. Bello denique perfecto, quæ dicta ab Rege, quæque responsa essent emanauere. x In quam propemodum sententiam Valerius. Ergo cum Asiæ Rex Eumenes amantissimus nostræ vrbis bellum à Rege Perseo aduersus P.R. comparari Senatui nuntiauisset: non antè sciri potuit, quid aut ille locutus esset, aut patres respondissent, quàm captum Perseum cognitum est. Et mox. Itaque non dicam vnum sed neminem audisse.

x Liui. decad. 5. lib. 2.

A audisse credetes: quod tam multorum auribus fuerat commissum. [x] Non me latet fuisse apud veteres, tacitum aliud iudiciũ, quod etiam à Senatu fieret de candidatis. Cum enim interdum honores peterentur magno ambitu, aperta largitione, ob candidatorum contentionem, populi tribus & centurias corrumpentem: Senatus decernebat, vt iudicium fieret tacitum in candidatos, quo vel antè damnarentur ambitus, vel eorum in comitiis ratio non haberetur, quod more maiorum petiisse non viderentur. Quod Cicero quadam ad Atticum Epistola significare videtur cum ait. Senatus decreuit vt tacitum iudicium, ante comitia fieret, ab iis cõsiliis quæ erant omnibus sortita in singulos candidatos: magnus timor candidatorum. [y] Quibus ex verbis planum fit tacitum id iudicium à Senatu decerni, fierique solitum, vt qui nullo pudore prohiberentur ab effuso ambitu largitionem omitterent, cum intelligerent futurum vt irrita esset designatio si dãnati tacito iudicio essent: fuisseq; ideo ad cohibendam largitionis impudentiam, quasi frenum quoddam taciti iudicij timorem. Tacitum autem iudicium dicebatur, quia factum non edebatur, neque enunciare licebat. De quo etiam intelligendum est quod Cicero officiorum secundo scripsit his verbis. Quamuis enim demersæ sint leges alicuius opibus, quamuis tremefacta libertas, emergunt tamen hæc aliquando aut iudiciis tacitis, aut occultis de honore suffragiis. Animaduerti præterea taciti alterius iudicij mentionem fieri à superiore longe diuersi, quod tum dicebatur, cum ex Senatus de aliqua re consulti taciturnitate & silentio, quid censeret vel decreturus esset facile erat coniicere, cuius exemplum apud Iustinũ cernere est, dum infit. Reuersus in regnum Antiochus, decedit relicto paruulo admodum, filio: cui cum tutores dati à populo essent, patruus eius Demetrius, qui obses Romæ erat, cognita morte Antiochi fratris, Senatum adiit. Dimitti igitur se ad regnum petendum æquum esse, quod sicuti iure gentium maiori fratri cesserit, ita nunc sibi, qui pupillum ætate antecedat, deberi. Cum se non dimitti animaduerteret, à Senatu tacito iudicio tutius apud pupillum quàm apud eum regnum futurum arbitrante, specie venandi ab vrbe profectus, Hostiæ tacitus, cum fugæ comitibus nauem conscendit. [z]

[x] Val. max. de instit. ant. lib. 2. cap. 14.

[y] Cic. ad Att. epist. lib 4. epist. 15.

[z] Iustinus lib 35.

 A

Senatoribus Parisiensibus prætorianique consilij, & aliarum supremarum Galliæ Curiarum considentibus, dum peregrinantur, an aditus in Senatum Britanniæ patere, dicendaque in eo sententiæ potestas fieri debeat.

CAP. XV.



X quo tempore in Senatum Britanniæ Celticæ expetitus, allectusque & cooptatus fui: ambigi sæpiusculè B
vidi, an ne Parisiensis Senatus conscriptis, Prætorianique consilij, & supremarum aliarum huius regni curiarum considentibus, huc aduenientibus, aditus in curiam nostram esse, censendique potestas fieri deberet. Quibusdam existimātibus non debere: quod sui cuique Senatui sint attributi fines, quos iustò lōgius proferre nō liceat: nec extra eos pro imperio quidquam agere. Nam & vulgo receptum est, cum qui prouinciæ suæ limites excesserit: imperio & auctoritate adeò exui, vt iam non publica persona, sed priuata cēseatur. [a] Vnde & Præfectus C
vrbi (inquit Vlpianus) cum terminos exierit, potestatem nō habet. [b] Nec Proconsul potestatem exercet, nisi in ea prouincia quæ ei decreta est. [c] Aditus præterea in Parisiensis curiæ secretarium, quibusdam ex nostris paulo antè præclusus, non parum huius sentētiæ assertores mouebat: sicut & quod Renatus Burgonouanus Cucæus post Senatorium munus in Curia nostra multos annos strenuè, gnauiterq; peractum, libellorum in Regia magisterio donatus, Curię eiusdem decreto (ad quam sacramento dicturus reiectus fuerat) doctrinæ suę periculum fecerat. Cur enim aiebant illi) Senatores nobis erunt, à quibus in priuatis nullóque fere in numero habemur? Quando & Philippum D
(vt est apud Ciceronem) L. Crassus sibi Consulem esse negauit, cui Senator ipse nō esset. [d] Nec Caium cui prætor in Cilicia Cicero præfecturam detulerat, in Præfectis habuit: quòd ab eo vicissim despectus, nec vt Prætor habitus fuisset. [e] Vnde & ille in Senatu de Antonio qui pro Consulari eum non haberet. Non tractabo (infit) vt consulem, ne ille quidem me vt Consularem. [f] Idemque in Pisonem Ego (inquit) consulem esse putem qui Senatum in rep. non putauit? Nam vt demus pro fraterna illa necessitudine, qua inuicem coniuncti symmistæ sunt, & qui

a l. 3. ff. de offic. præf. vrb.
b l. 3 ff. de offic. præf. vrb.
c l. 1. de offic. procons.
d Cic. de orat. lib. 3. Quintil. lib 8. cap 3. val. max. lib. 6. tit. de liber. dict. in.
e Cic. epist. ad Att. lib. 6. epist. 3.
f Cic. 2. Philip.

A vni eidémque reipublicæ, licet in diuersis consessibus præficiuntur, id illis non denegādum: non est quòd conqueri illi possint, cum sibi honorem non habitum: qui ipsi priores læserunt, & fraternitatis (quod in se fuit) iura violarunt. Nulla enim lex æquior, quàm necis artifices arte perire sua. Et vt ex nostris Baldus dixit, qui non facit quod debet, non recipit quod oportet. [g] Vnde & illud Senecæ. Ab alio expectes, alteri quod feceris. Et quod prouerbiô dici solet, Par pari referto. Quo monemur, vt tales in alios simus, quales illôs in nos experimur: meritumque meri-

g l. si non vbi doct. Bald. c. 1 qualit. dominus propri. feud. pri.

B to simili retaliemus. Æquum enim est, vt vnusquisque iuxta sementem à se factam, messem colligat: Nam & quæ obsecro te (vt Cecilij apud Gellium verbis vtar) ista acerbitas est, si idem fiat in te, quod tute in alios feceris. [g] Id enim omnino, vt Aristoteles ex Pithagoreorum sententia definit, ius est, quod vicissim quisque patitur. Vnde & Radamanthi lex illa.

g Gellius noct. Attic. lib. 20. cap 1.

Si quod quisque facit idem patiatur & ipse
Id iustum fiet denique iudicium. [h]

h Aristot. lib. 5. Ethic.

Nec nos etiam iustè quis culpauerit, quod lacessiti, illatā nobis contumeliam vltum ierimus non nouam intulerimus, vel C potius tuendæ dignitatis nostræ fuerimus non incuriosi. Veterem siquidem quisquis fert iniuriam, inuitat nouam. Nec nobis exemplum deerit, quod imitemur. Notum enim omnibus est Tholosanæ curiæ placitum illud anni 1466. quo constitutum fuit, ne cuiquam vel Præsidi, vel Senatori Pariensi aditus in Senatū Tholosanum antè pateret, quàm Tholosanis idem honos in Parisiensi curia haberetur. Non enim alia eius decreti faciendi causa fuit, quàm quòd exclusi similiter Tholosani ab ingressu Parisiensis curiæ fuissent. Nam & aulici summique (vt vocāt) D cōsilij conscripti (quod infra dicā) eodē modo se habēt talionisque legem erga illos quantum in ipsis est etiamnum exercent. Quo nomine non est etiam quod quis eos in crimen vocet omnino: siquidem vt est apud Ciceronem, probabiliora sunt quæ lacessiti vel dicimus vel facimus, quàm quæ priores: † humanitatis quippe est responsi: videmur enim quieturi fuisse nisi essemus lacessiti. Et hæc quidem ferè in hanc partem afferebant.

† Stoicus non mouetur nisi lacessitus iniuria.

Contrà alij sentiebant. Regiam quandam sanctionem laudantes, quæ nominatim iubeat, Parisiensis Curiæ conscriptos in Senatu Tholosano sessum recipi: dicendæque illis sententiæ

potestatem fieri:& vicissim Lutetiæ Tholosanis eundem honorem tribui:quam anno 1465.editam dicebāt, ante quam etiam id in mores inductum, vsuque receptum in Gallia vbique contendebant: vt Parisienses conscripti, dum peregrinabantur, ad consessum in cæteris curiis admitterentur:ac proinde videri indignum, id illis à nobis (qui nouissimi omnium creati sumus) non concedi, quod in alios omnes ipsi quasi suo iure vsurpant. Quin etiam hodiè & à multis annis alios omnes Senatus hoc honore se mutuo afficere. Nec tamen inficiabantur eundem nobis honorem impertiendum. Sed non ideò quòd aditu Parisiensis curiæ prohibiti fuerimus, aulici viatoriique consilij cōscriptos, & alios qui de nobis malè meriti non sint, à nostri Senatus limine ablegandos. Immo nec Parisienses ipsos, qui huc commeant: fieri enim potuisset, vt tum illi Senatui non interfuerint, cum nostris aditus obstructus est:neque si affuerint, ita censuisse.Nec tam quod factum sit,quàm quod fieri debuit cōsiderandum: Nec nobis etiam de vltione magnopere laborandum: quam Christianus nemo expetere debet, nec vlli hominum ordini minus quam senatorio conuenit, qui non tantum vitio vacare sed cæteris omnibus prælucere, speciménque humanitatis, prudentiæ, æquitatis, temperantiæ,& virtutum omnium esse debet. [g] Alioqui (quod & alibi dixisse memini)graue pondus inuidiæ est splendere purpuræ claritate,& morum lampade non lucere. A B C

[g] Cic.3.de leg.

Et hæc ferè illi:quorū in sententiam vt humaniorē & æquiorem crebriore cēsentium numero itū est. De eo vero quod idē honos Lutetiæ nostris exhibitus non fuisset: placuit querelā ad Principem deferri. Conscriptis duobus ea prouincia data qui non ita multo post Lutetiam(vbi tum Rex hyemabat) profecti, & in consistorium Principis introducti,cum mādata edidissent, accersere placuit Parisienses conscriptos: neque prius quidquā decerni,Principem enim vbi coram disceptanteis audisset, verius de causa existimaturum. Accersiti itaque illi Christophorum Thuanum & Petrum Seguerium ex quatuor curiæ primis legatos mittunt. Legatis vtrinque auditis réque diu & multum altercando disceptata proferrur, tandem Principis, interiorisque consilij sui decretum 12.Kal.Septemb.anno 1559. quo Parisiensis curiæ penetralis, auditoriique ianuæ nobis reserantur: sitque in iis nobis censendi potestas, tam consiliariis, quàm altercatoriis diebus. Quo sanctius sanciri constituique nihil po- D

A tuit. Nemini enim notum non est, Senatum Britanniæ, Parisiẽsis instar constitutum esse: iisdemque iuribus, honoribus, & priuilegiis omnibus nostros, atque Parisienses conscriptos vti, fruique debere. A quo tempore nemini nostrum (quod ad me peruenerit) aditus in curiam illam occlusus est. Nam & post paulo Ianum Refugianum, Bernardum Fortiam, Berruerium & Iordanum, nullo edito doctrinæ suæ specimine, Lutetiæ in amplissimum ordinem cooptatos didicimus: quod idem munus in curia nostra obiuissent. Quinetiam Cucæum nostrum, qui nunc

B principem, curiæ nostræ locum obtinet, eo sessionis honore qui præsidibus dari solet illic affectum, exploratum habemus. Cur autem ab initio, huiusmodi nobis honorem, negatum illi voluerint, non satis mihi liquet. Neque tamen credibile est tantum concessum, de quo non in omnibus honorificè sentire piaculum esset, id temerè leuiterque censuisse. Quò fit vt id primum, ab illis non impetratum putem: quia eorum qui hoc se honore affici postulabant, nonnulli larem Lutetiæ fouebant: alij magistratus Parisiẽsi Senatui obnoxios gerebant: in iis præfecturis, quæ in curiam illam prouocationis iura petunt. Quod tamen fraudi esse, cæteris non debuit, quibus idcirco principis

C illo decreto, abundè consultum est.

Et is quidem rerum nostrarum fuit status, cum hæc commentarer. Qui tamen non ita multo post immutatus est, Iacobo Luca præside & quibusdam aliis ex nostris repulsam passis, cùm de sessionis honore & censendi potestate Parisiensem curiam appellassent. Quod cum ad nos peruenisset, placuit Senatui de eadem re principem iterum adiri. Datum negotium Alixantio classis vnius inquisitoriæ duci: Qui cùm mandata exposuisset, iubentur rursum Parisienses principi dicto audientes esse: nosque in Senatu sessum recipere, censendique potestatem

D nobis facere. Deque ea re conficiuntur Codicilli Idibus Augusti anno 1571. Quos cum curię Alixantius obtulisset, résque longius protracta effectui mandari nequiuisset regi aduocatione trabem in omnibus (vt dicitur) inueniente, reuersus Alixantius quæ ab se gesta sunt renũciat. Quamobrem fit S C. vt legati de ea re ad principem mittantur. Nec multo post Cucæo Præsidi, qui legationis princeps, ad salutandum curiæ verbis Henricum secundum ex Polonia reducem, nouúmque regem electus erat: hæc & alia curiæ mandata perferenda dantur: qui ea diligenter persequitur & conficit: adeò vt optatorum penè omnium quæ

ei modo à Senatu iniuncta erant, factus sit compos. Nam & quod ad curiæ Parisiensis aditum attinet, Princeps de interioris consilij sui sentẽtia, (ad quod de ea re retulit) visis Caroli Regis fratris sui dyplomatibus & decretis à nobis citatis, aliisque Hẽrici patris sui In eandem sententiam. 13. Kalend. Maias anno 1556. exaratis, statuit tam præsides quàm Senatores Curiæ nostræ in supremis quibusuis regni sui concessibus & qui vltimum iudicant, sessum recipi dicendæque illis sententię potestatem fieri, iis locis & sedibus qui præsidibus & consiliariis attributi sunt. Déque ea re fit dyploma 6. nonas Maias anno 1575. Quod cum Parisiensi curię oblatum cognitorique regio exhibitum fuisset, fit S C. pro vniuerso curiæ consilio 3. non. Iun. anno 1575. vt regium dyploma in actis publicis perscribatur: locúsque & sedes in auditorio primario disceptatoriis diebus, quibus extemporales prouocationum lites, & quæ prętentanei sunt iudicij dirimuntur, nostris detur: facta etiam illis dicendæ sententiæ potestate. Sed ita ne plures quàm duo simul ingrediantur: & qui obnoxiæ sententiæ iudices non sint in iis ciuitatibus vel prouinciis quæ Parisiensi senatui contributę sunt: inque eum prouocatorij iuris experiundi gratia conueniunt: eáque lege vt qui ex nostris ternis illis mensibus quibus iustitiæ sacris operantur peractis, nouem reliquis dum à muneribus suis vacant, sibi ipsis viuentes, Lutetię Parisiorum degunt, aditum ad Senatum fastis etiam iudiciariisque diebus nisi pari numero non habeãt: nec eum quidem iugem & assiduum: Sed infrequẽtem & interruptum, pérque vices ac cùm intercapedine aliqua temporis intermissum. Id porrò dyploma regium cum ad nos allatum esset, iussit Senatus noster in literas publicas referri prid. Idus Augusti eodem anno 1575.

An verò Romana florente republica, senatoribus Romanis, ius fuerit sedẽdi, dicendęque in aliis Senatibus sententię & vicissim aliarum ciuitatum Senatoribus in Curia Romana: quãuis comperti nihil habeam, putauerim id illis ius fuisse: nó item his. Cum enim Senatui Romano (qui veluti supremum imperij caput aliis potestatem dabat) vniuersus pene pareret orbis: perabsurdum fuisset senatoribus Romanis amplissimi orbis terræ consilij Principibus [h] peregrè proficiscentibus, eum honorem non haberi, quibus tantùm tributum fuisse traditur, vt nulla fuerit ciuitas tam potens, aut tam libera, aut etiam tam imma-

[h] Cic. 3. Phil. epp.

A nis ac barbara, neque Rex vllus, qui Senatorem populi Romani tecto ac domo non inuitaret debitúmque Senatorio ordini honorem, minuisse existimaretur, qui Senatorem peregrinantem hospitio non excepisset. Et hic enim verè proprieque Senatoris nomine censebatur: vt qui in eum Senatum qui maximus, & (vt cum Cicerone loquar) orbis terræ sanctissimum grauissimúmque consilium vocabatur [i] lectus esset: cum alii vel curiales, vel minores Senatores dicerentur. [h] Turpe præterea fœdumque fuisset: illos quibus etiam consistorium Principis ingrediendi facultas præberetur à conuentu minorum Senatorum arceri: neque ipsis inferiorum patere * Buleuterium.
B [k] Vt sic verisimillimum sit, vbicumque gentium in orbe Romano id illis honoris impertitum. Cui rei & illud indicio est, quod Ciceroni & Q. Fratri cum in Siciliam profecti, de furtis & rapinis Verris quæsituri, Syracusas venissent, eum honorem non tantum habitum legimus, sed etiam à Senatoribus assurrectum, quod vt planum fiat, Ciceronis ipsius de ea re testimonium proferam, ex 6. in Verr. actio. cuius hæc sunt verba: cum hæc agerem, repentè venit ad me Heraclius, is qui tum magistratum Syracusis habebat, agit mecum & cum Q. Fratre
C meo, vt si nobis videretur, adiremus ad eorum Senatum: frequentes esse in curia: se iussu Senatus à nobis petere, vt veniremus. Primò nobis fuit dubium, quid ageremus, deinde citò venit in mentem, non esse vitandum nobis illum conuentum, & locum: itaque in Curiam venimus: honorificè sanè cōsurgitur, nos rogatu magistratus assedimus. Quod autē tum Cicero Senator esset ex alio eiusdem loco colligere licet, quo queritur se à Mamertinis publicè non inuitatum. Sic enim ille: Mamertini me publicè non inuitarunt, me cum dico leue est, Senatorem
D populi Romani si non inuitauerunt, honorem debitum detraxerunt, non homini, sed ordini: nam ipsi Tullio patebat domus locupletissima, & amplissima Cn. Pompei Basilici. Et post paulò. Senator pop. Rom. quòd in vobis fuit, in vestro oppido iacuit, & pernoctauit in publico: nulla hoc ciuitas vnquàm commisit. Et alibi in Siciliam sum inquirendi causa profectus Senator ad socios pop. Rom. qui in ea prouincia quæstor fuissem ad hospites meos diuerti. [l] Cur autem aliarum ciuitatum Senatoribus aditus in Curiam Romanam patere debuerit nihil video: cum longe minor eorum esset quàm Romanorum Senatorum auctoritas & potestas. Credibile tamen est, vnius ciuita-

i Cic. 1. in Catil.

h Maiorianus in nouell. de curial. l. curiales & l. omnes iudices C. in decurio. lib. 12.

k Arg. l. fin. C. de offic. diuers. iud. & l. fin. C. vbi senat. vel clariss.

* Buleutorion. locus consiliis publicis destinatus curia. Cicero 4. Verri. deinde vt in Curia Syracusis, quem locū illi Buleutorion vocāt.

l Cic. 3. in Verre.

tis Senatores, in Senatibus aliarum ciuitatum Romano impe- A
rio subiectarum sedem & suffragium habuisse: huiusmodique illos honores sibi inuicem detulisse. Quod quamuis nominatim legisse me non meminerim: scio tamen in more positum fuisse, vt aliena in prouincia, alterius prouinciæ Prætores, sessum non modò reciperentur: sed primi etiam sententiam in Prætoris consilio diceret. Id enim apertè significat Cicero quo loco Dolabellã Ciliciæ Prætorem, rogatu Verris, in Asiam ad Neronem Prætorem iuisse scribit, cum de Philodamo decernendum esset. Ait enim cum in consilio Neronis primum sententiam dixisse. Sunt autem hęc Ciceronis verba: Rogat & orat B
Dolabellam vt de sua prouincia decedat, ad Neronem proficiscatur: se demonstrat incolumem esse non posse, si Philodamo viuere, atque aliquando Romam venire licuisset. Commotus est Dolabella, fecit id quod multi reprehẽderunt, vt exercitum, prouinciam, bellum relinqueret, & in Asiam hominis nequissimi causa, in alienam prouinciam proficisceretur. Posteaquam ad Neronẽ venit, contendit ab eo, vt Philodami causam cognosceret. Venerat ipse, qui esset in consilio, & primus sentẽtiam diceret. [l] Vt mirũ videri possit quod P. Manutius vir eru- C
ditissimus Romanarúmque antiquitatum scientissimus, & quẽ nihil fere quod modò scriptum à Cicerone sit fugiat, dixerit. Prætores in aliorum Pretorum consilio iudices sedisse, non esse vt credi possit. [m] Neque enim id lege vlla vel S C. vetitum vnquam fuisse, me legisse memini: nec credibile est quem sibi honorem prouinciales pretores mutuum habuerunt, vrbanos etiã sibi inuicem non detulisse. Sed vt demus dicendæ non modò sententiæ, verumetiam sedendi ius cuiquam extero Senatori in Curia Romana non fuisse: obseruaui tamen hunc sessionis honorem quibusdã prouincię Gallię Senatoribus & legatis quan- D
doque impertitum. Cuius rei testem habeo Sydonium Apollinarem. Scribit enim Tonãtio Ferreolo, aliisque pręfectoriis viris: cum legati è Gallia Aruandum vrbis pręfectum publico nomine accusaturi Romam missi essent, cum honorem in Senatu oblatum, quem & Ferreolus qui se & legatum & Senatorẽ meminisset non reiecerit, ita enim Sydonius. Pauci medij dies, & in tractatorium frequens Senatus, citati intromittuntur, partes vt moris est è regione consistunt, offertur præfectoriis ante propositionis exordium ius sedendi, Ferreolus circunsistantibus latera collegis verecundè ac leuiter in vno subselliorum,

capite

l Cic. 3. in Verrem.

m. Manutius in 4 Cic. ad Q. Frat. epist. lib. 3.

A capite consedit, ita vt non minus legatum se, quàm Senatorem reminisceretur. Legatis similiter exterarum nationum: quæ virtute & amicitia Romana præstarent, eundem honorem habitũ ex Tacito cognosci potest, cùm de legatis Germanorum Romam missis scribit ad hunc modum. Aduertere quosdam cultu externo in sedibus Senatorum, & quinam forent rogitãtes postquàm audiuerant earum gentium legatis, id honoris datum quę virtute & amicitia Romana præcellerent, nullos mortalium armis aut fide ante Germanos esse exclamant, digrediuntúrque & B inter patres considunt. [m] Quod comiter à visentibus exceptum, quasi impetus antiqui & bona æmulatio. [n] De qua re similiter Tranquillus. Germanorum legatis in orchestra sedere permisit, simplicitate eorum, & fiducia motus, quod in popularia deducti, quum animaduertissent Parthos, & Armenios sedentes in Senatu, ad eadem loca spontè transierant, nihilò deteriorem virtutem, aut conditionem suam prædicantes. [o] Quo exemplo & Austriæ ducis legatos in Senatu Parisiensi ad consessum admissos nonis Feb. anno 1452. sunt qui tradant. [p] Non possum autem hoc loco silentio præterire, honorem mihi collegæque meo Pe- C tro Capellano Rupegifardo, Burdegalæ in Senatu habitũ: cum Martio mense anni qui salutis humanæ sexagesimus quintus supra sesquimillesimum fuit, legati à Senatu nostro ad Carolum Regem missi de via fessi Regis aduentum expectantes, aliquot illic dies constituissemus. Tantùm enim abfuit, ne aditu Curię arceremur, vt etiam accersiti, ac inuitati, precibúsque propè pertracti in eam iuerimus. In cuius sanè penetrali, ac auditorio perhumanè pérque honorificè excepti fuimus: facta etiam nobis potestate sedendi in orchestra disceptatoriis diebus, eo ordine, quo in album conscriptorum asciti fueramus: perinde ac si Curiæ illius alumni sacramento in ea dixissemus.

m Sidon. Apoll. in epist. lib. 1. epist. 7.

n Tacit. annal. lib. 13.

o Tranq. in Clau. cap. 25.

p Luc. olacito. curiæ Paris: lib. 4. tit. de is qui præter conscripto & in cur. admittuntur artic. vltimo.

D Planè quod de summæ cuiusque Curiæ conscriptis in Gallia dictum est, vt sese mutuo sessionis honore afficiant, de Prætoriani quoque consilij considentibus accipi oportet. Siquidem & hi vltimùm iudicant, & vbique sessum recipiuntur, quo pacto & aliarum Curiarum conscriptis in Prætoriano cõsilio tam sedendi, quàm ferendi suffragij ius ac potestas est: qua de re etiam extat Francisci Regis huius nominis primi edictum, quo disertis verbis iubentur tam Parisiensis quàm aulici viatorisque Senatus considentes fraterna inuicem beneuolentia se complecti, mutuúmque sibi sessionis hunc honorem tanquam decuriali-

bus & Collegis impertiri eo ordine, quo quisque in album Senatorum adscriptus fuerit, quo tamen iure vti Parisiensi Senatui nunquam placuit: vnde etiam accidit vt quæ cæteris omnibus Senatorij ordinis patet Prætoriani consilij ianua, Parisiensibus solis mutua veluti compensatione semper occludatur. Cur autem Principis edicto audiens Parisiensis Senatus non fuerit, non satis compertum habeo: veri tamen mihi simillimum videtur, id ei nec ex dignitate sua neque ex vsu reipublicæ esse visum. Nam & Ludouicus duodecimus qui post paulò quam regnum adeptus est, nouam hanc iudicum decuriam instituit, vel potius à Carolo institutam confirmauit, cum in eam adscriptis eundem honorem habendum decreuisset, non ita multò pòst mutato consilio decretum illud suum irritum fecit. Cuius rei causa hæc à quibusdam affertur quod plerique eorũ qui semestribus suis actis Lutetiæ morabantur, singulis penè diebus curiam ingressi impedimento Senatoribus erant, ne partes suas implerent, debitóque perfungerentur officio.[p] Cum itaque permulti eorum senis illis mensibus quibus à publicis negotiis feriantur, etiamnum Lutetiæ habitent: mirum videri cuiquàm nõ debet quòd Parisiensis curia tam secretarij quam auditorij sui aditu eos arceat: eóque maximè quod Regum nostrorum sanctionibus hic honos non aliis, quàm peregrinantibus & qui per aliena loca peragrando proficiscuntur decretus est. Quod verò viatorius Principis Senatus (vt dixi) par pari refert, nec etiam Parisiensibus aditum ad se præbet non omnino temerè fieri videtur, nititur quippe Ludouici eiusdem constitutione quæ nominatim statuit, nulli alij Senatori sedendi in eo conuentu ius ac potestatem esse, neque iuris etiam dicendi gratia nisi qui à iuris præfecto, quem cancellarium dicimus in id accersitus fuerit. De his verò qui in interiore illo ac sanctiore Principis nostri cõsilio maxima quæque disceptant, edita est à Carolo nono qui nunc rerum potitur constitutio, qua illis sedes censendique potestas vbique tribuitur. Cum antea hic eis honos non haberetur præterquàm iis qui Senatorium munus obiuissent, aut cuiusuis alterius muneris à se gesti ratione in supremis Curiis consedissent. Aliarum vero Curiarum considentibus sedendi ac dicendæ in interiore illo Principis consistorio sententiæ, ius non est, præterquam Parisiensis Senatus quinque primis quibus similiter noua illa Caroli sanctione hoc datum est. Ea tametsi nondum, quòd acceperim, recitata promulgata & in actis curiæ nostræ perscripta fuerit, anno tamen millesimo quingentesimo se-

[p] Rebuffus in rubricam de aulico viatorioque cõsilio & eius instit. art. 2.

A xagesimo quinto mense Februario Francisco Collignio Andeloto, quòd is principi in sanctiore illo Senatu à consiliis esset, Senatus noster sedem dedit, censendique potestatem secum fecit: cum permulti de constitutionis recitatione in Parisiensi curia, testimonium dicerent. Quis autem regum nostrorum sacrum hunc Senatum instituerit, parum comperi: antiquum tamen esse satis constat, in quem fere non alij referuntur quam regij sanguinis proceres, & antistites, Magister militum, iuris & maris præfecti, Polemarchi, & selecti aliquot vtriusque ordinis

B viri, Cuiusmodi fuisse Ætolorum sanctius consilium ex delectis atque eximiis viris cõstans (quos * apocletos appellabant) Liuius tradit. [r] Consistorium principis intimum non absurdè quis dixerit, quod Suidas † Synedrion vocat: in quo legatos & quoscumque se adeuntes admittit & audit, & de causis cognoscit, inquirentibus in negotium, & dispicientibus consistorianis, vt ex Ammiano Marcellino cognosci potest dum infit: Dynamius consistorium solus ingressus intimum. Et post paulò. His cognitis statuit Imperator dispicientibus consistorianis in negotium præter inquiri: [s] Consistorij autem verbo non locum tan-

C tum in quo patres cum principe consultandi, decernendique gratia consistunt, intelligimus: Sed interdum etiam Conuentum, ipsámque consistentium multitudinem quam veteres constitutum dicebant. Festus. Constitutus hominum à consistentium multitudine appellatur. Neque quidquam inter consistorianos, & comites cõsistorij interesse videtur. [t] An verò Romanis Senatoribus considendi, dicendæque in principis consistorio sententiæ ius fuerit, non satis liquet: Sunt enim qui negent, quod id illis honoris impertitum nullibi scriptum reperiatur: nec desint qui consistorianos etiam ipsos sedente & cogno-

D scente principe stetisse tradant: cui rei argumento est, quod diuus Ambrosius de legatione quam pro Valentiniano Imperatore ad Maximum Regem obiuerat agens scripsit ad hunc modũ. Vbi sedit in consistorio ingressus sum, assurrexit vt osculum daret: ego inter consistorianos steti. [v] Hinc enim annotant non adsedisse consistorianos sed stetisse? [x] Contra alij ad consessum admissos, censendique potestatem illis factam affirmant. Quorum in sententiam libentius concesserim. Cum enim ex superioribus liqueat, honoratis etiam (qui in actu positi non erant, & quorum longe minor quam Senatorum fuit dignitas) ingressum in principis consistorium patuisse, dubium non est,

LLl ij

* Exclusus.

r *Liuius lib. 36.*

† Locus cõcilij aliquãdo conciliũ.

s *Ammianus Marcell. lib. 15.*

t *Rub. & l. 1. & 2. de Comit. consisto. lib. 12. C.*

v *D. Ambr. ad Valentin. lib. 5. epist. 27*

x *Cuiacius l. 1. de Comit. consist. lib. 12. C.*

bus & Collegis impertiri eo ordine, quo quisque in album Senatorum adscriptus fuerit, quo tamen iure vti Parisiensi Senatui nunquam placuit: vnde etiam accidit vt quæ cæteris omnibus Senatorij ordinis patet Prætoriani consilij ianua, Parisiensibus solis mutua veluti compensatione semper occludatur. Cur autem Principis edicto audiens Parisiensis Senatus non fuerit, non satis compertum habeo: veri tamen mihi simillimum videtur, id ei nec ex dignitate sua neque ex vsu reipublicæ esse visum. Nam & Ludouicus duodecimus qui post paulò quam regnum adeptus est, nouam hanc iudicum decuriam instituit, vel potius à Carolo institutam confirmauit, cum in eam adscriptis eundem honorem habendum decreuisset, non ita multò pòst mutato consilio decretum illud suum irritum fecit. Cuius rei causa hæc à quibusdam affertur quod plerique eorũ qui semestribus suis actis Lutetiæ morabantur, singulis penè diebus curiam ingressi impedimento Senatoribus erant, ne partes suas implerent, debitóque perfungerentur officio. [p] Cum itaque permulti eorum senis illis mensibus quibus à publicis negotiis feriantur, etiamnum Lutetiæ habitent: mirum videri cuiquàm nõ debet quòd Parisiensis curia tam secretarij quam auditorij sui aditu eos arceat: eóque maximè quod Regum nostrorum sanctionibus hic honos non aliis, quàm peregrinantibus & qui per aliena loca peragrando proficiscuntur decretus est. Quod verò viatorius Principis Senatus (vt dixi) par pari refert, nec etiam Parisiensibus aditum ad se præbet non omnino temerè fieri videtur, nititur quippe Ludouici eiusdem constitutione quæ nominatim statuit, nulli alij Senatori sedendi in eo conuentu ius ac potestatem esse, neque iuris etiam dicendi gratia nisi qui à iuris præfecto, quem cancellarium dicimus in id accersitus fuerit. De his verò qui in interiore illo ac sanctiore Principis nostri cõsilio maxima quæque disceptant, edita est à Carolo nono qui nunc rerum potitur constitutio, qua illis sedes censendique potestas vbique tribuitur. Cum antea hic eis honos non haberetur præterquàm iis qui Senatorium munus obiuissent, aut cuiusuis alterius muneris à se gesti ratione in supremis Curiis consedissent. Aliarum vero Curiarum considentibus sedendi ac dicendæ in interiore illo Principis consistorio sententiæ, ius non est, præterquam Parisiensis Senatus quinque primis quibus similiter noua illa Caroli sanctione hoc datum est. Ea tametsi nondum, quòd acceperim, recitata promulgata & in actis curiæ nostræ perscripta fuerit, anno tamen millesimo quingentesimo se-

A B C D

p Rebuffus in rubricam de aulico viatorioque cõsilio & eius instit. art. 2.

A xagesimo quinto mense Februario Francisco Collignio Ande-
loto, quòd is principi in sanctiore illo Senatu à consiliis esset, Se-
natus noster sedem dedit, censendique potestatem secum fe-
cit: cum permulti de constitutionis recitatione in Parisiensi cu-
ria, testimonium dicerent. Quis autem regum nostrorum sa-
crum hunc Senatum instituerit, parum comperi: antiquum ta-
men esse satis constat, in quem fere non alij referuntur quam
regij sanguinis proceres, & antistites, Magister militum, iuris &
maris præfecti, Polemarchi, & selecti aliquot vtriusque ordinis
B viri, Cuiusmodi fuisse Ætolorum sanctius consilium ex delectis
atque eximiis viris cõstans (quos * apocletos appellabant) Liuius * Exclusus.
tradit. [r] Consistorium principis intimum non absurdè quis di- r Liuius lib.
xerit, quod Suidas † Synedrion vocat: in quo legatos & quos- 36.
cumque se adeuntes admittit & audit, & de causis cognoscit, † Locus cõ-
inquirentibus in negotium, & dispicientibus consistorianis, vt cilij aliquã-
ex Ammiano Marcellino cognosci potest dum infit: Dynamius do conciliũ.
consistorium solus ingressus intimum. Et post paulò. His co-
gnitis statuit Imperator dispicientibus consistorianis in nego-
tium præter inquiri: [s] Consistorij autem verbo non locum tan- s Ammianus
C tum in quo patres cum principe consultandi, decernendique Martell.lib.
gratia consistunt, intelligimus: Sed interdum etiam Conuen- 15.
tum, ipsámque consistentium multitudinem quam veteres
constitutum dicebant. Festus. Constitutus hominum à consi-
stentium multitudine appellatur. Neque quidquam inter con-
sistorianos, & comites cõsistorij interesse videtur. [t] An verò Ro- t Rub. & l. 1.
manis Senatoribus considendi, dicendæque in principis consi- & 2. de Co-
storio sententiæ ius fuerit, non satis liquet: Sunt enim qui ne- mite consisto.
gent, quod id illis honoris impertitum nullibi scriptum reperia- lib. 12. C.
tur: nec desint qui consistorianos etiam ipsos sedente & cogno-
D scente principe stetisse tradant: cui rei argumento est, quod di-
uus Ambrosius de legatione quam pro Valentiniano Imperato-
re ad Maximum Regem obiuerat agens scripsit ad hunc modũ.
Vbi sedit in consistorio ingressus sum, assurrexit vt osculum da-
ret: ego inter consistorianos steti. [u] Hinc enim annotant non u D. Ambr.
adsedisse consistorianos sed stetisse? [x] Contra alij ad consessum ad Valentin.
admissos, censendique potestatem illis factam affirmant. Quo- lib 5. epist. 27
rum in sententiam libentius concesserim. Cum enim ex su- x Cuiacius l.
perioribus liqueat, honoratis etiam (qui in actu positi non 1. de Comit.
erant, & quorum longe minor quam Senatorum fuit dignitas) consist. lib. 12.
ingressum in principis consistorium patuisse, dubium non est, C.

LLl ij

quin idipſum etiam Senatoribus (qui pars corporis imperatorij ſunt.[y] Et in quorum ordine ſeipſos Imperatores numerant,)[z] datũ fuerit: nec credibile eſt Romanos principes, qui tanti hunc ordinem fecerunt, vt faſtigium & culmen maximarum exiſtimauerint eſſe dignitatum,[a] ſtare eos in ſuo auditorio voluiſſe. Nec mihi veriſimile fit, ipſos etiam conſiſtorianos dum cognoſceret princeps ſtantes in auditorio ſacro fuiſſe: qui videam illos à viris apprimè doctis ita definiri vt ſint qui ius ſedendi & cenſendi in conſiſtorio habent:[b] Nam & quod D. Ambroſius ſedẽte Maximo inter conſiſtorianos ſe ſtetiſſe ſcribit, ad Romanorũ Imperatorum conſiſtorium nihil pertinet. Nec enim Imperator ſed tyrannus Maximus fuit, qui rerũ nunquam potitus eſt, móxque vt Imperium inuaſurus collecto exercitu in Italiam tranſiit, victus, captus & ſupplicio affectus à Theodoſio fuit,[c] Sed fac Imperatorem fuiſſe: non ideò tamen quod ſedente ipſo ſtarent conſiſtoriani, cum ad illum diuus Ambroſius mandata quæ à Valentiniano habebat expoſiturus, in conſiſtorium introductus eſt, conſequens eſt, eos quoque cognoſcente & diſceptãte principe ſeſſum receptos non fuiſſe. Ad hos verò conſiſtorianos ſeu ſacri cõſiſtorij comites reſpexiſſe videtur Spartianus in Hadriano dum ait. Cum iudicaret in conſilio, habuit non amicos ſuos aut comites ſolum, ſed iuriſconſultos, & præcipuè Iulium Celſum, Saluium Iulianum, Neratium Priſcum, aliósque quos tamen Senatus omnis probaſſet. Et rurſus erat tunc mos vt cum Princeps cauſas cognoſceret, & Senatores, & equites Rom. in conſilium vocaret, ſententiam ex omnium deliberatione proferret. Quibus etiam ex verbis intelligere licet apud Rom. ad diſceptandas controuerſias, de quibus in ſacro principis auditorio ambigebatur, adhibitos non modo palatij proceres conſiſtorianos & principis neceſſarios fuiſſe, verumetiam Senatores & iuriſconſultos.[d]

y l. quiſquis C. ad legem Iul. magiſt.

z l. ius Senatorum de dign. lib. 12. C.

a Spartianus in Hadria. & l. maximarũ de excuſatio. numerum lib. 12. C.

b Briſon. lib. de ver. ſignifi. 3.

c Nicephor. eccl. hiſto. lib. 9. cap. 19. & lib. 12. ca. 21. Pompon. Lætus & Egna. in Theodoſio.

d l in offerẽdis C. de appe. l. fin § in his C. de tempo. appell. l. omnẽ C. quãdo prouo. non eſt nec l. 2. C. de legi. & Nouel. Iuſtin. 20. de his qui in cauſis appellationũ appar. offic. fung.

A B C D

A

Regimini Armoricæ Britanniæ Præfecto, (quem gubernatorem, regiumque locum tenentem vocant) gladio etiam cincto, quoties libuerit curiam ingredi licere.

CAP. XVI.


ANO Lauallio Castribriãdei regulo vita functo, Ioan-
B nes à Britannia Stemparum Dux, idémque Pentheu-
rij comes. Huius Armorici ducatus regimini à Chri-
stianissimo Galliarum Rege Francisco præficitur: &
non multo pòst Henrico huius filio, hæreditario iure regnum
adepto, ab eodem confirmatur. In quo administrando, talem
cum se præstitisse omnes nouimus, vt non dubitem quin ipse sit
aliquando, Armoricis nostris desiderium sui relicturus. Nam
præter cætera, quibus perpetuò sibi regionem hanc deuinxit of-
ficia constans est fama, authorem cum Principi fuisse consti-
tuendi nostri Senatus. Is cum Rhedonis agens anno 1554. pro
C ea * harmostæ, proregisque quam sustinebat dignitate, curiam
ingredi sibi licere petiisset, cum feria quædam haberet, & ad re-
rum summam pertinentia, quæ coram in Senatu exponere vel-
let, non est visum ex dignitate Senatus, aditum illi curiæ nisi
inermi concedi. Quod cum ei, aut ab actuario, aut alio curiæ
verbis nunciatum fuisset: neque gladio cincto, vel comitato
expansas vel apertas illi curiæ fores futuras: tulit ægerrimè pro
eo ac debuit. Neque tamen defuere, qui factum id probarent,
veluti ad conseruandam summi ordinis amplitudinem, maie-
statemq; pertinens. Aiebant enim, nemini vnquam ferro suc-
D cincto, (quacumque dignitate insignitus is esset) præterquam
Regi, aditum in Parisiensis curiæ secretarium vel auditorium
patuisse: nostrum autem Senatum, Parisiensis instar edicto Re-
gio constitutum. Quorum sententiam & illud nonnihil iuuare
videbatur, quod Tranquillus scribit Tyberium Cæsarem, nun-
quam curiam, nisi solum intrasse: lecticáque quondam ob ægri-
tudinem introlatum, comites à se remouisse.[a] Sicut & quod ali-
bi traditur, ipsum cum vim sibi ab aduersariis quibusdam illa-
tum iri metueret: à Senatu petiisse, vt Macro præfectus Tribu-
norum, & Centurionum pauci cum eo introirent, quoties Cu-
riam ingrederetur.[b] Et quod Tranquillus ait. Claudium etiam,

* *Harmostæ*) Pro eo magistratu, vel pro ea constitutione prouinciæ: nam magistratus erat apud Lacædemonios reficiendis prouinciis creatus, quod Budæus docet in pãdectas. D. Dyonisius episcopos ἁρμοστὰς appellat, vel pro ea reconciliatione.

a *Tranq in Tyber. cap.* 30.

b *Corn Taci. Annal lib.* 5.

vt ſibi in Curiam Præfectũ prætorij Tribunoſq; militum ſecum A inducere liceret, precariò exegiſſe.[c] Quid enim opus fuit, preces ad id obtinendum adhiberi, quod proprio illis iure licebat? Huc ſpectat quod Calpurnium Piſonem à Tyberio incuſatum fuiſſe Cornelius Tacitus memoriæ prodidit, quòd gladio accinctus curiam introiret.[d] Et quod Zeleucus Locrenſium ille legiſlator ſanxiſſe capire fertur, ne quis armis obſeptus Senatum ingrederetur. Quam legem cum ſoluiſſe ipſe argueretur, quia vrgente bello, ſumptis armis ad propulſandũ quod imminebat ciuitati periculum, ſubito vocatus, in conſilium arma imprudens ſecum B detuliſſet: ferro quod habebat diſtricto incubuit. Id quod & Charondæ Thuriorũ legumlatori aliqui, nonnulli etiam Dyocli Syracuſanorum Principi tribuũt.[e] Eodem pertinet & caput illud legis Iuliæ de vi publica: quo conſtitutum eſt, ea lege teneri, qui cum telo dolo malo in conuentu fuerit, vbi iudicium publicè exercebitur.[f] Quod ab illa vel Zeleuci, vel Charõdæ lege fluxiſſe videtur. Nec huic quidquam aduerſatur ſentẽtiæ, quod aiunt Antoniũ cum Ithyreis & armatis ſatellitibus Romanam Curiam iniuiſſe, ſediſſeq; * machærophoros & enſipheros in ſedibus Senatorum:[g] à quibus dicentium ſententiæ melius pro- C piuſq; exciperẽtur, quam à Senaroribus. Id enim facinus vti temerarium improbatum fuiſſe, vituperioq; Antonio datum, vel ex Cicerone colligi poteſt: cum ita ſcribit.[h] Iam illud cuius eſt non dico audaciæ (cupit enim ſe audacem dici) ſed quod minimè vult ſtultitiæ, qua vincit omnes cliui Capitolini mẽtionem facere? cum inter ſubſellia noſtra verſentur armati: cum in hac ſella Concordiæ (ô dij immortales) in qua me Conſule ſalutares ſententiæ dictæ ſunt, quibus ad hunc diem viximus, cum gladiis homines collocati ſtent. Accuſa Senatum, accuſa Equeſtrem ordinem qui tum cum Senatu copulatus fuit: accuſa omnes or- D dines, omnes ciues, dum cõfiteare hunc ordinem hoc ipſo tempore ab Ithyreis circunſederi. Et alibi cum ad Lentulum ſcribẽs ait.[i] Meum ſtudiũ honori tuo pro neceſſitudine noſtra non defuiſſet, ſi aut tuto in Senatum, aut honeſtè venire potuiſſem. Sed nec ſine periculo quiſquam liberè de rep. ſentiens verſari poteſt in ſumma impunitate gladiorum: nec noſtræ dignitatis videtur eſſe, ibi ſententiã de rep. dicere, vbi me & melius, & propius audiãt armati, quam Senatores. Minus obſtat quod Plutarch. tradit.[k] Centurionem quendam à Cæſare Dictatore Romã miſſũ, pro foribus Curiæ ſtantem cum tempus imperij minimè à Se-

c Tranq. in Claud. cap. 12.

d Tacit. Annal. lib. 4.

e Val. lib. 6. c. 5 de iuſtitia. Diod. ſic. biblio. ſu. lib 12. Cal. Rhodig. lect. antiq. lib. 18. c. 19.

f l. qui dolo. §. qui ludos ff. ad l. iul. de vi pub.

g Plut. in Caſa. dicta.

h Cic. 2. Philipp.

* Machæra gladius Apule. lib. 9. de Aſin. comminabatur ſeſe conciſurum cùm Machæra fruſtatim.

i Cic. epiſto. lib. 12. epiſt. 2.

k Plutarc in Iul. Caſ.

A natu prorogari Cæsari cognouisset, concusso manu gladij capulo dixisse, hic prorogabit. Et quod Tranquillus scribit.[l] Augusto Consulatum sub exercitus nomine deposcente, Cornelium Centurionem legationis principem (quia cunctantem Senatum vidisset) reiecto sagulo, gladij capulum ostendentem, non dubitasse in Curia dicere, hic faciet si vos non feceritis. Vtrumque enim factum iniustum, inconsideratissimæque & dementissimæ temeritatis plenum esse perspicuum est: huiusmodique vt in exemplum trahi minime debeat. Sed fuerit sanè Centurio ille à Cæsare Dictatore missus, pro foribus Curiæ B stans, ense cinctus: ipsum tamen gladio succinctum curiam iniuisse nullibi (quod sciam) scriptum reperitur. Nec de ea re etiam Plutarcho satis conuenit cum Appiano, dicente Appiano, Cæsarem ipsum ensis capulum manu concutientem, cùm aduersantem Marcellum vidisset, minitantem respondisse. Hic mihi dabit, si vos abnueritis.[m] Sed nec id etiam omnino extra controuersiam est, quod de legato, Romam ad deposcendum Augusto Consulatum misso exposuimus: dissentientibus inter se nobilissimis authoribus Tranquillo, & Dyone. Scribit enim Dyon. Inermes legatos ad Senatum introiuisse. C De his tamen, quæ à legationis Principe dicta fuere, optimè conuenit inter eos, de eo tantum dissident, quod in Curia Tranquillus, Dyon extrà, dicta contendit: cùm miles ille curia egressus, gladium quem deposuerat resumpsisset.[n] Non magis vrget quod de Manlio Consule Liuius scribit, qui cùm L. Annius Setinus, Prætor Latinus Legatus Romam missus, in Capitolio petiisset, Consulem alterum, Roma alterum ex Latio creari Senatusque partem æquam ex vtraque gente fieri: palam dixit, si tanta dementia P C. cœpisset, vt ab Setino homine leges acciperent: gladio cinctum in Senatum se esse venturum: & quemcumque in curia Latinum vidisset, sua manu D interempturum. Id enim iræ ferociæque & animi impotentiæ Manlij adscribitur: qui nec Setini arrogantiam ferre, neq; animi sui impetus comprimere potuerit.[o] Vt sic nihil videatur fuisse ob quod ille conqueri debuerit, se minus honorificè habitum, dùm illi ad curiam aditus nisi inermi non patuit. Quandoquidem & id honoris, reuerentiæq; loco illi deberi videtur: ne quis eò armatus, gladióve cinctus accedat.[p] De eo enim dicere licet, quod Cicero scripsit, esse Curiam reipub. sacrarium,[q] templum sanctitatis, amplitudinis, mentis, consilij publici,

l Tranq. in Aug. cap. 26.

m App. bell. ciuil. lib. 2.

n Dyon in Aug. lib. 46.

o Liui. ab vrb. cond. lib. 8.

p Arg. l. si seruus C. de his qui ad Eccle. confug. & l. 3. eod. tit. in C. Theodo.

q Cic. in orat. pro L. Mur.

caput vrbis, aram sociorum, portum omnium gentium, sedem A
ab vniuerso populo vni ordini concessam.[r] Et hæc quidem in eam partem afferri possunt.

r Cic. in orat. pro Milo.

Verum ego quamuis nostri Senatus authoritatem plurimi faciam, omniáque illius consulta laudem: nihil tamen fuisse video, quod ille quamuis gladio cinctus ingressu adituq; Curiæ prohibitus fuerit: cum ex omnium ferè gentium hodierno more indecorum sit, nonnihilque præ se ferat ignominiæ non Proregem tantum, equitémque Torquatum, sed & generosum quemcumque virum, nataliumque splendore conspicuum, gladio discinctum in publico conspici. B Nec turpe magis habetur disceptatoriis tribunalitiisque diebus Senatorem humerali pelliculato carentem, paludatúmve, aut aliàs non vt decet vestitum in orchestra Curiæ sedere, quàm nobilem inermem, enséque discinctum in publico apparere. Nam & pro molli ignauóque & militiæ inhabili is habetur. In quem & illud Persianum torqueri solet.

Non pudet ad morem discincti viuere nattæ?

Quamobrem cum negotium vti se habuerat, ad Principis, aulicorúmque aures peruenisset, non fuit quisquam cui non C perperam (ne dicam contumeliose) factum id fuisse visum fuerit. Fuitque ideo Regis, interiorisque sui consilij decreto constitutum: vt ipsi Armoricæ prouinciæ constitutori, quoties aliquid haberet ad regimen cui præfectus est pertinens, de quo ad Senatum referre vellet, gladio etiam succincto Curiam ingredi liceret: vtque illi, tam aduocationis, quam consilij diebus, in Curiæ subselliis, & orchestra sedendi ius esset, in id etiam regio diplomate sibi concesso. Quod cum in Senatu anno 1554. exhibitum, recitatúmq; fuisset: placuit Senatui, Principis voluntati morem geri: datúsque ei locus est, secundum Curiæ Principem D antiquissimus. Id quod etiam exemplo non caret. Scribit enim Lucius, pridie idus Iunias anno 1552. cum Gaspardus Collignius Castillionius, præfectura maris à Rege donatus, more Maiorum in Senatu Parisiensi sacramento dixisset: Egidium Magistrum Curionem summum, Senatus verbis apertè declarasse, Castillionio ipsi ex dignitate maris præfecturæ sedendi ius in Curia non esse: nihil tamen obstare quominus is vt Regis legatus, Lutetiæque, ac insulæ Franciæ rector, orchestram si vellet, conscenderet, ac in ea sederet. Vt sic appareat, fabulosa commentitiáque fuisse, quæ de Senatus Parisiensis moribus & institutis,

A institutis, à diuersæ partis studiosis, allata diximus, & à quibusdam excogitata, qui Curiæ illius antiquitatum callentes, & ceremoniarum ad decorem tuendum ordinis amplissimi pertinentium non imperiti, neque rudes videri volebant. Neq; huic nostræ sententiæ, illud refragatur, quod ex Tranquillo diximus. Tyberium nunquam nisi solum Curiam ingressum: non enim ideo consequens est cum ingrederetur, inermem gladióque discinctum fuisse. Minus obstas, quod & ipse, & Claudius, vt illis in Curiam Præfectum Prætorij Tribunosque aliquot militum inducere secum liceret à Senatu precario exegerint, id enim B modestiæ vtriusque tribuendum est: qui quod pro imperio decernere poterat, precibus consequi maluerit. Neque ideo sequitur, id illis suo iure non licuisse. Nec id etiam obseruatum à Claudio perpetuò fuit: is enim Rubrium Pollionem præfectum suum secum in curiam sæpius induxit, inducto sedem inter Senatores dedit. Dio Cass. Rubrio. (inquit) Pollioni Præfecto suo, Claudius sedem inter Senatores, quoties ipsum in Curiam comitauisset, concessit: ac ne nouum id facere videretur, dixit Augustum hoc idem Valerio cuidam Liguri tribuisse. [s] Nam & Octauium Augustum, cùm Senatorem redundantem C numerum, & qui in immensum excreuerat, ad antiquum modum reducere vellet, gladio accinctum, loricaq; tectum, Senatui præsedisse Tranquillus scriptum his verbis reliquit. [t] Senatorum affluentem numerum deformi & incondita turba (erant enim super mille & quidam indignissimi, & post necem Cæsaris per gratiam & præmium allecti, quos abortiuos vulgus vocabat) ad modum pristinum & splendorem redegit duabus lectionibus, prima ipsorum arbitratu, quo vir virum legit: secunda suo & Agrippæ, quo tempore æstimatur lorica sub veste munitus, ferróq; cinctus præsedisse, decem valentissimis Senatorij D ordinis amicis, sellam suam circunstantibus. Parum etiam illud me mouerit, quod ex Tacito diximus, Calpurnium Pisonem, à Tyberio increpitum, quòd gladio cinctus curiam introiret: non enim in eo dignitatis gradu locatus erat, ex quo id sibi ius arrogare vendicaréque posset: vt qui Senator tantum esset: quem etiam armatum curiam inire, parum decorum videbatur. Quãdoquidem vulgo traditur, armis non benè cum toga conuenire, siléreque leges inter arma. Sed nec id etiam ab hac me sententia deducit, quod Dyon tradit, legatos Augusti in curiam introeuntes, arma deponere iussos, subdit enim Augustum id gra-

[s] Dio in Claudio lib. 60.

[t] Tranq. in Augu. cap. 35.

uiter & acerbè tulisse: in eoque sibi à Senatu factam iniuriam existimasse, quam mox vlturus, Romam cum exercitu venerit. [u] Vt sic perspicuum fieri videatur, non iniustam fuisse nostri proregis querelam. Cui ideo semper, ab eo tempore quo Regio diplomati promulgando, Senatus auctorem se subscribendum censuit, Curiæ ianua quamuis gladio cincto patuit. Neque ei tantum sed iis etiam qui ad eandem regendam prouinciam, dum abesse illum contingeret, cum eadem potestate missi sunt, inter quos non semel sessum admitti vidimus Franciscum Rohannium Giensem, Sebastianum Lucemburgum, & nonnunquam etiam Georgium Bucillium Bouillæum. Scimus & Renatum Sanzeium arcis Nanetensis præfectum eundem honorem ambiuisse: quòd se non arcis tantum tutelæ, sed vrbis etiam regimini præpositum diceret: qui tamen ilico (ne repulsam tulisse dicam) postulatione exclusus fuerit.

u Dio lib. 46.

A B

Id autem non incommodè hoc loco tractari potest, an etiam ipsi Regis legati ad regendas prouincias missi sessum non tantum recipi, sed etiam rogari sententiam debeant: & putauerim non debere: non enim dicendæ sententiæ ius habent, nisi qui ex corpore curiæ, ipsaque Senatus veluti compage sunt. In quorum numero ij non censentur. Nec absurdum, ineptumque videri cuiquam debet, dicendæ sententiæ ius ei non fieri, qui sessionis honore afficiatur. Nam & iure communi quamuis honoratis viris non tantum secretarij iudicum patere debeat ingressus, sed etiam consistorium Principis ingrediendi facultas præbeatur, non sit tamen illis dicendæ sententię potestas.[x] Vnde & in Senatu nostro cæterisque supremis Galliæ consessibus, Pontificibus quidem is honos habetur, vt altercatoriis diebus in Curia sedeant: neq; tamen ideo sententiam dicunt. Nec illis etiam consultoriis diebus in Curiam paret ingressus: præterquàm patritiis, Antistitique Lutetiano, & Cenobiarchæ Dionisiano Parisiis: Hic vero Nanetensi Redonensiq; Pontificibus, & ij enim honorarij curiæ nostræ consiliarij sunt. Huiusmodi autem honoris qui Pontificibus, sacrificulisque antistitibus haberi solet: originem à flaminibus dialibus (qui maximi sacerdotes Iouis fuere) [y] manasse crediderim: quibus etiam ob sacerdotij dignitatem in Senatum venire concessum fuit. Quod cum post temporum curricula eorum desidia obliteratum esset C. Flaccus rem longè intermissam reuocauit. [z] Liuius. C. Flaccus flamen captus à P. Licinio Pontifice maximo rem inter-

C D

x l. 1. C. de offi. ciuil iud. & l. fin. de offi. diuers. iud.

y Gell. noct. att. lib. 9. cap. 15.

z Liui. sec. bel. pun. lib. 7.

A missam per multos annos ob indignitatem flaminum priorum repetiuit: vt in Senatum introiret. Ingressum eum curiam cum L. Licinius Prætor inde eduxisset, Tribunos plebis appellauit. Flamen vetustum ius sacerdotij repetebat, datum id cum roga prætexta, & sella curuli flaminio esse. Tribuni rem inertia flaminum oblitteratam ipsis non sacerdotio damno fuisse, cum æquum censuissent: ac ipso quidem contratendenre Prætore, magno assensu patrum, plebisque flaminem in Senatum introduxerunt. Quo in loco (vt id in transcursu dicam) subest error

B euidens in nomine C. Flaminij: cum in vulgatis codicibus legatur, datum id cum roga prætexra, & sella curruli C. Flaminio esse. Flaminio enim expuncta litera C. Legendum est: vt sit sensus, datum id ius fuisse Flaminio, id est, dignitati & sacerdotio. Quod & præcedentia illa verba, vetustum ius sacerdotij repetebat, planum faciunt: sicut & illa quæ sequuntur. Tribuni rem non sacerdotio damno fuisse & cætera. Sed & locum illum de persona C. Flaminij intelligi non posse, hinc apparet, quod Flaminius eodem seculo vixerit, quo & C. Flaccus, nempe ætate Annibalis. Nam & ab interitu Flacci (qui consul in ea clade,

C quam ad Thrasimenum lacum Romani acceperunt pro patria pugnans occubuit,[a] ad sacerdotium vsq; C. Flacci parum temporis intercessit.[a] Neque alicubi quod sciam, legitur C. Flaminium flaminio vnquam præfuisse. Vt sic necessario ius illud ingrediendi senatum, quod cum toga prætexta & sella curruli, Flaminio datum Liuius scribit: ad tempus Numæ qui primus flaminem dialem creauit, insigniq; eum veste & curruli Regia sella adornauit referendum sit.[b] Sed vereor ne soli lumen inferre videar. Aliis vero Pontificibus, ingredi senatum non licuisse, nisi & ipsi senatores essent, non obscurè significat Cicero

D cum ad Atticum (de domo sua agens) ita scribit.[c] Kal. Octob. habetur Senatus frequens: adhibentur omnes Pontifices, qui erant Senatores. Et alibi.[d] Postero die frequentissimus Senatus, te Consule designato, Lentulo, senectutiæ principe, P. Lentulo, & Q. Metello Coss. referentibus statuit, cum omnes Pontifices, qui erant huius ordinis adessent, domum meam iudicio Pontificum religione liberatam videri.

[a] Liui. bell. pun lib. 2.
Polib lib. 3.
[a] Liui. d. lib. 2. & 7.
[b] Liui. ab vrb. condita lib. 1.
[c] Cic. ad Att. lib. 4. epist. 2.
[d] Cic. in orat. de arusp. responsis.

Planè quod diximus Pontificibus in Gallia ius esse sedendi in curia disceptatoriis diebus, de iis accipiendum est, qui fidelitaris, quod dicunt, iuramentum præstiterint: sacramentoq; rogati responderint fideli se animo in Principem dum vixerint

MMm ij

futuros, neque desitutos vnquàm ab ipsius imperio. Non enim A prius illis in Curiam patet accessus. Aliud de his dicendum, qui clientelarum lege auctoramentum non inierint: neque enim iis ideo minus in curiam fit ingressus, quod clientelaria huiusmodi iusta non fecerint. Datur quippe is honos Pontificiæ dignitati, non clientelaribus prædiis. Vt sic appareat plurimum interesse inter illam clientelatis officij sponsionem, quam fiduciarius cliens sacramento rogatus præbet, & fidelitatis, quod dicunt, iusiurandum, quod ab iis etiam antistibus præstatur, qui fidem clientelarem & hominium non debent, quique prædia nulla possident in Regis clientela posita, vt quod Pontificiæ di- B gnitatis ratione debitum sit, ab iis autem Antistitibus cæterisque, qui honoris ergò sessum in Senatu recipiuntur: sacramentum nullum exigitur. Quid enim opus fuerit? cùm nec Consiliatij sint, nec sententiam dicant? Quantum tamen ad eos spectat, qui honorarij seu nati Curiæ consiliarij sunt, dubium non est, quin & illi in Curia præeunte verba Præside sacramento dicant sese curiæ dignitatem comitet consetuaturos, pauperes atque diuites in iudicio eodem loco, numeroque habituros, personarum delectum in iudicando non seruaturos, suum vnicuique perinde tributuros, munera quibus Iudicum animi de- C liniri solent non accepturos, arcana curiæ tacita habituros: atque in omnibus bonorum ac proborum consiliariorum se munia impleturos. Neque quidquam in iurando à cæteris Senatoribus differunt, nisi quod de pecuniæ numeratione, munerumve largitione, quo dignitatem Senatoriam assequerentur (quod in aliis cooptandis fieri solet) nihil rogantur. Et ita quidem Episcopos complures in Senatu nostro sacramento dicentes audiuimus: Inque iis Bertrandum Matillaeum Rhedonensem Episcopum virum in omne æuum memorandum. D Et nouissimè Æmarum Hannequinum eius successorem qui in album Senatorum adscriptus fuit 21. Martij anni 1575.

A

Causas ab obnoxiis Iudicibus ad Senatum auocari, Cur Regiis sanctionibus prohibitum.

CAP. XVII.



Causas ad cognitionem Regij alteriúsve cuiusuis
B Iudicis pertinentes, ne Senatus ad se transferat,
Regia constitutione prohibitum est: néve nomophilaces principaliúmque sigillorum custodes, diplomata caussarum translatiua cuiquã indulgeant: quibus primariæ lites ab aliquo obnoxiæ sententiæ Iudice, ad supremam curiam auocentur: alterive Iudici dirimendæ mandentur. Omnis enim ordo confunditur, si sua vnicuique iurisdictio non seruatur.[a] Nam & quamuis traditum sit iudicium solui vetante non tantum eo qui iudicare iussit, sed & eo qui maius imperium habeat.[b] Non ideò consequens est Senatum litem coràm inferiore iudice motam auocare ad se posse. Quod enim
C dicitur maius imperium habere Senatum quantũ ad eam litem attinet, ad appellationis causam, non ad primariam instantiam referendum est.[c] Vnde nec Romani Pontificis legatus causam coram Episcopo, alióve ordinario iudice cæptam transferre ad se poterit.[d] quemadmodum nec Archiepiscopus litem coram Episcopo suæ prouinciæ inchoatam:[e] multóque minus is qui maius imperium non habeat, litis alicuius coram non inferiore iudice pendentis, cognitionem asciscere sibi poterit: cum in parem imperium vel iurisdictionem habeat nemo.[f] Soli itáque Principi in Gallia nostra fas est causas è curiis, & à suis partium
D iudicibus auocare, vt cognitionis suæ faciat, vel ad alium transcribat. An id autem indiscriminatim ei liceat, non satis conuenit inter nostros interpretes, quibusdam existimãtibus id ei tum demum licere, cum publica vtilitas suadet translationem eam fieri: vel iusta alia causa subest propter quam à suis iudicibus huiusmodi lis auocatur:[g] veluti cum apud iudicem ordinarium alter ex litigatoribus gratia & fauore plus pollet: vel ea illius est authoritas & potentia, vt illic aduersarius studio & ambitui eius par esse non possit. Aliis diuersum sentientibus nempe Principẽ vbicumque visum sibi fuerit causæ cognitionem à legitimis iu-

a *Can. peruenit 11 q. 1.*
b *l. Iudicium soluitur ff. de iudic.*
c *c. cum ab ecclesiarũ & c. irrefragabilem ext. de off. ord.*
d *d. can. peruenit vbi dicit glo. c. vt debitus de appellat. Panor. c. 1. de off. leg.*
e *c. Romana de foro compe. in 6. rip. c cũ in de constit.*
f *l. nam & magistratus ff. de arb l illeaquo. §. tẽpestiuum ff. ad Trebell.*
g *Auth. quæ in prouincia versic. excipiuntur vbi G. bel. cug & Paul. cast. C. vbi de cri. ag. opor.*

dicibus, vel ad se, vel ad alium transferre posse: [h] tametsi huius- A
modi auocamenti iusta aliqua causa afferri non possit. Est enim
(vt illi dicunt) vani capitis existimare Principem non posse præ-
cipere, & non nisi adhibita caussæ cognitione litem aliquam ad
suum, vel alterius auditorium reuocare. [i] Cum illi (vt vulgò di-
ctitant) sit pro ratione voluntas, nec in eum sit legislatio: quippe
qui ipse lex sit. [k] Vnde & illud Iuliæ ad Caracallam priuignum
suum. Si libet licet, an nescis te Imperatorem esse & leges dare
non accipere. [l] Et quod Anaxarchus Alexandro Magno dixisse
fertur. An ignoras proinde fas iusque cominus assidere Ioui, vt
quicquid Reges perpetrauerint licere iustúmque esse intelli- B
gas. [m] Ego (vt meum quoque hac in re iudicium interponam)
fateor Principem pro imperio Regio, & legibus superiorem, li-
tem aliquam ad se transferre posse: etiam si nulla satis iusta cau-
sa subsit: maiestati tamen suæ non conuenire audacter dixerim,
beneficium in cuiusquàm iniuriam tribuere, litémque ab ordi-
nario & legitimo iudice ad se vel alium in alterutrius ex litiga-
toribus, aut iudicis dispendium citrà iustam vllam causam tra-
here. Tametsi enim solutus legibus sit, [k] lege tamen honestatis,
quæ firmior, validiórque est, nunquam soluitur sine iustiori cau-
sa. [l] Neque enim omne quod licet, honestum est, éstque, vt ait C
Cicero, aliquid quod non oporteat, etiam si licet, [l] & (vt Apo-
stolus dixit) si omnia licent, non omnia expediunt. Vnde & Pa-
pinianus. Quæ facta lædunt pietatem, existimationem, verecun-
diámque nostram, nec facere nos posse credendum est. [m] Nihil-
que tam propriũ est imperij, quã legibus viuere. [n] Summis enim
Principibus (vt apud Cassiodorum Athalaricus rex dicebat) iu-
ris communione viuendum est, [o] & vt Theodo. Valent. quæ re-
scripsere. Digna vox est Maiestate regnantis, legibus alligatum
se Principẽ profiteri, adeo de auctoritate iuris, Principis pendet D
auctoritas: & re vera maius imperio est, submittere legibus prin-
cipatum, [p] vt prudentissimè visus sit Apollonius Vespasianum
Romanum Imperium affectantem admonuisse vt legi obediret,
eámque sibi dominari sineret: vtque caueret ne quodcúmque
vellet sibi licere crederet. [q] Sic enim in ferendis legibus futu-
rum modestiorem si eas non contempserit: Laudique iure opti-
mo detur Traiano, quod legibus quas nemo Principi scripsit,
ipse tamen in rostris spontè se subiecerit, consulatúque abitu-
rus, sese nihil contra leges fecisse iureiurãdo affirmauerit. [r] Quo
nomine commendatur & à Pacato Theodosius his verbis. Quid

h Alex. & Iacob. d. l. Iudicium ff. de iudic.
i Inno. c. ad aures de tẽp. ordi. per text. in can. quia frater l. q. 1. Barba c. si quando de rescr.
k Aristot. 3. polit.
l Aelius Spartianus in Antonio caracala.
m Plutarch. in vita Alexand. Mag.
k l. Princeps ff. de leg.
l Cy. & Bal. l. digna vox. C. de leg.
l Cic. in orat. pro Cor. Balbo.
m l. filius ff. de condit. inst.
n l. ex imperfecto C. de testam.
o Cassio. var. lib. 9. in edicto. Athalarici.
p l. digna vox C. de leg.
q Philost. de vita Apollo lib. 5 cap. 13.
r Plin. in Paneg. Traiani.

A tua intereràt te Principem fieri, qui futurus eras in Imperatore priuatus? idem es qui fuisti, & tantum tibi per te licet, quantum per leges licebat. Vnum tibi præstitit principatus, vt certum haberemus omnes etiam sub Imperatoribus aliis, vixisse te legibus tuis. Nam qui nihil facit licenter cum potest, nunquam voluit. Quod à maiestate illorum alienum fuisse, non est quod quisquam existimet. Nam cui (inquit Plinius) nihil ad augendum fastigium, superest, hic vno modo crescere potest, si se ipse submittat, securus magnitudinis suæ. Neque enim ab vllo periculo B fortuna principum longius abest, quam ab humilitate. [s] Quapropter Theodoricus rex, (vt est apud Cassiodorum.) Quanquam (inquit) potestati nostræ deo fauẽte subiaceat omne quod volumus, voluntatem tamen nostram de ratione metimur, vt illud magis æstimemur elegisse, quod cunctos, dignum est approbare. [t] Principem itaque hoc ego maximè decere arbitror, vt raro & ex causa tantum publicæ vtilitatis, vel vbi iusta alia occasione impellitur, dyplomata causarum translatiua tribui iubeat: Traianúmque ipsum Principem optimum imitetur, qui cum adulterij accusationem aduersus Gallitam Tribuni cuiusdam militum vxorem, & Centurionem quendam institutam, ab or-C dinariis magistratibus ad iudicium suum transtulisset, & supplicium de vtroq; sumi iussisset: (ne omnes huiusmodi causas, ad se cognitionemq; suã reuocare videretur) sentẽtiæ adiici iussit nomen Cẽturionis, facta etiã mentione disciplinę militaris. Innuẽs scilicet se delicti huius cognitionẽ emendationemq; suscepisse propter militarem disciplinam, quam emendare corrigeréque pertinebat ad se, quod eleganter Plinius quadam ad Cornelianum epistola memoriæ prodidit. [u] Cuius verba vt plurimum ad hoc nostrum institutum pertinentia subscribenda duxi. Se-D quẽti (inquit) die audita est Gallita adulterij rea: nupta hæc Tribuno militum honores petituro, & suam & mariti dignitatem Centurionis amore maculauerat, maritus legato consulari: ille Cęsari scripserat. Cæsar excussis probationibus Centurionem exauctorauit, atque etiã relegauit. Supererat crimini (quod nisi duorum esse non poterat) reliqua pars vltionis, sed maritum nõ sine aliqua reprehensione patientiæ, amor vxoris retardabat: quam quidem etiam post delatum adulterium domi habuerat, quasi cõtentus æmulum remouisse. Admonitus vt peragere accusationem peregit inuitus, sed illam damnari etiam inuito accusatore necesse erat. Damnata, & Iuliæ legis pœnis relicta est.

[s] Plin. in paneg. Traia.
[t] Cassio. var. lib. 1. epist. 12.
[u] Plin. ad Cornel. epist. lib. 6.

Cæsar & nomen Centurionis, & commemorationem disciplinæ militaris sententiæ adiecit: ne omnes eiusmodi causas reuocare ad se videretur. Hactenus Plinius. Cuius ex verbis illud quoque colligi potest reuocationis verbum, pro codicillari causæ translatione (quam vulgus euocationem vocat) Latinum esse: puréque & emendatè loquutum Pontificem, Innocentium, [x] cum dixit irrita esse quæcumque à minori iudice facta sunt, ab eo tempore quo totius negotij cognitionem ad suum iudiciũ Pontifex summus reuocauit: tametsi Rebuffus minus propriè vocabulum id vsurpatum ab Innocentio fuisse credat. Sed quid cæco cum speculo. Videtur & M. Cicero in eũdem ferè sensum dictionem illam vsurpasse dum dixit,[y] sed impuri cuiusdam, aut ambitiosi, aut omnia, ad suam potentiam reuocantis esse sententiam. Is enim ad potentiam suam aliquid reuocare videtur, qui id ad se transfert, aliisque eius rei iudicium aufert, veluti & quod alibi dixit.[z] Quod enim nondum Senatus censuit, nec Pop. Ro. iussit, id arroganter non præiudico, neque reuoco ad arbitrium meum, id est, non mihi arrogo neque meo arbitratu peragi volo. Sic & Liuius.[A] Post ludos, conciones seditiosæ Tribunorum plebis fuerunt, obiurgantium multitudinem, quòd admiratione eorum quos odissent stupens, in æterno se ipsa teneret seruitio: Et non modo ad spem Consulatus in partem reuocandam aspirare non auderet, &c. Illic enim reuocare spem Cõsulatus idem est, quod ad se trahere. Sicut & alibi apud eundem cum ait. Perseus per id tempus, quia quidam Dolopum non parebant, & de quibus ambigebatur rebus, disceptationem ab Rege ad Romanos reuocabant, cum exercitu profectus, sub ius, iudiciúmque suum totam coëgit gentem.[a] Salustius. Te consule fortunatam Cicero, imò vero infœlicem & miseram, quæ crudelissimam proscriptionem ciuium perpessa est. Cum tu perturbata republica metu perculsos omnes bonos parere tuæ crudelitati cogebas. Cum omnia iudicia, omnes leges, in tua libidine erant. Cùm tu sublata lege Portia, erepta libertate, omnium nostrum, vitæ necisque potestatem ad te vnum reuocaueris.[b] Item & ex nostris Scæuola: ad solicitudinem suam reuocare rerum administrationem,[c] id est, earum gerendarum curã sibi asciscere, & in se recipere. In quem etiam sensum Paulus. Eam rem (inquit) Prætor ad cognitionem suam reuocat,[d] videtur & latine dici, vocare causæ alicuius cognitionem ad aliquẽ. Cornelius Tacitus.[e] Salustius Crispus monuit Liuiam, ne Tyberius

x c. vt nostrũ ext. de Appel.

y Cic. in Lælio.

z Cic ad Brutum.

A Liui. ab vrb. cond. lib. 4.

a Liui. dec. 5. lib. 1.

b Salust. in Cic.

c l. mœnia §. 1. ff. de annuis leg.

d l. hac autẽ satisdatio ff. si cui plus quam per l. falcid.

e Annal. lib. 1.

A berius vim principatus resolueret, cuncta ad Senatum vocando, eam conditionem esse imperandi, vt non aliter ratio constet, quam si vni reddatur. Sed & latinè iudicium ab vno iudice deferri in alium dicitur. Cicero. [f] Is quasi non esset vllo modo ferendum, se ex iudicio discessisse victum, rem ab subselliis in rostra detulit, id est, à iudicibus ad populum. Non ineptè etiam fortè quis dixerit, litis pontificium Principem sibi reseruare, vel alteri mandare: qui causam ad se reuocat, vt cognitionis suæ faciat, vel ad alium transferat. Symmachus: factu optimum credidi, vt & æternitati vestræ, causę istius pontificium reseruarem.

f In orat. pro A. Cluen.

B [g] Iure itaque, vt tandem ad diuerticulum redeam, carpi à Cornelio Tacito Claudius Cæsar videtur, quod cuncta magistratuum munia in se trahieret, sicque faciens materiam prædandi patefaceret. [h] Contrà id illi à Tranquillo laudi gloriæque adscribitur, quod iudicem quendam ab aduersario de propria lite interpellatum, negantémque cognitionis rem, sed ordinarij iuris esse, agere causam confestim apud se coegerit, proprio negotio documentum daturum, quàm æquus iudex in alieno negotio futurus esset. [i] Digna enim Principis cognitione videbatur hæc controuersia, quæ ad iudicem censuram ipsius refugientem pertinebat. Illud autem à maiestate sua valde alienum, quod leuiores causas, & ad exemplum minime pertinentes passim & citra delectum cognitionis suæ faceret, vt non immerito Tranquillus ipse scripserit in cognoscendo, ac decernendo mira animi varietate ipsum fuisse, modo circumspectum & sagacem, modo inconsultum ac præcipitem, huius autem dissimillimum fuisse Tiberium, vel ex eo constat, quòd præfectum quendam alæ de vi, & rapinis reum causam in Senatu dicere coëgit: tantum ab initio principatus, ordini Senatorio detulit. Neque enim dubium est, quin vel ad eum, vel militares iudices, huiusmodi causæ cognitio, qua de capite præfecti alæ agebatur, spectaret. Sed nihil fere erat, neque tam paruum, neque tam magnum (vt Tranquillus scribit) de quo non ad Senatum referret: etiam si de legendo, vel exauctorando milite, ac legionum, & auxiliorum descriptione ageretur. [k] Vt non abs re monuisse Liuiam videatur Salustius, ne vim principatus Tiberius resolueret, cuncta ad Senatum vocando. Illud constat, eos qui Romæ regnare cœperunt, controuersias omnes cognitionis suæ fecisse: primúmque omnium Seruium Tullium regem sextum publicas tantum sibi asciuisse, reliquas Senatui & iudi-

g Symma. epist ad Theodos. li. 1. epist. 30.

h Tac. Annal. lib. 11.

i Tranq. in Claud. cap 15.

C

D

k Tranq. in Tib. cap. 31. Dio lib. 57.

cibus cognoscendas mandasse. Quod Dionis. Halicarnass. scriptum his verbis reliquit. Tullius cum antè ipsum reges æquum censerent, ad se causas omnes, expostulationésque adducere, & priuata simul, & publica suo more diiudicare: segregans ille à priuatis publica, læsionum in remp. cognitioni ipse præsidebat, priuatarum autem priuatos constituit iudices.[1] Et rursum quibusdam interpositis, Tullius ipse sic patres alloquitur. Ego me exinaniui primus eis quæ in alios statueram, sicuti priuatus parens, ac ne iniuriarum quidem omnium iudex fui, sed priuatas cognoscendas ipse vobis dedi, quod nullus antea superiorum regum fecit. De M. autem Antonino, qui philosophus dictus est, scriptum apud capitolinum reperio, tantum abfuisse ne causas à legitimis partium iudicibus ad se traheret, vt multis cognitionibus, & maximè ad se pertinentibus Senatum Iudicem dederit.

1 Dyonis. antiq. Roma. lib. 4.

A B

Senatorem si quid deliquerit anquiri in eum ab obnoxiæ sententiæ aliquo Iudice non oportere, neque animaduerti in eum nisi à Senatu posse.

C

Cap. XVIII.

MOribus †apud nostrates Gallos introductum est, vsuq; diuturno comprobatum, vt si quis Senatorij ordinis interea dum munere suo fungitur, vel extra etiam illius exercitium, atrox aliquod facinus, publicáque dignum animaduersione committat eius cognitio ad eum ordinem in quem cooptatus sit pertineat: ita vt nulli capitalium rerum quæsitori, aliíve obnoxio, vel secundario iudici, in eum anquirere, statuetéve liceat, neque ipsum si vel in dolo, vel culpa fuerit coërcere. Indignum enim quasique monstrosum maioribus nostris visum est, municipalem obnoxiumque Iudicem, capitalem quæstionem in eum exercere, cuius iurisdictioni ipse subsit, quique quodam modo vitæ necisque imperium in eum habeat. Subiici autem Senatui magistratus omnes, clarius est, quàm vt probatione indigeat: quandoquidem Senatum (vt est apud Ciceronem) maiores reip. custodem, Præsidem propugnatorem collocauerunt: huiusque ordinis auctoritate: vti ma-

† Vide quæ scripsi in hanc sententiam cap. 4. lib. 2. supra.

D

A gistratus, & quasi ministros grauissimi consilij esse voluerunt. [a] Vt sic appareat non sine magna iustáque causa, id in morem, vsúmque perductum, ne quis non Senator de dignitate, vita, vel existimatione Senatoris decernat. Nam & compertissimum est plerosque obnoxiæ sententiæ iudices ægerrimè tulisse sese ad causam proprio ore dicendam in Senatum accersitos, euocatósque fuisse: & eo nomine curiæ conscriptis vehementer succensuisse. Vnde autem huius vel moris, vel instituti fluxerit initium, exploratum satis non habeo: veri tamen simile est à Romanis ortum habuisse: apud quos idem quoque B vsitatum sæpiúsque constitutum fuisse legimus. Scribit enim Spartianus. [b] Hadrianum Cæsarem cum illi quatuor Senatorum, Palmæ, Celsi, Nigrini, & Lucij occisorum, mors adscriberetur, ad refellendam tristissimam de se opinionem Romam venisse, in Senatuque excusatis quæ facta erant (tanquam inuitò se occisi fuissent) iurauisse se nunquam Senatorem, nisi ex Senatus sententia puniturum. Quin & quamuis tunc mos esset, vt cum Princeps causas cognosceret, & Senatores & Equites Romanos in consilium vocaret, sententiámque ex C omnium deliberatione proferret, Equites tamen Romanos nec sine se de Senatoribus, nec secum iudicare permisit: Tantique senatorium ordinem fecit, vt existimauerit culmen esse, fastigiumque dignitatum. Ideoque difficile Senatores faciebat: & cum Tatianum ex Præfecto Prætorij ornamentis Consularibus faceret Senatorem, nihil se amplius habere dixit, quod in eum conferre posset. Estque Principes illos execratus, qui minus Senatoribus detulissent. Cuius exemplum sequutus Antoninus Philosophus, hoc quoque Senatoribus detulit, vt quoties de eorum capite iudicandum esset, secretò pertractaret: atque ita in publicum prodiret, nec pateretur Equites Ro- D manos talibus caussis interesse. [c] Sic & Seuerus fieri Senatuscõsultum coegit, ne liceret Imperetori inconsulto Senatu occidere Senatorem. [d] Cui & illud adiici præcepit, vt quisquis imperator Senatori mortẽ afferret, cuiusque opera ad eam rem vteretur, liberique ipsorum hostes reip. forent. [e] Qua ratione cum aliquando ad præfectos prætorio, Senatorum cognitio, & iudicium iusque & animaduersio pertinuisset, Alexander Seuerus Præfectos prætorio Senatores esse iussit: ne quis non Senator de Romano Senatore iudicaret. [f] Antea enim raro id fuerat, vel omnino nõ fuerat vt Præfecti Prętorio Senatoria augerẽtur

[a] Cic. in orat. pro P. Sestio.
[b] Spart. Hadria.
[c] Iul. capit. in M. Anto. Philosopho.
[d] Spart. in Seuero.
[e] Dio in Seuero.
[f] Lamprid. in Alexan. Seuero.

dignitate. Celebratúrque ab historiæ scriptoribus illa eius sententia ad nostrum spectans institutum. Ego de præfectorum, & Consulum, & Senatorum capitibus mancipia ære empta iudicare non patiar. Id quoque & Traiano laudi datur, quod omni eius ætate vnus tantum Senator damnatus sit: at is tamen per Senatum ignoranre Traiano. [g] Elegans est & grauis illa Mœcenatis ad Augustum oratio, qua illum cohortatur, vt Senatores eorumque liberos, & vxores si quid offenderint iudicio cognitionique Senatus relinquat. Cuius exemplum extat apud Dionem in hæc verba. Tertium est vt Senatores, liberosque & mulieres eorum si quod crimen perpetrauerint, ignominia, exilio, aut etiam morte plectendum, nullo facto præiudicio in curiam adducas, integramque de causa cognitionē Senatui permittas, vt & sontes citrà tuam inuidiam, rei coràm suę sortis hominibus peracti plectantur, reliquique metu publici iudicij meliores euadant. [h]

A

B

g Eutro. histo. su. lib. 8.

h Dio in aug. hist. su. lib. 52.

Videtur autem vetustus hic mos de Senatoribus, non nisi in Senatu iudicandi duabus Regum nostrorum sanctionibus nominatim comprobatus. Vna Caroli octaui, qua iubentur quatuor Curiæ primi, singulis mensibus classibus omnibus congregatis, an in Regias sanctiones peccatum fuerit, diligenrer inquirere, & quod quisque ad eam rem pertinens didicerit, Curiæ renunciare: quæ in temeratores si qui offendantur, prout quæque res erit, leges exercebit.[i] Alia Francisci primi, qua cautum est, si quis libello Principi ad transferendam litem, à Senatu ad alium iudicem porrecto aliquid complectator, quo lædi existimatio vel Præsidis, vel Senatoris cuiusquam videatur libelli eius exemplum legitimè descriptum ad ordinem illum, in quem is cuius de fama agitur, cooptatus sit, illico transmittendum esse: qui vocato cognitore Regio, quæstionéque de ea re habita, in sontem si quis fuerit animaduerret. [k] Quæ verba manifestum faciunt, néque eum qui fasces habeat, neque primam etiam classem huiusmodi causæ cognitionem sibi asciscere posse: Sed Curiam, ipsamque veluti Senatus compagem eius rei esse Iudicem. Nec me tamen latet, Carolo sexto mente ab alienato, patruis ipsius, regni procurationem habentibus, & Arnoldo Corbia nomophilaciæ præfecto, exiisse edictū, quo cautum fuerit, Conscriptos sontes à quatuor Curię Principibus castigari: & si res postularet ordine moueri: quod tamen cum Curiæ oblatum fuisset, ipsique etiam quatuor primi prouinciam de-

C

D

i const. car. oct. tit. de presid art. 8.

k const. fran. pri. tit. de eua. art. 1.

A trectarent, visum est Senatui parẽdum ei non esse: neque conscriptum nisi in concessu vniuersæ Curiæ, decuriis omnibus ad primarium auditorium coëuntibus, existimationis & dignitatis causam dicere: quod ex suprascriptis iustissime constitutum apparet, neque à Romano iure abhorret: [l] quo traditum est, Senatoris delinquẽtis nullius alterius, quam Principis esse cognitionem, vel eius cui ipse suavice negotium id dederit: cui crimine etiam patefacto, non licet in Senatorem quidquam statuere sed ad Principis notionem referre debet. Vltionis enim tantis B inferendæ dignitatibus modus, non nisi in principis residet arbitrio. [m] Atqui Gallicos Senatus quantum ad diiudicandas lites attinet, siue capitales, siue pecuniarias loco Principis esse cõstat: [n] vt sic mirum videri non debeat, si de Senatoribus ipsi decernant. Nec quidquam obstat, quod Cõstãtini rescripto traditum sit, delinquentem audiendum non esse, qui fori præscriptione vti velit: reatum enim omnem ei huiusmodi honorem excludere. [o] Id enim rescriptum de his qui clarissima tantum dignitate prędìti sunt, diserte loquitur: vnde ad Senatores, quos illustres esse constat trahendũ non est. [p] Nec magis vrget, quod C Quietum in Senatu Romano dixisse Plinius Iunior refert, non interesse cuius ordinis quis sit, sed quã caussam habeat: id enim non eo pertinet, vt fori præscriptione sublata, quiuis iudex de vita, & existimatione Senatoris decernere possit, sed vt omnibus ius æquè præstetur: quod vel ex eo cognosci potest, quod verba illa à Quieto dicta fuerunt, cum sententiam diceret in caussa Publicij Certi Senatoris rei à Plinio Iuniore in Senatu delati. Illud constat de capite etiam Patritij nisi maximis comitiis, pérque ipsos Franciæ Patritios nihil fieri debere. [q] Nam & ij etiam Senatorum numero habentur, idque ferè semper obseruatum fuit, ne de eo qui Curię alicui adscriptus esset, alij quã D collegę censuram facerent. [r] Id tamen obseruandum maximè Senatoribus, cęterisque vltimum iudicantibus est, ne seueri in cęteros, erga Senatores solos, dissimulatione quasi mutua indulgentiores se præstent, hoc enim magnam illis apud cæteros ordines conflaret inuidiam. [s] Idque illis obiici posset, quod ab vno ex legatis exercitus, ob Cannensem cladem, in Siciliam relegati, dictum Liuius memorat. An vobis vestrisq; liberis ignoscitis facilè Patres Conscripti, in hæc vilia capita sæuitis? [t]

l Barb consil. 64 in fin in 4. vel Rebuff. d. in cõst. Franc. s. c. tit. de euoca. d. art. 2.

m l. fin C. vbi sena. vel clariss.

n Conna. commentar. iur. ciuil. lib. 1. tit. de cognit. cap. 1.

o l 1. C. vbi Senat. vel clariss.

p Rub. & d. l fin. vbi Sen. vel clar. l. fin. ff. de Sen. l 3. vbi Rebuff. de suentis lib. 12. C.

q Luc plac. cur. tit. de patrit. ar. vlt.

r d. l. vbi Rebuff. C. decur. vrb. Rom. lib. 11.

s Plin. ad Quadratum epistolarum lib. 9.

t Liuius lib. 25.

A

Senatusconsulta vbi, & à quibus apud Romanos recitari, pronuntiari, ac asseruari solita.

Cap. XIX.


Enatusconsulta in Senatu etiam apud Romanos nonnunquam recitata ostendit Cic.1. Philippica cum ait: M. Antonius scriptum s c. quod fieri vellet, attulit: quo recitato authoritatem eius summo studio secuti sumus. Id quod interdum etiam fiebat præsentibus iis quos inter ambigebatur, vt ex Liuio cognosci potest; cùm de s c. pro rebus Syracusanis facto disceptantibus cum Marcello Consule Siculorum legatis, scribit ad hunc modum. Missis duobus Senatoribus in Capitolium ad Consulem vti rediret in Curiam & introductis Siculis s c. recitatum est. [a] Idem de Hispanis magistratuum Romanorum iniurias in Senatu questis. Hispaniæ deinde vtriusque legati aliquot populorum in Senatum introducti. Ii de magistratuum Romanorum auaritia superbiaque conquesti, nixi genibus ab Senatu petierunt, ne se socios fœdius spoliari vexarique quàm hostes patiantur. Et pòst paulò. Vocatis in Curiam legatis recitatum est s c. iussique nominare patronos. [b] Et rursum. De s c. pro Caribus & Lyciis, qui Rhodiis attributi antè fuerant, [c] horum legatis præsentibus in Senatu recitato. Claudius nihil responsum author est: tantum s c. recitatum, quo Caras & Lycios liberos esse iuberet populus Romanus, literasque extemplo ad vtramque gentem, vt scirent iudicatum, mitti: qua audita re principem legationis, cuius magniloquentiam vix Curia paulò antè ceperat, corruisse. [d]

B

C

D

a Liuius lib. 26. ab vrb. cond.

b Liuius lib. 43.

c Liuius lib. 37. & 41.

d Liuius ab vrb cond. lib. 44.

Recitata etiam ac pronuntiata in Curiæ vestibulo fuisse, indicio est, quod idem scribit de s c. pro Fabia gente facto, his verbis. Consul è Curia egressus comitante Fabiorum agmine, qui in vestibulo Curiæ s c. expectantes steterant, domum redit. [e] Idem de s c. pro Campanis auxilium aduersus Samnites petentibus. Summotis deinde legatis cùm consultus Senatus esset, respondit ita ex authoritate Senatus Consul. Auxilio vos Campani dignos censet Senatus, sed ita vobiscum amicitiam institui par est, ne qua vetustior amicitia ac societas violetur. Et

e Liui ab vrbe cond. lib. 2.

A pòst paulò. Sub hæc dicta omnes manus ad Consulem tēdentes pleni lacrimarum in vestibulo Curiæ procubuerunt. [f] Et rursus. De decreto quo Petellini Præsidiū aduersus Carthaginiēses & cæteros Brutios petentes postulatione exclusi, sibique ipsi prospicere iussi sunt. Cum obsistere malis nequirent Petellini legatos Romam ad Præsidium petendum miserunt. Quorum preces lacrimæque (in questus enim flebiles, cum sibimetipsi consulere iusi sunt, sese in vestibulo Curiæ profuderunt) ingentem misericordiam patribus ac populo mouerunt. [g]

f Liuius ab vrb. cond. lib. 7.

g Idem Liuius lib. 23.

B Ea similiter cùm nondum essent perscripta, iis quorum intereat memoriter aliquando exposita ex Ciceronis tertia in Catilinam intelligi potest, cum ait. Indiciis expositis atque editis, Quirites, Senatum consului de summa reipub. quid fieri placeret: dictæ sunt à Principibus acerrimæ ac fortissimæ sententiæ, quas Senatus sine vlla varietate est secutus. Et quoniam nondum est perscriptum s c. ex memoria vobis, Quirites, quid Senatus censuerit exponam. Item ex Liuio de s c. pro fœdere cum Samnitibus icto ita loquente. Cum de postulatis Samnitium Titus Æmilius Prętor Senatum cōsuluisset, reddendúmque his fœdus patres censuissent, Prætor Samnitibus respondit:

C nec quo minus perpetua cum eis amicitia esset, per populum Romanum stetisse, nec contradici, quin quoniam ipsos, belli culpa sua contracti tædium cœperit, amicitia de integro reconcilietur. [h] Et iterum ex eodem de s c. pro Chalsidensibus, illatas sibi à Lucretio Prætore Romano iniurias in Senatu questis. Senatus iussu Chalsidensibus Q. Mænius Prætor respondit: quæ benè meritos sese & antè & in eo bello quod geratur, de populo Romano dicant, ea, & scire vera eos referre Senatum, & perinde ac debeant grata esse. Quæ facta à C. Lucretio, fierique ab

h Liui. lib. 8.

D L. Hortensio Prætoribus Romanis querantur, ea neque facta neque fieri voluntate Senatus, quem non posse existimare, &c. [i] Et alibi de s c. in sententiam Fabij Maximi facto, pro Locrensibus, de iis quæ à Q. Pleminio passi essent: quod illis coràm & memoriter expositum in Senatu fuit. Iussis excedere è templo legatis, ante omnes Q. Fabius sententiam dixit. Placere Locrēsibus coràm Senatum respondere, quas iniurias sibi factas quererentur, neque Senatum neque populum Romanum factas velle. Et pòst paulò. Vicit Q. Metelli sententia, qui de cæteris Maximo assensus, de Scipionis caussa dissensit. Et iterum paucis interpositis. Hoc facto, s c. &c. [k]

i Liui. lib. 43.

k Liui. li. 30.

Vtriusque verò exemplum extat apud eundem Liuium. De A
S C. aduersus Rhodiorum legatos, deuicto Perseo ad gratulandum Romam missos, Senatúmque sibi dari postulantes, quod illis à M. Iunio Coss. quo referente factum fuerat, cùm nondum perscriptum esset memoriter & in Curiæ vestibulo expositum fuisse tradit his verbis. Postquàm consulti ab M. Iunio Consule patres, stantibus in comitio legatis, an locũ, * lautia, Senatúmque darent, nullum hospitale ius in iis seruandum censuerunt. Egressus è curia Consul, cùm Rhodij gratulatum se de victoria, purgatúmque ciuitatis crimina dicentes venisse, petiissent, B vt Senatus sibi daretur, pronunciat: Sociis & amicis & aliæ comiter atque hospitaliter præstare Romanos, & Senatum dare consuesse, Rhodios non ita meritos eo bello, vt amicorum sociorum numero habendi sint.[l]

l Liuius ab vrb. cond. lib. 45.

Illic enim comitij verbo curię vestibulum intelligendum est, in quo ex more (quod & eiusdem authoris loci à nobis citati & libris 2. 7. & 23. planum faciunt) stabant legati & alij quibus datus senatus esset S C. expectantes. De quo similiter sensisse videtur Asconius Pædianus cum dixit, esse comitium locum propter Senatum, quò coire Equitibus & pop. Romano licebat. C [m] Tametsi sciam alias quoque plures esse huius vocis significationes: mihi enim verisimilius fit ob ea quæ dixi, illic Curiæ vestibulum intelligendum esse: Nam & paulò post Liuius fidelissimus sui ipsius interpres vocem hanc in eundem sensum vsurpat, cùm Rhodiorũ legatos in Senatu sic loquentes facit. Si perseuerabitis in ira, relictis penatibus publicis priuatisque Romã veniemus, & omni auro & argento, quicquid publici, quicquid priuati est, in comitio in vestibulo curiæ vestræ cumulato, corpora nostra coniugumq́; ac liberorum vestræ potestati permittemus. Sicut & alibi cùm M. Iunium Cannensium captiuorum D legatum, de iis redimendis in Senatu sic verba facientem inducit. Intueri potestis solicitudinem & lachrimas in vestibulo curiæ stantium cognatorum nostrorum, expectantiumque respõsum vestrum? Et paulo post. Vbi is finem fecit, extemplò ab ea turba quæ in comitio erat clamor flebilis est sublatus, manusq́; ad Curiam tendebant orantes vt sibi liberos, fratres, cognatos

m Asco. Pædianus 3. in Verrem act.

* Lautia. Munera dicebātur quę Romani per quæstores legatis exterarum nationum regibus amicis, ac viris claris aduenientibus mittebant. vnde scribit Liuius Lautia Attalo fuisse decreta. Lautia etiam locus, vt hic, inde Lautia legatis præberi iussa, idem Liuius Decad. 5. lib. 2.

reddcrent.

A redderent.[n] Ibi siquidem Liuius locum illum iuxta curiam in quo stabant captiuorum propinqui, Senatus decretum operientes, quem primùm curiæ vestibulum dixerat, mox comitium appellat, quasi inter hæc vocabula nihil interſit. Idem de Senatoribus Tuſculanis Romam ad petẽdam pacem Camillo ſuadente profectis. Poſtquam Romam Tuſculani venerunt, ſenatúſque paulo antè fidelium ſociorum mœſtus in veſtibulo curiæ eſt cõſpectus, moti extemplo patres vocari eos iam tum hoſpitaliter magis quàm hoſtiliter iuſſere. Dictator Tuſculanus ita verba fe-
B cit. Quibus Bellum indixiſtis, intuliſtiſque Patres Conſcripti, ſicut nunc videtis nos ſtantes in veſtibulo curiæ veſtræ, ita armati paratique obuiam imperatoribus legionibúſque veſtris proceſſimus.[o] Reſpexit ad eundem morem & Plutarchus in Marcello cum de eadem Marcelli Conſulis & Syracuſanorũ controuerſia in Romano Senatu acta loquens ait: his peroratis cum patres Syracuſanos de more dimiſiſſent, Marcellus in Senatu relicto collega ſimul exceſſit, ante fores curiæ expectans, nil aut pœnæ metu, aut in Syracuſanos ira, ſolitam immutauit habitudinem, qui in ſumma benignitate & modeſtia Senatuſconſulti finem
C operiebatur. Deinde patrum decreto Marcellus victor declaratur. His enim verbis ſignificat Marcellum Curia egreſſum in veſtibulo expectaſſe dum S C. perficeretur. Quandoquidem veſtibulum, vt eſt apud Gellium & Macrobium, Cæcilius Gallus eſſe dicit non in ipſis ædibus, neque partem ædium ſed locum ante ianuam domus vacuum, per quem de via aditus acceſſúſque ad ædes eſt, cum dextra ſiniſtráque inter ianuam rectáque quæ ſunt viæ iuncta ſpatium relinquitur. Ipſa enim ianua procul à via fiebat area interſita quæ vacaret.[p] Cui ſentẽtiæ conuenit, Tranionis illud apud Plautum. Viden' veſtibulum ante ædes & ambu-
D lacrum cuiuſmodi?[q] Et quod Cicero dixit pro Cæcinna. Quæro ſi te hodie domum tuam redeuntem coacti homines & armati non modo limine tectóque ædium tuarum ſed primo aditu veſtibulóque prohibuerint, quid acturus ſis? Quod igitur Plutarchus ante fores curiæ Marcellum S C. finem expectaſſe dixit, perinde eſt ac ſi in veſtibulo dixiſſet, tametſi de loco illo inter eũ & Liuium non conueniat. Scribit enim Liuius (quod iam diximus) Marcellum, quò liberius ſe abſente conſuli Senatus poſſet, dum ſententię rogarentur in Capitolium diceſſiſſe. Veſtibuli autem Senatus ſeu curiæ frequens eſt apud veteres mentio. Cicero in oratione pro Milone. Inſidiator erat in foro collo-

n Liui. li. 22. ab vrb. cond.

o Liui. lib. 6.

p Aul. Gell. noct. Att. lib. 16. capit. 5. Macrob. lib. 6. cap. 8.

q Plautus in Mostel.

catus, atque in vestibulo ipso Senatus. Liuius lib. 1. Huic orationi Seruius cùm interuenisset, extemplò à vestibulo curiæ magna voce, quid hoc (inquit) Tarquini rei est?&c. Et alibi. Mago Amilcaris filius, cum ei datus Senatus esset res gestas in Italia à fratre exposuit. Ad fidem deinde tam lætarum rerum, effundi in vestibulo curiæ iussit annulos aureos. [r] Plutarchus in Annibale. Interim Mago Annibalis frater Carthaginem profectus, res ab Annibale gestas magnificentissimis verbis in Senatu exposuit: & ad faciendam fidem orationi suæ effundi iussit in vestibulo curiæ aureos annulos Romanis Equitibus ademptos. Et rursum alibi Liuius. Per eosdem dies legati Saguntini venerunt, ducenta & quinquaginta auri, octingenta pondo argenti in vestibulo curiæ posuerunt. Et iterum. Magistratus Senatum vocare, populus in curiæ vestibulo fremere. [s]

r Liuius ab vrb. cond. lib. 23.

A

B

Animaduerti præterea Senatusconsulta interdū de rebus præsertim grauioribus & quæ publicè sciri expediret, propalàm in concione & apud populum recitata, vel si perscripta non essent, ab eo quo referente, vel cuius in sententiam facta fuissent, cuíve exequendorum eorū prouincia data esset, memoriter enūtiata. Primi exemplum extat apud Liuiū, quo loco de externis ritibus & sacrorum apparatibus agens ita scribit. Vbi potentius iam esse id malum apparuit, quam vt minores per magistratus sedaretur, M. Æmilio Præ. vrbis negotium ab Senatu datum est, vt & his religionibus populum liberaret, is & in concione S C. recitauit.[t] Idem de S C. aduersus Bacchanalia. Senatus quæstionem extra ordinem de ea re mihi collegæque meo mandauit, nos ipsi quæ nobis agenda sunt impigrè exequemur. Recitari deinde S C. iusserunt. [u] Et iterum paucis interpositis. Concione dimissa terror magnus vrbe tota fuit, nec mœnibus se tantum vrbis aut finibus Romanis continuit, sed passim per totam Italiam, literis hospitū de S C. & concione & edicto Consulū acceptis trepidari cœptū est. Et rursum. De SC. quo Q. Terentius Culleo delectus fuit ad quæstionem de pecunia ab Antiocho rege, & qui sub eius imperio fuerant capta in publicū non relata. Seruio Sulpitio referente quem rogatione Petilia quærere vellent, Q. Terentium Culleonem patres iusserunt. Et pòst paulò. Aduersus ea Terentius Prætor rogationem Petiliam & SC. & iudiciū de L. Scipione factum recitauit.[x] Item apud Ciceronē de S C. in M. Catonis sententiam facto, aduersus eos qui ob rem iudicandam pecuniam accepissent. Credo te audisse nostros Equites penè à Senatu esse

s Liuius lib. 30.

t Liui. ab vrb. cond. lib. 25.

u Liuius lib. 39.

x Liu. lib 38.

C

D

A disiunctos, qui primùm illud valdè grauiter tulerunt, promulgatum ex S C. fuisse, vt de iis qui ob iudicandum pecuniã accepissent quæreretur.[y] Promulgatum siquidem appellat Cic. S C. publicatum & palàm recitatum vel pronũtiatum quasi promulgatum. Nam & Festus promulgari leges dixit quùm primùm in vulgus eduntur. Et rursum apud eundem de S C. vt Vectius qui se Pompeij interficiendi causa cũ telo fuisse fassus fuerat, in carcerem duceretur. Fit s c. vt Vectius, quòd confessus esset se cum telo fuisse, in vincula coniiceretur, qui cum emisisset, cõtra rempub. esse facturum. Et paulò pòst. Tum S C. in concione recitatum est.[a] Idem de s c. in sententiam suam facto, quo frumentaria procuratio Pompeio decreta est. Factum est s c. in meam sententiam, vt cum Pompeio ageretur, vt eam rem susciperet, léxque ferretur, quo s c. recitato, cum concio more hoc insulso & nouo plausum meo nomine recitando dedisset, habui concionem.[b]

y Cic. ad Att. lib. 1. epist. 14. & lib. 2. epist. 1.

B

a Cic. ad Atticu. lib. 2. epist. 24.

b Cic. ad Atticu. lib. 4. epist. 1.

Secundi verò fidem fecimus ex Ciceronis 3. in Catilinam de s c. in Catilinariæ coniurationis reos, quod cùm perscriptum non esset, ab ipso Consule Cicerone populo in concione memoriter expositum fuisse retulimus. Cui non absimile quod alibi refert de s c. in sententiam suam facto, quo Antonius, licet non verbo, re tamẽ ipsa hostis erat iudicatus. Hodierno (inquit) die, Quirites, ne adhuc mediocrem rem actam arbitremini fundamenta sunt iacta reliquarum actionum. Nam est hostis à Senatu nondum verbo appellatus, sed re iam iudicatus Antonius. Et rursum quibusdam interpositis. De C. Cæsaris laudibus & honoribus, qui ei pro diuinis & immortalibus meritis diuini immortalésque debentur, mihi Senatus assensus paulò antè decreuit, vt primo quoque tempore referretur. Quo decreto, quis non perspicit Antonium hostem esse iudicatum?[c] Fuit siquidem id Senatus decretum eo ipso die quo factum fuerat, cum nondum perscriptum esset, populo Romano qui cognoscẽdi cupidus antè curiam constiterat, ab ipso Cicerone in concione memoriter enunciatum. Liuius de s c. quo propositum ei præmium fuit, qui authorem incendij Romæ circa forum pluribus simul locis exorti indicasset. Ita Consul ex authoritate Senatus pro concione edixit, qui quorum opera id conflatum incendium profiteretur præmium fore libero pecuniam, seruo libertatem.[d] Appianus de S C. quo Cæsari tam diuini quam humani

C

D

c Cic. 4. Philipp.

d Liu. lib. 26.

honores decreti fuerãt. Antonius laudes Cæsaris dicere exorsus A ita retulit. Quæcumque virtuti Cæsaris Senatus viuenti adhuc ex decreto contulit, referam: & hæc vultu mœsto grauique recensuit. Voce deinde singula indicans & in his diutius insistens, maximè in quibus ex decreto eum consecrarant, cùm diuinum scilicet & intemeratũ patrem patriæ appellassent, sermonis impetu facinus aperuit. [e] Porro S C. quamuis perscripta, quorum recitationi in concione ne fieret, quisquam obstitisset, memoriter nonnumquam ab eo exposita cuius in sententiam facta essent, vel cui recitandi prouincia data esset, vel ex his suspicari licet, quæ de Catone, Metello Trib. pleb. intercedente, quo minus legem qua Pompeius ad vrbẽ cum exercitu vocabatur promulgaret: scripta apud Plutarchum inuenimus his verbis. Vt verò scriba legem manu tenens per Catonẽ legere prohibitus est, & ipse Metellus eam capiens legere cœpisset, Cato librum è manibus extorsit. Sed Metello verba ex ore, quod ea mente tenebat, pronuntianti Thermus manum ori opponens vocem Metelli præclusit. [f] In quam sententiam Dio. cum Metellus Nepos sententiam ferret, vt Pompeius cum exercitu ex Asia Romã vocaretur, M. Cato & Q. Minutius Tribuni plebis ei cõtradixerunt, scribamq; recitantem inhibuerunt: cúmque tabulã Nepos ipse lecturus acciperet ipsi de manibus extorserunt: cum nihilominus verba facere conaretur, os ei compresserunt. [g]

B

C

e Appianus bell. ciuil. lib. 2.

f Plutarch. in Catone Vticensi.

g Dio. lib. 43.

Ex iis igitur planum fit tam legatos quàm alios quibus datus Senatus esset, stantes in comitio seu vestibulo curiæ, Senatus responsum ac decretum expectare solitos, quod ipsis à Consulibus aut quibus aliis mandatum esset, illic vel recitabatur, vel memoriter exponebatur. Nisi quòd interdum in curiam accersitis, vel etiam in concione idem fieret. Quę omnia ex vno Liuij loco intelligere licet, nempe eo quo de Equitibus & plebeis adito Senatu operam suam aduersus Veios & quoscumque alios vltrò pollicitis ita scribit. Cum Equitibus amplissimis verbis gratiæ ab Senatu actæ essent, famáque ea forum atque vrbem peruasisset, subitò ad curiam concursus fit plebis, pedestris ordinis se aiunt nunc esse, operámque reip. extra ordinem polliceri. Tum verò iam superfundenti se lætitiæ vix temperatum est. Non enim sicut Equites dato magistratibus negotio laudari iussi: neque aut in curiam vocati quibus responsum daretur, aut limine curiæ continebatur Senatus: sed pro se quisque ex superiore loco ad multitudinem in comitio stantem voce manibúsque

D

A significare publicam lætitiam. Et statim. Reuocatis in curiam patribus Senatusconsultum factum est, vt Tribuni militares concione aduocata peditibus equitibúsque gratias agerent: memorem pietatis eorum erga patriam dicerent Senatum fore: placere autem omnibus his voluntariam extra ordinem professis militiam æra procedere: & equis certus numerus æris est assignatus.[f]

Quod tamen ad legatos attinet, quibus vrbis ingressu interdicebatur (fortè quòd à principe vel populo de Romana republica malè merito missi essent) quæ de postulatis eorum fiebant B consulta interdum illis, Consulis iussu, qui de eis ad Senatum retulisset, nunciata ostendit Sallustius, cum de Senatusconsulto quo Iugurthæ legati intra proximos decem dies Italia decedere sunt iussi ita scribit. Senatus à Bestia consultus est, placerétne legatos Iugurthæ recipi mœnibus: iique decreuere, nisi regnum ipsúmque deditum venissent, vti diebus proximis decem Italia decederent Consul Numidis ex Senatus decreto nuntiari iubet.[g]

Fuisse præterea posteaquàm decreta erant à præconibus aliquando prædicata, & populo subiicientibus scribis pronuntiata C alicubi me legisse memini:[h] idque maximè cum in capitis damnatum lege agebatur, vel cùm Senatus ad honorem cuiusquam qui de repub. benè meritus videbatur, quódve ad multitudinem pertineret aliquid decernebat. Liuius de Fuluij Proconsulis seueritate in puniendis Campanis Senatoribus. Inde citato equo Cales percurrit. Vbi cùm in tribunali consedisset, productique Campani deligarentur ad palum, Eques citus ab Roma venit, literasque à C. Calpurnio Prætore Fuluio cum tradidisset, murmur à tribunali totam concionem peruasit, defferri D rem integram ad Patres de Campanis, & Fuluius id ita esse ratus, acceptas literas neque resolutas cùm in gremio imposuisset præconi imperauit, vt lictorem lege agere iuberet: ita de iis quoquè qui Calibus erant, sumptum supplicium. Tum literæ lectæ. Senatúsque consultum serum ad impediendam rem actam. Et mox, de supplicio ab eodem Fuluio sumpto de Taurea Iubellio. Sub hęc dicta iussu Proconsulis præconem ita pronuntiasse: lictor viro forti adde virgas & in eum primum lege age. Lectum quoque Senatusconsultum priusquàm securi feriret quidam authores sunt. Sed quia adscriptum in Senatusconsulto fuerit, si ei videretur, integram rem ad Senatum reiiceret, inter-

f Liuius lib. 5. ab vrb. cond.

g Sallust. in Bel. Iugurth.

h Onuphrius in ciuit. Rom. tit. de præconib.

pretatum esse, quid magis è republica duceret, æstimationem sibi permissam.[i] A

i Liui.lib.26. ab vrb. cond.

Idem de Senatusconsulto quo Volsci Roma excedere iussi sunt. Facto Senatusconsulto vt vrbem excederent Volsci, præcones dimittuntur qui omnes eos proficisci ante noctem iuberent.[k] Tranquillus. De Senatusconsulto illo pro Cæsare, quod etiam ab Antonio Consule ex memoria pronunciatum fuisse retulimus. Laudationis loco Consul Antonius per præconem pronuntiauit Senatusconsultũ quo omnia ei diuina, simul atq; humana decreuerat.[k] Classico etiam populum priusquam recitatio fieret aduocari solitum scriptum apud Tacitum inuenio his verbis. Facta & de Mathematicis magisq; Italia pellendis Senatusconsulta, quorum è numero L. Pituanius saxo deiectus est, in P. Martium Consules extra portam Exquilinam cum classicum canere iussissent more prisco aduertere.[l] B

k Liui.lib.2.

k Tranquil. in Iulio Cæs. cap.84.

l Tacit. Annal.lib.2.

Illud quoque obseruaui cùm quid Senatus in prouinciæ vel ciuitatis alicuius Romano imperio subiectæ gratiam decernebat, quod illi notum fieri dignum videbatur, scriptum S C. in ea recitandum mitti solitum, vel à Romano Imperatore, qui illic esset memoriter próque tribunali enuntiatum. Id ex Liuij loco à nobis citato de S C. pro Carium & Liciorum libertate facto (quod in Senatu non modo recitatum verumetiam literas de eo ad vtramq; gentem missas fuisse ostendimus) colligi potest. Sed apertius ex eo quod alibi de Senatusconsulto aduersus magistratuum Romanorum iniuriam pro Græcię ciuitatibus facto tradit his verbis. Eodem anno C. Popilius & Cn. Octauius legati, qui in Græciam missi erant, S C. Thebis primùm recitatum per omnes Peloponensi vrbes circumtulerunt, nequis vllam rem in bellum magistratibus Romanis conferret præterquàm quod Senatus censuisset.[m] Idem de decretis quibus Gentio Illyriorum, & Perseo Macedonum Regibus deuictis, vtrisq; populis libertas data est, quorum alterum ab Anicio Prętore Scodræ, alterum à Paulo Æmilio Consule Amphipoli in tribunali considentibus frequenti vtriusque gentis conuentu expositum fuit. Anicius regressus in Illyricũ Scodræ, quo quinque legati ab Roma venerant euocatus ex tota prouincia principibus conuentum habuit. Ibi pro tribunali pronuntiauit de sententia consilij Senatum populúmque Romanum Illyrios esse liberos iubere. Et paulò pòst. Ipse vbi dies venit, quo adesse Amphipoli denos principes ciuitatum iusserat, circunfusa om- C D

m Liui.lib. 43.

A ni multitudine Macedonum in tribunali consedit, silentio per præconem facto, Paulus Latinè quæ Senatui, quæ sibi ex consilij sententia visa essent, pronuntiauit. Ea Cn. Octauius Prætor, nam & ipse aderat, interpretata sermone Græco referebat, omnium primum liberos esse iubere Macedonas. [n] Ea autem recitatio vel enunciatio cum fiebat, adhibebatur etiam interdum præco, qui classico populum conuocaret & audientiam faceret, vt ex proximè citato Liuij loco cognoscitur, sicut ex alio eiusdem de decreto, quo deuicto Philippo Senatus Corinthum & alias Græciæ ciuitates liberas esse iussit: quod Isthmiis voce præconis pronuntiatum fuit. Romani (inquit) ad spectaculum consederunt, & præco cum tubicine, vt mos est, in mediam arenam, vnde solemni carmine ludicrum indici solet, processit: & tuba silentio facto ita pronuntiat. Senatus Romanus & T. Quintius Imperator Philippo Rege Macedonibúsq; deuictis, liberos, immunes, suis legibus esse iubet Corinthios Phocenses, Locrensésque omnes & insulam Euboeam & Magnetas, Thessalos, Peræbios, Achæos, Phthiotas. Et mox. Audita voce præconis maius gaudium fuit quàm quod vniuersum homines caperent. Et rursum. Reuocatus præco cùm vnusquisque non audire sed videre libertati suæ nuntium aueret, iterum pronuntiaret eadem. [o] In quam sententiam & Plutarchus in Flaminio. Itaque, infit, dùm agerentur Isthmia & frequẽs hominum conuentus ad ludorum spectaculum consedisset, vtpote diuturnis lassata bellis Græcia, in spem libertatis pacem festis celebrante diebus, iusso per tubæ sonum silentio, processit in medium præco & ita proclamauit. Senatus populúsque Romanus ac Titus Quintius Imperator & Consul Rege Philippo Macedonibúsque debellatis, sine custodiis, liberos, immunes, suo iure viuentes fore permittunt Corinthios, Locros, Phocenses Euboicos Achęos, Phthiotas, Magnesios, Thessalos, Perrhębios. Principio quidem cum non ad omnes ea vox apertè peruenisset, ingens ortus est in theatro fremitus mirantium inter se hominũ dictáque sciscitantium & pronuntiari rursus orantium. Iterùm sedato tumultu præco ita clara pronuntiauit voce, vt per vniuersos eius præconij clamor ierit. Et rursum. Liuius de decreto, quo similiter libertas Argiuis data erat. Testata quoque ipso Nemęorum die voce præconis libertas est Argiuorum. [p] Plutarchus loco citato. Ad celebranda penes Argos Nemæa ludorum præfectus designatus T. Quintius & magnificentissimum edidit

n Liuius ab vrb. cond. lib. 45.
o Liui. lib. 33.
p Liui. lib. 34.

apparatum & ibi rursus Græcis libertatem præconis voce pronuntiauit. Allusit ad eam recitationem quæ à præcone fieri solebat Lucretius lib.4. A

Præterea edictum sæpè vnum perciet aures
Omnibus in populo, missum præconis ab ore.

Sic Plautus in Pænulo.

Exurge præco fac populo audientiam.
Iamdudum expecto si tuum officium scias,
Nam nisi clamabis, statim te obrepet fames,
Age nunc reside duplicem vt mercedem feras
Bonum factu est, edicta vt seruetis mea. B
Scortum exoletum, nequis in proscenio
Sedeat, neu lictor verbum aut virgæ mutiant, &c.

De Senatus verò consultis ad Consules, magistratus, & quoscumque alios absentes pertinentibus, obseruaui ea ipsis vel à Prætoribus qui Senatum vocassent, vel ab aliis, quibus id à Senatu mandatum esset, recitata, nunciata, missa, vel tradita fuisse: idque etiam interdum à Carthaginiensibus fieri solitum. Liuij testimonium proferam ex libro nono de Senatusconsulto quo Papyrium Cursorem à Fabio Consule Dictatorem dici placuit. Alter Consul Fabius infestus priuatim Papyrio erat, C quæ ne ira obstaret bono publico, legatos ex Consularium numero mittendos ad eum Senatus censuit. Et mox. Profecti legati ad Fabium Consulem, cùm Senatusconsultum tradidissent, adiecissentque orationem conuenientem mandatis, Consul nocte silentio (vt mos est) L. Papyrium Dictatorem dixit. Idem de Senatusconsulto quo Dictator in castris à Consulibus C. Iulius est dictus. Terror inde vanus belli Hetrusci cùm coniurasse duodecim populos fama esset, Dictatorem dici coëgit. Dictus in castris (eò enim ad Consules missum Senatusconsul- D
q Liui.lib.7. tum est) C. Iulius. [q] Item de Senatusconsulto quo Cn. Seruilius Consul ex prouincia ad comitia habenda reuocatus est: Itaque Senatusconsulto factum est, vt Cn. Seruilius primo quóque tempore ad comitia habenda veniret. Senatusconsultum Sulpitius Prætor ad Consulem post paucos dies recitauit: quibus ante diem in vrbem venturum Consul maturauit, & comitia
r Liui. lib. 41. eo die, qui dictus erat, sunt perfecta. [r] His quippe verbis significat Prætorem Consuli Senatusconsultum recitasse, Consulem se in vrbem ad certum diem venturum & comitia habiturum edixisse, paucisque post diebus, & ipsum maturasse & comitia eo die,

A eo die, qui dictus erat, esse perfecta. Et lib. 35. Cum alij atque alij nuntij bellum instare afferrent, ad rem pertinere visum est Consules primo quóque tempore creari. Itaque S C. factum est, vt M. Fuluius Prætor literas extemplò ad Consulem mitteret, quibus certior fieret Senatui placere, prouincia exercitúque tradito legatis, Romam reuerti eum: & ex itinere præmittere edictum, quo comitia Consulibus creandis ediceret. Paruit his literis Consul, & præmisso edicto Romam venit. Idem lib. 5. de S C. quo Camillus ab exilio fuit reuocatus & Dictator B creatus. Consensu omnium placuit ab Ardea Camillum acciri, sed antea consulto Senatu qui Romæ esset: ad eam rem Pontius Cominius operam pollicitus, & ad magistratus ductus mādata exercitus edit. Accepto inde Senatus decreto, vt reuocatus de exilio Camillus Dictator extemplo diceretur, Veios contendit, missiq; Ardeam legati, Veios eum perduxere: seu, quod magis credere libet, non prius profectum ab Ardea, quam comperit legem latam.

Et iterum quibusdam interpositis, sic Camillum loquentem facit. Adeo mihi acerbæ sunt (Quirites) contentiones cum Tri-C bunis plebis, vt nisi me Senatusconsulto populique iussu reuocaretis, rediturus numquam fuerim & lib. 22. de Senatusconsulto quo Minutio Equitum magistro æquatum fuit cum Fabio Dictatore imperium. Fabius acceptis in ipso itinere literis Senatusconsulti de æquato imperio, ad exercitum rediit. Item libro 23. de Carthaginiensis Senatus decreto quo Asdrubal ab Hispania reuocatus exercitum in Italiam ducere iussus est, quod illi ab Himilcone expositum fuisse tradit. Himilco, quantum maximè accelerare potuit, ad Asdrubalem peruenit. Cum decreta Senatus mandatáque exposuisset, retro in sua castra rediit. Et rursum libro vigesimo quarto de S C. Marcello Con-D sule referente facto, quo T. Graccho Proconsuli absenti de Volonum libertate, vt ei è Republica esse videretur statuere permissum fuit, quod ad se missum cum literis Consulis in concione recitauit. Scripserat Gracchus Senatui, non tam quid Volones desiderarent, quàm quid meruissent. Bona fortique opera eorum se ad eam diem vsum: neque ad exemplum iusti militis quicquam eis præter libertatem deesse. De eo permissum ipsi erat faceret quod è republica duceret esse. Itaq; priusquam cum hoste manum consereret pronuntiat: tempus venisse eius libertatis quam diu sperassent potiundæ, libertatis

authorem eis non se fore solum, sed Consulem Marcum Marcellum & vniuersos patres, qui consulti ab se de libertate eorum sibi permisissent. Literas inde Consulis ac Senatusconsultum recitauit. Item de Senatusconsulto in sententiam. P. Valerij facto, quo audito Annibalis aduentu, alter è ducibus, qui Capuam obsidebant, ad Præsidium vrbis reuocatus est. A

Diuersas sententias media sententia Pub. Valerij vicit, qui imperatoribus scribendum sensuit: si & Romam è ducibus alter & exercitus pars mitti posset, vt ab reliquo & duce & exercitu Capua rectè obsideretur: inter se compararent vtri obsidenda Capua, vtri ad prohibendam obsidione patriam Romam veniendum esset. Hoc s c. Capuam perlato Q. Fuluius Proconsul, cui eundem Romam erat mille equites Vulturnum traducit.' Idem libro trigesimoquarto. S C. quo bellum aduersus Nabin Lacedæmoniorum decretum erat, affertur, quo lecto Quintius conuentu Corinthum omnium sociarum ciuitatum legatis edicto, tali oratione est vsus, &c. Et rursum lib. 37. de SC. quo P. Iunius Brutus Proprætor in Hetruria prouincia exercitúque traditis vni cui videretur ex legatis in vlteriorem Hispaniam proficisci iussus est.' Hoc S C. literæque à Spurio Posthumio Prætore in Hetruriam missæ sunt, profectúsque in Hispaniam est P. Iunius Proprætor. Trebellius Pollio de S C. quo Valerianus Censor est creatus, quod illi à Decio Consule, quo cum in procinctu tunc agebat, recitatum memoriterq; expositũ fuit. Hoc (inquit) S C. vbi. Decius accepit, omnes aulicos cõuocauit, ipsum etiam Valerianum præcepit rogari: atque in conuentu summorum virorum recitato S C. fœlicem te, inquit, Valeriane Senatus sententia: suscipe censuram quam tibi detulit Romana respublica, & cæt.' B C D

s Liui. lib. 25.

t Trebell. in Valeriano.

Quod autem ad S C. spectat, quæ de nece reorum fiebant, ea interdum damnatis per Quæstores consulum vel tradita vel recitata ex iis quæ Corn. Tacitus de S C. contra Thraseam facto scribit. Intelligere licet Thraseæ, inquit, Soranóq; & Seruiliæ datur mortis arbitrium: Tum ad Thraseam in hortis agentem quæstor consulis missus vesperascente iam die. Et paulò pòst. Donec aduenit Domitius Cæcilianus ex intimis amicis, & ei quid Senatus censuisset exposuit. Tum progressus in particum illic à Quæstore reperitur, accepto dehinc S C. Heluidium & Demetrium in cubiculum inducit, porrectis vtriusque bra-

A chij venis postquam cruorem effudit, humum superspargens, propius vocato Quæstore, libemus, inquit, Ioui liberatori.[u] Illud silentio non transmittendum quod ex prima quarti ad Atticum Paulus Manutius annotauit: in recitandis Senatusconsultis seruatum, vt nomen quoque eius recitaretur cuius in sententiam factum S C. fuisset: Ostendunt id verba illa: factum est S C. in meam sententiam, quo Senatusconsulto recitato, cùm concio more hoc insulso & nouo plausum meo nomine recitando dedisset, & cæt.[x]

B Sed cum vbique in Gallia Senatus decreta à scribis seu exceptoribus Curiæ cuiusque recitari, euulgari, litigatoribusque quos inter disceptatum fuerit edi soleant, non inutile fuerit de ea quoque re, quid in more positum apud Romanos fuerit indagare. Et scribarum etiam ministerio expeditū id fuisse comperi. Siquidem actuarios seu scribas Romanum Senatum habuisse alibi me perspicuè demōstrasse memini. Hos autem conficiendis non tantum Senatus actis, verumetiam recitādis S C. prætorum edictis aliisque literis operam dedisse, siue in Senatu siue in concione recitatio fieret indicio est quod de C. Cornelio scribit Asconius. Cum Tribunus plebis legem ferre vellet, C nequis nisi per populum legibus solueretur, Publiusq; Seruilius Globulus eius collega scribam subiicere, & præconem recitare prohiberet, codicem ipsum arripuisse & populo recitasse.[z] Sicut quod de Catone aduersus Metellum legem qua Pompeius cum exercitu ad vrbem vocabatur promulgare cupientem, scriptum apud Plutarchum retulimus, his verbis. Vt vero scriba legem manu tenens per Catonem legere prohibitus est. Et quod de Verris quodam edicto aduersus aratores Siculos in Senatu recitato, Cicero scribit. Da quæso scribæ recitet ex codice, recita edictum de professione.[a] Quibus consentaneum quod Sui- D das tradit grammatea & antigraphea eadem significatione esse, primumque acta Senatus recitare solitum, alterum transcribere. Tametsi mox subiiciat alterum fuisse in Senatu, alterum in publica administratione obseruanda: nam statim subdit scribas fuisse numero tres, quos Romani à secretis dicunt, qui acta Senatus sanctiora transcribebant, seruabantque. Allusit & ad hunc morem Seneca, cum dixit, multum viua vox facit, non quidem hæc quæ alienis verbis commendatur & actuarij vice fungitur.[b] Sicut & Satyricus.

Quis dabit historico, quantum daret acta legenti.

u Corn. Tacit. lib. 16.

x Cic. ad Attic. lib. 4. epist. 1.

z Ascon. Pedia in argio. orat. pro C. Cornelio.

a Cic. 5. in Verrem.

b Seneca lib. 4. epist. 33.

His enim verbis ſubindicant actuarios Senatus acta non tantum confeciſſe, verumetiam lectitaſſe, atque recitaſſe. Quod tamen ad Principis attinet epiſtolas, & orationes quarum in Senatu fiebat lectio, conſtat à Quæſtoribus recitatas fuiſſe: [a] niſi quod interdum Principes, quo plus authoritatis recitatio haberet per alios fieri curabant. Scribit enim Tranquillus Neronem orationes ad Senatum miſſas, præterito Quæſtoris officio per Conſulem plerunque recitaſſe, [b] alibique tradit Titum etiam Veſpaſiani patris orationes quæſtoris vice in Senatu recitaſſe.[c] A

Et hæc quidem de recitatione quæ de ſcripto fiebat accipienda ſunt. Quod enim ſpectat ad S C. quæ nondum perſcripta eſſent, ea à Conſulibus, Prætoribus, aut aliis qui Senatum habuiſſent, aut quorum in ſententiam facta fuiſſent, pronuntiata & ex memoria expoſita fuiſſe ſatis ex ſuperioribus intelligi poſſe arbitror. Sane cùm Tribunis plebis ius fuerit S C. intercedendi ſciendum eſt non ante recitata, euulgataq; fuiſſe, quàm ab iis inſpecta comprobataq; fuiſsẽt, vel de interceſſione actum eſſet. Non enim prius vim ac nomen Senatuſconſultorum habebant. Ea autem (quod illis curiam ingredi non liceret) expectabant examinabantq; pro foribus & in veſtibulo curiæ, vt ex Valerio datur intelligi cùm ait. Illud quoq; memoria repetendum eſt, quod Tribuniſplebis intrare curiam non licebat, ante valuas autem poſitis ſubſelliis decreta patrum attentiſſima cura examinabant, vt ſiqua ex eis improbaſſent, rata eſſe non ſinerẽt. Itaque veteribus S C. T. litera ſubſcribi ſolebat, eaque nota ſignificabatur, illa Tribunos quoque cenſuiſſe. [d] Illud poſtremo in more poſitum apud Romanos reperi vt S C. quæ paulo grauioris eſſent momenti, vt quia vim legis haberent, aut ad exemplum pertinerent, in Baſilicis, Prætoriis magiſtratuum ac iudicum publiciſq; aliis locis recitarentur vel proſcriberentur, vnà cum edicto Conſulis vel Prætoris, cui exequendorũ eorum prouincia data eſſet, vt ab omnibus legi & intelligi poſſent. Quod Plinius quadam ad Rufum epiſtola non obſcurè demonſtrat, cum de S C. quo ob cauſam orandam pecuniam accipere vetabatur, loquens ita ſcribit. Deſcenderam in Baſilicam Iuliam auditurus quibus proxima cõperendinatione reſpondere debebã. Sedebant iudices, centumuiri venerant, obſeruabantur: aduocatis ſilentium longum, tandem à Prætore nuntius: Dimittuntur Centumuiri, eximitur dies. Cauſa dilationis Nepos prætor,

[a] l. vna §. fin. ff. de offic. quæſt. & Cor. Tacit. lib. 16.
[b] Tranquill. in Nerone cap. 15.
[c] Tranquill. in Tito cap. 6.
[d] Valerius tit. de inſtit. antiq. lib. 2.

A qui legibus quærit, propoſuerat breuè edictum, admonebat accuſatores, admonebat reos, executurũ ſe quæ Senatuſconſulto continerentur. Suberat edicto s c. hoc: omnes qui quid negotij haberent, iurare prius quàm agerent iubebantur, nihil ſe ob aduocationem cuiquam dediſſe, promiſiſſe, cauiſſe[e] Liuius de s c. pro Campanorum qui ad Annibalem defecerant impunitate, ſi ad Rom. tranſiſſent. Acceſſit edictum proconſulis ex s c. propoſitũ vulgatúmque apud hoſtes, vt qui ciuis Campanus ante certã diem trãſiſſet, ſine fraude eſſet.[f] Auſonius de literis quibus ipſe à Gratiano Imperatore Conſul fuit declaratus. Has ego literas tuas in omnibus pilis atque porticibus (vnde de plano legi poſſint) inſtar edicti pendere mandauero.[g] Obſeruaui præterea hunc quoque morem apud Iudæos & Perſas inualuiſſe: vt quæ ad exemplum vel prouincias pertinerent edicta, non in iis modo præconio recitarentur, verumetiam palàm & in celebribus locis, vnde de plano rectè legi ab omnibus poſſent, proſcriberentur & appenderent. Cuius rei exempla multa in libro Eſther cernere eſt. Quale illud ex capite primo de edicto Aſſueri regis, quo ſuadente Mamucha, Vaſthi regina res ſuas ſibi habere iuſſa, viros etiam vxoribus dominari voluit. Egrediatur edictum & ſcribatur iuxta legem Perſarum atque Medorum vt nequaquàm vltra Vaſthi ingrediatur ad regem. Et hoc in omne (quod latiſſimum eſt) prouinciarum tuarum diuulgetur imperium, vt cunctæ vxores deferant maritis ſuis honorem. Placuit conſilium eius regi & principibus. Fecitque rex iuxta conſiliũ Mamucha, & miſit epiſtolas ad vniuerſas prouincias, regni ſui vt quæque gens audire & legere poterat diuerſis linguis, & literis eſſe viros principes ac maiores in domibus ſuis, & hoc per cunctos populos diuulgari. Item & aliud ex capite tertio quo Hamã Iudæos omnes interfici ab eodem rege obtinuit. Vocati ſunt ſcribæ regis. Et ſcriptum eſt vt iuſſerat Hamam ad omnes Satrapas regis, & iudices prouinciarum diuerſarúmque gentium: vt quæque gens legere poterat, & audire pro varietate linguarum ex nomine regis Aſſueri, & literæ ſignatæ ipſius annulo miſſæ ſunt per curſores regis ad vniuerſas prouincias: vt occiderent atque delerent omnes Iudæos, à puero vſque ad ſenẽ, paruulos & mulieres vno die. Summa autem epiſtolarum hæc fuit, vt omnes prouinciæ ſcirent & pararent ſe ad prædictam diem, feſtinabant curſores, qui miſſi erant regis imperium explere, ſtatimq; in Suſis pependit edictũ. Et rurſus Mardochæus exemplar edicti quod pendebat in Suſis

(Marginal section letters B, C, D.)

[e] Plin. lib. 5. epiſto. vlt.

[f] Liui. lib. 25.

[g] Auſonius in gratiarum actione pro Cõſulatu ſuo.

h Esther. cap. 4. dedit ei vt reginæ ostenderet. [h] Cuius edicti meminit similiter Iosephus, his verbis. Hamam autem voto potitus, confestim edictum nomine regis per omnes nationes euulgat in hanc sententiam, &c. Et paulò pòst. Hoc edicto oppidatim per totam regionem sparso, omnes ad Iudæorum internecionem in diem præscriptum sese expediebant. Et iterum. Ibi Mardochæus omnem causam eunucho exponit ordine, & quod edictum regium per vniuersam ditionem esset diuulgatum. Ad hæc exemplar edicti Susis propositi ad reginam perferendum ei tradidit. [i] Eodem pertinet aliud eiusdem regis edictum, quo priore illo de Iudæis interficiendis irrito facto inimicos vlcisci Iudæis concessum fuit: egressi sunt veredarij celeres nuncia perferentes & edictum regis pepēdit in Susis. [k] De quo similiter Iosephus. Accitis scribis iussit eos pro Iudęis scribere ad magistratus omnium gentium quæ sitæ sunt, Indiam inter & Æthiopiam sub centum 27. Satrapis: quarum literarum exemplum hoc fuit, &c. Et pòst paulò. Iubeo vt transcriptis in plurima exempla & per totam nostram ditionem vulgatis his literis Iudæos sinatis suis legibus in pace viuere. Et rursum paucis interpositis. Atque hæ literæ proponantur per vniuersam nostram ditionem. [l] Et hæc quidem de Senatusconsultorum & edictorum tam apud Romanos quàm alios populos recitatione, proscriptione & appēsione habui quæ dicerem, quæ omnia à moribus nostris non ita multum absunt. Siquidem Senatus decreta mox vt perscripta lectáque in Senatu fuerint à litis enarratore eóque qui cognitioni prędederit subsignata, actuario euulganda traduntur à quo vel eius subadiuua in ipso Senatu aut vestibulo curię recitantur præsentibus iis qui cognitoriam operam in ea lite præbuerint, interdumq; etiam litigatoribus ipsis in eo à Romanis discrepamus, quod in concione apud populum (cuius nullus apud nos est vsus) nec leguntur, nec ex memoria proferuntur: omnia enim ex libello recitantur, præter ea quæ præsentanei sunt iudicij & quæ disceptatoriis diebus ex tempore dirimūtur. De his enim præses, aut qui alius eius diei fasces habeat, auditis causidicorum altercationibus è superiore loco, déq; consilij sententia curiæ verbis pronūciat. Quod itidem fit cum è subselliis curiæ foribus occlusis de re aliqua quę extemporalis disceptationis sit. Extra ordinem inter aliquos decernitur. Quod vero ad decreta spectat quę nobiliora aut exemplaris authoritatis existimantur: Is inualuit vsus vt à Curiæ principe aut alio ex quatuor primis, frequētibus conscriptis assiden-

i Iosephus anti. Iudaic. lib. 11. cap. 6.

k Esther. cap. 8.

l Iosephus dicto. cap. 6.

A tibus, insigni purpura spectabilibus, palàm in Senatu & ex memoria pronuncientur. Nec ideo minus à scriba curiæ postea recirentur partibúsque consignata tradantur. Fitque etiam sæpenumero (quod nobis ferè cum Rom. Persis & Iudæis commune est) vt ea Senatus in exẽpla multa transcripta prouinciatim mitti inque præfecturis quæ ad ipsum iura perunt, recitari, pronunciari, proscribíque & præconio promulgari decernat. Idque maximè cum legis vim obtinent, aut vniuersis nota fieri expedit: Quod in Catilinaria coniuratione seruatum à Cicerone consule legimus, qui non contentus iudicia quibus ea detecta fuit, per
B scribas suos in cõmentarios retulisse, & apud se retinuisse, exempla multa describi, palámque in tota Italia perque omnes prouincias peruulgari atque passim edi iussit, vt ex eius oratione pro Publio Sylla cognosci potest cum ait. Quid deinde? quid feci? cum scirem ita iudicium in tabulas publicas relatum, vt illæ tabulæ, priuata tamen custodia more maiorum cõtinerentur: non occultaui, non continui domi, sed describi ab omnibus statim librariis, diuidi passim & peruulgari atque edi pop. Rom. imperaui, dimisi toti Italię, diuisi in omnes prouincias: eius iudicij è quo salus oblata esset omnibus expertem esse neminem volui. Ita-
C que dico locum in orbe terrarum esse nullum, quo in loco Pop. Rom. nomen sit, quin eodem perscriptum hoc iudicium peruenerit. Idem similiter in capitalibus cæteris iudiciis fieri solet, cũ de fonte atrocioris alicuius sceleris conuicto supplicium sumitur. Tum enim in ea quoque ciuitate in qua Senatus consistit postquam æneator classico silentium fecerit, ab eo vel carnifice, præeũte de scripto verba actuario, aut eius vicario, quid Senatus censuerit euulgatur. Præit autẽ verba recitanti præconi actuarius vel amanuensis eius, non in capitalibus tantum iudiciis, verum & in quibusuis aliis, quæ præconio recitari Senatus decer-
D nit. Quod itidem à Rom. fieri solitum ex his quæ de C. Cornelio & P. Seruilio eius collega dicta à nobis sunt, satis datur intelligi. [m] Ostenditque Demosthenes in oratione de falsa legatione idipsum etiam seruasse Atheniẽses, cum lex aliqua apud illos promulganda fuit: Cum enim, inquit, scriptum apud vos faceret & Senatui seruiret recitanti, præconi legis huius verba præibat.

m *Ascon. Pedia. in argu. orat. pro C. Cornelio. Appianus belli ciui. lib. 1. Plutar. in Catone Vticensi.*

A abigeus. [d] Alibique ſcribitur oues pro numero abactarum, aut abigeum, aut furem facere. [e] quod vtique de eo intelligi oportet, qui facinus id ſemel tantùm admiſerit, qui enim ſæpius abegerunt, licet ſemper vnũ vel alterum pecus ſurripuerint, abigei tamen ſunt. [f] Sed & qui bouem tantùm vnum vel equum ſurripuerit abigeatus crimen facit. [g] Grauius autem in abigeos, quam cęteros fures animaduerti, vel ex eo apparet: quòd Vlpianus reſpondit, eum qui porcum, capram, vel veruecem abduxerit, cum furti tantum teneatur, non tam grauiter quàm qui maiora animalia abegerit, plecti debere: [h] quódque metalli operis,
B vel gladij pœna in abigeos ab Hadriano ſit præſtituta: [i] Qua pœna cæteros fures non affici certiſſimum eſt. Illud conſtat, eos qui gladio abigunt, beſtiis obiici debere. † [k] Puniuntur abigei duriſſime, vbi frequentius eſt id genus maleficij, alioquin & in opus temporarium nonnunquam damnantur. [l] Quem noſtri iuris conditores abigeum, Apuleius, Iuliuſque Firmicus, & ex noſtris Iulius Paulus abactorem vocant, Apuleius. [m] Meum vero Bellerophontem abactorem indubitatum, cruẽtumque perculſorem criminantes, ad caſas interim ſuas vinctũ perducunt. Iulius Firmicus. [n] Si Mars & Luna in aquoſis propriè ſignis fuerint
C conſtituti, pecorum abactores efficient, inſequentibus hominibus, minaci ſemper gladio reſiſtentes. Iulius Paulus. [o] Abactores ſunt qui vnũ equum, duas equas, vel capras decem, totidemque oues, aut porcos quinque abegerunt. Sunt & qui crimen hoc abigeatus abactum appellant. Eſtque frequens huius criminis apud veteres mentio. Cicero. [p] Præterea greges equarum eius iſtum abigendos curaſſe. Et alibi. Præterea greges nobiliſſimarum equarum abactos. [q] Et rurſum alibi. [r] Omne inſtrumentum diripuit, familiam abduxit, pecus abegit. Liuius.
D [s] Quia propter populationes agri, nõ fructu modo caruerit, ſed villa incenſa fuerit, direpta omnia, pecora abacta. Et alibi. [t] Exercitus in agrum Veientem, ac Faliſcũ ducti, prædæ abactæ hominum, pecorumque. Plinius. [u] Compertum agnita voce ſuarij furto abactos merſoque nauigio inclinatione lateris vnius reuocaſſe. Et iterum. [x] Liui. Herculem in ea loca Gerione interempto boues mira ſpecie abegiſſe ferunt. Quintus Curtius. [y] Equos CIↃ. DCCC, abegere. Apuleius. [z] De pago proximo complures Iuuenes abactum ſibi noctu perquirentes aſellum. Iberos olim hoc ſcelere comprimis nobilitatos indicat Vergil. [a]

d l. aut facta § quantitas ff. de pœn.
e l. fin. ff. de abig.
f d. l. fin.
g d. l. fin.
h d. l. 1. de abige.
i d. l. 1. § quãquam.
† Pœnæ in Gallia ſunt arbitrariæ Imbert Enchirid. in verb. Pœnæ.
k d. l. 1. § peuul.
l d. l. 1. princ.
m Apul. aſin. aur. lib. 7.
n Iul. firm. lib. 6. Math. cap. 31.
o Iul. Paul. rec. ſent. lib. 5. tit. de abactor.
p 3. in Verr. act.
q 4. in Verr. act.
r 5. in Verr.
s Liui. 2. ab vrb. cond.
t Ab vrb. cõd. lib. 4.
u lib. 8. ca. 51.
x Liui. lib. 1.
y Lib. 7.
z lib. 4 aſin. aur.
a Georg. lib. 3.

---Numquàm custodibus illis
Nocturnum stabulis furem, incursúsque luporum
Aut impacatos à tergo horrebis Iberos.

A

In quem locum scribit Seruius Hispanos omnes acerrimos abactores esse. Sunt autem qui credant grauius supplicium legibus nostris in abigeos, quam in alios fures idcirco constitui, quòd hos ędibus nostris possumus excludere: pascua autem maiora sunt, quam quæ muro cingi possint. Vnde cum ab illis caueri non nisi maxima cum difficultate possit, non immeritò seueriore pœna coërcentur. Nam & alibi ex Cicerone docuimus peccata ea maximè animaduertenda esse, quæ difficillime præcauentur.[b] Quapropter apud Scythas cum nullas ædes, aut tecta ipsi habeant, sed armenta & pecora semper pascentes, per occultas solitudines errare soleant, scribit Iustinus nullum scelus furto grauius haberi: quippe sine tecto, munimentoque pecora habentibus, quid saluum esset si furari liceret?[c] Proindè & apud Britannos, pecus abegisse capitale est: cum enim apud eos nullus sit lupus, aut aliud venenatum vel rapax animal, præter vulpes: sitque pecus illic vagum, & nullo ferè custode tutum: videre licet armenta boum, & equorum ac ouium greges, interdiu noctuque passim errare, per mõtes & valles, per agros compascuos ad pascendum communiter relictos, aut per fundos, quos post collectos fructus, consuetudine quadam peruetusta, vicinus quisque communes habet, ad alẽdum pecus.[d] vt sic iustissime capitis supplicium videatur illic in abactores constitutum. Parum enim eis esset, tutos à lupis aliisque rapacibus animalibus esse, nisi etiam illis cautum aduersus fures & abigeos esset. Nam & apud Æthiopes, fures omnes capite ideo plectuntur, quod ædes eorum ianuis careant, sintque omnia illis in propatulo. Alibique ex Aristotele ostendimus.[e] eadem quoque ratione legibus nostris, balnearios fures grauius quam cæteros coërceri: quod nec etiam ab illis humana vlla diligentia caueri satis possit. Verum huic nostræ sententiæ non mediocriter aduersari videtur Calistrati responsum illud, quo traditur eum quoque plenius coërcendum qui a stabulo abegit domitum pecus: non à sylua vel grege. Ex quo manifeste colligitur, non tantum abigeum censeri eum, qui vel ex pascuis vel armentis pecora abduxerit, sed illum etiam qui domitum pecus à stabulo abegerit. Sed & illud fortius vrget, quod in eo responso dicitur, illũ qui non à sylua vel grege, sed à stabulo pecus abegerit,

B C D

b Dicam in verbo fures balnearij.

c Iustinus histor. su. lib. 2.

d Polid. Vergil. Ang. hist lib. 1. pag. 13.

e Dixi in verbo fures balnearios.

A plenius,id est,seuerius castigandum. Cùm tamen constet,longe facilius furta huiuscemodi effugi posse, quàm cum animalia ex pascuis,vel armentis abducuntur. Potest siquidem vnusquisque ædium stabulorumque suorum fores aut ostia repagulis occludere,vel pessulis obdere. Illis etiam si libeat seras addere, clauibusque & sigillis, parietum firmitate, & peruigili domesticorũ cura sibi aduersus pecuarios fures prospicere: quod non æque fieri potest aduersus eos qui ex armentis, pascuisque animalia subtrahũt, vt sic minus recte sentire videantur, qui idcirco grauiore pœna dignos abigeos censent, quàm alios fures, quod ab B his caueri facilè possit, ab illis non item. Pleniore enim animaduersione castigandos ait Calistratus, qui vel ex stabulis abigunt. cum tamen (vt iam diximus) eorum improbitati nõ magno negotio à quolibet prouido, diligẽtique patrefamilias iri obuiam possit. Quid igitur hac in re cẽseri potissimum debeat videndũ est. Et crediderim ex suprascriptis sententiã illam defẽdi posse, nempè vt ideo asperius in abigeos, quam cæteros fures animaduertatur, quod ab illis ægre, & non nisi magna cum industria, sumptúque minime leui caueri possit: néque quidquam obstare, quod ea ratio illos qui domitum pecus à stabulis abegerint, C complecti non videatur, quos tamen etiam abigeos esse, ex Callistrati responso perspicuè deprehenditur. [f] Vt enim fateamur id vetum esse ex latiore verbi significatione, propriè tamen abigei non sunt: sed hi tantum qui ex pascuis, vel armentis pecora subtrahunt. [g] Quapropter si lex municipalis de abigeis verba faciat, illi minime cõtinebuntur, [h] nisi eadẽ omnino ratio subsit. Tunc enim quamuis odiosa dispositio sit, à ratione interpretationem sumet. [i] Superest itaque vt & alium nodum dissoluamus, quem plerique inexplicabilem, inenodabilémq; esse rentur. Is est, quod in responso Calistrati traditum sit, cum etiam D plenius coërceri oportere, qui à stabulo domitum pecus abegerit. Cùm enim ex his quæ supra scripsimus apertissimè liqueat, stabulariorum huiusmodi furum fraudes & insidias vitari repellique facillime posse, ex nostra ratione iniquissime constitutum esset, grauius aliquod illis supplicium, quàm cæteris furibus iniungi. Quem nodum ita explicandum censeo, vt in responso Calistrati mendum subesse credã, idque detracta priore literula vocis illius (plenius) tolli corrigiq; posse: vt sic legi oporteat eum quoque lenius coërcendum qui à stabulo abegit domitum pecus: non à sylua vel grege. Æquissimum enim vide-

f d. l. fin. de abig.

g d. l. 1.

h l. quicquid abstringenda de verbo obli.

i l. his solu C. de reuoc. donat. §. sed quia natura quæ fuit prima cau. bene amit. in vsib. feud. cap. cum dilecta de cõfirmat. vti. vel inut. vbi abb.

tur illum, à quo caueri facillimè potuit, leuiore supplicio, quam A qui ex pascuis, vel armentis abegerit, castigari: neque in illum amplius quidquam, quam alios fures constitui debere. Quam sententiam, & illud nonnihil adiuuare videtur, quod plenioris pœnæ, vel supplicij, nullibi (quod sciam) apud nostri iuris authores mentio fit: neque apud eos, aut alios classicos, latinéque puritatis, & primæ notæ scriptores, plenius aliquem coerceri (nisi me memoria fallit) alicubi legitur, Pleniorem quidem animaduersionem legi apud Vlpianum me non latet: sed in alium, longéque diuersum sensum nempe pro ampliori iudicis attentione, & consideratione.[k] Sit tamen aliorum iudiciũ, neque enim B id ipse asserere pertinaciter ausim, suffragantibus præsertim veteri lectioni recentioribus, magisque emendatis codicibus: veritus scilicet ne si nodum illum explicuisse me profitear, gladio potius dissecuisse dicar. Quòd si quis antiquam lectionem sequi malit, aliam rationem comminisci eum oportet, propter quam dicat seueriore pœna abigeos, quam alios fures coerceri: neque enim prior illa Calistrati responso conuenit. Putauerim itaque hanc etiam afferri posse, vt ideo legibus nostris abigei grauiore supplicio, quàm reliqui fures afficiatur, quod hi furtim & clanculum furentur, illi vi etiam eripiant. Cum enim vt ve- C rissimè dixit Cicero.[l] aut pascere equos, aut domare, aut tueri, aut tempestiuos fructus ex his capere, sine hominum opera non possimus, idémque de cæteris animalibus dici possit, frequentius fit, vt gregis, armentique pascendi cura pastoribus iniungatur, qui pecoris etiã magistri & armentarij appellantur.[m] Vnde qui vel greges, vel armenta eorum curæ mandata abigunt, vim quodammodo illis afferunt, vt non iniuria grauius quàm cæteri fures plectantur, cum rapina grauius sit crimen, quàm furtum. Ideoque & Iulianus eum qui vi rapit improbiorem esse D furem ait.[n] Sed & Vlpia. abigeos quodammodo deprædari scribit.[o] Est autem prædari (vt M. Varro ait) idem quod diripere & vi auferre, & prædator idem quod populator, aut spoliator. Cicero.[p] Quos ego vtrosque, Quirites, in eodem genere prædatorum, direptorumque pono. Et alibi.[q] Sed spes rapiendi, atque prædandi obcæcat animos eorum. vel (vt iurisconsulti nostri dicunt) prædo est, qui nullo publicè legitiméque indicto bello grassatur, & prædas agit.[r] Vt igitur abigeatus crimine quis teneatur, siue ex armentis, aut pascuis, siue ex stabulo pecus abduxerit, crediderim vim aliquam adhibitam fuisse opor-

k l. item apud Labeonem §. ait prætor versic. quod ait de iniur.

l Officio. li. 2.

m Cic. 7. in Verr.

n l. 2. § doli ff. vi. bo. rapt.

o d l. 1. de abig.

p Cic. 2. in Catil.

q 4. Philip.

r l. hostes de capt & postl. reuer. l. succurritur ff ex qui bus causis maio.

A tere: neque illum qui clanculum incustoditum pecus abduxerit, abactorem censeri, sed magis furem. Id quod & Vlpia. innuere videtur, dum ait. Eum qui ouem oberrantem, vel equos in solitudine relictos abduxit, non esse abigeum, sed furem. [s] Quæ sententia vel ex eo confirmatur quod & qui pecus abigunt, à iuris etiam nostri authoribus latrones oppellantur. Vlpia. [t] Imperator Antoninus cum patre suo cum grex esset abactus, quem quis conduxerat, ita rescripsit. Si capras latrones citra tuam fraudem abegisse probari potest, iudicio locati casum B præstare non cogeris: atque temporis quod insecutum est, mercedes vt indebitas recuperabis. Latrones autem non dici, nisi qui vim afferant notissimum est. Cicero. [u] Erat ei viuendum latronum ritu vt tantum haberet, quantum rapere potuisset. Callistratus [x] Succurritur etiam ei, qui à latronibus, vel prædonibus vi oppressus sit. Id autem frequens admodum esse, vt qui pecora abigunt, vim adhibeant, locus ille Iulij Firmici janrà nobis citatus indicat: dum illic dicitur Marte & Luna in aquosis propriè signis constitutis pecorum abactores effici, insequentibus hominibus semper minaci gladio resistentes: & quod ex C nostris Marcel. [y] dixit, abigeos plerúmque ferro vti. Et quod Liuius, & alij plerique scriptum reliquerunt, Romulum & Remum, cùm primùm adolescere cœperunt, in latrones, & pecuarios fures, excursiones multas fecisse: ereptamque illis prædam prioribus dominis reddidisse. Liui. [z] Ita geniti, ita educati, cùm primùm adoleuit ætas: nec in stabulis, nec ad pecora segnes, venãdo peragrare saltus. Hinc robore corporibus, animisq; sũpto, iam non feras tantum subsistere: sed in latrones præda onustos, impetum facere: pastoribusque rapta diuidere. Ad quod & alludit Ouidius dicens: [A]

s d.l.1. versic. caterum.

t l. si quis domum §. Imperato. ff. loca.

u 2. Philip.

x l. succurritur ex quibus causis maio. ff.

y l. 2. de abig.

z Ab vrb. cõ. lib 1 & Plutar. in Romulo.

A Ouid. Fasto. lib. 3.

D *Omnibus agricolis, armentorúmque ministris*
Illiadæ fratres iura petita dabant.
Sæpè domum veniunt prædonum sanguine læti,
Et redigunt actos in sua iura boues.

Proinde & M. Varro. [A] cum de pastoribus loquitur formas hominum legendas esse scribit, vt sint firmæ ac veloces, mobiles expeditis membris: qui non solum pecus sequi possint, sed etiam à bestiis, ac prædonibus defendere. Videtur & antiqua lectio, in respõso Callistrati ita defendi posse: vt dicamus Callistratum dum eos qui à stabulis domitum pecus abigũt, plenius

A Var. de re rust. lib. 2. ca. 10.

a d. l. fin. de abig.

coërcendos esse dixit: a ad insignem huiusmodi hominum in furãdo industriam respexisse: quæ eiusmodi sit, vt ei iri obuiam nulla ratione possit. Quantamuis enim diligentiam, paterfamilias adhibeat obdendis foribus, & clauibus obsignandis: ij tamen vel adulterinis clauibus, vel excussa sera, vel aliter arte callida omnia reserant: & hanc quantamlibet diligentiam exuperant: vt ille furax & nequàm seruus cuius in iocis meminit Cicero. a cui soli domi nihil erat nec obsignatum, nec occlusum, quia quoduis ostium resignabat. Quos idcirco quia caueri ab eis etiam nõ possit, ex suprascriptis seueriore pœna, quàm alios fures castigari æquum videtur. Nam & huiusmodi calliditas ad vim quamproximè accedit: vt cui resisti nullo humano consilio queat. Quod si & vis & caliditas abfuerint, vt quia culpa & negligentia domesticorum, & eorum quibus id curæ esse debuit, pecus à stabulo abactum sit, non video cur grauius, quàm cæteri fures plecti debeant. Vt sic necessario Callistrati responsum cùm de stabulariis abactoribus agit, de iis accipi debeat, qui arte vel vi diligentiam omnem superãt; neque aliter vetus illa lectio sustineri possit. Quòd autem in eos etiam seuerius, quàm alios abigeos, animaduertatur, ratione nõ caret: præter id enim quod occurri eorum improbitati nõ potest (quod illis commune cum cæteris abigeis est) grauius ipsi delinquunt: vt qui nulla re ad scelus impellantur: cum qui è pascuis abigunt, exposita veluti præda alliciantur. Nam & id ferè inter nostros conuenit, leuius illum delinquere, qui irritamẽto aliquo incitatus, quàm qui spontè nullaque re prouocatus offendit. b Ita vt qui cum formosa Venerem expleuerit, minus deliquisse credatur quàm cui cum deformi res fuerit. Quod non huic sicut illi fuerit vllũ ad excitandam libidinem illicium. c Vulgò enim receptum est, maximam stupri & libidinis illecebram esse mulieris pulchritudinem. Quamobrem & Chrisostomus. Illum (inquit) magis adulterum dixerim, qui quamlibet ex vulgo, quam qui reginam violarit. illic enim plura irritamenta sunt puta opes, elegantia formæ, & huiusmodi cætera, quorum hic nihil inuenias. d Et hæc quidem in hanc partem adduci possunt. Neque ideo tamen fit, vt in responso Callistrati vocem plenius retinendam putem: cum sciam & à Græcis πρᾳότερον id est lenius seu clementius legi. Sunt enim hæc eorum verba ἐκεῖνος δὲ πρᾳότερον κολάζεται ὁ ἀπὸ σπουλὸν ἀφροδισίως δεδαμασμένον ἤδη ζῶον, καὶ μὴ ἐκ τῆς ὕλης, ἢ τῆς ἀγέλης & inferius. ὁ δὲ ἀπὸ σπουδῆς ἀφαρπάζων δεδαμασμένον ἄλογον πρᾳότερον κολάζεται. Vt iã nõ dubitẽ

a De orat. 2.

b Christo. per. §. gallinarum inst. de rer. diuis.

c Can. sciendum de pœn. dist. 3. glo. Can. fin. 14. q. vlt. Panor. & fel. c. cum quidam ext. de iureiur. idẽ Panor. c. veniens de eo qui cog. consang. vxo. su. Barba. in proem clem.

d Chrisosto in ep. apost. Pauli ad Thimotheum hom. 3. cap. 1.

A
B
C
D

A quin à veteri lectione recedendum sit. Hancque ego lectionem eo libentius amplector, quòd eam quoque Iacobo Cuiacio homini eruditissimo, déque studiis nostris optimè merito obseruationum suarum lib. sexto cap. octauo placuisse video: † qui liber nuperrimè in lucē emissus post multos quàm hæc cōmentatus sum annos ad manus meas peruenit. Sed de his iam plus satis. Priusquam tamen huic capiti coronidem adiiciam: scrupulum vnum ex eorum animis, qui hæc lecturi sunt euellere constitui, quem illis Vergilii Georgicôn poema iniicere posset, aduersus ea quæ supra de Scytharum moribus ex Trogo B Pompeio recensui. Quòd enim dixi Scythas, cum ædibus tectisque careant: greges & armenta semper habere vaga: & per occultas solitudines errantia, cum Vergilii autoritate pugnare vel ex diametro videtur. Is enim quo loco diuersa pastionum genera, pro qualitate prouinciatū esse scribit: ait in Lybia quidem rara admodum esse tecta, illicque pastores casulas suas, veluti papiliones & tentoria, militum more circumferentes, pecus suum, diu noctuque in solitudines pascendum ducere: idque vagum & sine stabulis bubilibus, & cauis errare: quod non æquè fit in Scithia in qua horrente ibi perpetuo frigore, cum C nullæ appareant herbæ, nec arborum frondes, sed terra niuiū superfusione informis & sine vllo ornatu iaceat: coguntur armenta stabulis, ne pereant includere: neque vti in Lybia vagari permittunt: quod vt perspicuum magis fiat Vergilij carmina subscribam[e].

† Cuiacius legit ibi Lenius, non Leuius.

Quid tibi pastores Lybiæ, quid pascua versu
Prosequar, & raris habitata mapalia tectis?
Sæpe diem noctémque, & totum ex ordine mensem
Pascitur itque pecus longa in deserta sine vllis
Hospitiis, tantum campi iacet: omnia secum
D *Armentarius Afer agit, tectúmque, larémque*
Armáque, Amycleúmque canem, Cressámque pharetram:
Non secus ac patriis acer Romanus in armis.
Iniusto sub fasce viam cum carpit, & hosti
Ante expectatum positis stat in agmine castris.
At non qua Scythiæ gentes Meoticáque vnda.
Turbidus & torquens flauentes Ister arenas:
Quaque redit medium Rhodope porrecta sub axem.
Illic clausa tenent stabulis armenta: neque vllæ
Aut herbæ campo apparent, aut arbore frondes:

e 3. Georgic.

Sed iacet aggeribus niueis informis, & alto
Terra gelu late, septémque assurgit in vlnas
Semper hyems, semper spirantes frigora Cauri. A

Sciendum itaque duplicem esse Scythiam, alteram Asiaticam, alteram Europeam. [f] Asiaticam autem regionem esse frigidissimam, in qua tãtam frigoris vim esse ferunt, vt asinos nullos altere possit, mare glacietur, destituti in glacie pisces ligonibus effodiantur: vinumque quod sui natura calidissimum est, illic congelascat. [g] Fractoque vase formam eius retineat, quod & ipse Vergilius indicat dicens. [h] B

f Q. Curtius lib. 7. 8.
g Herod. in Melpomene Strab. geogr. lib. 3. & 7.
h 3. Georg.
i Ouid. trist. lib. 3.

-- cædúntque securibus humida vina.

Et Ouidius dum ait.

[i] *Nudáque consistunt formam seruantia testæ*
Vina: nec hausta meri, sed data frustra bibunt.

Et rursum.

Vidimus in glacie pisces hærere ligatos:
Sed pars ex illis tum quoque viua fuit.

De qua Scythia Vergilij poëma intelligendum videtur, vt ibidem propter nimium hyemis rigorem, herbarúmq; & frondium inopiam, armenta stabulis inclusa contineantur. Europeam vero herbosam esse, de eaque intelligendum quod Trogus Pompeius dixit. Scythas ędibus tectisque carere, gregésque & armenta semper habere vaga. Nam & Plinius, Strabo, Pomponiúsque Mela, & ex recentibus Pius Pontifex in Scythia Europea, & Sauromatas, & Nomadas constituunt: Quos quia pro sedibus plaustra habeant, Hamaxobitas dici tradunt. [k] Aiuntque vagos Nomadas pecorum pabula sequi, atque vt illa pecorum durant, ita diu statam sedem agere, de quibus Horatius. [l] C

k Plin. lib. 4. cap. 12. Strab. geogr. li. 2. 7. & 11. Pompo. mela de situ orbis libro 2. capit. 1. Æn. Sylu. in desc. Asia cap. 28. & sequ.
l Carm. lib. 3. od. 24.
m Herodot. in Melpom.

-- Campestres melius Scythæ
Quorum plaustra vagas ritè trahunt domos. D

Sunt autem dicti Nomades, quia pastionibus præcipuam operam darent, herbisq; vno in loco de pastis, papiliones suos curribus alio trãsueherent. De quibus Herodotus. [m] Domos secum ferunt singuli, equestresque sunt sagittarij non pane victitantes, sed ex pecoribus, pro domibus plaustra habentes. Et mox paucis interpositis. Hæc sunt ab eis inuenta cum opportunitate terræ, tum fluminum beneficio. Nam hæc terra cum sit cãpestris, sua spõte vliginosa est, & humida, cámque interfluunt flumina non multo pauciora numero, quàm in Ægypto fossæ.

Strabo.

A Strabo.[n] Nomades tentoriis vtuntur centonum instar pilo contextis in plaustris vitam degentes. Circúmque tentoria pecora comitantur, à quibus victum captant, & aluntur lacte, caseo, & carne, pascua vero sectantur loca semper herbosa permutantes, Pausanias.[o] Sarmatæ, inquit, magna equorum armenta habent. Neque enim in partes terra descripta priuatorum vsibus seruit, aut quidquam præter agrestem syluam fert: compascua igitur tota regio est, & incolæ Nomadæ, id est, vagi pastores appellantur. De Alanis etiã, qui & ipsi Scythiæ Europeæ populi sunt,[p] Ammianus Marcellinus ad hunc modum loquitur.[q] Nulla illis sunt tuguria, aut versandi vomeris curę, sed carne & copia victitant lactis plaustris supersidentes, quæ operimentis curuatis corticum per solitudines conferunt sine fine distentas. Cúmque ad graminea venerint, in orbiculatam figuram locatis sarracis ferino ritu vescuntur: absumptísque pabulis, velut carpentis ciuitates impositas vehunt: & habitacula sunt hæc illis perpetua, & quocumque ierint, illic genuinum existimãt larem, armentáque præ se agentes cum gregibus pascunt: maximéque equini pecoris est eis sollicitior cura, ibi cãpi semper herbescunt interstitis pomiferis locis, atque ideo transeuntes quolibet, nec alimentis nec pabulis indigent, quod efficit humectum solum, & crebri fluminum prætermeantium cursus. Et alibi de iisdem Alanis Schytisque Europeis in medio (inquit) spatio arcus, quod prolixæ rotunditatis esse prædiximus, quódque expedito viatori diebus conficitur quindecim. Europei sunt Alani, & Costobócæ, gentésque Scytharum innumeræ, quæ porriguntur ad vsque terras sine cognito fine distentas: quorum pars exigua frugibus alitur: residuæ omnes palantes per solitudines vastas, nec stiuam aliquando, nec sementem expertas, sed squalentes & pruinosas ferarum tetro ritu vescuntur: eisque ciuitates & habitacula, vilésque supellectiles plaustris impositæ sunt corticibus tectis, & cum placuerit sine obstaculo migrant, eadem * carpenta quò libuerit conuoluentes.[r] Cæterum quod de Lybia dixit Vergilius, vt illic pastores armenta sua secum agant, de Aphrica accipiendum est: quæ & ipsa Lybia dicta est,[s] quod & verba illa, omnia secum armentarius Afer agit, tectúmque larémque, planum faciunt. Nam & in Aphrica fuisse etiam olim Nomadas, qui armenta sequentes familiam omnem &

n Georg. lib. 7.

o In Attic.

p Plin. lib. 4. cap. 12.

q lib. 31.

r Ammian. Marcell. lib. 22.

s Plin. proe. lib. 5.

* Carpentũ vehiculi genus, ita dictum quasi Carmentum, à Carmentra Euandri matre, Gallice, *vn Chariot branlant.* Ouid. lib. 1. fastorum. *Nam primi Ausonias matres Carpenta vehebant.*

supellectilem plaustris imponerent, præter Vergilium, Salluſt. A
t In Iugurth. Liuius, & Plinius teſtes ſunt locupletiſſimi. Saluſt.[t] Africam initio habuere Getuli, & Lybies aſperi inculti que, queis cibus erat caro ferina, atque humi pabulum vti pecoribus. Hi neque moribus, neque lege, aut imperio cuiuſquam regebantur, vagi, palantes, qua nox coëgerat ſedes habebant. Et mox paucis interiectis. Cæterum adhuc ædificia Numidarum agreſtium, quæ mapalia illi vocant, oblonga, incuruis lateribus tecta, quaſi nauium carinæ ſunt. Et iterum. Super Numidiam Getulos accepimus, partim in tuguriis, alios incultiùs vagos agitare. Liuius. Maſiniſſa B cum paucis equitibus, ex acie in montem perfugit, familiæ aliquot cum mapalibus, pecoribúſque ſuis (ea pecunia illis eſt) pro-
u. Liui. dec. 3 lib. 19. ſecuti ſunt regem.[u] Plinius.[x] Numidæ vero Nomades à permutandis papilionibus, (vel vt quidam legendum exiſtimant à
x lib. 5. cap. 3. permutandis pabulis) mapalia ſua, hoc eſt, domus plauſtris cir-
y. Georg. lib. 17. cumferentes. Strabo.[y] Maſiniſſa Numidas ciuiles, & agri cultores reddidit, & pro latrocinio eos militiam docuit. Sed profectò peculiare quidē hominibus his contigit. Nam cum regionē fœcundam incolerent, quamquam feris abundantē, iis omiſſis & agri ſtudio licentiùs inter ſeſe cōuertebantur, & regione feris C dimiſſa, vagam & inſtabilem vitam agebant, non ſæcus quā qui ob inopiā & locorum ſterilitatem, & aëris inclementiā eiuſmodi
z Ad Maxim lib. 10. vitæ genus eligunt. Ad hoc & Martialis alludere videtur.[z]

Tecùm ego vel ſicci Getula mapalia Pœni.

Et poteram Scythicas hoſpes amare caſas.

Et hoc quidem pacto diſſentientes hoſce authores componi poſſe crediderim. Quamquā & aliter id eorum diſſidiū, in amicitiæ coniunctionem redire poſſe videatur: nempe ſi de prima illa & impolita ætate Iuſtini hiſtoriam explicuerimus, qua Scythis erat viuendi genus haud belluino diſſimile: quippe qui ex- D leges, & ſine rerum agendarum norma, ritu ferino, in dies viuerent. De qua & illa Scythæ Anarchaſis, apud Ciceronem epiſto-
A Cic. Tuſc. quæſt. lib. 5. la intelligenda videtur. A Anarchaſis Hannoni S. mihi amictus eſt Scythicū tegmen, calciamentum ſolorum callum, cubile, terra, pulpamentum fames: lacte, caſeo, carne veſcor. Et quod
a lib. 6 ca. 17. Plin. dixit.[a] eſſe Scytharum genera & quidem plura, quæ cor-
b lib. 7. ca. 2. poribus humanis veſcantur. Eſſe etiam in Scythia ſylueſtres homines auerſis poſt crura plantis, eximiæ velocitatis, paſſim cum feris vagātes. Vergilij verò poëma de poſteriori & ornatiori ætate accipiamus, qua communis illa & ſine lege vita, à præſtātibus

A viris,& ſapientibus in humaniorem eſt cõmutata: quaque Scythę à peritioribus inſtituti,in agris caſulas,latibula,cauernas,parauerũt. Domos denique ſibi,& pecoribus ſuis ſtabula exædificauerunt. De qua etiam intelligi debere videtur, quod Iuſtinus ipſe ſcripſit. Scythas Aſiam armis expugnatam, vectigalẽ ſibi feciſſe: Parthicumq; & Bactrianum Imperium condidiſſe. Neque enim ſimile veri eſt præclara adeo facinora à paſtoribus pecuariiſque hominibus,laribus præſertim, tectiſque carentibus facta fuiſſe: vt ſic ex temporũ varietate,pugnantes illi authores conciliari poſſe videantur: quod & eruditiſſimis quibuſdam placuiſſe B ſcio. Mihi tamen potior ſemper viſa eſt prior illa diſſolutio: vt de Europeis Scythis Iuſtinus,de Aſiaticis Vergilius intelligatur. Si enim ad cultiorem illam ætatem Vergilius tantùm reſpexiſſet, veriſimillimum eſt, nullum ipſum inter Afros,& Scythas diſcrimen poſiturũ fuiſſe,cum tamen apertè ſcripſerit, omnia ſecum armentarium Afrum agere,tectumque larémque maximè cum ætate Vergilij Scythas moribus cultiores quam Afros fuiſſe nullibi ſcriptum reperiatur. Quin & Plinius,Straböque, & alij poſteriores,qui magno annorum interuallo Vergilij æuum ſequuti ſunt,eoſdem etiam quos Iuſtinus mores Scythis tribuunt,Nomadáſque & paſtores nullo ætatum facto diſcrimine eos faciũt. C Vt ſic neceſſario ad priorem illam noſtram diſſolutionem recurrendum videatur. Sed longius fortè quàm decuit euagati ſumus. Illud in hac abigeatus mentione prætereundum non videtur, quod Vlpianus ſcribit [b] eum qui pecora de quorum proprietate faciebat controuerſiam abegerit ad ius ordinarium, examinationémque ciuilem remittendum eſſe, ſi non color abigeatus quæſitus ſit, ſed ſua eſſe putauerit, iuſtis rationibus ductus. Nam & alibi traditur. [c] Plagij criminis accuſationem D conquieſcere, ſi ſuos ſeruos vel liberos aſſeuerent hi, qui ſuppreſſiſſe dicuntur: id modo non commiſſi velandi cauſa, ſed iuſta ratione ducti faciant. Color autem quæſitus (vt id in tranſcurſu dicam) intelligitur, cum id quod quis verè agit, ſimulatione aliqua obtegit, ſiue fraudandæ legis gratia, ſiue ex alia cauſa id fiat. [d] Sed & quamuis minus iuſta occaſione ductum, vt pecorum controuerſiam faceret, fuiſſe aliquem liqueat, calliditas modo & dolus abfuerint, adhuc criminalis accuſatio ceſſare debet. [e] Conuenit enim inter omnes cauſam etiam iniuſtam à dolo,& ne quis deliquiſſe dicatur excuſationẽ præſtare. [f] Prius igitur ciuili iudicio, de pecorum proprietate tractabitur,

b d.l.1.§ qui pecora ff. de abi. Iul. Paul. recept. ſent. lib. 5. tit. de abig.

c l. Plagij C. ad l. Fab. de Plag.

d l. ſed Iulia. ff. ad Mace. l. Sulpitius de d.na. int. vir. & vxor. Alcia. lib. de ſig. verbo. 4.

e glo d.l.1.§. qui pecora &

f d l. Plagij.

f l igitur § 1. ff. de ibe cau.

in quo si palmam tulerit, qui pecora abduxit, suáque illa esse docuerit, manifestum faciet, crimini se nulli obnoxium esse. Contra si aliena esse constiterit disceptabitur illéne probabili aliqua causa ductus sua esse pecora putauerit, an verò ad velandum crimen dominium illorum prætexuerit.[g] Dignum quoque illud quod annotetur, fuisse & cæcitatis pœnam Iustiniani lege quadam Georgica in eum constitutam, qui bouem abigere volens turbatum gregem feris laniandum dedisset, cuius contextum hunc fuisse refert Constantinus Hermenopulus. Si quis ex grege bouem abigere volens hac occasione gregem turbauit, vt à feris laniaretur, obcæcator.[h]

A

B

g l. præses C. ad l. Fab. de plag.

h Constanti. Hermenopulus Epit. iur. ciuil. lib. 6. de L. Georgicis.

Fures balnearios cur seueriùs quàm cæteros coërceri legibus nostris constitutum sit.

CAP. II.

C



Xtat in Pādectis titulus de furibus balneariis, quibus * grauior pœna quàm cæteris cōstituta est: nempe vt vel in metallum damnentur, aut in opus publicū temporarium,[a] Cuius rei plures rationes ex Aristotele in problemat. præceptor noster Alciatus affert.[b] Et illam imprimis quia in domibus res nostras custodire melius possumus parietum firmitate, clauibus, sigillis, cura domesticorum, itémque extraneo nemine admisso: at in balneis, huiusmodique publicis locis: nulla est alia, quam quę non conniuentibus oculis fit cura: vt merito acriore pœna coërcendi hoc casu fures fuerint, quos nulla diligentia satis custodire poterat. Item qui in publicis D

a l. 1 ff. de fur. baln.

b Alcia. parer. iur. lib. 2. cap. 38.

† Iure Gallico fures balnearij non puniuntur grauius quam alij fures, Romani balneorum vsum necessarium esse arbitrabantur, apud Gallos rarus est & à pletisque velut fomes libidinis reipublicæ perniciosus interdicitur, proinde ann. 1610. placitis sextilibus disceptatum in Senatu Burdigalensi, an permittenda essent balnea Alliorum-commestori chirurgo, qui hoc ius à rege obtinuerat, tandem Senatus decreto in conspicua purpura pronunciato à preside de Redon. D. Pransat. Regiæ sanctioni obtemperandum censuit.

A locis furantur, impudentiores sunt, & deplorata citra correctionis spem vllam vita: videntes enim prauitatem suam toti populo patefactam, abiectáque omni spe, fore vt illud famæ dispendium nulla vnquam ratione sarcire possint, ne conantur quidem animum ad bonas partes adducere. Itaque merito tanquam depositi penitus, desperatique à corpore reipublicæ excinduntur. At priuati fures cum magis clandestinè id agant, spem aliquam emendationis habent: vt quos magis pudeat talia facere: sæpeq; fit vt ad bonam frugem sese recipiant, omnique studio moliantur efficere, vt maculam illam insequentis B vitæ continentia deleant. Sed & qui in publico furtum facit, non soli domino, verumetiam reipub. iniurius est, læditque insignius ciuitatem, qui publicè scelus aliquod admittit, quàm si eodem se aliquibus in latebris contaminaret: neque enim facto tantum, verumetiam exemplo nocet. Adde quod huiusce atrocior etiam est contumelia, qui dominum cogit domum nudum reuerti, & omnibus interim ridiculo esse. Et hæc quidem ad verbum fere Alciatus ex Aristotele. Verum ex tot rationibus prior illa mihi potior videtur, nempe vt idcirco grauiore pœna animaduerti in fures balnearios constitutum sit, quod facillimum C sit in balneis furari, neque nisi summa cum difficultate caueri ab huiusmodi furibus possit, propter hominum frequentiam, qui in ea loca vndique conueniunt, quorum accessu arcere eos nemo potest. Balneator enim velit, nolit, omnes sine discrimine in balneas recipere cogitur: sicut & stabularius vel caupo viatores.[c] Quod non æque est in cæteris, neque enim facilè extraneus, aut ignotus in priuatas ædeis intromittitur. Vnde & apud Plautum Trachalio seruus, Ampelis cæ mulieri herum suum Pleusidippum inculpanti, quod in custodienda Palestra amica sua, parum vigilans fuerit, quam & noctu & D interdiu obseruare diligenter debuit, ne eam Labrax leno abduceret: respondet & eum qui in balneum it lauatum, quantumuis diligens in seruandis vestimentis suis sit, vix tamen eorum furtum effugere posse: non enim scit quem potissimum obseruare debeat, neque qui fur sit, custos nouit: fur autem quem obseruat, cuique tendit insidias, facillimè conspicit. Sed Plauti verba præstat subscribere.[d]

c l. 1. §. fin. ff. naut. caup. stab. Dec. l. inuitus nemo. de reg. iur.

d Plaut. in ru.

Am. *Cauistis ergo tu atque herus, ne abiret, cum sciebatis?*
T. *Quid faceret?* A. *Si illam amabat, rogas quid faceret? aut seruaret,*

Dies noctésque in custodia esset semper: verum Ecastor A
Vt multi fecit, ita probè curauit Pleusidippus.
T. *Cur tu isthuc dicis?* A. *Res palam est.* T. *Scin tu? etiam qui it lauatum*
In balineas, ibi cum sedulo sua vestimenta seruat,
Tamen surripiuntur: quippe qui quem illorum obseruet falsus st:
Fur facilè quem obseruat videt: custos, qui fur sit, nescit.

Hactenus Plautus. Cum itaque difficillis adeo vestimentorum in balneis esset custodia, vsu meritò receptum est, vt vestimenta sua loturi seruanda traderent, vel balneatori, vel alij, qui mercede conductus, eorum custodiam repromitteret. Habent B enim vt Vlpia. ait balneatores in quibusdam prouinciis conducta mancipia, ad custodienda in balneis vestimenta. [e] Vocantur à nostris capsarij, quod ea capsis includant. Vnde Paul. [f] Aduersus capsarios, qui mercede seruanda in balneis vestimenta suscipiunt, præfectum vigilum iudicem constitutum ait: vt si quid in seruandis vestimentis fraudulenter admiserint, ipse cognoscat. Nec me tamen latet vocem hanc capsarius aliter interdum accipi, nempe pro seruo cui ministerium gestandorum pueri in gymnasium euntis librorum sit impositum. [g] Vlpia. Si collacta- C neus, si educator, si pædagogus ipsius sit, nutrix, vel filius filiave cuius eorum, vel alumnus, vel capsarius, id est, qui portat libros. Sic autem dici videtur à capsis librorum gratia comparatis, de quibus sic Paulus. [h] Sed sunt qui rectè putant, capsas, & armaria, si librorum, aut vestium, aut armorum gratia parata sunt, non esse in suppellectili. Tranquillus. [i] Constat quosdam cum pædagogis, & capsariis vno prandio pariter necatos. In quem sensum & Iuuenalis. [k]

Quem sequitur custos angustæ vernula capsæ.

Dicuntur etiam nonnunquam capsarij capsarum artifices. [l] D Balneariorum autem custodum meminit & Ouidius dicens. [m]

Cum custode foris tunicam seruante puellæ,
Celent furtiuos balnea multa iocos.

De hac custodia etiam intelligendi sunt Martialis hi versus. [n]

Lintea ferret apro vacuus cum vernula nuper.
Et supra togulam lusca sederet anus.

Quibus etiam indicat poëta difficilem huiusmodi fuisse custodiam. Ideoque anum supra vestem sedisse, ne scilicet surriperetur. Is vero locus in quo deponebant vestes ingressuri balnea

e l. Athlet. §. 1 ff. de his qui not. inf.
f l. 3. §. fin. ff. de off. praec. vig.
g l. si collactaneus ff. de man. vend.
h l. 3. de sup. leg.
i in Nerone cap. 36.
k Satyr. 10.
l l. fin. ff. de iur. immunit.
m lib. 3. de art. amand.
n epist. lib. 12. de Apro.

A dicebatur apodyterion. M. Varro. [o] Non putant(inquit) se habere villam si non multis vocabulis retineant Græcis, quum vocent particulatim loca, προκοιτῶνα, παλαίστραν, ἀποδυτήριον, περίστυλον, ὀρνιθῶνα, περιστερεῶνα, ὀπωροθήκην, Cicero. [p] In balneariis assa in alterum apodyterij angulum promoui, propterea quod ita erant posita, vt eorum vaporarium, ex quo ignis erumpit, esset sub tectum cubiculi. Plin. Cæcilius. [q] Inde apodyterium balnei laxum, & hilarè excipit cella frigidaria, in qua baptisterium amplum atque opacum. Et mox paucis interpositis. Apodyterio superpositum est B sphæristerium. Latinè locus is dicitur exutorium, seu spoliarium. Illud constat balneatorem si vestimenta seruanda ei data perierint, si nullam mercedem eorum seruandorum acceperit, depositi quidem teneri: dolum tamen duntaxat præstare debere quod si acceperit, ex conducto agi cum eo potest: culpámque etiam leuem præstat. [r] Fit & à Catullo balneariorum furum mentio. Ita enim ille ad Vibennios. [s]

o lib. de re rustic. 2. in præfa.

p ad Q. orat.

q epist. lib. 5. Apollinar.

r l. 1. §. si vestimenta depo. l. si vt certo §. nunc videndum ff. commoda.

s Catu. in Vibennios.

O furum optimè balneariorum
Vibenni pater & Cinæde fili.

Quo in loco videtur etiam Catullus ad illam Aristotelis ra-C tionem, de his qui propalam, & in publico delinquunt manifestamq; omnibus nequitiam, & improbitatem suam faciunt, respexisse cum dixit.

Quandoquidem patris rapinæ
Notæ sunt populo.

Lepidè autem optimum furem vocat Catullus cum callidissimum, & furacissimum significet: quasi vlla in vitiis bonitas esse possit. Horum meminit & Tertullianus, quos alicubi fures balnearum appellat. [t] Alibi lauantium prædones nuncupat. Fit & ab Apuleio Myrmecis cuiusdam mentio, quem Philister D balnearij furti reum peragere se velle confinxit: hócque commento & se & matronem nobilem, cuius complexibus per Myrmecem fretus fuerat ab adulterij suspicione exoluit. Ipsúmque Myrmecem hero suo lenocinij non immerito suspectum à supplicio quod illi præsens erat, eripuit. Apul. [u] Opportune Philistherus occurrens inuadit cum summo clamore Myrmecem, pugnisque malas eius clementer obtundens. At te (inquit) nequissimum & periurum caput, dominus iste tuus & cuncta cœli numinia, quæ deierando temerè deuorasti, pessimũ pessimè perdant, qui de balneis soleas hesterna die mihi furatus es: dignus Hercules, dignus qui & ista vincula cõteras, & insuper

t Ter. in lib. de fuga in persec. & in lib. de i l. l.

u lib. Asinar. aur. 9.

etiam carceris tenebras perferas. Hac opportuna fallacia, Vigorati iuuenis inductus, imo sublatus, & ad crudelitatem delapsus barbarus postliminio domum regressus, vocato Myrmece, soleas illas offerens, & ignouit ex animo, & vti domino redderet cui surripuerat, suasit. Quo ex loco illud quoque colligere licet, fures balnearios furta nequaquam insignia, preciosáque conficere, sed furtim ritúque seruili calceos, vestimenta, & id genus vilia subducere: quod & alibi Apuleius idem apertius indicat.[x] Enimuero (inquit) vos bonæ frugi latrones, inter furta parua, atque seruilia, timidicule per balneas & aniles cellulas reptantes scrutariam facitis. Sed vt eò tandem redeam vnde digressus sum, prior illa ratio, quam & ego potiorem censui, vel ex eo confirmatur, quod apud Æthiopes, furta omnia idcirco capitalia sunt, quòd cum ædes ipsorum ianuis careant, sintque omnia illis in propatulo: non aliter illic caueri à furibus possit. Vnde fit vt apud eos tametsi in viis multa iaceat nemo furetur. [y] Similiter & apud Scythas, cum nullas ædes, aut tecta ipsi habeant, sed armenta per occultas solitudines semper pascentes vagari & errare soleant, nullum scelus furto grauius existimatur: grauioreq́; pœna coërcetur. [z] Scribit enim Cicero peccata ea maximè animaduertenda esse, quæ difficillimè præcauentur.[a] Cum itaque longè faciliùs sit furari in balneis, quam alibi, vixque (vt iam dixi) à balneari fure caueri possit: ne magna illa efficiendi facultas cuiquam occasionem peccandi daret, voluit legislator quasi ex aduerso maioris pœnæ metum opponere: mitius vero cum his qui in priuatis ædibus furantur, agendum censuit. Non enim culpa omnino caret è cuius domo quidquam aliquis surripit, vtpote cui facile, peruiumq́; fuerit fores occludere, vel quoquomodo parum sibi spectatæ fidei hominem, ædium suarum aditu prohibere. Quæ autem de balneariis furibus à nobis tradita sunt, vt acriore in eos pœna, quàm in priuatos fures animaduerti debeat, ad cauponarios etiam fures producenda sunt. Eadem enim in his subest ratio [b] neque ab his faciliùs, quàm ab illis caueri potest. Vnde & Aristoteles loco à nobis citato, non de balnearibus tantum furibus loquitur, sed de iis etiam qui ex palestra, aut ex foro, aut aliquo eiusmodi loco publico, quidquam subtrahunt: vt & ij etiam coërceri acerrimè debeant. Siue igitur in caupona, siue balneo, OEnopolio vel taberna, diuersorio, thermopolio, aut quo alio huiusmodi publico loco furtum quis faciat, acrius quàm priuatus fur puniendus.

x Asin. aur. lib. 4.

y Incola lib. de moribus gent.

z Iusti. hist. sue lib. 2.

a in orat. pro Rosc. Amer.

b l. illud ff. ad l. Aquil.

A B C D

A niendus eſt. Quamobrem & paucis abhinc diebus, Salmurienſis præfecturæ quidam apparitor, aliique duo ſceleris eiuſdem conſcij in pago Agneti non procul ab Anceniaco furtum hoſpiti cuidam à quo diuerſorio excepti fuerant, feciſſe conuicti, Senatus noſtri iudicio relegati omnes ad ergaſtula nautica fuere. Meminit Plaut. in trinummo Staſimi cuiuſdam ſerui, qui ſibi ſurreptum in Thermopolio condalium grauiter conqueritur. Plaut. *Ecce*

Hominem te Staſimum nihili, ſatim Thermopolio condalium
B *Es oblitus, poſtquam Thermo potaſti gutturem, recipe te,*
Et recurre pede recenti

Et mox paucis interpoſitis.

--- inter eos ne homines condalium te
Redipiſci poſtulas, quorum eorum vnus ſurripuit currenti
Curſori ſolum

Thermopolia autem dicebantur, quibus carnes, réſque huiuſmodi calidæ vendebantur. [c] Thermopotare autem eſt calidum bibere. Dicuntúrq; Thermopotæ, qui calidum hauriunt.[d] Cōdalium * vero annulus erat, quem ſerui digitis ferebant, qui & condulus vocabatur.[e] Sanè quæ ab Ariſtotele de balneariis,
C cæteriſque publicis furibus grauius coërcendis traduntur: ad Græcorum leges referenda ſunt: quibus (quod ille ait) conſtitutum fuit huiuſmodi fures morte mulctari. Cum Romano iure in pœna eorum exilij temporarij modum egredi iudices non poſſint.[f] Neque tamen ideo conſequens eſt Ariſtotelis rationes legibus noſtris non conuenire: quandoquidem & iis etiam ſeuerius in hos quam priuatos fures animaduertitur. Legis autem illius quæ balneares, & publicos alios fures morte afficiebat authorem fuiſſe Solonem, vel ex Demoſthene coniicere licet. Cum de Solone loquens & legibus ab eo latis ita ſcribit. At ſi
D quis è Lyceo, aut ex Academia, aut cynoſarge veſtem, aut lagunculam, aut quidquam aliud minimi pretij, aut aliquod vaſculum è gymnaſiis, aut portubus ſurripuerit, ſupra decem drachmas, etiam his morte pœnas eſſe luendas conſtituit.[g] Hæc ille. Cuius ex verbis perſpicuum fit, mortis ſupplicium, apud Athenienſes, in iſtiuſmodi publicos fures fuiſſe conſtitutum. Nemini enim dubium eſt, quin inter publica loca ſicut portus,[h] ita & gymnaſia connumerentur. Hinc & Plautus.[i]

Nam omnes plateas perreptaui, gymnaſia, Myropolia
Apud Emporium atque in macello, in palleſtra, atque in foro.

* *Condalium*) δακτύλιος ἀπὸ τῶν κονδύλων, hoc à digitorum articulis.

c *Alcia parer. iur. lib. 4. cap. 12.*

d *cal. Rhod. lec. antiq. lib. 19 cap. 6.*

e *Feſt. Pomp. in lexico Alcia. parer. lib. 4 cap. 18.*

f *l. 1 ff. de fur. balnear.*

g *Demoſt. in orat. contra Timocra.*

h *l. 1. § ſed & flumina ff. de rer. diuiſ. §. flumina inſt. eod. Ariſtot. loco ſup. cita.*

i *in Amphit.*

Ad id autem quod de balneariis furibus, Romanorum legibus exilio plectendis diximus, alludit & Catullus loco iam citato dum infit. A

Cur non exilium, maláſque in oras
Itis? quandoquidem patris rapinæ.
Notæ ſunt populo.

Effractores qui, qui item vecticularij, parietum perfoſſores, & apertularij. B

Cap. III.



N effractores (inquit Paulus) variè animaduertitur. Atrociores enim ſunt nocturni effractores: & ideo hi fuſtibus cæſi in metallum damnari ſolent: diurni vero effractores, poſt fuſtium caſtigationem, in opus perpetuum, vel temporarium dari ſolent, [a] aitque Vlpia. In effractores cauſa cognita ſtatui oportere, prout admiſſum ſuggerit: dūmodo ne quis in plebeio operis publici, vel in honeſtiore relegationis pœnā excedat. [b] Nam & D. Marcus effractorem equitem Romanum, qui effracto pariete pecuniam abſtulerat, quinquennio abſtinere iuſſit prouincia Aphrica vnde erat, & vrbe, & Italia. [c] Quæ omnia accipiēda ſunt, niſi ſi qui in turba & cum telis alienas ædes effregiſſe conuicti fuerint: & hi enim qui ædes alienas, aut villas expilauerint, effregerint, expugnauerint: ſiquidem in turba cum telis fecerint capite puniuntur.* [d] Dicuntur autem effractores qui fracto, vel pariete, vel oſtio, aut ſera in alienas ædes, arcámve alienam irrumpunt. Terent.[e] C

Fores effregit, atque in alienas ædes irruit. Auſonius.[e]
Frange fores: pœnas iudicij metuo. D

Paulus.[f] Cognoſcit præfectus vigilum de incendiariis, effractoribus, furibus, raptoribus, & receptatoribus. Fiunt autem effracturæ plerumque in inſulis horreiſque vbi homines precio-

a *l. fin. ff. de effr.*

b *l. 1. ead. tit.*

c *d. lege 1.*

d *l. hi qui ad L. Iul. de vi pub. l. quæro de bo. liber. ff.*

e *Terent. in Adelph.*

e *Auſon. in Epigram. ad Venerem.*

f *l. 3. de off. præf. vigil.*

* Et ita iudicatum decreto Burdigalenſi refert Boërius quæſt. CLXXII. nu. 9. contra Ludouicum & Henricum Anglades fratres & alios duos eiuſdem facinoris ſocios Xanctonenſes, & non ſolum ſi alienas ædes cum telis & armis effregerint, vt ait Paulus, in l. 10. hi qui D. ad legem Iuliam de vi publica, & Scæuola in l. 48. quæro de bonis libertorum capitali pœna animaduertitur, ſed etiam ſi arte alienas ædes ingreſſi ſint, vt eas expilent, vti Senatus Pariſinus Decreuit. 3. Menſ Octob. an. 1610 contra Nicolaum Eue ſculptorem & librorum compactorem ac ſocios eiuſdem facinoris, qui ruſticanis induti veſtimentis ficta munera offerentes domino Dinteuile, noctu domum ingreſſi, deprehenſi ſunt, & in vincula coniecti. pediſequus qui erat ex ſociis, propoſitum detexerat hero, à ſub præfecto rerum priuatarum reſti damnati, poſthabita prouocatione ſententia ſanctiſſime & religioſiſſime obſeruari iuſſa, die & côlule, quib. ſupra.

A fissimam partem fortunarum suarum reponunt: cum vel cella effringitur, vel armarium, vel arca, & custodes plerumque puniuntur. Et ita Diuus Antoninus Eurithio Claro rescripsit. Ait enim posse cum horreis effractis quæstionem habere de seruis custodibus. Et alibi.[g] Dominus (inquit) horreorum effractis & compilatis horreis non tenetur, nisi custodiam eorum receperit. Serui tamen eius cum quo contractum est, propter ædificiorum notitiam in quæstionem peti possunt. Apuleius.[h] Nec mora cum vi patefactis ædibus, globus latronum inuadit omnia, & singula domus membra fingit armata factio. Et auxiliis hinc in-
B de conuolantibus obsistit discursus hostilis, cincti gladiis ac facibus instructi noctem illuminant, coruscat in modum ortus solis, ignis & mucro. Tunc horreum quoddam satis validis claustris obseptum, obseratúmque, quod mediis ædibus constitutum, gazis Milonis fuerat refertum, securibus validis aggressi diffindunt. Quo passim recluso totas opes vehunt, raptímque constrictis sarcinis singuli partiuntur. Hoc effracturæ crimine, nullum aliud fere in hac prouincia frequentius: vnde & in huius sceleris authores, quo serpenti huic malo occurri, mederiq; possit, senatus noster grauissimè animaduertere solet:[i] omnes
C enim qui effossis ædium muris, vel foribus effractis, alienas fortunas expilasse comperti fuerint, capitis damnat, siue in turba coadunatisque decem, aut pluribus hominibus, facinus id admissum sit, siue à tribus aut quatuor tantum, aut paucioribus. Hos etiam Seneca effractarios vocat: ait enim. Vile videtur quicquid patet, aperta effractarius præterit.[k] Dicuntur & à veteribus parietum perfossores. Plautus.[l]

Vt vestitus est perfossor parietum.

Et alibi.[m]

D *Ædepol virtutes qui tuas nunc possit conlaudare.*
Sicut ego possum: quæ domi & duelli malefecisti
Na illa Ædepol pro merito tuo nunc memorari multa possunt.
Vbi parietes perfoderis: in furto vbi sis deprehensus, &c.

Cicero.[n] Licet impunè per me parietes in adolescentia perfoderis, vicinos compilaris. Apuleius.[o] Eo pacto & qui Myoparones quæsierit, pyrata erit: & qui vectem perfossor, & qui gladium sicarius. A quibusdam etiam non illepide vecticularij appellantur, quòd vecte muros alienos perfodiant: & patefacto pariete furandi gratia in aliorum ædes introrumpant: hi vecticulariam facere dicuntur & eorum vita vecticularia. Festus:

g *l. dominus horreo. ff loc.*
h *de Asin. aur. lib. 3.*
i *l. aut facta §. nonnunquam l. de pœn.*
k *Sen. epist. 69.*
l *in Pseudolo.*
m *in Asina.*
n *in oratio. in Vatin.*
o *Apol. 1.*

vecticularia vita dicitur eorum qui vectibus parietes perfodiunt alienos, furandi gratia. Cato vecticulariam vitam viuere, repentè largiter habere, repentè nihil, qui enim sic viuunt, vt de M. Antonio dixit Cicero, modò egentes, repentè sunt diuites.[p] Sed vt est apud poëtam nescio quem, male parta, male dilabuntur. Vectis autem (vt id in transitu dicam) palus est ferreus, rusticis lapicidis, & fabris cæmentariis ad multa necessarius, quo etiam ad aliquid subuertendum effringendúmque vti consueuere. Horatius.[q] A

p Cic. Phil. 2.

q carm. lib. 3. ode 16.

Hic hic ponite lucida
Funalia, & vectes & arcus
Oppositis foribus minaces. B

Cicero.[r] Demoliri signum, ac vectibus labefactare conantur, & alibi,[s] quæ molitio, quæ ferramenta, qui vectes, quæ machinæ, qui ministri tanti muneris fuerint. Terentius.[t]

r 3. in Verr. act.

s 1. de natura Deo.

t in Eunucho

Th. *Primum ædeis expugnabo.* G. *rectè*
Th. *Virginem eripiam.* G. *probè,*
Th. *Malè mulctabo ipsam.* G. *pulchrè.*
Th. *In medium huc agmen cum vecti Donax.*

Ibi enim vanus ille miles Thraso cum vecti Donacem venire iubet, quia ad expugnationem itur ædium. Illud in hac effractorum mentione, prætereundum non videtur. Neronem præter cætera flagitia, quibus totus scatuit, effracturis & expilationibus etiam operam dedisse. Tranquillus.[u] Assueuerat etiam tabernulas effringere & expilare, quintana domi constituta, vbi partæ, & ad licitationem diuidendæ prædæ precium assumeretur. Quod & alibi dixi. Si luna (inquit Iulius Maternus) à Mercurio defluens feratur ad Martem. In diurna genitura faciet effractores fures, & qui templa semper sacrilego furore expilent. Et rursum. Famosos domorum effractores reddent, sed qui armati gladio quiescentibus hominibus, & patrimonij iacturam, & vitæ discrimina infligant.[x] C D

u in Nerone cap. 16.

x Iul. mater lib. 6. maseos.

* *Zonarij sectores qui, & quo supplicio.* Zonarum aut Crumenarum præcisores primo fustibus cæsi exilio mulctantur, secundo, eodem crimine conuicti lilio regio candenti compuncti notantur, tertio, in eodem reatu deprehensi, suspendio damnantur constitutione Henrici III. lata an. 1586. vide quæ scripsi in titu. de furtis. D. & C. collat. incognitum esse non sinam maleficium crumenisecæ. is animaduertens rusticanum ementem esculenta astat prope, rusticus soluto nummulo loculos subligari infert, sector à parte dextra videns caligas paulo altiores, ibi crumenam ratus, penem incidit.

A

** Zonarij sectores qui, & quo supplicio afficiendi.*

CAP. IIII.



REQVENS est apud nostrates Armoricos id furtum quod crumeni secium dicitur. Qui tale facinus audent Græcè balantiotomi dicuntur, vulgus marsupiorum incisores vocat: Græcè enim marsupium βαλάντιον dicitur & βαλαντιοτομεῖν valet crumenas
B
incidere: Latinè dicũtur crumenisecæ, vel Zonarij sectores aut marsupicidæ, & Zonarum præcisores: quorũ nullam à iureconsultis nostris habitã mentionem sæpe miratus sum. Neque enim verisimile est, id eis incognitum maleficium fuisse, cuius Aristophones in ranis, & Plato in legibus meminerunt, qui iurisconsultos ipsos, multo annorũ interuallo præcessere. Vocant enim Balantiotomos eos qui in zona propendentes crumenas præcidunt. Aristophanes.[a] a Aristop. in ranis.

C

Ae. *Quando iam descendit Euripides, ostendebatur*
Spoliatoribus, crumenarum incisoribus.
Et parricidis, & murifossoribus.
Quæ est in inferno multitudo.

Plato.[b] b lib. 8. de repub.

Perspicuum est, qua in ciuitate mendicos videris, in ea ciuitate fures, crumenarum sectores, sacrilegos, & omnium huiusmodi malorum opifices latitare. Meminit & Æschines contra Ctesiphontem his verbis. Adducent illum veneficum Balantiotomum, qui rempublicam incidit. Neque eorum (quod
D
sciam) alicubi in iure nostro mentio fit, præterquàm in Nouella quadam Iustiniani constitutione, in qua ita scriptum legitur.[c] c Nouel. Iust. cõst. 13. de plebeis prato.

Habemus etiam compertum quod improbi admodum ex cohorte homines, illis sint in ministerio nempe conscij latronũ, veneficiarij, crumenisecæ, & reliqua multitudo, quorũ vnumquemque satius est puniri, quàm ad istum modum viuere, hoc enim hominum genus, cui cum latronibus intercedit noticia, eiusmodi est, vt nihil boni peragat: sed in hoc tantum fures cognoscunt, vt sibi suisque iudicibus aliquid venentur lucri

horum maxima est in furando industria, quam eleganter & A graphicè depingit in trinummo Plautus, apud quem Charmides senex, conspiciens sycophantem ad se venientem sic loquitur.

C. Quam magis.
Specto, minus placet mihi hæc hominis facies, mira sunt,
M. Illic homo'st aut dormitator, aut sector zonarius, loca
Contemplat, circumspectat sese, atque ædeis noscitat, credo
Aedepol quo mox furatum veniat, speculatur loca magis lubido'st.
Obseruare quid agat, ei rei operam dabo. B

Quo in loco (vt id in transcursu dicam) dormitatoris verbo Plautus furem intelligit: quemadmodum Hesiodus ἡμερόκοιτον furem appellat, quod interdiu dormiat, noctu euigilet ad furandum. Eorum quoque meminit Philostratus in vita Apollonij dicens. [d] Alius insuper error Athenis emendatus est. Conueniens enim populus in theatro, quod in arce est, gladiatores se mutuo iugulantes spectabat: magisque ibi tunc talia exercebantur, quàm nunc Corinthi fiat. Nam magnis pecuniis empti, nequam homines eo deducebantur: ceu scortatores & fures, & C marsupiorum incisores, & sermonum captatores, aliique huiusmodi generis homines: hi vt Plautino verbo vtar obolere marsupia dicuntur, neque enim in marsupio cuiusquam tam abstrusus est vllus nummus, quem non protinus olfaciant. Et vt cum Sidonio Apollinari loquar, eorum si nares afflauerit vspiam rubiginosi aura marsupij, confestim videbis illic & oculos argi, & manus Briarei, & Sphingarum vngues. [e] Dicuntur etiam non illepidè manticulari, quia furandi gratia manticulas attētant, manticulas autē veteres pro crumenis vel marsupiis accepisse Festus Pompeius indicat. Ait enim suo etiam seculo D manticularum vsum pauperibus in nummis recondendis fuisse Vnde manticularij dicuntur, qui manticulas attrectant, vt furentur Inde poëtæ pro dolosè quid agendo eo verbo vtuntur. Pacuuius. Ad manticulandum astu aggreditur. Item, deinde aggrediar astu regem, manticulandum est, quo sensu & Plauti verba in captiui.duo accipi debere videntur.

Nam hercle nisi tu manticulatus probe hæc fuisti: petito
Aeternum tibi dapinato victum: si vera autumas.
id est.

Nisi tu hæc mihi dolose & falsò nuntiasti, nisi mentitus es

d Phil. de vita Apoll. lib. 4. c. 7.

e Sido. epist. lib. 5.

A petito, & tu ipse tibi dapinato, hoc est, largè & abundanter ministrato æternum victum. Proinde & manticularij etiam appellantur, hi nostri fures, qui inferenres se confertæ multitudini marsupia aut secant, aut artificioso dolo aperiunt, & euacuant ablata pecunia.[f] hi etiam à quibusdam manuarij, ab aliis digitare dicuntur, constatq; veteres manuatorem furem dixisse,[g] quē & manuarium in Fullone Laberius appellat, manuarij (inquit) pudorem perdidisti, alibique dixit manuatus est, pro furatus est.[h] Ad hos etiam respexisse videtur apud Plautū leno ille ballio,
B qui in macellum ad emendos pisces iturus, famulum præcedere iubet, quo sibi ab his furibus cautio sit, ne marsupio suo insidias moliantur. Sic enim loquitur.[i]

Intrò abite, atque hæc citò celebrate: ne mora quæ sit, quum cocus
Veniat mihi: ego eo in macellum: vt piscium quicquid est pretio præstinem
I puer, præ, ne quisquam pertundat crumenam: cautio est
Dicuntur & marsupia exenterare

Plautus.[k]

C *Acutum cultrum habeo*
Qui seni exenterem marsupium

Et iterum.[l]

Perij hercle si isthæc vera sunt planissimè
Meum exenterauit epydicus marsupium.

Sunt & qui saccularios dici credant.[m] de hisque sensisse Asconium dum dixit. Equester ordo pro cynnanis partibus contra Syllam steterat, multasque pecunias abstulerat, ex quo sacculari erant appellati: atque ob eius rei inuidiam, post Syllanam victoriam erant interfecti à plebe.[n] Item & Vlpianum dum in-
D fit. Saccularij qui vetitas artes exercentes, in sacculos partem subducunt, partem subtrahunt: item qui directarij appellantur, qui in aliena cænacula se dirigunt, furandi animo plusquam fures puniendi sunt.[o] Ita enim Vlpiani responsum intelligunt, vt saccularij sint qui vetitas artes exercent aduersus sacculos, partem subducunt, partem subtrahunt, vel (vt alij dicunt) loculis præstigias quasdam exercent, vt aliud fiat, aliúdque fieri videatur, mirificáque digitorum agilitate, atque adeò dexteritate quadam oculos spectantium perstringunt.[p] Est enim saccus atque etiam sacculus crumena seu marsupium.[q] Martial.[r]

f Ter. in Apolog.

g Eras. in prouer. manuari. post Noniū Marcel.

h Labe. in mimograph. Gel. noct. Att. lib. 16. cap. 7.

i Plaut. in pseudolo.

k in epydico.

l. in ead. comœd.

m Cel. Rhod. lec. ant. lib. 10. cap. 6.

n Asc. ped. in inuer. Cic. contra Catil. & Anto.

o l. saccularij ff. de extra crim.

p Baiffius lib 2.

q l. adhuc de vsufr l publia §. iutia depos. ff.

r lib. 5. in carnium.

Excussi loculósque, sacculumque. A

u de asi.aur. lib.10. Apuleius.[u] Sed ne forte aliquis istorum quos effers aureorũ, nequam, vel adulter reperiatur in hoc ipso sacculo conditos eos, annulo tuo prænota. Subducere verò idem ferè est quod subtrahere. Plaut.[t]

t in curcul.

—Ille ebibit

Caput deponit, quom dormiscit ei subduco annulum.

v lib.13. de Hermogene fure. Martialis.[v]

Subduxit mappas quatuor Hermogenes

x in luscum furem lib.9. Et alibi.[x]

Lapsa nec à cubito subducere pallia nescit B

Vergilius.

Et succus pecori & lac subducitur agnis.

Et alibi.

Et fidum capiti subduxerat ensem

y In eunucho. Terentius.[y]

Et cum eo clam subduxti te mihi.

Quo in loco subducere est sensim & clanculum discedere, ita vt nullus animaduertat veluti & alibi dixit.[z]

z in ead. comed.

Vbi primùm poterit se illinc subducet scio C

a l.1.§.dies ff.quando appell. sit. In quem sensum & ex nostris Vlpia.[a] Ergo si statim se subduxit, similiter subueniendum est, quid ergo si conditio horæ effecerit, vt se reciperet? Si forte dicta sit sententia iam suprema hora, vtique non videbitur se subtraxisse. Sunt tamen qui inter hæc verba subduco & subtraho, hoc interesse putent: vt subducere sit elicere pecuniam ad se carminibus, vel qua alia ratione illicita: subtrahere vero manu auferre: sicque ideo Vlpiani responsum interpretentur,[b] vt saccularij dicantur, qui malefica, & magica arte sacculos in quibus homines pecuniam gerunt incantãt, & nummos subducunt, vel subtrahunt, & manu auferunt. Quorum in sententiam & ipse facile pedibus ierim propter verba illa, partem subducunt, partem subtrahunt. cum enim incertum sit arténe, an manu hoc fiat, vt non ablato sacculo pecunia tamen auferatur, ideo quasi incertus dicit, vel subducunt, vel subtrahunt. Sacellarios etiam hos dici plerique existimant, nec id quidem inepte.[c] Siquidem & sacellum capi pro marsupio, atque nummorum receptaculo manifestum est. Eiusmodi hominum præstigias (quod & nouissimè Cuiacius admonuit[d]) describit Synesius in epistola Euthalij cuiusdam, quem & D

b Turne aduersa. lib. 9. cap.17. Cuia. obser. lib.10. cap.27.

c Cæl. Rho. lect. aut. lib. 10 cap.2.

d Cuiac. d r. 25.

Σάλπιγγα

A ζάλλαιτα vocat id est saccularium, qui cum in mulcta soluenda vnum sacculum ostentasset, in quo erant aurei nummi, & huic simillimum alium occultaret in quo erãt ærei, numerata & appensa pecunia aurea, & suo reddita sacculo, mox clam alterum pro altero supposuit & tradidit. Exrantque apud veteres istiusmodi digitatorum, ac impostorum exempla alia multa, quale illud quod de Petro Barsyanne memorat Suidas ad hunc modum. Vheodoto (inquit) præfecto legionum, successorem Iustinianus dedit Petrum Barsyannem cognomento: qui cum olim ad mẽsam æris sederet, sordidissimas ex eo quæstu corrasit opes
B obolorum fur solers, & contrahentes cum ipso celeritate digitorum decipiens, & depreh ẽsus peierare paratus manuum peccatum linguæ tegens confidẽtia. Idem de Pasete. Pases (inquit) hic mollis fuit natura. Sed omnes mortales magia superauit: adeo vt ex incantationibus eius, & cœnæ sũptuosæ apparerent, & ministrantes quidam. Habuit aurem semiobolũ ex mina à se factum, quem cum vendentibus, à quibus emere aliquid volebat, daret, cum volebat ad eum redibat. Variè autem pro modo delicti, personarúmque qualitate animaduerti in hos sectores
C Zonarios solet. Vt plurimum si in ipso curiæ septo, interea dum ius redditur huiusmodi flagitium quis admittat, suspendio vitam finire damnatur, quantumuis ignobile id furtum sit, sicque nonnunquam Parisiensis senatus placito † constitutum fuisse tradunr. [c] Si extra cancellorum aream, vel remo publicæ triremis addicitur, aut alias leuius in eum animaduertitur.

† x. Calẽd. Febru. M. D. XLIX.

c *Loc. plat. cur. par. li. 12. tit. de fur.*

Libera custodia.

D

CAP. V.



Iberam custodiam, existimat Cælius Rhodiginus historiæ scriptores intellexisse: quum viri magnæ existimationis, non in vincula cõiecti, sed domi apud ciues custodiebantur. [a] Cui tamen ego temerè assentiendum non puto: qui sciam apud opinatissimos authores, huiusmodi custodię commissos, frequenter intelligi, qui vinculis etiã constricti essent. Veluti apud Liuium, cum de Altinio Arpinate agens, qui clam noctu in castra Fabij Consulis tribus comitatus seruis venerat: promittens si modò sibi præmium constitue-

a *Cæl. Rhod. lect. ant. lib. 17. cap. 9.*

retur Arpos se proditurum, ita scribit. [b] Cum eam tunc rem ad A
consilium retulisset Fabius, consulis pater Fabius, se non eum esse aiebat, qui Altinio fidei quidquam censeat habendum: sed mediam consequuturum consilij viam, neque eum pro hoste, neque pro socio in præsentia habendum, libera custodia haud procul à castris placere in aliqua fida ciuitate eum seruari per belli tempus. Perpetrato bello tum consultandum, vtrum defectio prior plus merita sit pœnæ, an hic reditus veniæ. Fabio assensum est: catenis quoque ligatus traditus & ipse, & comites his enim verbis manifestè liquet eum quoque qui liberæ custodiæ commissus sit aliquando vinciri, sicut & ex his quæ mox B
subiicit. Calibus enim interdiu solutum custodes sequebantur, nocte clausum asseruabant. Quod enim solutum dicit vinculis leuatum significat [c] neque enim solui potuit, qui vinctus non erat. [d] Terentius. [e]

b Liui. 2. bell. pun. lib. 2.
c l. qui neque §. solutum ff. de verbo. sig.

P. *Pater non recte vinctus est. S. haud ita iussi.*
P. *Iube solui obsecro.*

Cicero. [f] omne colligatum solui potest: sed haud quaquam boni est, ratione vinctum velle dissoluere. Et alibi. [g] Iste sicut C
aliqua bestia soluta ex catenis volitat, & vagatur toto foro. Tranquillus. Drusum nepotem, quem vinculis adhuc Romæ continebat solui, si res posceret, ducémque constitui præceperat. [h] Suffragatur & illud nostræ sententiæ, quod Dyon Cassius memoriæ prodidit. [i] Decebalum Dacorum regem, cum insidiæ quas Traiano struxerat non processissent: Longinum Traiani legatum in colloquium vocasse: persuasisséque vt propius accederet, quasi quæ Traianus imperaret sine mora facturus esset: appropinquantem comprehendi iussisse, atque propalam quæ forent Traiani consilia exquisiuisse, mox nihil omnino fatentem, in libera custodia tenuisse. Interea. Traianum per literas monuisse, se non aliter longinum è vinculis emissurum, nisi sibi ignosceret, pacémque reconciliaret, his enim verbis apertum fit, iis etiam qui in liberam custodiam dantur, vincula nonnunquam iniici: sicut & ex eo quod Plutarchus scribit. [k] Detecta Catilinæ coniuratione, Lentulum qui & ipse vnus ex cõiuratis erat, & qui cum eo deprehensi erant, in liberã custodiam traditos prætoribus fuisse. Cæsaremq; cum de supplicio eorum in senatu dissereretur, sententiam dicere rogatum. captiuos il- D

d l. decem de verbo. obl. ff. § seruus inst. de cap. dim.
e In Andria.
f In lib. de Vniuers.
g Cic. ad Heren.
h Tranq. in Tyber. ca. 65.
i Dio in Traia.
k In Cicerone

A los nos occidendos censuisse, sed pecunias eorum publicandas ipsosque per municipia Italiæ, vti placitum esset consuli, donec Catilinam expugnatum acciperent in liberis custodiis tenendos. Quis enim crediderit? perduelliones reos de quibus mox sumptum est extremum supplicium non in vincula coniectos fuisse. [l] Quis item existimauerit in tanto consessu cẽsuisse Cæsarem, domi apud ciues sine vinculis asseruari oportere? De quibus Sylanus, cæterique omnes, qui ante eum sententiam dixerant, necis supplicium sumendum esse decreuerãt. Sed ne in re adeo perspicua, coniecturæ locum fieri sinamus. Alibi Plutar-

l 1. ff. de custod. reor.

B chus fidelissimus suis ipsius interpres, apertissimè exprimit Cæsarem de coniuratis illis sententiam dicentem in vinculis custodiendos censuisse, per ea Italiæ municipia, quæ Cicero delegisset. [m] quod & ante eum Cicero scriptum his verbis reliquerat, [n] Video duas adhuc esse sententias: Vnam D. Sylani, qui censet eos, qui hæc delere conati sunt, morte esse mulctandos: alteram C. Cæsaris, qui mortis pœnam remouet, cæterorum suppliciorum omnes acerbitates amplectitur: Vterque & pro sua dignitate, & pro rerum magnitudine in summa seueritate versatur alter eos, qui nos omnes, qui populum Romanum vita priuare

m Plut. in Cæsa.

n 4. in Catil.

C conati sunt, qui delere imperium, qui pop. Rom. nomen extinguere, puncto temporis frui vita & hoc cõmuni spiritu non putat oportere atque hoc genus pœnæ sæpe in improbos ciues in hac republica esse vsurpatum recordatur. Alter intelligit, mortem à diis immortalibus non esse supplicij causa constitutam, sed aut necessitatem naturæ, aut laborum ac miseriarum quietem esse: itaque eam sapientes nunquam inuiti fortes etiam sæpe libenter oppetiuerunt: Vincula vero, & ea sempiterna, certe ad singularem pœnam nefarij sceleris inuenta sunt. Itaque municipiis dispertiri iubet, haberi videtur ista res iniquitatem, si

D imperare velis difficultatem si rogare. Decernatur tamen si placet, ego enim suscipiam, & vt spero reperiã, qui id quod salutis omnium causa statueritis, nõ putet esse suæ dignitatis recusare. Adiungit grauem pœnam municipibus, si quis eorum vincula ruperit: horribiles custodias circundas: & digna scelere hominũ perditorum sancit, ne quis eorum pœnam, quos cõdemnat, aut per Senatum, aut per populũ leuare possit, eripit etiam spẽ, quæ sola hominẽ in miseriis consolari solet: bona præterea publicari iubet: vitam solã relinquit nefariis hominibus: Et iterũ quibus-

dam interpositis. Itaque homo mitissimus, atque lenissimus nõ A
dubitat P. Lentulum æternis tenebris, vinculisque mandare. Sed & in ipsa Cæsaris oratione, cuius exẽplum extat apud Sallustium vinculorum expressa fit mentio: sic enim dixisse fertur. Placet igitur eos dimitti? & augeri exercitum Catilinæ? minime. Sed ita censeo, publicandas eorum pecunias: ipsos in vinculis per municipia habendos, quæ maximè opibus valent, neu quis de his postea ad Senatum referat, néue cum populo agat. Qui aliter fecerit senatum existimare, eum contra rempub. & salutem omnium facturum. In quam sententiam & Dyon. B

o Rom. histo. lib. 37.

[o] Nam (inſit) Cæsar, cum omnes qui ante eum sententiam tulerant, eos morte mulctandos pronunciassent, ita censuit: exutos bonis, vinctosque eos in vrbes hinc inde dedendos, ea conditione, ne quis in posterum de venia eis danda referret. Ostendit & Hieronymus eos qui in liberam custodiam dabantur, vinciri nonnunquam solitos: cum de animabus Apostolorum & martyrum agens (quas Vigilantius honesto aliquo carcere claudi in diem iudicij affirmabat) ita loquitur. Senatoriæ videlicet dignitatis sunt, & non inter homicidas teterrimo carcere, sed in libera honestaque custodia in fortunatorum iusulis, & in campis C
Elysiis recluduntur. Tu Deo leges pones? tu Apostolis vincula

p Hieronymus aduersus Vigilantium.

iniicies, vt vsque ad diem iudicij teneantur custodia? [p] Neque tamen inficias iuerim, eum qui in liberam custodiam traditus cuiquam sit, sine vinculis etiam asseruari posse: id enim vel ex Dyone colligi potest: dum Tygranem iuuenem à Pompeio in liberam custodiam datum ait. Dein in vincula coniectum. Sic

q Dyon histo su. lib. 36.

enim ille, [q] Sensit id maturè Pompeius: igitur cùm in liberam custodiam dedit, ad gazæ seruatores missis, qui eam omnem Tygrani patri dari iuberent. Et mox paucis interiectis. Nihilo plus custodes obtemperabant, obtendentes haud sua volunta- D
re, sed coactum Tygranem hoc iubere. Id vero grauiter ferens Pompeius in vincula Tygranem coniecit, atque sic demum senex thesaurum accepit. Liberam igitur custodiam significari crediderim, cum quis vel in oppido, vel aliena domo coercetur, vt libere intra præscriptos terminos possit ambulare, nec possit tamen effugere: siue vinctus, siue sine vinculis sit, seu etiã militi, aut apparitori, magistratuive, vel ciui custodiẽdus creditus fuerit. Quod ex superioribus illis Liuij verbis planum fieri videtur. libera custodia haud procul à castris placere in aliqua fida ciuitate eum seruari per belli tempus. Et ex Sallustio dum

A ait.[r] Senatus decreuit, vti abdicato magistratu Lentulus, itémque cæteri, in liberis custodiis haberentur. Igitur Lentulus P. Lentulo. Spintheri, qui tum ædilis erat: Cæthegus. Q. Cornificio, Statilius C. Cæsari. Gabinius M. Crasso. Cæparius (nam is paulò antè ex fuga retractus erat) Cn. Terētio senatori traduntur. Item ex Dione Cassio, dum de Asinio Gallo agens ad hunc modum loquitur.[s] Tyberius his actis, ne mortis quidem copiam Gallo eam appetenti permisit: sed quò diutius malè haberet, ac multo tempore ignominia simul & metu conflictaretur, B bono animo vt esset hortatus, in libera custodia vsque ad suum in vrbem aduentum haberi iussit: ita Gallus semper à consulibus, aut si Tyberius consulatum gereret, à prætoribus asseruabatur non profecto ne effugeret, sed ne mori posset: neque ei aut seruus vllus aderat, aut colloquebatur quispiam, neque videbat quemquem, nisi cum ad sumendum cibum cogebatur, qui sane eiusmodi erat, vt neque voluptatem vllam, robúrve adferret, neque mori eum sineret. Quibus ex verbis perspicuū etiam fit, eos qui in liberam custodiam tradebantur, quandoque male habitos fuisse, cum appareat custodiam illam in quā C coniectus à Tiberio fuit Gallus, quamuis liberam, miserrimam fuisse. Fuit & libera illa custodia, in quam à Tiberio positus fuit Iunius Gallio senator: & hic enim sicut Asinius Gallus, magistratibus custodiendus traditus. fuit Tacitus.[t] Iunius Gallio statim curia, deinde Italia exactus. Et quia incusabatur facile tolleraturus exilium, delecta Lesbo insula nobili, & amœna, extrahitur in vrbem, custoditurque domibus magistratuum. Dion. Iuniū Gallionem in exilium misit: neque eo contētus supplicio, cum Lesbum ire eum accepisset: tutæ ibi vitæ amœnitati eum subtraxit, & magistratibus, vt Asinium pridem Gallum, custodien-D dum dedit.[u] Istiusmodi custodia videtur fuisse illa, in quam acta à patre suo fuit Hipermnestra: domi enim quamuis vinculis constrictam, asseruatam fuisse constat. De qua sic scripsit Ouidius.[x]

Clausa domi teneor, grauibusque coercita vinclis.

Scribit & Diodorus Siculus, Medeam, cum parentū crudelitati in dies magis ac magis aduersaretur, ab Æta patre in liberā custodiam destinatam:[y] quam vinculis astrictam non fuisse vero proprius est: quia facillimè custodiam illam euaserit, & ad Solis templum (quod Diodorus scribit) confugerit. Solebant autem rei vt plurimùm olim militibus committi, nisi quos grauior

r Sal. in Catil. coniur.

s Dio hist. su. Rom. lib. 58.

t Annal. li. 5.

u Dion in Tyber. histo. lib. 58.

x Ouid. epist. 14.

y Diodo. sicu. biblio su. lib. 5. cap. 3.

criminum vis vrgeret, & ij enim ferè carcere claudebantur: pręterquam si personæ qualitas, existimatio, vel dignitas aut quid aliud eiusmodi, benignius cum eis agi suaderet tum enim vel militibus, vel ciuibus honestioribus adseruandi committebantur. [z] quod & ex nostris Vlpianus his verbis expressit. [A] De custodia reorum proconsul existimare solet, vtrum in carcerem recipienda sit persona, an militi tradenda, vel fideiussoribus cõmittenda, vel etiam sibi, hoc autem vel pro criminis, quod obiicitur, qualitate, vel propter honorem, aut propter amplissimas facultates, vel pro innocẽtia personæ, vel pro dignitate eius qui accusatur, facere solet. Et alibi. [a] Diuus Pius ad epistolam Antiochensium Græcè rescripsit, non esse in vincula coniiciẽdum eũ, qui fideiussores dare paratus sit: nisi tam graue scelus ipsum admisisse constet, vt neque fideiussoribus, neque militibus committi debeat: verum hanc ipsam carceris pœnam ante supplicium sustinere debere. Ideoque & Lentulum Cethegum & alios quosdam quamuis grauissimi criminis, nẽpe Catilinę coniurationis; reos ob eorum dignitatem in liberam custodiam traditos, ex Cicerone, Sallustio, Plutarchoque docuimus. Proditumque memoriæ à quibusdam authoribus est, eãdem ob rem, Perseum regem à L. Paulo Æmilio deuictum, senatus decreto Q. Cassio Prætori traditum, Albam in liberam custodiam missum, cæteris captiuis in carcerem coniectis. Liuius. Senatus deinde habitus est, Patres censuerunt, vt Q. Cassius Persea regem, cum Alexandro filio Albam in custodiam duceret cæteros captiuos, qui in triumpho ducti erant, in carcerem condi placuit. [a] Velleius Paterculus. Post victum captúmque Perseum, qui quadriennio pòst in libera custodia Albæ decessit.[b] Meminit & Ammianus Marcellinus cuiusdam Hesichiæ nobilis matronæ, quę ob intentatũ crimen apparitori cuidam in domo sua custodienda tradita fuerit. [c] Liberæ autem custodiæ nomine, militarem cõtineri vel ex Constãtini rescripto illo colligi potest, quo traditur, publicum debitorem, qui principis indulgentia, ad cõtumaciã abusus fuerit, aperta & libera, & in vsus hominum cõstituta militari custodia continendum. [d] De eo vero quod Cælius ait, in liberam ferè custodiam non tradi, nisi magnæ dignitatis, vel existimationis viros: [e] mihi cum eo conuenit. Id enim vel ex supracriptis colligi potest. Alluditque ad id Hyeronimus loco iam citato cum inquit, Senatoriæ videlicet dignitatis sunt, & nõ inter homicidas teterrimo carcere, sed in libera honestá-

z Ange. l. si ab om. ff. de rei vindic.

A l. 1. de custo. reo. ff.

a l. diuus eod.

a Liui. dec. 5. lib. 5.

b Vell. pater lib 1.

c Ammia. Marcell. lib. 28.

d l. nemo carcerem C. de exactio. trib. lib. 10.

e Cal. d. cap. 5. lib. 7.

A B C D

A custodia recluduntur. Illud constat custodiæ nomine publicam intelligi, [f] id est carcerem: quem etiã simpliciter Caius publicum appellat, dum ait, ac ne eum quidem intelligimus solutum, qui in publico seruatur, sine vinculis. [g] Illic enim publicum pro carcere accipiendum est, sicut & apud Plautum dum Sosiam sic loquentem inducit. [h]

*Ita peregrè aduenien*s
Hospitio publicitus accipiar.

Vnde perspicuum fit, falli Cælium Calcagninum, dum in B responso Caij, [i] publici nomine liberam custodiam intelligit, in quam quis traditus sit, vt hic aut illic stipatus cum custodibus commeet: quem licet sine vinculis sit, solutum non esse censet: nullum inter publicam, & liberam custodiam discrimen constituens. Quod quàm falsum sit, nemo non videt. Nam & superior ille Liuij locus, dum Attilium interdiu sequentibus eum custodibus Calibus solutum fuisse dicit: apertè ostendit eum qui in liberam custodiam datus sit, si fine vinculis sit, solutum censeri. Non negauerim tamen ex latiore verbi significatione dici posse, solutum eum non esse, qui sub custo-C dia sit: quamuis vincula corpori eius adhibita non sint: quod ei liberum non sit, abire quò velit. Nam & Vlpianus nihil multum à specie seruientium differre scribit, quibus non datur facultas recedendi. [k] Alibique traditur eum qui liber & suæ spontis sit, facultatem habere commeandi quoquò libuerit. [l] Atque Papinianus, ius libertatis quadamtenus infringi, siquis certo loco morari compellatur. [m] Vnde & Vlpianus, succurri eis etiam tradit, qui à militibus statoribusque, vel à municipalibus ministeriis obseruantur, si probentur rei suæ superesse non potuisse, deceptosque fuisse liqueat. [n] Alibique scribit, eum D quoque qui nec in custodia, nec in vinculis sit, sed sub fideiussorum satisdatione, si dum propter hoc recedere non potest, captus sit, restitui. † [o] Sed id tamen ex æquitate per interpretationem extensum est, non ex verborum proprietate, de qua in responso Caij agitur. [p] Fit & à veteribus liberi conclauis mentio. Liuius. [q] Consules ædilibus curulibus imperarunt, vt sacerdotes eius sacri omnes conquirerent: comprehensosque libero conclaui ad quæstionem conseruarent. Qui autem sic attinebantur, ij etiam vinculorum immunes non erant. quod & Liuius ipse satis indicare videtur. Non enim simile veri est: voluisse consules, ipsos sacerdotes, tanti maleficij nempe Bac-

f l. succurri- ff. ex quibus causi. maio. l. vinculorũ de verbo signif.
g d l. qui neque §. solutũ.
h Plaut in amphitr. dixi verbo nocturnos errones.
i Cal calca. d. §. solutum.
k l. 2. ff. de lib. homine exhib.
l l. penult. C. de oper. liber.
m l. sitio centum § 2. ff. de condit & demonst.
n d. l. succurritur & l. sequen.
o l. nec non §. 1. ff. ex quib. causis ma.
† Secus hodie quia procuratores constituere possunt.
p d §. solutum
q Bell. cũ Antio. aliisque lib. 9.

chanalium sacrarij authores (quod Florus maximum scelerum A
omnium seminarium fuisse dicit) solutos in conclaui, vnde facile emergere possent, custodiri & non potius ad eruendā totius negotij fidem, arctissimis vinculis constringi. Id quod vel ex eo clarius fit, quod Liuius ait, consulum imperio, ad quæstionem de iis habendam conseruatos fuisse. Qui enim sic asseruabantur, nexi vinctique, vt plurimum, custodiebantur. Vnde & Vlpianus. [r] Si hominem (inquit) apud se depositum, vt quæstio de eo haberetur, ac propterea vinctum sequester soluerit. Quin & Liuius & ipse author est, sacerdotes illos cæterosque qui nefandissimis illis sacris vitia alia miscuerant, capite damnatos: reliquos qui tantum ipsis sacris initiati fuissent, in vinculis relictos fuisse. Sic enim ille. Capita (inquit) coniurationis constabat esse M. & L. Catinios de plebe Romana, A. Faliscum L. Opiterniū, & Minium Cerrinum Campanum: ab his omnia facinora, & flagitia orta: eos maximos sacerdotes, conditoresque eius sacri esse: datam operam esse, vt primo quoque tempore comprehenderentur. Adducti ad consulem, fassique de se nullam moram iudicio fecerunt. Et paulo inferius. Qui tantum initiati erant, & ex carmine sacro, præeunte verba sacerdote, precationes fecerant in quibus nefanda coniuratio in omne facinus, ac libidinem continebantur: nec earum rerum vllam rem, in quas iureiurando obligati erant in se aut in alios admiserant: eos in vinculis relinquebant. Qui stupris, aut cædibus violati erant: qui falsis testimoniis, signis adulterinis, subiectione testamentorum, fraudibus aliis contaminati: eos capitali pœna afficiebant. Plures necati: quàm in vincula coniecti sunt.

r l. si homine ff. depo.

Fœminarum illecebras, quibus iuuentus permulceri solet, apud Armoricos lata lege cohibitas esse. D

Cap. VI.



LEge apud nostrates Armoricos, nonnihil prospectum est iuuētuti, aduersus muliebres insidias, quibus ætas illa, & ipsa ad libidinem prona, facile deliniri ac capi solet. Constitutū enim est, vt in fœminas impudicas, quæ suis illecebris adolescentes fefellerint, & ad remsuā nepotinis sumptibus exhauriendā, allexisse cōuictæ fuerint, iusto ali-

quo

A quo ſupplicio pro motu, arbitrioq; cenſentiũ animaduertatur. Quod equidem inſtitutum ſanctiſſimũ eſſe nemo nõ dixerit: vt quod ad famã, pudicitiam, rémq; adoleſcẽtum conſeruandam plurimũ cõferat. Sed & id ab antiquitate originẽ habere, vel ex Plauto colligere licet, apud quem Argirippus adoleſcens, cũ bonam ſubſtantię ſuæ partem, luxui, genioq; indulgens, apud Lenã & Philenium meretricem, perlecebris vtriuſque delinitus, inſumpſiſſet, atque domo, quòd pecuniam tum nullam referret excluderetur, minatur ſe illas delaturũ ad triumuiros capitales, & ibi earum nomina rei capitalis accuſaturum. Sic enim ille.[a] a Plaut. in Aſinar.

B. *Bene merenti mala es: malè merenti bona es,*
At cum malo tuo nam nunc iam ex hoc loco
Ibo ad tres ego viros: veſtráque ibi nomina
Faxo capitis erunt: te perdam ego & filiam.
Perlecebra, pernicies, adoleſcentum exitium
Nam mare haud eſt mare: mare eſtis vos acerrumum
Nam bona in mari repperi: hic elaui me bonis.

Sic & apud eundem Dynarchus adoleſcens Phroneſium meretricem, cuius blanditiis & illectibus, ipſe cum aliis quamplurimis, ad egeſtatis ferè terminos redactus erat, cum intromittere eum ipſa nollet, comminatur ſe ream criminis apud magiſtratus poſtulaturum, neque etiam à manuum iniectione in eam temperaturum, quod dicat eam aduerſus præſcripta legum pecuniam à plurimis corraſiſſe, ſic enim infit.[b] b Plaut. in Tracul.

C.

Abiit intro, hinc iuit ego vt hæc mihi patiar fieri?
Iam hercle ego tibi illecebra ludos faciam clamore in via,
Quæ aduerſum legem accepiſti à plurimis pecuniam.
Iam hercle apud omnes magiſtratus ſaxo erit nomen tuum.
Poſt id ego in te manum iniiciam, quadrupes venefica
Suppoſtrix puerum, ego Aedepol tua probra aperibo omnia.

D. Sed & apud Plautum eundem Nycobolus ſenex, cuius filium Mneſilochum, & ſodalem eius Pyſtoclerum, Bacchides meretrices corrupiſſe dicebantur, atque domi concluſos habere, introductus cum Philoxene Pyſtocleri patre, minitatur Bacchidibus, in ius eas ſe pertracturum & vi maiore in ipſas expertuſum ni filios & ſeruum Chryſallum reddere malint. ait enim.[c] c Plaut. in Bacchid.

Ny. *Eccas tandem probri*
Perlecebræ: & perſuaſtrices: quid nunc? etiam redditis
Nobis & filios & ſeruum an ego experior tecum

Vi maiore, &c. A

Quibus verbis comminari videtur Nycobolus se in eas meretrices de vi publica accusationem instituturũ, quod se inuito filium suum domi inclusum detineant. Quod enim de vi maiore à Plauto dictum est, de vi publica accipiẽdum videtur, quàm quacumque priuata maiorem esse constar, ciúsque criminis cõuictum maiore pœna afficiendum. [d] Quæ interpretatio nec à Romano quidem iure abhorret, quo traditum est eum qui hominem dolo malo incluserit, lege Iulia de vi publica teneri. [e] Vnde & Vlpianus diuum Pium Germano cuidam scripsisse refert. Vt in eum qui Domitij Salmani filium, admodum iuuenem, conclusum retinebat, veluti l. Iuliæ de vi publica reum (si ita rem se habere comperisset) seuerè animaduerteret. [f] Extátque Diocletiani & Maximiani Cæsarum constitutio, qua scribitur eum qui filium suum inclusum esse confidit, non prohiberi solenni more legis Iuliæ de vi publica accusationem apud prouinciæ præsidem exercere. [g] Neque quidquam obstat quòd adolescentes non inuiti retineri videantur. Quantum enim ad patres spectat, quibus nolentibus filij concludebantur negari non potest, vim à Bacchidibus illatam. Quin & earum blanditiæ, & persuasiones, quantùm etiam ad ipsos attinet adolescentes, vim adhibitam fuisse satis indicant. Nihil enim à vi, ac necessitate differunt, quæ suasibus, * blanditiis, & illectibus mulierum fiunt: nisi quod & ponderis plus habere videntur. [h] Quandoquidem vt verissimè dixit Vlpian. persuadere, est plusquam cogi. [i] Vt rectissimè etiam dixisse videatur M. Cicero, maiorem eam esse vim, quæ animo, quam quæ corpori alicuius infertur. [k] Sed nec voluntas quidem eius, qui alieno iuri subiectus sit, quidquã facit, quominus legis Iuliæ de vi reus

d §. Item lex Iulia inst. de pub. iud.

e l. qui cœtu ff. ad l. Iul. de vi pub.

f l. & eum ff. eod.

g l. 3. C. ad l. Iul. de vi pub.

h Plut. in Solon.

i l. 1. §. 1. ff. de ser. corru.

k Cic. in orat. pro A. Cæcina.

* *Blanditiis & illectibus mulierum.*] Cauponis institor cũ dubiæ existimationis dominam vino captam, posito pudore menteque alienata, interim aperto sinu mamillas, interim ad ignem accedentem crus ostendere, deprehendisset, cæpit de illa cõstupranda cogitare, accidit vt cum à cæna caupo satis multa nocte, personatus aleator obambularet, domina conscenso cubiculo, iterum atque iterum institorem ad se venire iussum, nonnullis de rebus compellaret, ille somno & vino obrutam comprimit, cui, si satis fuisset semel animum expleuisse, poterat id quidem præteriri, sed Iuuenis intemperantia fecit, vt illa iterato congressu euigilans aduenientis mariti strepitu commota maximum clamorem ederet, & de stupro à seruo sibi illato expostularet, tum famulus fugiens deprehensus in ponte molitorum, in vincula coniectus, crimen ingenue fassus, sed tam rerum capitalium legatus, quam appellatæ Curiæ conscripti, quanquam res non indigna miseratione videretur: ad exemplum tamen pertinere rati, ideóque nihil de legum acerbitate minuentes, famulum ad furcas damnauere, Placit. Paris. Maij ann. 1551. D

Benignior hera Burdegalensis quæ se grauidam præsentiens die dominica à Curione proclamari iussit, vt qui rem cum ea habuisset prodiret in lucẽ, nihil veritus leges de adulteriis coërcendis, nuptias pollicens & patrimonij partem opimam, tandem eiusdem heræ famulus allectus spe eximiæ hæreditatis ingenue fatetur dominam vino prope ignem sepultã stupro subrepsisse, at illa nuptiis subsequutis maculam pudicitiæ sua culpa illatam hac arte extinxit.

B

C

A fit, qui eum retineat, * cum & vim & raptum in volẽtem etiam committi manifestum fit. [l] Et ita locum illum ego quandoque explicandum censui. Propius tamen vero videtur, Plautinóque sensui magis conuenire, vt mentio illa vis maioris, de violentia quæ non iure, sed facto infertur accipienda sit: nempe vt interminari videatur Nycobolus se se vim Bacchidibus illaturũ eiusmodi, cui ab illis resisti non possit, nisi filios reddant. Quo sensu vox illa vis maior à Iureconsultis Cæsaribúsque nostris non vno in loco accipitur. [m] Sicuti & à Cicerone. [n] Si autem vitam mihi sors ademisset, aut vis aliqua maior reditum peremisset, &c.
B & à Lactantio. Dum ait: Homo quia multis casibus, periculisq; subiectus est, metuit ne qua vis maior existat, quæ illum verberet, spoliet, laceret, affligat, interimat. Adiuuatúrque hæc interpretatio ex his quæ paulò antè dicta fuerant à senibus.

l l. vn. C. de rap. virgi.

m l. 2. ff. de eo qu. me. cau. l. si ea res ff. de act. emp. l. 1. C. commod. l. 1. C. de loc. & cond. l. 3. §. idẽ erit ff. nau. caupon. stab.

n Cic. in orat. pro Cn. Plancio.

B. *Sed quid est, quapropter nobis vos malum minitamini?*
P. *Quia nostros agnos conclusos istic esse aiunt duos.*
N. *Et præter eos agnos, meus est istic clam mordax canis,*
Qui nisi nobis producuntur, iámque emittuntur foras
Arietes, truces nos erimus, iámque in vos incursabimus.

Item & ex his quæ non multò pòst dicuntur à Nycobolo, &
C altera ex Bacchidibus.

N. *Nisi hinc abeas*
Quamquam tu bella es, malum tibi magnum dabo iam.
B. *Patiar,*
Non metuo ne quid doleat quod ferias.

Quibus verbis apertum fit Nycobolum comminari se se Bacchidibus vim adhibiturum, quæ repelli non possit, si filios & seruum, quos inclusos habebant retinere pergerent. Potest tamen Plauti sensus consistere, etiam si de vtraque vindicta intelligatur. Sed longius forsan, quam fieri debuit euagatus sum. Vt
D autem eo reuertar vnde digressus sum. Illud quæri potest, an & iure ciuili criminale iudicium intendi in eam mulierem possit, per quã adolescens amator, luxuriosusq; factus sit, & sumptibus immodicis exinanitus. Et nõ videretur, sed vtili potius serui corrupti actione officio iudicis æstimanda patri, si quem adolescẽs

* Cũ & vim & raptum.] Cum ex Argiuo monte Seuerianus & Lucilla puella & propinquis in suam sententiam pertractis, puellæ matrẽ contempsisset, isque ducta puella, matrem facinus indigne ferentem, verborum contumeliis lacerasset, raptus quidem ac iniuriarum condemnatus est, mitiori fortassis iudicio, cum enim per legem extra commeritũ, cum principi, tum etiam matri, & honore & ære mulctatum. vtraque præfectura sua, videlicet Argiuomontana & Parisiensi triennium exulare placuit, quin etiam in puellam sic est animaduersum vt illi à matre culpa suppliciter esset deprecanda, non omnibus quidem spectantibus, sed iis tantum quos ad certum numerum adhibere matri collibuisset v. Id. Aug. M. D. LIIII.

Vi maiore, &c. A

Quibus verbis comminari videtur Nycobolus se in eas meretrices de vi publica accusationem instituturũ, quod se inuito filium suum domi inclusum detineant. Quod enim de vi maiore à Plauto dictum est, de vi publica accipiẽdum videtur, quàm quacumque priuata maiorem esse constat, eiúsque criminis cõuictum maiore pœna afficiendum. [d] Quæ interpretatio nec à Romano quidem iure abhorret, quo traditum est eum qui hominem dolo malo incluserit, lege Iulia de vi publica teneri. [e] Vnde & Vlpianus diuum Pium Germano cuidam scripsisse refert. Vt in eum qui Domitij Salmani filium, admodum iuuenem, conclusum retinebat, veluti l. Iuliæ de vi publica reum (si ita rem se habere comperisset) seuerè animaduerteret. [f] Extátque Diocletiani & Maximiani Cæsarum constitutio, qua scribitur eum qui filium suum inclusum esse confidit, non prohiberi solenni more legis Iuliæ de vi publica accusationem apud prouinciæ præsidem exercere. [g] Neque quidquam obstat quòd adolescentes non inuiti retineri videantur. Quantum enim ad patres spectat, quibus nolentibus filij concludebantur negari non potest, vim à Bacchidibus illatam. Quin & earum blanditiæ, & persuasiones, quantùm etiam ad ipsos attinet adolescentes, vim adhibitam fuisse satis indicant. Nihil enim à vi, ac necessitate differunt, quæ suasibus, * blanditiis, & illectibus mulierum fiunt: nisi quod & ponderis plus habere videntur. [h] Quandoquidem vt verissimè dixit Vlpian. persuadere, est plusquam cogi. [i] Vt rectissimè etiam dixisse videatur M. Cicero, maiorem eam esse vim, quæ animo, quam quæ corpori alicuius infertur. [k] Sed nec voluntas quidem eius, qui alieno iuri subiectus sit, quidquã facit, quominus legis Iuliæ de vi reus B C

d §. Item lex Iulia inst. de pub. iud.

e l. qui cœtu ff. ad l. Iul. de vi pub.

f l. & eum ff. eod.

g l. 3. C. ad l. Iul. de vi pub.

h Plut. in Solon.

i l. 1. §. 1. ff. de ser. corru.

k Cic. in orat. pro A. Cæcina.

* Blanditiis & illectibus mulierum.] Cauponis institor cũ dubiæ existimationis dominam vino captam, posito pudore menteque alienata, interim aperto sinu mamillas, interim ad ignem accedentem crus ostendere, deprehendisset, cæpit de illa cõstupranda cogitare, accidit vt cum à cæna caupo satis multa nocte, personatus aleator obambularet, domina conscenso cubiculo, iterum atque iterum institorem ad se venire iussum, nonnullis de rebus compellaret, ille somno & vino obrutam comprimit, cui, si satis fuisset semel animum expleuisse, poterat id quidem præteriri, sed Iuuenis intemperantia fecit, vt illa iterato congressu euigilans aduenientis mariti strepitu commota maximum clamorem ederet, & de stupro à seruo sibi illato expostularet, tum famulus fugiens deprehensus in ponte molitorum, in vincula coniectus, crimen ingenue fassus, sed tam rerum capitalium legatus, quam appellatæ Curiæ conscripti, quanquam res non indigna miseratione videretur: ad exemplum tamen pertinere rati, ideóque nihil de legum acerbitate minuentes, famulum ad furcas damnauere, Placit. Paris. Maij ann. 1551. D

Benignior heta Burdegalensis quæ se grauidam præsentiens die dominica à Curione proclamari iussit, vt qui rem cum ea habuisset prodiret in lucẽ, nihil veritus leges de adulteriis coërcendis, nuptias pollicens & patrimonij partem opimam, tandem eiusdem hetæ famulus allectus spe eximiæ hæreditatis ingenue fatetur dominam vino prope ignem sepultã stupro subrepsisse, at illa nuptiis subsequutis maculam pudicitiæ sua culpa illatam hac arte extinxit.

A fit, qui eum retineat, * cum & vim & raptum in volẽtem etiam committi manifeftum fit. [l] Et ita locum illum ego quandoque explicandum cenfui. Propius tamen vero videtur, Plautinóque fenfui magis conuenire, vt mentio illa vis maioris, de violentia quæ non iure, fed facto infertur accipienda fit: nempe vt interminari videatur Nycobolus fe fe vim Bacchidibus illaturũ eiufmodi, cui ab illis refifti non poffit, nifi filios reddant. Quo fenfu vox illa vis maior à Iureconfultis Cæfaribúfque noftris non vno in loco accipitur. [m] Sicuti & à Cicerone. [n] Si autem vitam mihi fors ademiffet, aut vis aliqua maior reditum peremiffet, &c.
B & à Lactantio. Dum ait: Homo quia multis cafibus, periculifq; fubiectus eft, metuit ne qua vis maior exiftat, quæ illum verberet, fpoliet, laceret, affligat, interimat. Adiuuatúrque hæc interpretatio ex his quæ paulò antè dicta fuerant à fenibus.

B. *Sed quid eft, quapropter nobis vos malum minitamini?*
P. *Quia noftros agnos conclufos iftic effe aiunt duos.*
N. *Et præter eos agnos, meus eft iftic clam mordax canis,*
Qui nifi nobis producuntur, iámque emittuntur foras
Arietes, truces nos erimus, iámque in vos incurfabimus.

Item & ex his quæ non multò pòft dicuntur à Nycobolo, &
C altera ex Bacchidibus.

N. *Nifi hinc abeas*
Quamquam tu bella es, malum tibi magnum dabo iam.
B. *Patiar,*
Non metuo ne quid doleat quod ferias.

Quibus verbis apertum fit Nycobolum comminari fe fe Bacchidibus vim adhibiturum, quæ repelli non poffit, fi filios & feruum, quos inclufos habebant retinere pergerent. Poteft tamen Plauti fenfus confiftere, etiam fi de vtraque vindicta intelligatur. Sed longius forfan, quam fieri debuit euagatus fum. Vt
D autem eo reuertar vnde digreffus fum. Illud quæri poteft, an & iure ciuili criminale iudicium intendi in eam mulierem poffit, per quã adolefcens amator, luxuriofufq; factus fit, & fumptibus immodicis exinanitus. Et nõ videretur, fed vtili potius ferui corrupti actione officio iudicis æftimanda patri, fi quem adolefcẽs

l l. vn. C. de rap. virgi.

m l. 2. ff. de eo qu. me. cau. l. fi ea res ff. de act. emp. l. 1. C. commod. l. 1. C. de loc. & cond. l. 3. §. idẽ erit ff. nau. caupon. ftab.

n Cic. in orat. pro Cn. Plancio.

* Cũ & vim & raptum.] Cum ex Argiuo monte Seuerianus & Lucilla puella & propinquis in fuam fententiam pertractis, puellæ matrẽ contempfiffet, ifque ducta puella, matrem facinus indigne ferentem, verborum contumeliis laceraffet, raptus quidem ac iniuriarum condemnatus eft, mitiori fortaffis iudicio, eum enim per legem extra commeritũ, cum principi, tum etiam matri, & honore & ære mulctatum, vtraque præfectura fua, videlicet Argiuomontana & Parifienfi triennium exulare placuit, quin etiam in puellam fic eft animaduerfum vt illi à matre culpa fuppliciter effet deprecanda, non omnibus quidem fpectantibus, fed iis tantum quos ad certum numerum adhibere matri collibuiffet v. Id. Aug. M. D. LIIII.

habeat, experiundum esse: quod sua non mediocriter intersit A
animos liberorum suorum non corrumpi. [o] Constat enim de seruo corrupto iudicium in eum dari, qui alieno seruo quidquã persuaserit, ex quo deteriorem eum fecerit: neque referre an bonæ frugi seruum pepulerit ad delinquendum, an malo quemadmodum faceret monstrauerit: siue enim bonum seruum fecerit malum, siue malum deteriorem fecerit, corrupisse videbitur. [p] Deteriorem autem fecisse videtur, qui seruo persuasit, vt peculium intrincaret, rationes sibi commissas turbaret, aut amator existeret, quiue luxuriosum fecerit, vel vt stuprum faceret persuaserit. [q] Sed cum serui corrupti actio eius serui nomine, B
qui in patrimonio nostro esset, prodita sit, nec in liberi hominis corruptorem exerceri possit, merito patri, vel domino, cuius filij, vel famuli animus corruptus sit, vtili iudicis officio æstimanda succurritur. [r] Ego tamen iure quoque ciuili aduersus corruptorem, corruptricémve, criminaliter agi posse non dubitauerim. Nam & Alphenus cum dominus seruo dispensatore manumisso, rationes ab eo recepisset, & cum de eis non constaret, compcrisset apud quandam mulierculam pecuniam eum consumpsisse: respondit, posse eum serui corrupti cum ea muliere agere, quamuis is seruus iam liber esset: & etiam furti de pecuniis C
quam ad eam seruus detulisset. [s] Quamobrem si filius, obsonatórve meus, alea luserit, scribit Baldus. [t] posse me victorem cogere, vt meas pecunias mihi restituat. Sibi enim imputare debet aleator, qui collusoris conditionem non explorauit. [u] Quod si sciuerit eum de meo ludere, dubium nõ est, quin furti etiam aduersus eum agere possim. [x] Vnde perspicuum fieri arbitror Romano quoque iure in eum, cámve, qui, quæve liberi hominis animum corruperit extra ordinem animaduerti posse. Nam & vt Gregorius ait. Qui vitam, morésque bonorum corrumpunt D
deteriores sunt his, qui substantias aliorum, prædiáque diripiũt. [y] Vnde & apud Terentium Simo senex Critonem vehementer obiurgat, quod cum Athenas aduenisse dicat, ad fallendos adolescenteis rerum imperitos, eosdémque meretriciis amoribus & corruptelarum illecebris irretiendos, eiúsque sceleris eum pœnam daturum comminatur, solere enim Athenis maleficia vindicari Terent. [z]

S. Tú ne impunè hoc facias? túne hic homines adolescentulos,
Imperitos rerum, eductos libere, in fraudem illicis?
Sollicitando, & pollicitando, eorum animos lactas? Cr. *Sanus ne es?*

o l. vt tantũ §. 1. ff. de ser. corrup.
p l. 1. §. persuadere & §. seq. ff. de ser. corr.
q d l. 1. §. fin. & l. 2. de ser. corr.
r d. l. vt tantũ §. 1.
s l. penult. ff. de ser. corru.
t Bald. rub. C. de cond. ob tur. caus. per tex. in l. fina. §. 1. de ale. lus. & aleato.
v l. qui cũ eo ff. de reg. iur.
x l seruus cuiusdam ff de condit. ind. Alcia. l. seruus C. de pact.
y can. ex merito 16. q. 1.
z Terent. in Andria. act. 4, sc. 4.

A S. *Ac meretricios amores nuptiis conglutinas?*

Illud autem ſciendum in mulierem, quæ adoleſcentem in fraudem pellexiſſe dicitur, non prius animaduerti oportere, quàm apertis probationibus, vel perſpicuis indiciis, eius rei facta fides fuerit. [a] Credendum enim in dubio potius eſt, eam adoleſcentis calliditate ſeductam, circumuentamque fuiſſe. [b] Niſi verſuta ſubdolaque mulier ſit, adoleſcens vero ſimplex & fraudis inſcius, cui facilè imponi poſſit. [c] Has fœminas ex Plauto iam docuimus perſuaſtrices appellari. poſſunt & allectrices ſeu allectatrices dici: quod in fraudem & perniciem adoleſcentes alliciant. B Alibi Plautus maleſuadas vocat. [d] Huiuſmodi verò inueniri aliquas, mirum videri non debet: cum & traditum ſit, fuiſſe quæ vel ex profeſſo, huic rei operam darent. Nam & Demoſthenem Theodorita vatidicam fœminam, quod ſeruos ad fallendum inſtitueret, accuſaſſe mortéque mulctaſſe. Plutarchus memoriæ prodidit. [e]

a *Albe. d. l. pen. de ser. corr.*
b *l. vnic. in fine C. de rap. virgi.*
c *Iacob. de ran. d. l. pe.*
d *Plaut. in Moſtell.*
e *Plut. in Demoſthen.*

Stupratorem meretricis, Romanorum legibus nulla pœna affici.

C CAP. VII.



ILLVD perſpicuum eſt, ſtupratoribus, lege Iulia pœnam ſanguinis non irrogari [a] Extraordinario tamen iudicio conſtat pœna capitis eos affici. [b] Quod de iis accipiendum eſt, qui vel virginis pudicitiam imminuerint, aut viduæ alicui vitium attulerint: in has enim propriè ſtuprum committi dicitur. [c] Quantum autem ad eas attinet, * quæ corpus ſuum vulgo publicant, paſſimque venalem formam exhibent, legibus noſtris nullum in earum ſtupratores conſtitutum eſt ſupplicium. Idque illis factum D impune eſt. [d] Quod apud Plautum in Curculione ſeruus ille

a *§ 2. inſt. de pub. iud Matheſillanus notabili 100.*
b *l. 1. in fin. ff. de extr. cri.*
c *l. inter liberas §. lex Iulia. ff. ad l. Iul. de adult. l. inter ſtuprũ de verb. ſign.*
d *l. ſi ea C. ad l. Iul. de adult.*

* Catinus Liciſcam vulgarem meretricem in maceriis & parietinis amphiteatri Galieni Imperatoris priſco meretricium tepagulo ſedentem blandis ſermonibus in libidinem allicere nititur, quos illa auerſatur. Sed Catinus publicæ veneris licentiam ſibi conceſſam ratus, ſpumans in libidinem Liciſcam reluctantem amplectens per vim ſtupro comprimit, poſtea Liciſca iudices inclamat, ſtuprum vi illatum præſentaneis teſtibus probat. tandem Senatuſconſulto Burdigalenſi an. 1598. Catinus ad furcas damnatus eſt [e] aduerſantibus Iuriſconſultis Romanis in l. ſi vxor D ad legem Iuliam de adulteriis, & l. verum, D. de furtis: memini me legiſſe exemplum apud Theodoretum huic quæſtioni proximum de Anachoreta ſanctiſſimo viro, pietatiſque amantiſſimo, is publicam meretricem in cellulam induxit, & paucis diebus aluit percunctanti, cur meretricem ſociam ſibi iunxiſſet, reſpondit triduo cauiſſe, ne Deum offenderet, etenim ſi in die iudicij, de omni verbo otioſo rationẽ reddituri ſimus, multo magis de omni ſtupro . mitum anteactæ vitæ turpitudinem, loca titulum mentita Liciſcæ, & vim libidinis, mẽtem ſcotti non fl xiſſe, forte illo momento ingemiſcenti ac pœnitenti propitius fuerat auctor pietatis, atque ideo ſanctiſſime iudicaſſe ſenatum Burdiga. reot. an. 1597. Senatus Pariſiuus Præſide D. Seguerio viro pietate & doctrina egregio, duos nobiles in priuatis ædibus meretrici ſtuprum intuliſſe conuictos capite plecti iuſſit.

Palinurus animaduertens Phædromum adoleſcentem, quem A amoribus indulgere nouerat, ſapienter admonet, ne pudicę cuiquam, ſiue illa ſit virgo ſiue nupta, vel vidua ſtruat inſidias, ne id ſibi probro ſit apud populum: amet autem quod velit, ab iis modo ipſe temperet: ſic enim ille.

Pa. Nunquid tu quod te aut genere indignum ſit tuo
Facis, aut inceptas facinus facere Phædrome?
Num tu pudicæ cuipiam inſidias locas?
Aut quam pudicam oportet eſſe? Ph. *Nemini*
Nec me ille ſinat Iupiter. Pa. *Ego item volo*
Ita tuum conferto amorem ſemper, ſi ſapis B
Ne id quod ames, populus ſi ſciat, tibi ſit probro.
Semper curato, ne ſis inteſtabilis.
Quod amas, ama teſtibus præſentibus.
Ph. *Quid iſtuc eſt verbi?* Pa. *Cautè vt incedas via.*
Ph. *Quin leno hìc habitat.* Pa. *Nemo hinc prohibet, nec vetat,*
Quin quod palàm eſt venale ſi argentum eſt, emas.
Nemo ire quemquam prohibet publica via:
Dum ne per fundum ſeptum, facias ſemitam.
Dum te abſtineas nupta, vidua, virgine,
Iuuentute, & pueris liberis, ama quod lubet. C

Eodem pertinet & quod apud Terentium Parmeno Pythiæ dicenti, magnum adoleſcenti Chereæ periculum imminere à fratre Pamphilæ, quod ſibi concreditam in domo Thaidis meretricis vitiarit, idcircoq; interminari ei graue ſupplicium, nempe teſtium exectionem, quo apud Athenienſes affici mœchi ſolent. Reſpondet id ſibi maximè mirum videri, vt quiſquam in domo meretricis pro mœcho prehendatur. Sed Terentij verba præſtat ſubſcribere.[e]

[e] in Eunucho act. 5. ſce. 5.

Pa. *Quid ais.* Py. *Nunc minatur porro ſe ſe id quod mœchis ſolet.* D
Quod ego nunquam vidi, neque velim. Pa. *Qua audacia*
Tantum facinus audet? Py. *Quid ita tantum.* Pa. *An non hoc maximum eſt?*
Quis homo pro mœcho vnquam vidit in domo meretricia
Deprehendi quenquam. Py. *Neſcio.*

Similiter & apud Demoſthenem Epænetus, in domo Stephani, cum Phanone filia Neæræ pro mœcho comprehenſus, vſum quidem ſe eſſe muliere fatetur, mœchũ eſſe negat, quod Phanonem meretricem eſſe dicat, ſicut & matrem Neæram: & legem exhibet, quæ vetat apud eas pro mœcho arripi quen-

A quam,quę in taberna meritoria sedeant,aut in foro aliquid manifestè vendant: tabernam esse eam ipsam Stephani domum dictitans: & quæstum eas istum facere, & inde maximè locupletari. [f] Huc quoque spectat, quod à nobili,notoq; homine scribit Horatius,iuuenem quendam lupanari exeuntem, commendatum, quod non sollicitatis honestioribus mulieribus, prostibula esset contentus exemplo Catonis,qui adolescentem fornice exeuntem, laudasse dicitur, quod à matronarum congressu abstineret. Innuens scilicet libidinem sine crimine compesci oportere.Horat.[g]

f Demosth. oratione in Neaeram.

B

g sermo.lib.1. Satyr. 2.

Quidam notus homo,cum exiret fornice macte
Virtute esto(inquit) sententia dia Catonis:
Nam simulac venas inflauit tetra libido,
Huc iuuenes æquum est descendere,non alienas
Permolere vxores.

Quibus ex versibus & illud colligi potest: esse etiam legibus ciuilibus,quasdam concessas,& ferendas voluptates. Quod & alibi apertius Horatius ipse indicat,dum ait.[h]

h sermo.lib.1. Satyr. 4.

Ne si quærer mœchas,concessa cum Venere vti.
Possem.

C Et iterum.[i]

i Horat.ser. lib. 1.Saty.6.

Si neque auaritiam,neque sordes,ac mala lustra
Obijciet verè quisquam mihi.

Mala enim lustra, flagitiosas & nefarias libidines intelligit, vt ostendat esse etiam Venerem, qua se impunè, & sine flagitio iuuentus oblectare possit. In qua etiam sententia Ciceronem perspicuum est: credidit enim meretriciis amoribus iuuentuti nunquam interdictum fuisse, neque eo nomine vllum vnquam reprehensum esse.[k] Vincat(infit)aliquando cupiditas,voluptasque rationem,dum modo illa in hoc genere præscriptio,moderatioque teneatur: parcat iuuētus pudicitiæ suæ,ne spoliet alienam,ne effundat patrimonium,ne fœnore trucidetur,ne incurrat in alterius domi,atque famam: ne probrum castis,labem integris,infamiam bonis inferat. Et mox paucis interpositis. Verum si quis est, qui etiam meretriciis amoribus interdictum iuuētuti putet, est ille quidem valde seuerus,negare non possum: sed abhorret non modò ab huius seculi licentia, verumetiam à maiorū consuetudine atque concessis, quando enim hoc non factum est? quando reprehensum? quando non permissum? quando deniq; fuit, vt quod licet,non liceret? hic ego iam rem

k Cic.in orat. pro M. Cælio.

D

definiam: mulierem nullam nominabo, tantum in medio relinquam, si qua non nupta mulier, domum suam patefecerit omnium cupiditati, palamque se se in meretricia vita collocarit, virorum alienissimorum conuiuiis vti instituerit: si hoc in vrbe, si in hortis, si in Baiarum illa celebritate faciet: si denique ita se se geret non incessu solum, sed ornatu atque comitatu, non flagrantia oculorum, non libertate sermonis, sed etiam complexu osculatione, aquis, nauigatione, conuiuiis, vt non solum meretrix, sed etiam procax videatur, cum hac si quis adolescens forte fuerit, vtrum hic tibi L. Herenni. adulter, an amator? expugnare pudicitiam, an explere libidinem voluisse videatur? Hactenus Cicero. Cuius sententiæ & illud suffragari videtur, quod apud Quintilianum adolescens meretricium amorem licitum esse censet: neque quemquam immoderato meretricis amore capi contendit. sic enim ille.[1] Non ego alicuius matrimonii corruptor inuigilo, nec efferas cupiditates per illicitos duco amplexus. Inuentas credo meretrices, vt esset aliquid quod liceret amare pauperibus. Nullam ego circa corpora ista consistere impatientiam puto. Diliguntur immodicé sola quæ non licent. Vt in furorem charitas aliqua conualescat, opus est difficultatibus. Breuis de concessis, sed statim satietati vicinus affectus est. Non fouet, non nutrit ardorem concupiscendi, vbi frui licet. Et quæcumque in mentibus circa permissa coalescũt, non sunt desiderii, sed voluntatis.

1 *Quint. decl. 14. pro iuuen. ò contra meretricem.*

Lupanaria in Vrbibus ne sint cur à diuo Lucidouico constitutum, & cur tolerantur.

CAP. VIII.

* Lupanaria à lupa dicta nuttice romuli, quæ adulteros spoliãs, propter rapacitatem lupa dicta est, auctor Euseb. in Chronicis.

LVSTRA seu Lupanaria quæ meretricum sunt diuerticula, maioris periculi vitandi causa tolerari constat: ne scilicet iis sublatis ab impudicis, & libidinosis hominibus, matronis & virginibus, quantumuis pudicitia & castitate insignibus, vis afferatur.[a] Nam & Solon vt iuuentus ab adulteriis coerceretur, coemptas meretriculas primus Athenis prostituit, obuiasque in Venerem esse voluit, vt sic adulteriis remedium inueniretur. credidit enim iuuenes ea venere contentos, à pudicis sollicitandis facilè temperaturos.[b] In qua sententia fuisse etiam

a *can. tolerabiles 32. q. 5.*

b *Alex ab Alex. genial. dier. lib. 4. cap. 8. Alcia. l. Masurius ff. de verb. signi.*

A etiam Catonem Testis est Horatius.[c]

Quidam notus homo, cum exiret fornice macte
Virtute esto, inquit, *sententia dia Catonis:*
Nam simul ac venas inflauit tetra libido
Huc iuuenes æquum est descendere, non alienas
Permolere vxores.

c *sermo. lib. 1. Saty. 2.*

Quapropter & Alexander Mammea qui Seuerus dictus est, cum aliquando constituisset (quod postea Philippus fecit) exoletos vetare, in sententia non perstitit, veritus ne prohibens, publicum dedecus in priuatas cupiditates conuerteret: cum homines illicita magis poscant, prohibitaque furore persequantur.[d] Eamq; ob rem & Neroni cum ad Actem libertam (quam apprime diligebat) frequenter accederet: quamuis etiam in matrimonio tum Octauiam & nobilem, & pudicam haberet (quia non bene inter eos conueniebat) Senecam, cæterosque seueriores amicos non admodum repugnasse, literis proditum est: ne scilicet ea libidine prohibitus, ad deteriora animum adiiceret. Quod C. Tacitus scriptum his verbis reliquit.[e] Infracta paulatim potentia matris, delapso Nerone in amorem libertæ, cui vocabulum Acte fuit: ne seuerioribus quidem principis amicis aduersantibus, muliercula nulla cuiusquam iniuria cupidines principis explente: quando vxore ab Octauia nobili quidem, & probitatis spectatæ fato quodam, an quia præualent illicita, abhorrebat, metuebaturque ne in stupra fœminarum illustrium prorumperet, si illa libidine prohiberetur. Diuus tamen Ludouicus Galliarum rex meretrices omnes regni sui oppidis exegit: & ne lupanaria in vrbibus essent lata lege constituit, opinor quod & virginum & matrum familias pudicitiæ consulere vellet: ne forte confinij vicinitatisque contagione læderentur. Nam & doliis interualla dari Plinius tradit ne inter se vitia serpant, contagione vini semper ocyssima.[f] Vetus quippe est, aliquid esse mali propter malum vicinum, & quod vulgo dicitur, malos fieri qui malis conuixerint. Sumuntur enim (vt pulchrè Seneca dixit) à conuersantibus mores. Et vt quædam in contactos è corpore vitia transiliunt, ita animus mala sua proximis tradit. Ebriosus conuictores in amorem vini traxit Impudicorum cœtus fortem q; & siliceum virum emollit Auaritia in proximos virus suum transtulit, &c.[f] Vt meritò videatur dixisse Cicero,[g] Meretricem in matronarum cœtum

d *Lamprid. in Alexandro Seuero.*

e *Tacit. Annal. lib. 12.*

f *Plin. lib. 14. cap. 21.*

f *Seneca de ira lib. 3. cap. 7.*

g *de fin. bono & malo. lib. 2.*

inducere, perinde esse, ac si quis voluptatem in virtutum consi- A
h Saty. 2. lium adducat. Vnde Iuuenalis.[h]

--- Dedit hanc contagio labem.
Et dabit in plures, sicut grex totus in agris
Vnius scabie cadit, & porigine porci,
Vuáque conspecta liuorem ducit ab vua.

Proinde & Q. Antistius vetus repudium vxori suæ renuntiasse fertur, non aliam ob causam, quàm quòd illam in publico, cum vulgari libertina secreto loquëtem vidisset: Inde coniiciens honestæ pudicitiæ eam non esse, quæ cum impudica com-
i Vale. lib. 6. tit. de seuer. mercium haberet.[i] Quod & apud Ciceronem indicare videtur B
Poëta quidam cum ait.

Quid tu Egilia mea?
Quando ad me venis cum tua colu, & lana?
Non Pol (inquit) *audeo,*
k Cicer. in orat. lib. 2. *Nam me ad famosas vetuit mater accedere.*[k]

Quapropter & apud Plautum. Periphanes senex, adductam meretriculam, in cellulam aliquam seorsum duci iussit, ne cum filia sua (cuius pudicitiæ modis omnibus consultum volebat) consuetudinem haberet: eique consilio & Apœcides sodalis C
l in epidico. assentitur. Plautus:[l]

--- A. sed tu hanc intro abduci iube.
P. *Heus intus vos, exite huc aliquis iam foras:*
Duce istam intro mulierem, concludi volo,
Atque audin? S. *quid vis?* P. *caue sis cum filia mea*
Hanc copulari neque conspicere iam tenes? in ædiculam seorsum isthæc eat, iube.
Deuortunt mores virgini longè, ac lupæ
A. *Doctè & sapienter dicis: non nimis potest*
Pudicitiam quisquam seruare suæ filiæ. D

Hermiones igitur verum esse videtur hoc verbum.

Me perdiderunt ad me ventitando mulieres malæ

Qua ratione & meretricem de vicinia expelli posse, ne pro-
m doct. l. conmima C. de episc. aud. Alciat. d. l. Masurius. bis malo exemplo sit, receptissimum est,[m] eiicique à domo conducta, si hoc locatori visum fuerit.[n] Id quod & paucis ab hinc annis placito curiæ Parisiësis decretum est. Alioq; eiusdem consulto non multo post constitutum, vt ad licitationem rei hastæ,
n doct. l. vide C. de loca & cond. auctionique expositæ, quam curator & ei regendæ datus, vel alius locare velit, impudica prostitutáque fœmina non recipiatur. Eamque ob rem & vbique fere elephanticis, vrbium habi-

A tatione interdicitur: quæque illis assignari solent nosocomia, in suburbiis, aliisue locis, procul ab vrbibus remotis, exædificantur. Quin & Parisini Senatus placito iampridem sancitum fuisse aiunt, vt qui venerea lue (quam vulgus nostratum Neapolitanam appellat) laborarent, extra vrbes habitatum ire cogerentur, & à reliqua plebe segregati, perinde ac elephantiæ morbo impliciti seorsum ab aliis degere: quod eam tum adeo terram, contagiosamque existimarent, vt ab ea non minus, quam ab elephantiasi cauendum censerent, cum tamen temporis succes-
B su mutata sit, & iam prorsus inclinare & consenescere visa sit, sintque ad eam curandam quamplurima inuenta remedia, id decretum paulatim in desuetudinem abiit, * quemadmodum & edictum illud diui Ludouici, de prostibulis extra vrbiũ mœnia construendis, & scortis omnibus ab vrbibus explodendis. Id autem & ante diuum Ludouicum, Tacitum Cæsarem Romæ constituisse ex Flauij Vopisci lectione didici. Sic enim infit.[o] Meritoria intra vrbem stare vetuit, quod quidem diu tenere nõ potuit. Quo in loco dubium non est meritorium pro fornice & lupanari accipi. Sunt enim (vt Firmicus Maternus ait) meritoria
C loca, in quibus prostitutæ fœminæ pudorem corporis nundinantur. Veluti & meritorii pueri dicuntur scorta mascula, quæ ad turpem quæstum prostituuntur, & meretrices quæ venalem passim formam suam exhibent, omnibusque citra delectum, mercedis quæstusque gratia corporis sui copiam faciunt: vtrique à merendo dicti, quod corpore suo mereãt. Nec me tamen latet adiectiui huius (meritorius) latiorem esse significationem, meritoriùmque generaliter dici quicquid quæstus gratia locatur.[p] Vnde & meritorii equi, vel muli. & apud Tranq. meritoria rheda, meritorium vehiculum, & apud Plin. Cæciliũ. Balnea
D meritoria dicuntur mercedis causa constructa: & in quibus soluta balnea tori mercedula homines lauabant: sicut & apud Trãquillũ meritoriũ cœnaculũ accipitur pro ablocatiuo diuersorio.[q] Ita enim ille de Vitellio loquẽs, satis cõstat exituro viaticũ defuisse, tãta egestate rei familiaris, vt vxore & liberis, quos Romæ relinquebat, meritorio cœnaculo abditis, domũ in reliquam partem anni ablocaret. Sed nec illud etiam me præterit.

o Flo. Vopisc. in Tacit.

p l. vrbana prædia vbi Alcia. ff. de verb. signif.

q Tranq. in Vitelio.

* Ea lues quam Galli modo Hispanicam, modo Neapolitanam, Itali & Hispani Gallicam, nostri vero Medici, vt aliquo tandem nominis consisteret, scitè quidem veneream appellarunt, seculi huius auspiciis, vsque adeo tetra & contagionis plena iudicata est, vt illa qui laborarent, perinde ac elephantiacos vrbe exigi placuerit 4. non. Mart. M. CCCC. XC. VI. sed postea successu nescio quo tam crebra, tamque familiaris facta est, vt sua consuetudine, hoc consultum in desuetudinem abire compulerit. Lucius placito, curiæ lib. 6. titu. 17. politica quædam cap. 3.

substantiuè, & absolutè, meritoria quandoque diuersoria vel fullonica, id est fullonum officinas dici, veluti apud Iulianum, cum sic Neruam dicentem refert.[r] Si domus vsusfructus legatus sit, meritoria illic facere, fructuarius non debet, nec per cœnacula diuidere domum, atqui locare potest, sed oportebit quasi domum locare: nec balneum ibi faciendum est. Quod autem dixit (inquit Iulia.) meritoria non facturum, ita accipe quæ vulgo diuersoria, vel fullonica appellantur. Apud Iuuenalem meritoria etiam pro diuersoriis vel balneis accipiuntur. Dum ait.[s] ---*nam quæ meritoria sumnum*
Admittunt?

r l. æquissimum §. item si domus ff. de vsuf.

s Iuue. Saty. 8.

Adduci tamen nulla ratione possum in eam sententiam, vt credam Vopiscum de diuersoriis censuisse, quis enim crediderit tanti nominis Cæsarem edicere voluisse, ne quis hospes, aut peregrinus in vrbe diuersoria taberna exciperetur, neque etiam de thermis, aut balneis intelligi locus ille potest, cum & ex eiusdem authoris verbis perspicuum sit, de his etiam speciatim, nominatimq; à Tacito cautum fuisse, decreuisseq; eum, ne cuiquam nocturno tempore paterent: quo sic facilius obuiam iri seditionibus posset. Vopiscus. * Thermas omnes ante lucem claudi iussit, ne quid per noctem seditionis oriretur. Vnde manifestè consequitur (quod iam diximus) locum illum Vopisci de fornicibus, & impudicarum mulierum receptaculis intelligi debere. Quo sensu & vox illa meritorium accipienda videtur, in epistola illa Seueri, quam scribit ad Rogonium Celsum, Gallias regentem, cuius exemplum extat apud Spartianum,[t] miserum est, vt imitari eius disciplinã militarem nõ possimus, quem per bellum vidimus, milites tui vagantur, tribuni medio die lauant, pro tricliniis popinas habent, pro cubiculis meritoria. Sed vt tandem eò reuertamur, vnde deflexímus, in ea iuris ciuilis epitome, quæ Constantini Hermenopuli nomine inscribitur, extat antiqua quædam constitutio prohibens, ne cuiquam in vrbe lupanar ædificare liceat, ne inde vicinę domui nota aliqua turpitudinis inuratur, cuius contextum à Bernardo Arey latinum factum subiiciendum censui.[u] Lupanar autem neutri ipsorum licebit extruere, propter alterius domus infamiã, quam ex eo sibi pararet: & hæc quidem in ciuitatibus, in pagis vero ad cauponas, & id genus alia ædificanda suis interuallis vtentur. Qui autem legibus suis lupanaria extra vrbium mœnia collocari decreuerunt; ex Hetruscorum disciplina moniti, ita cen-

** Thermæ calida bulnea, sudatoria.*

t Spartia. in Pescenni. nigro.

u Bernar. Arey tit. de lupanar.

A fuisse videri possunt. Nam qui pacis, qui pudicitiæ, qui bonis artibus præessent Dei, eos intra mœnia collocandos putauerũt: qui verò voluptatibus, rixis, incendiis, vt Venus, Mars, Vulcanus, eos excludere ex vrbibus solebant. Vitruuius.[x] Hetruscis (inquit) aruspicibus disciplinarum scriptis ita est dedicatum extra murũ Veneris, Vulcani, Martis fana ideo collocari, vti non insuescat in vrbe adolescẽtibus, seu matribus familiarum Venerea libido, Vulcaniq; vi è mœnibus religionibus & sacrificiis euocata, à timore incendiorum ędificia videantur liberari. Martis verò diui-
B nitas cum esset extra mœnia dedicata, non erat inter ciues armigera dissentio. Sed ab hostibus ea defensa, à belli periculo cõseruabat, &c. Id etiam nostro Senatusconsulto nuper constitutum est, vt famosæ prostitutæque mulieres extra vrbes habitatũ eant. Sanctissima vero illa est Caroli noni nouissima cõstitutio, quam in conuentibus ordinum sui regni Aureliæ habitis, ipse tulit. ne alicubi in hoc regno lupanaria habere, extruereve liceat, vtque extra ordinem in eos animaduertatur, qui ea in ædibus suis habuerint, vel exercuerint: iuridiciis etiam qui ea in re conniuere, dissimularéque visi fuerint, perpetua magistratus abrogatio-
C ne plectendis.[y] Vt enim demus Atheniensium Romanorúmque legibus tolerata fuisse: quis è re Christiana esse dixerit talem locum esse, vbi pudor prostituatur, ac ludibrio habeatur? An id minus scelus est, quam greges furum, & turbas homicidarum publicè ferre.[z] Nunquid sicut diuina lege furta, & homicidia, ita & scortationes prohibitæ sunt? Quod si ad authorem respicias, scribit Lactantius, diabolum, ne quis esset, qui pœnarum metu abstineret alieno, lupanaria cõstituisse, & pudorem infœlicium mulierũ publicasse, vt ludibrio haberet tam eos qui faciunt, quàm quas pati necesse est, A Constat & Theodosiũ lu-
D panaria sustulisse, ædesq; ipsas, in quibus exercebantur funditus diruisse: quod Nicephorus Ecclesiasticę scriptor historię memoriæ prodidit.[a] Videturque & Iustinianus, eorum vsum interdixisse, dũ constituit ne cui liceret lenocinium exercere, domique vel in lustris cõclusas mulieres habere, & publicè prostituere ad libidinem, graui pœna non in illum tantum statuta, sed in eum etiam qui in suis passus fuerit ædibus aliquem lenocinium facere, aut habere aliquem ei negotio propositum, & qui non illico re ad se delata, & cognita, ex ipsis eum ædibus expulerit.[b] Sunt & qui apud Bohemos antiqua lege, prohibita fuisse contendant.[c] Esseque etiamnum quasdam bene constitutas Respub.

x Liu. lib. x. cap. vlt.

y Consti. nouissim. Aure. edictarũ art. c. 1.

z Andr. fric. de rep. emend. lib. 1. cap. 12.

A Lactan. lib. de vero cultu cap. 23.

a Nicephor. Eccles. histor. lib. 12. ca. 22.

b Nou. instit. const. 14. ne quo in loco per'm. Roma. leno. sint.

c Aen. Syl. in dicta & facta Alphõsi arag. reg. lib. 1.

quæ hoc malum publicè non ferant, vt mirum videri possit, in A
nostra Gallia, tamdiu tolerata fuisse: eoq; maximè, quod hac ætate gentiles ea non habeāt, à quibus morum grauitate christianos vinci turpissimum videtur.[d] Sed & iam olim ea ipsis etiam displicuisse, turpiáque & infamia huiusmodi loca habita fuisse, illud indicio est, quod aiunt Stratonicum musicum, quum egrederetur Heraclea ciuitate, portásque ac mœnia circumspiceret percontanti cuidam dixisse, pudet si videar exire è lupanari. Et quod apud Senecam Mento dixit: honorem habitum auriū, maiestatisq; velim vestræ, quòd necesse est in hac causa nominare lupanar. Et paulo inferius, Bibius Rufus. Redoles adhuc fuliginē fornicis obscœnæ.[e] Item & Iuuenalis.[f] B

Intrauit calidum veteri centone lupanar

Et iterum.

Fœda lupanaris tulit ad puluinar odorem.

Et ex nostris Papinianus. Si (inquit) in aliquem locum inhonestum arbiter adesse litigatores iusserit, puta in popinam, vel in lupanar sine dubio ei non parebitur.[g] Tertullianus.[h] Honesta res est, solemnitate publica exigente, inducere domui tuæ habitum alicuius noui lupanaris. Suetonius.[i] Capitale erat, circa C
Augusti simulachrum, seruum cecidisse, nummo, vel anulo effigiem impressam latrinæ, aut lupanari intulisse. Et rursum Tertullianus, à seculo coronantur, & lupanaria, & latrinæ, & pistrina, & carcer, & ipsa spoliaria, ipsæque libitinæ.[k] Petronius arbiter, tardè, imò iam serò intellexi me in fornicem esse deductū, execratus itaque aniculæ insidias, operui caput: & per medium lupanar fugere cœpi in aliam partem. Et statim. Itaque vt ridens Ascyltam consalutaui, quid in loco tam deformi faceret, quæsiui. Imo & apud Senecam eundem, Gestius declamator asserit, virginem quæ in lupanari steterit, loco tamē ipso violari,[l] quod D
tamen postremum ecclesiasticis quibusdam scriptoribus, præsertimque Ambrosio non probatur, qui in hunc modum loquitur. Non lupanaria infamant castitatem, sed castitas etiam loci abolet infamiam: & sicut radius solis, in luto, & cœno non inquinatur, ita castitas, fornicis fœditate non polluitur,[m] quæ sententia vt vera sit, quoad Deum, qui solum hominis mentem intuetur: quantum tamen ad hominum spectat opinionem, dubium non est, quin grauem existimationis suæ notam subeat, quæcumque fornicem ingredi visa fuerit, neque enim, quod C. Cæsar dixit, mulierem tantum pudicam esse oportet, sed etiam

d Ioa. Ludo. Vi. de fœmina Christiana lib. 1. cap. de saltationibus.
e Sen. controuer. lib. 1. contro. 2.
f Saty. 6.
g l. si cum dies §. sed si ff. de arbitr.
h In Apolog.
i in Tiber. cap. 58.
k Tertul. lib. de coro. milit.
l Senec. d. contro.
m Cant. 34. q. 5.

A impudicitiæ nota, suspicionéque carere, nec pudicitiæ Christianæ satis est esse, verùm & videri.[n] Quandoquidem vt est apud Plautum.[o]

Omnes bonos, bonasque
Accurare addecet, suspicionem & culpam vt ab sese segregent.

Quis autem crediderit, religionis ergò, diuinique cultus gratia, fœminam prostibulum ingredi? Illud audacter dixerim, Iurisconsultorum etiam responsis, concessa lupanaria non probari: quamuis enim Vlpianus dixerit, possessorem hereditatis pensiones quas ex locationibus vrbanorum prædiorum perceperit, B restituere debere: in multorúmque honestorum virorum prædiis lupanaria exerceri:[p] non ideo consequens est, honesto viro licere ædes suas, in tam turpem vsum locare, aut cuiquam vtendas dare. Neque tamen æquum est huiusmodi quæstum, si quis inde perceptus fuerit possessorē sibi habere.[q] Nam & alibi scribit † Hermogenes, si possessor ex hæreditate inhonestos habuerit quæstus, eos etiam restituere cogi: ne honesta interpretatio, non honesto quæstui lucrum possessori faciat. Vt sic dilucide liqueat optimo iure, sublata in Gallia lupanaria esse: reique publicæ expedire, vt in cæteris totius Christiani orbis prouinciis, C idem constituatur. Quod enim dicitur, minora mala tolerari, vt maiora quæque deuitentur, Christiano homini vix probabitur: cum traditum sit, mala faciunda nō esse, vt inde eueniant bona. Quin & huic malo, si quod sit, coniugio mederi poterit, extra quod diuina lege prohibitum est omne Veneris exercitiū. Nec enim (vt Lactantius ait) alienis tantū thoris, quos attingere non licet, verumetiam publicis, vulgatisque corporibus abstinēdum est. Ad hoc igitur remedium: quisquis affectus suos frenare non poterit, confugiat, eósque cohibeat, intra præscriptum legitimi D thori, vt & illud quod auide expetit, assequatur, & tamen in peccatum non incidat: neque enim aliter honestè mulier vlla attingi potest, quod & eleganter Catullus in carmine ad Hymeneum expressit.[r]

Nil potest sine te Venus
Fama quod bona comprobet,
Commodi capere, at potest
Te volente quis huic Deo
Compararier ausit?

Videturque ad id respexisse Horatius cum dixit.[s]

Fuit hæc sapientia quondam:

n Tertull. in lib. de cultu fœm.
o in Trinummo.
p l. Ancillarum ff. de pet. hæred.
q l. si possessor eod. tit.
† Hermogenis explosa est iure Gallico.
r Catull. ad hymeneum.
s Horat. de art. poet.

Publica priuatis secernere, sacra prophanis:
Concubitu prohibere vago: dare iura maritis. A

[t] Aristo. polit. lib. 7. Et Aristoteles dum infit.[t] Viri cum alia muliere concubitus, omnino indecorus, & inhonestus habeatur, cum sit appelleturq; maritus. Quod si quid tale tempore procreandis liberis præscripto, quispiam facere manifestò deprehendatur, ignominia scelere digna notetur. Proinde & apud Ouidium Deianira, solam se ab Hercule, cuius legitima sit coniux, sine crimine amatam contendit Ouidius.[u]

[u] Heroid. epi. 9.

Me quoque cum multis, sed me sine crimine amasti. B

Quasi concubina, aut quæuis alia, quæ iugali thoro sociata non sit, attrectari sine noxa nequeat: Quod & sensisse diuus Ambrosius videtur, cum dixit. Iter domino facit, qui inter cæteras continentiæ virtutes, matrimonij limitem non excedit, nec coniugij præscriptum terminum adulterina permixtione commaculat.[v] Nec ad rem facit, quod quidam aiunt, concubinatum iure ciuili permissum fuisse: neque enim id perspicuè lege vlla probari potest. Fuisse quidem extra pœnam legis,[x] & sine metu criminis exerceri potuisse.[y] inficias non iuerim: non tantũ Romanis, sed etiam Israeliticis legibus:[z] quandoquidem & Benedicti patriarchæ (inquit Tertullia.) non modo pluribus vxoribus, verumetiam concubinis, coniugia miscuerunt.[a] non ideò tamen consequens est, probatum fuisse. Et vt fateamur ethnicorum legibus permissum fuisse (quod tamen facilè non concesserim) Leonis tamen imperatoris sanctione sublatum, omninóque vetitum esse constat. Sunt autem illius constitutionis hæc verba. Neque minus ea lex quæ probrosè cum concubinis commisceri non erubescentibus id permittendum indicauit, honestatem susque dèque habuit. Ne ergo hoc legislatoris erratum dedecore nostram rempublicam afficere sinamus. Iaque lex illa in æternum sileto. Ab illa enim non modo religionis, verumetiam naturæ iniuria secundum diuina. Christianisque conuenientia præcepta prohibemur. Equidem si cum fontem habeas sobriè inde haurire diuino præcepto moneare: qua ratione cum puras aquas haurire liceat, lutum tu mauis? Tum tametsi fontem non habeas, rebus tamen vetitis vti non potes. Cæterùm vitæ consortem inuenire difficile non est.[b] Extátque in Epitome iuris ciuilis Constantini Hermonopuli constitutio alia in eundem sensum, & quæ similiter planè disertéque concubinatum C D

[v] Ambro. de sanc. Ioanne bapt. serm. 65.
[x] l. in concubinatu ff. de concub.
[y] l. 1. eod.
[z] 3. Reg. cap. 11. Gen. 25.
[a] Tertull. in exhor. ad Castita.
[b] Const. Leon. Imp. 91.

A tum tollat his verbis. † Quoniam autem apud maiores nostros permissam fuisse cum concubina communionem reperimus, quicũque cum ea familiariter ac domesticè degere vellet, non abs re nos facturos putauimus, si huius quoque sanctionis mentionem faceremus, ne nobis commissa respub. defœdaretur nuptiis inhonestis ac non decentibus. Qua causa moti iubemus ne cui exinde in suis ædibus concubinam habere liceat: quando perexiguum aut nullum omnino discrimen inter concubinatum & fornicationem statuimus: sed si cum ea communionem aliquam habere gestiat contractum matrimonialem cum

B ea initio, obseruata legis solemnitate. Si vero eam legitimæ vxoris appellatione indignam existimarit, nullam per concubitum communionem cum ea exerceto, sed eam repellito: & vxorem accipiat quam iudicarit sibi è re fore. Sed si pudicè ac continenter viuere malit, id nobis omnibus modis foret optandum. c Adde quod & concubina vnius tantum familiaritati & amori se applicabat, & vna cum eo domi manebat: eratque veluti vxor secundaria, quæ citra dotem & sponsalia ducebatur, & (vt Tranquillus ait) habebatur penè iustæ vxoris loco: [d] Ita

C vt honestius veteribus existimatum sit concubinæ quàm amicę nomen: [e] sitque in sacris etiam literis legitima vxor quandoque hoc nomine appellata: [f] dixeritque Vlpianus inter vxorem & concubinam nisi in dignitate nihil interesse. [g] Nam & concubinæ (vt Demosthenes aiebat) non voluptatis causa meretrices, sed propter quotidiana ministeria & curationem corporis alebantur: [h] adeôque ad honesti coniugij rationem concubinatus accedebat, vt quæ patroni concubina esset, honestæ matronæ nomen non amitteret. [i] Vnde & in antiquis inscriptionibus viceconiuges appellabantur. Vt sic quæ de concubinatu tradita

D sunt, ad meretricium trahenda non sint. Et vt demus legibus Imperatorum tolerata lupanaria fuisse, non ideo Christiani principes aduersus legem Christi ferre ea debent. vt enim adulteria & stupra, ita & lupanaria apud Deum sunt maledicta, [k] vnde Hieronimus. [l] Aliæ (inquit) sunt leges Cæsarũ, aliæ Christi, aliud Papinianus, aliud Paulus noster præcipit. Apud illos viris impudicitiæ frena laxantur, & solo stupro, atque adulterio condemnato, passim per lupanaria & ancillulas libido permittitur, quasi culpam dignitas faciat, nõ voluntas. Apud nos, quod non licet fœminis, æque non licet viris. Et alibi non hic scorta, non hic lupanaria condemnãtur, de quorum damnatione nul-

† Constitutio aduersa tur sentẽtiæ Langlæi supra allatæ.

c Constãtinus Hermenopulus lib. 4. tit. 8. c.

d Tranquill. in Vespasiano cap. 3.

e l. Masurius ff. de verb. signif.

f Iudicũ cap. 19. & 20.

g l. item legato §. parui. de leg. 3.

h Demosthenes in neære.

i l. si vxor. ff. de adulteriis.

k Tertull. in lib. de anima.

l In epitaphi. Fabiolæ.

la dubitatio est:[i] Quã sententiã,& illud nonnihil adiuuat,quod A
dominus contra Hierusalẽ exclamans,eo quod ędificauerit sibi lupanar,per Ezechielem ita loquitur. Ædificasti tibi lupanar & fecisti tibi prostibulũ in cunctis plateis ad omne caput vię ædificasti signũ prostitutionis tuę. Et paulo post. Ædificasti tibi habitaculum fornicationis, & fecisti tibi prostibulũ in omni platea. Et rursum. Destruent lupanar tuum, & demolientur prostibulum tuum. Et iterum paucis interpositis. Suffodient lupanar tuum, & destruent basim tuam. [k] Extat autem in libro numerorum, stupri etiam in lupanari commissi, seuere vindicati memorandum exemplum, quod his verbis scriptum legitur. [l] Et B
ecce vnus de filiis Israel intrauit coram fratribus suis ad scortum Madianitidem vidente Moyse, & omni turba filiorum Israel, qui flebant ante fores tabernaculi. Quod cum vidisset Phinees filius Eleazari filij Aaron sacerdotis, surrexit de medio multitudinis, & arrepto pugione ingressus est post virum Israelitem in lupanar,& perfodit ambos simul, virum scilicet & mulierem in locis genitalibus. Illud constat, Bononiæ, multorúmque aliorum in Italia municipiorum legibus cautum esse, vt quæ meretricium quæstum faciunt, vel inuitæ deducantur in C
lupanaria: [m] quod vtique non improbè constitutum, plerique contendunt, hac enim ratione (quod iam diximus) matronarum pudicitiæ consulitur, ne confinij vitio lædatur. [n] Crebrius tamen receptum est ad mulieres nuptas quantumuis impudicas & meretricium faciẽtes, trahi leges illas non debere [o] quod ad eas nõ impunè accedatur: possitque maritus in vxore quamuis meretrice, adulteriũ vindicare: neque enim matrimonium qualecumque sit violare permittitur. [p] vulgoq; ideò receptum est, quæ legibus aduersus fœminas prostratæ venalisque pudicitiæ sancita sunt, ad coniugatas porrigenda non esse.[q] Vnde quę D
connubio iuncta cuiquam sit, meretrix, ob æs alienum prehendi, carceréque attineri non poterit. [r] neque impunè ei erit, qui eam quoquomodo iniuria affecerit. quamuis municipij lege, extra pœnam is sit, qui famosæ prostitutæque mulieri iniuriam intulerit: [s] neque adulterij accusationem, quam maritus aduersus vxorem coram ordinario instituerit, cui concessum est vt solus de meretricibus ius dicat, ad forum suum relegari iuste postulabit. [t] vt non immerito Abdias apostolicæ historiæ scriptor, iudicium illud vti nefarium, & improbum reprehendat, quo Trophinia quamuis viro sociata, hortatu vxoris Lisbij

i Hiero. aduersus iouiniæ. lib. 1.

k Ezechiel. cap. 16.

l Nume. 25.

m Bald. l. consentaneum C. quo. & quando iud. Feli. c. pastoralis de iudic.

n Doct. d. l. mima. gemi. & alij cap. 1. de vsu in 6.

o Bald. d. l. consatenum Barba. cons. 27 1. vol. 10. l. si viro §. de viro ff. sol. matri Feli. d. c. pastoralis ripa l. is cui ff. de verb. oblig.

p l. si vxor § 1. ff. de adult.

q Bald. & Alex. sic. d. l. consentonũ. sic. d. cap. pastoralis.

r Io. And. in add. ad spec. tit de iniuriis & dam. da. in rub. Alex. d. §. de viro Ias. & Anto. de Alex. l. plerique ff. de in[illegible]

s Io. And. d. rub. de iniur. & dam. da.

t Capic. decisio. Neap. 4.

A Achaię proconsulis, veluti scortum lupanari damnata sit, quam tamen eò deductam euangelij oppositione se à stupro defendisse prodit. [u] Ego vero vt meum quoque hac in re iudicium interponam, tantum abesse putauerim, ne in lupanar inuita, quæ nupta sit, retrudi possit: vt nec solutam etiam quamuis in prostibulo repertam, ad stuprum cogi posse credam. hoc enim pacto aduersus diuinas, humanasque leges ad peccandum adigeretur, quod quàm ridiculum sit, quis non videt? [x] Nam & quid obstat quominus illa pœnitentia ducta exemplo Trophimæ resipiscat, aliudque longe melius, & sibi salutare vitæ genus eligat? Sed & quis sani iudicij dixerit, lupanaria omnia vti aduersus diuinas leges extructa è Christiana republica eiici non debere? vt sic non dubitem, quin municipales illæ omnes leges, veluti diuinæ legi contrariæ aboleri protinus debeant. [y] Illud cum ex Tertulliano, tum ex diuo Ambrosio, & aliis vetustioribus coniicere licet, olim à gentilibus in Christianas mulieres, ita animaduersum, vt lupanario damnatæ, sui copiam facere cogerentur, quod supplicium illis quacumque morte grauius fuit. Tertullianus. Nam proxime ad lenonem damnando Christianam potius, quàm ad leonem, confessi estis labem pudicitiæ

C apud nos atrociorē omni pœna, & omni morte reputari. [z] Ambrosius. Aut sacrificare virginem, aut lupanari prostitui iubent. [A] Et rursum. Vnum tibi è duobus elige, aut cum virginibus deæ Vestæ sacrifica, aut cum meretricibus scortaberis in contubernio lupanari. [a] Et mox. Adhæc insanus iudex iussit eam expoliari, & nudam ad lupanar duci. Ado Treuerensis Episcopus. Ego faciam te ad lupanar duci, vt dum fueris scortata, fugiat à te spiritus sanctus. Et mox. Post hęc Pascasius tradidit eam lenonibus dicens. Inuitate ad castitatem eius populos, & facite eam tamdiu illudi, donec mortua nuncietur. Quam lenones

D nullatenus mouere potuerunt, cum simul ex officio impellentes accessissent, nec funibus additis, aut boum paribus plurimis. [b]

(B at the line "gat? Sed & quis sani iudicij dixerit")

u Abd. apost. hist. lib. 3. in Andrea.

x Bar. l. si vxor. ff. de adult. purpura. & Alcia. l. rogasti ff. si cert. peta.

y Bald. l. de quibus ff. de leg.

z Tertull. in Apolog.

A Ambr. lib. de Virgi. 2.

a Ambr. sermo 9. de passio. beatæ Agnetis.

b Do. in vita sancta Luciæ.

 A

Perſonas induere in Gallia Capitale eſſe.

CAP. IX.



Erſonarum vſum, peculiarem olim hiſtrionum ſcœnicorumque fuiſſe, ex vererum aurhorum lectione conſtat. Et hi enim perſonis tecti, fabulas & comœdias agebant, Vnde & authore Tranquillo. [a] Nero tragœdias canrauit B perſonatus Heroum, Deorumque: irem heroidum, ac Dearum perſonis effictis, ad ſimilitudinem oris ſui, & fœminæ prout quamque deligeret. Scribit tamen Sextus Pompeius, Arellanos proprie vocari perſonatos, quod ius iis ſit non cogi in ſcæna ponere perſonas, quod cæteris hiſtrionibus pari neceſſe eſt. Perſonata itaque fabula dicebarur, quæ à perſonatis agebatur hiſtrionibus. Perſonis primus vri cæpit Roſcius Gallus præcipuus hiſtrio, qui oculis ſubuerſis erat: nec ſatis decorus, ſolus ramen Ciceronis teſtimonio dignus qui in ſcæna ſpectaretur ſolusque dignus qui eò non accederer. [b] Plus enim C fidei quàm artis, plus veritaris quàm diſciplinæ poſſidebar in ſe: quem populus Romonus meliorem virum, quam hiſtrionem eſſe arbitrabatur, qui ita digniſſimus erat ſcæna propter artificium, vt digniſſimus eſſer curia propter abſtinenriam, [c] Perſonæ autem vocabulum hic accipiendum eſt pro regmine, quo os facieſque hominis regirur. Diciturque vt C. Baſſus exiſtimauir à perſonando: nam caput (inquit) & os cooperimento perſonæ tectum vndique, vnaque tantum vocis emittendæ via peruium, quod non vaga neque diffuſa eſt, in vnum tantummodo exitum collectam, coactamque vocem, & magis claros, canoroſque ſonirus facit. quoniam igitur indumentum illud oris, D clareſcere & reſonare vocem facir, ob eam cauſſam, perſona dicta eſt, o litera propter vocabuli formam productiore. [d] Græci προσωπεῖον vocant, & μορμολύκειον Latinè etiam dicitur larua. Horarius in ſermonibus.

Nil illi larua. aut tragicis opus eſſe Cothurnis.

Vnde eriam laruari perſonari dici poſſunr. dicitur etiam reticulus, ſeu reticulum Plin. [e] Perſona adiiciatur capiri, denſuſve rericulus. Cicero. [f] Rericulumque ad nares ſibi apponebat, tenuiſſimo filo, minutiſſimis maculis plenum roſæ. Quibus in

a Tranquil. in nero. cap. 21.

b Cic. in orat. pro Pub. Quint.

c Cic. in orat. pro Q. Roſc. Comœ.

d Gell. noct. attic. lib. 5. cap. 7.

e Plin. lib. 12. cap. 14.

f 7. in Verr. act.

A locis apparet reticulum accipi pro fascia lanea, vel linea, ad formam retis facta, quam faciei admouemus, ne agnoscamur. Illud constat Romæ primum tibicines obtinuisse, vt illis personatis per vrbem vagari, cursitatéque liceret. cum Tibure ebrij plaustris Româ reuecti fuissent. cum enim illos suę illius temulentiæ puderet, petierunt sibi personarum vsum concedi, ad vultum, caputque tegendum ne agnosci possent. Liuius. [g] Tibicines (inquit) quia prohibiti à proximis censoribus erant in æde Iouis vesci: quod traditum antiquitus erat, ægre passi Tibur
B vno agmine abierunt: adeo vt nemo in vrbe esset, qui sacrificiis præcineret. Eius rei religio tenuit senatum, legatosque Tybur miserunt, vt darent operam vt hi homines Romanis restituerentur. Tyburtini benignè polliciti, primum accitos eos in curiam hortati sunt vt reuerterentur Romam: postquam perpelli nequibant, consilio haud abhorrente ab ingeniis hominum eos aggrediuntur. Die festo alij alios per speciem celebrandarum cantu epularum causa inuitant: & vino cuius auidum fermè genus est oneratos sopiunt: atque ita in plaustra somno victos coniiciunt, ac Romam deportant: nec prius sensere, quàm
C plaustris in foro relictis, plenos crapulæ eos lux oppressit. Tunc concursus populi factus: impetratóque vt manerent, datum vt triduum quotannis ornati, cum cantu, atque hac quæ nunc solemnis est licentia, per vrbem vagarentu: restitutumque in æde vescendi ius iis, qui sacris præcinerent. Valer. [h] Tibicinum quoque collegium solebat in foro vulgi oculos in se conuertere, cum inter publicas, priuatasque ferias, & actiones, personis tecto capite, variaque veste velatis, concentus edidit: Inde tracta licentia. quondam vetiti in æde Iouis (quod prisco more factitauerant) vesci, Tybur irati se contulerunt: quorum ministerio
D senatus deserta sacra non æquo animo ferens, per legatos à Tyburtibus petiit, vt eos gratia sua Romanis templis restituerent: quos illi in proposito perseuerantes, interposita festæ epulationis simulatione, mero somnoque sopitos plaustris deuehendos curauerant: quibus & honos pristinus restitutus, & huiusce lusus ius est datum. Personarum vsus pudorem circumuentæ temulentiæ causam habet. In Quinquatriis quoque minoribus, & Megalensibus personati per vrbem ludendo incedebant. Erant autem Quinquatres minores Mineruæ sacri, qui ædibus iuniis celebrabantur, quando tibicines personati per vrbem incedebant, vt illi qui alias ebrij Tybure Romam reducti fuis-

[g] Ab vrb. cond. lib. 9.

[h] Val. lib. 2. de inst. antiq. cap. 171.

sent, iudicarentur personati esse inter alios ignotos. de quibus A
i Fast. lib. 5. Ouidius.[i]

Et iam Quinquatres iubeor narrare minores
Nunc ades, o, cœptis flaua Minerua meis
Cur vagus incedit tota tibicen in vrbe?
Quid sibi personæ? quid toga longa volunt?
Callidus vt posset specie, numeróque senatum
Fallere, personis imperat ora tegi,
Admiscetque alios, & vt hunc tibicina cœtum
Augeat, in longis vestibus ire iubet. B

Megalenses vero ita dicti, quod in honorem magnæ matris Deum fiebant. de quibus sic Herodianus in Commodo. Veris initio stato solemnique die pompam matri Deum Romani celebrant. In ea quæ apud quemque sunt diuitiarum præcipua, suppellexque pleraque imperatoria, materiæ, aut artis spectandę preferri ante Deam solent, passimque omnibus ludendi licentia permissa, sic vt personas induant quas cuique libitum, nullamque non magistratuum quoque imaginem, prout cuiusque studium repręsentent, sic vt non temerè à falsis veros dignosces. Hactenus Herodianus has personas vulgus nostratium fictos vultus, aut mascas appellat: nonnulli & qui purius loquuntur facies ementitas, aut adulterinas vocant, quas pueri maximè reformidant, vt ostendit Iuuenal. Saty. 3, dicens. C

---Cum personæ pallentis hiatum
In gremio matris formidat rusticus infans.

k Epig. li. 14. Et Martialis.[k]

Sum figuli lusus Rusi persona Bataui
Quæ tu derides, hæc timet ora puer. D

Morem itaque induendi personas, quem Galli nostri cum Itàlis, Germanis, Hispanis, & plerisque aliis communem habent ex antiquis Romanorum Quinquatriis Megalensibúsque ludis fluxisse arbitror. Is huiusmodi est, vt quindecim, vel plures ante quadragesimæ initium, dies, quamplurimi viri & fœminæ conueniant, aleatoriique ludi societatem ineant, qui personati, & accensas faculas ferentes per vrbes gregatim circumcursent, in ædesque ciuium (si modo fores illis non occludantur) introeant, eos à quibus excipiuntur ad ludum prouocantes, à quibus non antea discedunt, quàm vel lucrum, vel damnum

A fecerint: fitque sæpius vt falsorum taxillorum iactu illis imponant, neque solùm illis diebus ciuium domus inuisunt, sed quacumque ferè anni parte: vixque vllum celebratur nuptiale conuiuium, vel aliquod aliud, quod splendoris nonnihil præ se ferre videatur, ad quod laruati illi, & ij quidem inuocati non accedant. Qui si nihil aliud quàm lucrum ex alea sperarent, ferri vtique possent: sed crebrius vel matronarum, vel virginum pudicitiæ insidiantur, aut aliud quidpiam sceleratum moliuntur. Cuius pœnam nullo negotio vitaturos se confidunt, dum
B faciem habentes apposititiam, à nemine dignoscantur. Nullum enim sceleris est genus, quod non audeant perinde ac si id illis impune liceat, nihilque maleficij videatur committi, si vera hominis facies non videatur. Vnde & in hac nostrate Armorica quæcumque ferè cædes, expilationes, & latrocinia noctu præsertim patrantur, non nisi à personatis viris faciémque larua, vel linteo, pannove sericeo, aut alio velamine tectam habentibus admitti compertissimum est: vt optimo iure regia sanctione à Francisco rege huius qui regnat auo, lata constitutum sit: ne quis personatus per vrbes, vel agros vagari audeat, grauissi-
C mo supplicio constitutionis eius temeratoribus indicto. Quam quidem legem tametsi sanctissimam, magistratuum incuria penè exoleuisse manifestum est. quorum aliqui ad huiusmodi legis transgressores, tantum non conniuent: sed cum hoc ludicro plurimùm se delectari dicant, hilari vultu ædibus suis eos excipiunt, vxorésque suas, filias & virgines eorum fidei creditas, & quæ his famulantur cum illis saltantes, noctes insomnes transigere permittunt. Cum tamen abrogata nunquam fuerit ea constitutio, debeatque idcirco pro viridi (quod dicunt) obseruantia valere. [l] Rectissi-
D mè vrbium præfectos, aliosque magistratus (ad quos hæc cura spectat) muneribus suis functuros, crediderim: si iterum sonitu tubæ, publicóque præconio, in singulis oppidorum quadriuiis publicari, & in suis etiam auditoriis, per actuarios suos recitari eam faciant: condignoque supplicio in eos (si qui in posterum offendantur temeratores) animaduertant. neque tamen aduersus eos qui antea deliquerint, legis seueritatem exerceant, quòd ea lex vnanimi veluti ciuium concensu videatur in desuetudinem abiisse, æquumque sit, propter delinquentium multitudinem illis ignosci. [m] Quod & Traianum Plinio Iuniori, de alienis ciuibus

l l. Ariani C. de hæret. & Manich.

m Can. vt constitueretur 50. dist.

in senatum Bithiniæ contra legem Pompeiam adscitis scripsisse scimus, nempe quamuis & legis authoritas, & longa consuetudo vsurpara contra legem in diuersum mouere Plinium potuerit, sibi tamen temperamentum hoc placere, vt ex prǽterito nihil nouetur, sed maneant quamuis contra legem adsciti quarumcumque ciuitarum ciues, in futurum autem lex Pompeia obseruetur: cuius vim si retro quoque velit custodire multa necesse sit perturbari. [n] Ne quis autem asperiorem eam constitutionem existimet, quæ ita animaduertendum in eos qui personas induunt, censet: sciat id quoque crimen Anglorum legibus seuerissime coerceri. Apud quos scribit Polido. Vergil. qui paucis ab hinc annis eius gentis res gestas eleganter, & erudite posteritati reliquit, capitale esse si quis personam induerit, Angliamque idcirco vnam omnium regionum esse, quæ eiusmodi personatas belluas hactenus non viderit, nec videre quidem velit. [o] Cum hæc scripsissem, incidi in librum Ioannis Ludouici Viuis, cui titulus de Christia. fœmi. in quo quædam in personatos eleganter dicta comperi, quæ huc non grauabor adscribere. Ita enim ille. Inuentus est mos non ita pridem, vt viri & fœminæ personati, vrbem totam circumcursitent, saltantes per celebres domos: quales sunt procerum, diuitum, aut in quibus aliqui conuiuantur, seu potant verius. atque huic ludicro ita quidem sunt dediti, vt nihil affirment esse paris oblectamenti, quàm cum in modum capite obuoluto, domos circumire. vident ipsi & noscunt omnes, à nemine cogniti: vt infantes pueriли, qui magnam capiunt voluptatem, cum admotis ori manibus putant se ab aliis non cerni, & audiunt se ab aliis requiri. Sed sub larua eiusmodi multa delitescunt flagiria. Primum curiositas immodica mulierum, quæ scire quid vbique agatur, vehementer auent: qui conuiuentur, quo ordine, quo modo ornati, quàm splendido apparatu: vnde nascitur inuidentia, loquacitas, detractio, infamatio. Amicum quis credit se recipere, recta facie hostis est, & quidem capitalis, qui exploratum ingreditur, quà noceat, & inimicum retectum licet excludere, hunc opertum non licet. Tum habenæ laxantur impudentiæ muliebri. quæ enim aliquo proficisci & saltare erubesceret cognita, non veretur id facere laruata, eoque nullus est illic respectus ætatis, dignitatis, fortunæ, existimationis. Nec solum audiunt obscœna, & se indigna, sed dicunt intrepide, quæ nec cogitare quidem,

n Traia. Plinio epist. Plin. lib. 10.

o Polid. verg. lib. de inuentorib. 5. ca. 2.

A quidem auderent si noscerentur, verum omnia exæquat oculis spectantium larua, velut tenebra quædam obiecta, ita assuescunt paulatim impudentiæ, vt detrimentum quod sub persona accepit verecundia, citra personam proferat, & ostendat, hæc ille. Crediderim itaque huiusmodi personarum vsum de medio tolli, stirpitúsque euelli reipublicæ expedire: atque vt fiat commercium earum, pictoribus, propolis, cæterisque negotiatoribus omnibus, præterquam choragis, interdici oportere, neque vnquam existimaui tales fucos, facieique tegmina, probis viris, qui tales sunt, quales videri volunt, conuenire: sed magis impostores

B decere, qui aliud quàm sint præseferunt. Et hi enim vere personati dicuntur, quod (vt eleganter Seneca dixit) personam malint, quàm faciem, id est, videri præoptent, quàm esse, vnde & Lucret.[p]

Nam veræ voces tum demum pectore ab imo
Eliciuntur, & eripitur persona, manet res

Ideóque & in diuitum hæredes, qui dolorem gestu simulant, cum re ipsa gaudeant, extat Publianus ille mimus sane quam elegans.

Hæredis fletus sub persona risus est.

C Personas autem hasque facies ementitas inuenisse dicitur Æschylus poëta, quarum vsu nondum reperto, mimi peruncti ora olei fæcibus, fabulas agebãt, quod Horatius ostendit in poetica dicens.

Ignotum tragicæ genus inuenisse camœnæ
Dicitur, & plaustris vexisse poemata Thespis,
Quæ canerent, ageréntque peruncti fæcibus ora.
Post hunc personæ, Pallæque repertor honestæ.
Aeschylus.

Fuit autem Thespis (vt est apud Suidam) Icari filius, tragicus,

D qui primum fuco illita facie, tragœdias egit: deinde portulaca illam texit: post lineis laruis vsus est. Sunt etiam qui tradant veteres ante personas inuentas, ad tegendas facies, ficulneis foliis vsos.[q] Hac vero ætate visi sunt plerique non histriones tantùm & mimi, sed & grassatores, inuolatorésque, quibus personæ non suppetebant, ædes alienas expilasse, horrendáque alia facinora perpetrasse, cum farina tantum essent conspersi, minióque aut conchylio tincti, vel fucis, aut aliis pigmentis illiti. Qui mos peccandi vetustissimus est, vt ex Plutarcho cognosci potest, cum de cæde Romanorum à Damone æqualibusque aliquot suis cali-

AAaa

p Lucr. lib. 7.

q Suidas in verb. Θρίαμβος.

in ſenatum Bithiniæ contra legem Pompeiam adſcitis ſcripſiſ- A
ſe ſcimus, nempè quamuis & legis authoritas, & longa conſuetudo vſurpata contra legem in diuerſum mouere Plinium potuerit, ſibi tamen temperamentum hoc placere, vt ex præterito nihil nouetur, ſed maneant quamuis contra legem adſciti quarumcumque ciuitatum ciues, in futurum autem lex Pompeia obſeruetur: cuius vim ſi retro quoque velit cuſtodire multa neceſſe ſit perturbari. [n] Ne quis autem aſperiorem eam conſtitutionem exiſtimet, quæ ita animaduertendum in eos qui perſonas induunt, cenſet: ſciat id quoque crimen Anglorum legibus ſeueriſſime coerceri. B Apud quos ſcribit Polido. Vergil. qui paucis ab hinc annis eius gentis res geſtas eleganter, & erudite poſteritati reliquit, capitale eſſe ſi quis perſonam induerit, Angliamque idcirco vnam omnium regionum eſſe, quæ eiuſmodi perſonatas belluas hactenus non viderit, nec videre quidem velit. [o] Cum hæc ſcripſiſſem, incidi in librum Ioannis Ludouici Viuis, cui titulus de Chriſtia. fœmi. in quo quædam in perſonatos eleganter dicta comperi, quæ huc non grauabor adſcribere. Ita enim ille. Inuentus eſt mos non ita pridem, vt viri & fœminæ perſonati, vrbem totam cir- C
cumcurſitent, ſaltantes per celebres domos: quales ſunt procerum, diuitum, aut in quibus aliqui conuiuantur, ſeu potant verius. atque huic ludicro ita quidem ſunt dediti, vt nihil affirment eſſe paris oblectamenti, quàm eum in modum capite obuoluto, domos circumire. vident ipſi & noſcunt omnes, à nemine cogniti: vt infantes pueruli, qui magnam capiunt voluptatem, cum admotis ori manibus putant ſe ab aliis non cerni, & audiunt ſe ab aliis requiri. Sed ſub larua eiuſmodi multa delitescunt flagitia. Primum curioſitas immodica mulierum, quæ ſcire quid vbique agatur, vehementer auent: qui D
conuiuentur, quo ordine, quo modo ornati, quàm ſplendido apparatu: vnde naſcitur inuidentia, loquacitas, detractio, infamatio. Amicum quis credit ſe recipere, tecta facie hoſtis eſt, & quidem capitalis, qui exploratum ingreditur, quà noceat, & inimicum retectum licet excludere, hunc opertum non licet. Tum habenæ laxantur impudentiæ muliebri. quæ enim aliquo proficiſci & ſaltare erubeſceret cognita, non veretur id facere laruata, eoque nullus eſt illic reſpectus ætatis, dignitatis, fortunæ, exiſtimationis. Nec ſolum audiunt obſcæna, & ſe indigna, ſed dicunt intrepidè, quæ nec cogitare quidem

[n] Traia. Plinio epiſt. Plin. lib. 10.

[o] Polid. verg. lib. de inuentor. rer. 5. ca. 2.

A quidem auderent si noscerentur, verum omnia exæquat oculis spectantium larua, velut tenebra quædam obiecta, ita assuescunt paulatim impudentiæ, vt detrimentum quod sub persona accepit verecundia, citra personam proferat, & ostendat, hæc ille. Crediderim itaque huiusmodi personarum vsum de medio tolli, stirpitúsque euelli reipublicæ expedire: atque vt fiat commercium earum, pictoribus, pi opolis, cæterisque negotiatoribus omnibus, præterquam choragis, interdici oportere, neque vnquam existimaui tales fucos, facieique tegmina, probis viris, qui tales sunt, quales videri volunt, conuenire: sed magis impostores B decere, qui aliud quàm sint præseferunt. Et hi enim verè personati dicuntur, quod (vt eleganter Seneca dixit) personam malint, quàm faciem, id est, videri præoptent, quàm esse, vnde & Lucret. [p] p Lucr. lib. 7.

Nam veræ voces tum demum pectore ab imo
Eliciuntur, & eripitur persona, manet res

Ideóque & in diuitum hæredes, qui dolorem gestu simulant, cum re ipsa gaudeant, extat Publianus ille mimus sane quam elegans.

Hæredis fletus sub persona risus est.

C Personas autem hasque facies ementitas inuenisse dicitur Æschylus poëta, quarum vsu nondum reperto, mimi peruncti ora olei fæcibus, fabulas agebāt, quod Horatius ostendit in poetica dicens.

Ignotum tragicæ genus inuenisse camœnæ
Dicitur, & plaustris vexisse poemata Thespis,
Quæ canerent, ageréntque peruncti fæcibus ora.
Post hunc personæ, Pallæque repertor honestæ.
Aeschylus.

Fuit autem Thespis (vt est apud Suidam) Icari filius, tragicus, D qui primum fuco illita facie, tragœdias egit: deinde portulaca illam texit: post lineis laruis vsus est. Sunt etiam qui tradant veteres ante personas inuentas, ad tegendas facies, ficulneis foliis vsos. [q] Hac vero ætate visi sunt plerique non histriones tantùm & mimi, sed & grassatores, inuolatoresque, quibus personæ non suppetebant, ædes alienas expilasse, horrendáque alia facinora perpetrasse, cum farina tantum essent conspersi, minióque aut conchylio tincti, vel fucis, aut aliis pigmentis illiti. Qui mos peccandi vetustissimus est, vt ex Plutarcho cognosci potest, cum de cæde Romanorum à Damone æqualibusque aliquot suis cali-

q Suidas in verb. Θρίαμβος.

in senatum Bithiniæ contra legem Pompeiam adscitis scripsisse scimus, nempè quamuis & legis authoritas, & longa consuetudo vsurpata contra legem in diuersum mouere Plinium potuerit, sibi tamen temperamentum hoc placere, vt ex præterito nihil nouetur, sed maneant quamuis contra legem adsciti quarumcumque ciuitatum ciues, in futurum autem lex Pompeia obseruetur: cuius vim si retro quoque velit custodire multa necesse sit perturbari. [n] Ne quis autem asperiorem eam constitutionem existimet, quæ ita animaduertendum in eos qui personas induunt, censet: sciat id quoque crimen Anglorum legibus seuerissime coerceri. Apud quos scribit Polido. Vergil. qui paucis ab hinc annis eius gentis res gestas eleganter, & crudite posteritati reliquit, capitale esse si quis personam induerit, Angliamque idcirco vnam omnium regionum esse, quæ eiusmodi personatas belluas hactenus non viderit, nec videre quidem velit. [o] Cum hæc scripsissem, incidi in librum Ioannis Ludouici Viuis, cui titulus de Christia. fœmi. in quo quædam in personatos eleganter dicta comperi, quæ huc non grauabor adscribere. Ita enim ille. Inuentus est mos non ita pridem, vt viri & fœminæ personati, vrbem totam circumcursitent, saltantes per celebres domos: quales sunt procerum, diuitum, aut in quibus aliqui conuiuantur, seu potant verius. atque huic ludicro ita quidem sunt dediti, vt nihil affirment esse paris oblectamenti, quàm cum in modum capite obuoluto, domos circumire. vident ipsi & noscunt omnes, à nemine cogniti: vt infantes pucrili, qui magnam capiunt voluptatem, cum admotis ori manibus putant se ab aliis non cerni, & audiunt se ab aliis requiri. Sed sub larua eiusmodi multa delitescunt flagitia. Primum curiositas immodica mulierum, quæ scire quid vbique agatur, vehementer auent: qui conuiuentur, quo ordine, quo modo ornati, quàm splendido apparatu: vnde nascitur inuidentia, loquacitas, detractio, infamatio. Amicum quis credit se recipere, tecta facie hostis est, & quidem capitalis, qui exploratum ingreditur, quà noceat, & inimicum retectum licet excludere, hunc opertum non licet. Tum habenæ laxantur impudentiæ muliebri. quæ enim aliquo proficisci & saltare erubesceret cognita, non veretur id facere laruata, eoque nullus est illic respectus ætatis, dignitatis, fortunæ, existimationis. Nec solum audiunt obscæna, & se indigna, sed dicunt intrepide, quæ nec cogitare quidem

[n] Traia. Plinio epist. Plin. lib. 10.

[o] Polid. verg. lib. de inuentorib. 5. ca. 2.

A quidem auderent si noscerentur, verum omnia exæquat oculis spectantium larua, velut tenebra quædam obiecta, ita assuescunt paulatim impudentiæ, vt detrimentum quod sub persona accepit verecundia, citra personam proferat, & ostendat, hæc ille. Crediderim itaque huiusmodi personarum vsum de medio tolli, stirpitúsque euelli reipublicæ expedire: atque vt fiat commercium earum, pictoribus, propolis, cæterisque negotiatoribus omnibus, præterquam choragis, interdici oportere, neque vnquam existimaui tales fucos, facieique tegmina, probis viris, qui tales sunt, quales videri volunt, conuenire: sed magis impostores decere, qui aliud quàm sint præseferunt. Et hi enim verè personati dicuntur, quod (vt eleganter Seneca dixit) personam malint, quàm faciem, id est, videri præoptent, quàm esse, vnde & Lucret. [p] B p Lucr. lib. 7.

Nam veræ voces tum demum pectore ab imo
Eliciuntur, & eripitur persona, manet res

Ideóque & in diuitum hæredes, qui dolorem gestu simulant, cum re ipsa gaudeant, extat Publianus ille mimus sane quam elegans.

Hæredis fletus sub persona risus est.

C Personas autem hasque facies ementitas inuenisse dicitur Æschylus poëta, quarum vsu nondum reperto, mimi peruncti ora olei fæcibus, fabulas agebãt, quod Horatius ostendit in poetica dicens.

Ignotum tragicæ genus inuenisse camœnæ
Dicitur, & plaustris vexisse poemata Thespis,
Quæ canerent, ageréntque peruncti fæcibus ora.
Post hunc personæ, Pallæque repertor honestæ.
Aeschylus.

Fuit autem Thespis (vt est apud Suidam) Icari filius, tragicus, D qui primum fuco illita facie, tragœdias egit: deinde portulaca illam texit: post lineis laruis vsus est. Sunt etiam qui tradant veteres ante personas inuentas, ad tegendas facies, ficulneis foliis vsos. [q] Hac vero ætate visi sunt plerique non histriones tantùm & mimi, sed & grassatores, inuolatoréſque, quibus personæ non suppetebant, ædes alienas expilasse, horrendáque alia facinora perpetrasse, cum farina tantum essent conspersi, minióque aut conchylio tincti, vel fucis, aut aliis pigmentis illiti. Qui mos peccandi vetustissimus est, vt ex Plutarcho cognosci potest, cum de cæde Romanorum à Damone æqualibusque aliquot suis cali- q Suidas in verb. Θέσπις.

A quidem auderent si noscerentur, verum omnia exæquat oculis spectantium larua, velut tenebra quædam obiecta, ita assuescunt paulatim impudentiæ, vt detrimentum quod sub persona accepit verecundia, citra personam proferat, & ostendat, hæc ille. Crediderim itaque huiusmodi personarum vsum de medio tolli, stirpitúsque euelli reipublicæ expedire: atque vt fiat commercium earum, pictoribus, propolis, cæterisque negotiatoribus omnibus, præterquam choragis, interdici oportere, neque vnquam existimaui tales fucos, facieique tegmina, probis viris, qui tales sunt, quales videri volunt, conuenire: sed magis impostores B decere, qui aliud quàm sint præseferunt. Et hi enim verè personati dicuntur, quod (vt eleganter Seneca dixit) personam malint, quàm faciem, id est, videri præoptent, quàm esse, vnde & Lucret.[p] p Lucr. lib. 7.

Nam veræ voces tum demum pectore ab imo
Eliciuntur, & eripitur persona, manet res

Ideóque & in diuitum hæredes, qui dolorem gestu simulant, cum re ipsa gaudeant, extat Publianus ille mimus sane quam elegans.

Hæredis fletus sub persona risus est.

C Personas autem hasque facies ementitas inuenisse dicitur Æschylus poëta, quarum vsu nondum reperto, mimi peruncti ora olei fæcibus, fabulas agebãt, quod Horatius ostendit in poetica dicens.

Ignotum tragicæ genus inuenisse camœnæ
Dicitur, & plaustris vexisse poemata Thespis,
Quæ canerent, ageréntque peruncti fæcibus ora.
Post hunc personæ, Pallæque repertor honestæ.
Aeschylus.

Fuit autem Thespis (vt est apud Suidam) Icari filius, tragicus, D qui primum fuco illita facie, tragœdias egit: deinde portulaca illam texit: post lineis laruis vsus est. Sunt etiam qui tradant veteres ante personas inuentas, ad tegendas facies, ficulneis foliis vsos.[q] Hac vero ætate visi sunt plerique non histriones tantùm & mimi, sed & grassatores, inuolatorésque, quibus personæ non suppetebant, ædes alienas expilasse, horrendáque alia facinora perperrasse, cum farina tantum essent conspersi, minióque aut conchylio tincti, vel fucis, aut aliis pigmentis illiti. Qui mos peccandi vetustissimus est, vt ex Plutarcho cognosci potest, cum de cæde Romanorum à Damone æqualibusque aliquot suis cali-

q Suidas in verb. Θρίαμβος.

gine & fauilla inunctis in vrbe Cheronea facta scribit ad hunc modum. Damon effrenata viri procacitate irritatus in hunc irasci, postremas illi extruere insidias atque parare, ex æqualibus suis haud plures quàm sex & decem delegit, quod parua complicũ manu occultius id facinus patrari posse sperabat. Hi cum plurimam bibendo noctem contriuissent, simul ac illuxit, facie prius caligine fauilláque illita, in forum armati irrumpunt. Ibi Romano inter sacrificandum,& cõpluribus qui secum aderãt trucidatis confestim ex vrbe diffugiunt. Et pòst paulò. Huius familiæ homines, superstant enim aliquot, caliginatos cognominant, quod Damon caligine litus in Romanorum cędem sæuierit. Cæterum quod de prohibendo personarum vsu & cõmercio diximus, ne cui nouum esse videatur. Sciendum Parisiensis quoque S C. anni 1514. earum nundinatione quò sceleribus quæ ob earum vsum occurrebant obuiam iretur, in vniuersum interdictum omnibus fuisse. *

* Personas quas adhuc multi facies ementitas, alij & vulgatius quidem, Mascas forsan. παρὰ τὴν σκιαμαχίαν voce mutila & syllabis inuersa vocãt, inter ea quæ non modo reipub. nihil prosunt, verumetiam obsunt, quam maxime neminem puto non commemoraturum, hisce namque, vt ita dicam, tectoriis, & quibusdam veluti præsidiis, nulla non stupra, nullæ non cædes, nulla non alia facinora, nostra quoque ætate designata sunt, itaque placuit earũ nundinatione vbicumque, atque imprimis ad Basilicam omnibus interdici 6. Calend. Maij M. D. XIIII. Lucius titu. politica.

Nocturnos errones carcere mancipari suppliciòque affici vetustissimum esse.

Cap. X.

N plurimis Galliæ nostræ florentissimis vrbibus, iam pridem mos inoleuit, vt ciuium, vel peregrinorum nemo qui illas incolunt, vagari noctu audeat, sed domi potius se contineat: nisi iustissima aliqua causa subsit, quæ ad ædium suarũ exitum illum impellat, de qua summatim magistratui fides fieri possit: vt quia pharmacopola, aut medicus sit, qui ægro alicui laturus opem, in publicum prodierit: vel quiuis alius proprium negotium gesturus, quod in celeritate positum sit, amicóve suo daturus operam, quæ moram non recipiat. Alioqui comprehensum præfectus vrbis, vel vigilum, aut alius oppidi magistratus, in carcerem conijci iubet,

A pœnam sceleri suo debitam, mox subiturũ. Quod equidem prudentissimè à maioribus nostris constitutum fuisse, plerique contendunt: quò sic occurri incendiis possit, quæ nocturno tempore frequentius exoriuntur, aliisque sceleribus obuiam iri, ad quæ patranda idoneæ maximè tenebræ sunt. Vnde & apud vetustiores incendiis arcendis triumuiros præfuisse, qui ab eo quod excubias agerent etiam nocturni dicti sunt Paulus est author. [a] estque frequens eorum apud historiæ scriptores mentio. Tacitus. [b] Triumuiri nocturni quod ad incendiũ in sacra via ortum, tarde venerant: à tribunoplebis die dicta damnati sunt. Valerius. [c] P. Bilius triumuir nocturnus à P. Aquilio tribunoplebis accusatus populi iudicio concidit, quia vigilias negligentius circumierat. Quin & eandem curam ad ædiles, tribunosplebis, & præfectum etiam vrbis pertinuisse Paulus idem cõfirmat. [d] Sed & iam olim triumuirorum muneri, officióque incubuisse, vt noctiuagos errones comprænhendi iuberent, carceréque attineri, donec de illis sumeretur supplicum vel ex Plauto colligere licet: apud quem verus ille Sosia Amphitruonis seruus ab hero suo noctu domum ad Alcumenam coniugem præmissus, qui illam de aduentu suo certiorem faceret, grauiter conqueritur se noctu solum obambulare: imminere enim sibi periculum à triumuiris ne in carcerem deduci eum iubeant, supplicio postridie afficiendum: neque enim sibi defensionis copiam vllam esse, neque in hero suo auxilij spem vllam habere: eoque magis vicem suam se dolere, quod non sit futurus quisquam, qui non hoc iure sibi contigisse censeat. Sed Plauti verba iucundum erit subscribere. [e]

B (margin letter)

a l. 1. ff. de off. præfect. vig.

b Tacit. lib.

c Val. lib. 8. tit. infames rei quibus de causis aut dãna. aut absol. sunt.

d l. 1. & l. 3. eiusdem tit.

C (margin letter)

e Plaut. in Amphitrione.

D

So. *Qui me nunc alter est audacior homo? aut qui confidentior?*
Iuuentutis mores qui sciam, qui hoc noctis solus ambulem?
Quid faciam nunc si tresuiri me in carcerem compegerint?
Inde cras è promptuaria cella depromant ad flagrum.
Nec causam liceat dicere: neque in hero quidquam auxilij siet
Nec quisquam sit mihi, quin me omnes dignum deputent.
Ita quasi incudem me miserum homines octo validi cadant:
Ita peregrè adueniens
Hospitio publicitus accipiar
Hæc heri immodestia coegit me
Qui hoc noctis à portu.

Ingratis excitauit. A
Nonne idem hoc lucis me mittere potuit.

Quo in loco Plautus pulchre per translationẽ carcerem vocat promptuariam cellam: quia ex eo promuntur noxij, velut ex cella promptuaria promuntur, quæ esui & potui necessaria sunt: cuius cellæ præfectus, à promendo promus appellatur. Quod etiam peregrè adueniens Sosia ait se hospitio publicitus acceptum iri, de carcere intelligẽdum est. Videtur enim carcer publicum esse noxiorum hospitium, huc spectat quod & apud eundem Plautũ Lysiteles adolescens, à Phitone patre admonitus, ne affectibus subseruiat, sed animum, si probus censeri velit vincat, gloriatur B se semper dedisse operam ne aliquo se conferret, vnde sibi damnum conciliari posset, ne noctu obambulatum iret, néve cuiquam quod suum esset, eriperet, patrisque Imperio audientem perpetuo fuisse. Quibus verbis apertè innuit, nocturnas hasce obambulationes, frugi homine dignas non esse. Ita enim ille.[f]

f Plaut. in trinummo.

Isthæc ego mihi semper habui ætati tegumentum
Meæ, ne penetrarem me vsquam, vbi esset damni conciliabulum.
Ne noctu irem obambulatum, neu suum adimerem alteri, C
Neu tibi ægritudinem pater parerem, parsi sedulo.
Sarta tecta, tua præcepta, vsque habui mea industria.

Id quoque quod diximus, moribus nostris in nocturnos errones animaduerti, Anglis nobiscum commune est: apud quos (vetere instituto) paterfamilias quisque vespere circiter horam à meridie octauam tecto cineribus igne cubitum ire iubetur, graui pœna in eum qui non paruerit constituta, quod à Gulielmo eorum rege, qui Conquæstor dictus est, cum primum eorum rebus præesse cœpit, institutum fuisse tradunt:[g] voluisséque præterea cum signum ad id vicatim dari per campanas, quod etiam num illic Gallico verbo *courrefeu* dicitur, quod institutum licet non omni ex parte in Gallia, & hac nostra Armorica prouincia obseruetur: manent tamen adhuc eius quædam quasi reliquiæ: verisimiléque est Gulielmum (qui & ipse origine Gallus erat) nempe Normanus à Gallis mutuatum fuisse. Nam & ad hæc vsque tempora in primaria vrbis cuiusque æde, statim post horam à meridie octauam campana pulsari solet, isque sonitus vulgo *courrefeu* dicitur: cuius vocabuli etymon, satis D

g Pol. Virgil. Angl. histor. lib. 9.

A indicat non aliam ob rem strepitum talem fieri : quàm vt vnusquisque mox vt exaudiuerit, obruto cineribus igne, vel extincto, aut ita munito vt euagari non possit cubiculari lecto acquiescat.[h] Sed & in Italia municipiorum legibus vbique fere cautum est, vt qui vicatim ambulare noctu compertus fuerit, confestim in carcerem mittatur: nisi lychnum accensum, facémve flammiferam gerat, aut ab anteambulone ferri curet: tunc enim nullæ videntur iudicis esse partes, in eum qui quod lucem non fugiat, mali nihil consilii meditari videtur, abestque B plurimum ab omni mali suspicione. Quod tamen perpetuum non est. Quid enim si interrogatus à iudice nullam exitus sui iustam causam afferre possit, protinus ne impunèm dimittendum censebimus? Et non crediderim. facillimum enim ei fuit lucernam quam forte ad tollendam suspicionem, si magistratui vel eius familiæ obuius fieret, accensam ferebat extinguere, & deinde meditatum facinus aggredi & conficere. Quapropter & Plautinus ille Sosia cum defensionis causam paratam non haberet, iustè sibi timebat à triumuiris, tametsi lumine vacuus non esset. Neque enim dubium est, laternam eum in manu C tum habuisse: quod vel ex eo constat quod obuius factus Mercurio his verbis illum Mercurius aggreditur.

h l. si seruus seruum §. si quis insulam ff. ad l. Aquil.

M. *Quo ambulas tu qui Vulcanum in cornu conclusum geris.*

Id est, qui accensum ignem in laterna defers. Ibi enim Vulcanus pro igne accipitur, & cornu pro laterna cornea, de qua Martial.[i]

i Martial. epig. lib. 14.

Dux laterna viæ, clausis feror aurea flammis
Et tuta est gremio parua lucerna meo.

Et iterum de laterna ex vesica.

Cornea si non sum, numquid sum fuscior, aut me
Vesicam contrà qui venit esse putat.

D Sed & eadem in comœdia Sosia ipse ab aditu domus à Mercurio prohibitus, ab hero se missum profitetur, sibiq; laternam esse in manu, sic enim infit.

Nónne me huc herus misit meus?
Nónne ego nunc sto ante ædes nostras? num mihi est laterna in manu?

Mercurius quoque prius statim vt aduenientem
Sosiam vidit, sic solus secum locutus est.
Sed Amphitrionis illic est seruus Sosia
A portu nunc illic cum laterna aduenit

Abigam iam ego illum aduenientem ab ædibus. A

Huc pertinet quod & apud Horatium paterfamilias sæuit vehementer in filium, quòd noctu, vel cum facibus ambulet, idque magni dedecoris esse censet Horat. [k]

k Hora. ser. lib. 1. Saty. 4.

---At pater ardens
Sæuit, quod meretrice nepos insanit amica.
Filius vxorem grandi cum dote recuset
Ebrius, & (magnum quod dedecus) ambulet ante
Noctem cum facibus.

Ibi enim ante noctem (vt Acron ait) significat per noctem. Videtur autem Itali municipales illas suas leges ab Atheniensibus mutuati, apud quos lege à Solone lata, noctu non licuit iter suscipere, nisi prælato lumine in vehiculo deferretur. [l] Qui sic præcedunt cereum, vel tædam per nocturnum iter ante aliquē deferentes, prælucere illis venustè dicuntur. Tranquillus. [m] Tonanti Ioui ædem consecrauit liberatus periculo, cum expeditione Cantabrica, per nocturnum iter lecticam eius fulgur perstrinxisset, seruùmque prælucentem exanimasset. Plin. Cæcil. [n] Duillio concessum est, vt prælucente funali, & præcinente tibicine à cœna publice rediret. L. Florus. [o] Duillius Imperator non contentus vnius diei triumpho, per vitam omnem vbi à cœna rediret prælucere funalia, præcinere sibi tibias iussit: quibus in locis funale pro cereo accipi manifestum est. Valerius. [p] C. autem Duillius, qui primus naualem triumphum ex Pœnis retulit: quotiescumque epulaturus ierat, ad funalem cereum præeunte tibicine, & fidicine à cœna domum reuerti solitus est insignem bellicæ rei successum nocturna celebratione testādo. Ammianus Marcellinus. [q] Excogitatum est ergo, vt ardente superposita lampade, & circumligata ne rueret, iumentum solum quod eam vehebat, solutum sine rectore læuorsus ire permitteretur, cum nos ad montanos excessus dextera positos tenderemus: vt prælucere Sebalem facem duci leuius gradienti Persæ credentes, cum tenerent potissimum cursum: quod nisi fuisset præuisum, circumuenti, & capti sub ditionem venissemus hostilem. Apud Martialem verbum id prælucere eodem sensu accipi manifestum est, dum ait. [r]

B

l Plut. in Solone.

m Tranqu. in aug. cap. 29.

n lib. de viris Illust.

o Luc. Flo. in epitom. Liuii lib. 17.

C

p Vale. lib. 3. cap. 6. de his qui in cultu corporis sibi nimium indul. fer.

q Ammian. Mar. lib. 18.

D

r Martia. epig. lib. 12.

Præluxere faces velarunt flammea vultus.

Nemini enim nisi communium literarum, & politioris humanitatis experti, ignotum est moris fuisse antiquissimi, vt in nuptiis essent qui tædas & faces ante nouas nuptas deferrent.

A Neq; enim tum (vt Varro ait) puellæ nubentes nisi per noctem ducebantur à sponsis, ad quod alludit Virgilius dum inquit.[s] s Bucolic, Eclog. 3.

Mopse nouas incide faces: tibi ducitur vxor.

Et alibi.[t] t 4. Æneid.

Si non pertesum thalami tædæque fuisset.

Et Apuleius.[u] Domus tota lauris obsita, tædis lucida constrepebat Hymeneum. Et iterum.[x] Tædásque nuptiales quibus præluxerant, ibidem lachrimis suis extinctas relinquentes deiectis capitibus * domuitionem parant. Et alibi.[y] Et velut nuptiales epulas obituri dominæ coruscis prælucebant facibus. Vnde B & tædæ & faces apud Poëtas pro nuptiis frequenter accipiuntur. Ouidius.[z] u Asin. aur. lib. 4. x eodem lib. * Malim dormitionem legere. y lib. 10. z Metamor. lib. 14.

— Vulgares reiice tædas
Vertumnúmque tori socium tibi delige.

Et alibi.[a] a lib. 7. Metamorph.

Pelle moram, tibi se semper debebit Iason
Te face solenni iunget.

Vt mirari satis non possim Grammaticorum quorundem inscitiam, qui verbum id prælucere apud Martialem interpretantur pro valde lucere. Sed & Plautus lucendi verbo eadem C significatione vsus est.[b] b Plau. in Casina.

Primum omnium hinc lucebis noua nuptæ facem.

Qui locus clarior est, quam vt vlla explicatione indigeat. Et alibi.[c] c Plaut. in Curculione.

Tute puer es lautus: luces cereum.

Id est, delitiarum plenus es, qui cum ministros habeas qui cereum tibi præferre possint, eorum vicem geras, dum tu ipse lucentem illum gestas. Ibi enim Palinurus seruus Phædronium adolescentem sibi noctu obuium factum, quem solum ornatu inepto, & sibi non conuenienti, accenso funali, per vrbem va- D gantem conspicit: ab amoribus quibus irretitus erat reuocare conatur: eoque nomine arguit, quod solus noctu obambulet, sibique ipsi famuletur, cùm serui sibi & famuli non desint, quorum opera ad id ministerium vti possit. Illud constat apud historiæ scriptores, Neronem, Ælium verum, & alios plerosque principes, vel ob id malè audiuisse, quod nocturno tempore vagari assueti, multa non principe tantum, sed & alio quouis indigna perpetrarent. Tranquillus.[d] Post crepusculum statim arrepto pileo, vel galero popinas inibat, circúmque vicos vagabatur ludibundus, nec sine pernicie tamen. Siquidem d in Nerone.

redeuntes à cœna verberare, ac repugnantes vulnerare, cloacisque demergere assueuerat. Iulius Capitolinus in Vero. fertur, & nocte perpeti alea lusisse, cum in Syria concepisset id vitium, atque in tantum vitiorum Caianorum, & Neronianorum ac Vitellianorum fuisse æmulum, vt vagaretur nocte per tabernas ac lupanaria, obtecto capite cuculione vulgari viatorio, & commisceretur cum triconibus, & committeret rixas, dissimulans quis esset, sæpéque afflictum liuida facie redisse, & in tabernis agnitum, cum sese absconderet. Ad hunc vero morem comprehendendorum erronum nocturnorum allusit Ausonius in Epigrammate Marci ad Venerem. A B

Peruigila ante fores: nocte capi metuo.

Rumorum incertorum authores, curiosi, & nouarum rerum percunctatores suppliciis coërcendi.

CAP. XI.



ALIT etiamnum nostra Britannia, improbos quosdam nebulones, quibus nihil aliud est curæ, quam vt varios, falsosque quotidie rumores spargant in vulgus, hi licet vt plurimùm vana comminiscantur, fit tamen sæpius vt & in triuiis & inter epulas temerè quædam effutiant, vnde maximæ pernicies in rempub. inuehãtur. Nullum enim vectigal nouum instituitur, neq; damnosum quidquam inducitur, quod non ab hisce sycophantis prædictum sit. Verique simillimum videtur id quicquid est noxæ, ab eis proficisci, nec aliis adscribi debere: quod ab ipsis excogitata, per multorúmque ora diuulgata, facillimum sit, ad principis, & aulicorum aures peruenire. Rumor enim falsus (vt inquit Hieronymus) facilè disseminatur. [a] Súntque regibus exploratores, per quos obseruant quid quisque dicat, faciátve, & qui audita referant, vt verissimè dictum sit multas esse regum aures atque oculos. Huiusmodi itaque rumorum incertorum authores, si quid indè vel respublica, vel priuatus damni tulerit, grauiore aliquo supplicio, pro negotij personarumq; qualitate, coërcendos putauerim, eaque in re Athenienses imitandos, qui in hosce famigeratores, & rumusculorum effictores grauiter animaduertebãt. Cuius rei extat exemplum C D

[a] Hiero. ad fur. de viduitate seruanda.

A plum elegans apud Plutarchum de tonsore quodam mali rumoris nuncio, qui cum vocatus nihil certi respondisset, Atheniensium magistratuum imperio in carcerem coniectus fuit, grauioribus deinde suppliciis afficiendus. Sed Plutarchi verba subscribam. [b] Athenas autem (inquit) ferunt tantæ calamitatis nuncium serò admodum peruenisse, ac primo propter autoris nunriantis varietatem, minimè adhibitam fidem fuisse, hospes enim fortè in Piræum diuertens, cum in tonsoria taberna consedisset, de his quæ in Sicilia contigerāt, quasi iampridem Atheniensibus nota essent, condolens referebat. Ea cum tonsor audisset, citato cursu in vrbem veniens, rem omnem ad magistratus detulir. Inde per vniuersum populum sermones eiusmodi manarunt: ita magno tumultu, ac perturbatione exorta, vt in re tanta contingere necesse est. magistratus populo conuocato tonsorem in concionem introduxit, qui interrogatus vndè hæc audita referret, cum certi nihil respondere videretur, in carcerem coniectus est, eo consilio vt grauioribus postmodum suppliciis afficeretur, quòd de tantis rebus, incertos rumores in vulgus proferens, seditionem propemodum in ciuitate concitasset. Atq; ita sane longo spatio seruatus est, quoad certi nuncij superuenere, qui rem omnem, quo gesta fuerat ordine, exposuerunt. Rumorem autem, vt & id obiter admoneam, sic Fabius deffinit. [c] Vt sit sermo sine vllo certo authore dispersus, cui malignitas initium dederit, incremētum credulitas. Vnde Cicero. [d] Nos de Dolabella quotidie quæ volumus, audimus, sed adhuc sine capite, sine authore. Et alibi. [e] Nihil perfertur ad nos præter rumores de oppresso Dolabella, satis illos quidem constantes, sed adhuc sine authore. Idem in ora. pro lege Manil. Sinite hoc loco Quirites (sicut Poëtæ solent, qui res Romanas scribunt) præterire mè nostram calamitatem, quæ tanta fuit, vt eam ad aures L. Lucilli, non ex prælio nuncius, sed ex sermone rumor afferret, Alibiq; tales rumores, qui nullo adhuc aurhore nituntur adespotos appellat. Ita enim ille ad Cassium lib. 15. de Hispania noui nihil, sed expectatio valde magna: rumores tristiores, sed adespoti. Et qui eos exciperēt, vel effingerent, Cælius apud eundem subrostratos vocobat, vel vt alij malunt subrostrarios, quod cum illis nihil esset, quod domi facerent, sub rostris frequenter desiderent, nouos rumores, aut captantes, aut ipsi confingentes. Cæl. [f] Te ad nonum Cal. Iunij subrostrarij (quod illorum capiti sit) dissiparant periisse. Ita enim locum illum acci-

B

C

D

b Plutarc. in Nicea.

c Quint. ora. inst. lib. 5. c. 3.

d Cic. famil. lib. 12. ad C. Cass.

e Cic. alia ad eundem epistola lib. eod.

f Cal. ad Cic. lib. epist. 8.

piendum censeo, licet alij aliter. Nam & ex Horatio idipsum A quoque coniici potest, nempe locum illum de rumorum effictoribus accipi debere.[g] Horat.

g. Horat. serm. lib. 2. Sat. 6.

Frigidus à rostris manat per compita rumor.

Ad hos quàm proximè videntur accedere, qui Lutetiæ rumores in Palatio confictos per vniuersam Galliam ferunt, & disseminant. Sed vt ad inceptum redeamus, quod de falsorum, incertorúmve rumorum authoribus supplicio afficiendis iam scripsimus, non semper ab Atheniensibus obseruatum fuisse, vel ex eo constat, quod in Srratoclē cum falsum victoriæ nuncium attulisset, nihil omnino constitutum fuisse Plutarchus est author. B Tametsi enim rei statim veritate cognita, acceptoq́; cladis, quam circa Amorgum Athenienses in prælio nauali acceperant nuncio, plebs in Stratoclem vehementer excanduisset, ille tamen nihil esse dicens, quod Athenienses sibi succenserēt, per quem factum esset, vt vsura gaudij temporarij freti, duorum dierum interuallo, genio indulsissent, debitam impudentiæ, temeritatisque suę pœnam elusit. Cui profectò graue aliquod supplicium irrogari debuit. Constabat enim eum falsum illum rumorem ex composito disseminasse, cum cladis ab Atheniensibus acceptæ, esset non ignarus, eoque factum fuisse, vti tāquàm C in vera victoria, sacrificia, supplicationésque publicæ decernerentur, mirumq́; ideo videtur, suæ illius stultitiæ nullas eum pœnas luisse. Quod vt apertius fiat. Plutarchi verba subiiciam.[h]

h Plut. in Demetrio.

Quodam (inquit) tempore, cum Athenienses pugna nauali essent circa Amorgum superati, præuenies eos Stratocles, qui huius calamitatis nuncium afferebant, summa celeritate vrbem ingressus, per Ceramicum coronatus transiuit, faustum afferens victoriæ nuncium: quo quidem extemplo epulum per vnamquamque tribum constitutum est, & sacrificia, publicæq; supplicationes decretæ. D Paulo vero deinceps cum venissent hi, qui ferebant nuncium susceptæ calamitatis, atque vniuersus populus, vno consensu aduersus Stratoclem vehementius exarsisset, ille tamen hunc furorem audacter impudentérque sustinens. Quid, inquit, viri Athenienses vobis molestè intuli, si duos dies summa estis mea causa in voluptate versati? &c. Sed & apud Plautum censet Megaronides ille senex reipublicæ expedire, vt in hosce famigeratores (nisi initium eius rumoris, quem ipsi sparserint, vnde prodierit, doceant) pœna aliqua constituatur. Ita enim futurum vt pauci pro comperto se habere dicant, quod

A nesciant: certò scientes stultiloquij illius, si quod temerè expresserint pœnas se daturos. Piaculum autem penè fuerit, Plauti verba non adscribere, his siquidem adeo eleganter, & graphice huiusmodi rumigerulorum mores describuntur, vt nihil venustius legi possit.[i]

i Plaut. in Trinu.

Me. *Vale. nihil est profectò stultius*
Neque stolidius, neque mendaciloquius, neque argutum magis.
Neque confidenti loquius, neque periurius: quàm vrbani assidui
Ciues, quos scurras vocant, atque egomet me adeo cum illis
B *Vnà ibidem traho, qui illorum verbis falsis acceptor fui.*
Qui omnia se simulant scire, ne quicquam sciunt.
Quod quisque in animo habet, aut habiturus est sciunt.
Id quod in aurem rex reginæ dixerit, sciunt: quod
Iuno fabulata sit cum Ioue: quæ neque futura, neque facta sunt,
Tamen illi sciunt, falson' an verò laudent, culpent quem velint:
Non flocci faciunt, dum illud quod lubeat, sciant omnes
Mortales, hunc aiebant Calliclem indignum ciuitate hac
Esse viuere, bonis qui hunc adolescentem euertisset suis,
Ego de verbis eorum famigeratorum inscius prosilui, amicum
Castigatum, innoxiũ, quod si exquiratur vsque ab stirpe autoritas
C *Vnde quicquid auditum dicant: nisi id appareat, famigerator*
Ne sit cum damno & malo, hoc ita si fiat, publico fiat bono:
Paucissimi faxim, qui sciant quod nesciunt, occlusiorémque habeant stultiloquentiam.

Hactenus Plautus. Apud Romanos etiam, in eos qui rumorem (ad rempublicam præsertim pertinentem) temere dissemi-nassent, animaduersum nonnunquam fuisse, indicio est, quod de P. Vatreno scribit Cicero, cui cum è præfectura Reatina Romam venienti, noctu duo iuuenes cum equis albis obuij dixissent, regem Persem illo die captum, idque ipse Senatui nũciasset: quasi temerè de repub. locutus esset, in carcerem coniectus
D est: qui tamen post à Paulo literis allatis, cum idem dies constitisset, & agro à Senatu, & vacatione donatus est.[k] Id & de Ceno Neronis liberto traditum à quibusdam est, quod supplicio à Vitellio affectus fuerit, quia post pugnam in qua vincentibus Vitellianus Othoniani succubuere, falsum ea de re rumorem ex composito dispersisset. Tacitus.[l] Cenus libertus Neronis, atroci mendacio vniuersos perculit, affirmans superuẽtu 14. legionis, iunctis à Brixello viribus, cæsos victores, versam partium fortunã. Causa fingẽdi fuit, vt diplomata Othonis quæ neglige-

k Cic. de natur. deo. lib. 2.

l Tacit. Annal. lib. 18.

bantur, lætiore nuncio reualescerét. Et Cenus quidem rapidus A in vrbem vectus, paucos post dies iussu Vitellij pœnas luit. His autem rumorum effictoribus videntur esse non absimiles, qui curiositatis vitio laborantes, nouarum rerum studio tenentur, omniaq; omnium negotia scrutari non desinunt. Quod non eo ab eis fieri manifestum est, vt malis si quæ sint medeantur: sed tantùm vt retegant, & in vulgum protinus emittant. Etenim quæ libenter audiunt, eadem libenter effutiunt, & quæ ab aliis studiosè colligunt, apud alios cum voluptate efferunt. Est enim à natura insitum, vt qui multa percunctantur, pauca reticeant. B Proinde & eos quod garruli sint neq; sibi commissa reticeant, fugiendos esse admonet Horatius dicens.[m]

m epist. lib. 1. ad I. oll.

Percontatorem fugito, nam garrulus idem est,
Nec retinent patulæ commissa fideliter aures.

Cum itaque adeo affinia sint, rumigerationis, & curiositatis vitia, vt vix vnum absque alio consistere possit, reipublicæ interesse videtur, vt non tantum in rumorum falsorum authores, sed etiam in curiosos, nouarúmq; rerum percunctatores graui aliquo supplicio, animaduerti decernatur. Nam & Plutarchus Locrensium legem illam laude dignissimam censet, quæ si quis C peregrè reuersus rogasset, numquid noui? eum mulcta afficiebat.[n] Et apud Plautum Gelasinus Parasitus dignos existimabat curiosos, qui multum miseri sint. Sunt enim (vt ille ait) non tantùm mali, sed etiam maleuoli. Sed Plauti verba præstat subscribere, quibus pulchrè & graphicè percunctatores, & curiosi depinguntur.[o]

n Plut. in lib. de curios.

o Plaut. in Sticho.

G. Sed curiosi sunt hic quamplures mali,
Alienas res qui curant studio maxumo,
Quibus ipsis nulla est res, quam procurent, sua,
Ei quando quem auctionem facturum sciunt D
Adeunt: perquirunt quicquid fiet caussæ illico,
Alienum æs cogat, an pararit prandium.
Vxorin' sit reddenda dos deuortio.
Eos omnes tametsi Hercle haud indignos iudico,
Qui multùm miseri sint laborent, nihil moror:
Dicam auctionis caussam, vt animo gaudeant:
Nam curiosus nemo est, quin sit maleuolus.

Ad id etiam alludit Catullus dum ait.

Quæ nunc pernumerare curiosi possint
Nec mala fascinare lingua.

A Quamobrem & Augustum scribit Tranquillus. [p] Pinarium quendam Romanum equitem veluti curiosum, coràm confodi iussisse, quòd ipso apud milites concionante, quædam subnotare, ac subscribere visus fuisset. Veteres etiam Gallos curiositatis vitio insigniter laborasse Iulius Cæsar est author. Ait enim iam olim apud eos morem hunc inualuisse, vt viatores quaque de re ab iis audita interrogarent: vtque à mercatoribus Oppidani percontarentur vnde venirent, & si quid noui intellexissent, pronunciare cogerent, eoque sæpissimè factum, vt ipsi vanis, incertisque rumoribus ducti, de summis etiam rebus consilia haberent, quorum non multo post eos magnopere pœniteret. Cæsar. [q] Est autem hoc Gallicæ consuetudinis, vt & viatores etiam inuitos consistere cogant: & quod quisque eorum de quaque re audierit, aut cognouerit, quærant: & mercatores in oppidis vulgus circumsistat, quibus ex regionibus veniant, quasque res ibi cognouerint, pronunciare cogant: & his rumoribus, atque auditionibus permoti, de summis sæpe rebus consilia ineunt: quorum eos è vestigio pœnitere necesse est, cum incertis rumoribus seruiant, & plerique ad voluntatem eorum ficta respondeant. Alibi tamen tradit, in ciuitatibus melius institutis morem illum exoleuisse, legéque constitutum, ne quis rumorem ad rempublicam pertinentem, spargere in vulgus audeat: aliique quàm magistratui rénunciare: cuius est arbitrium, prodine multitudini debeat, an id minus. Sic autem ille. Quæ ciuitates commodius suam rempublicam administrare existimantur, habent legibus sancitum, si quis quid de republica à finitimis rumore, aut fama acceperit, vti ad magistratum deferat, néve cum quo alio communicet: quòd sæpe homines temerarios, atque imperitos, falsis rumoribus terreri, & ad facinus impelli, & de summis rebus consilium capere cognitum, est magistratus quæ visa sunt occultant, quæque ex vsu esse indicauerint, multitudini produnt. [r] Quibus ex verbis id quoque perspicuum fit, multas iam olim clades vanos rumores excitasse, multáque damna in rempublicam inuexisse: vt non immerito de authoribus sumi debeat supplicium. Quod & eleganter & copiosè sec. bell. punic. lib. 8. Liuius ostendit, dum de Scipionis infirmitate loquitur. Ait enim ea audita: neque socios in fide, neque exercitum in officio mansisse, eámque ob rem cum iam rumor falsus, qui de morte ipsius in castra ad Sucronem allatus fuerat senescere cœpisset primos authores requisitos. Li-

B

C

D

p Tranq. in Aug. ca. 17.

q Cæsar. bell. Gallic. lib. 4.

r Cæsar. bell. Gall. lib. 6.

uius. Scipio ipse graui morbo implicitus, grauiore tamen fama (cum ad id quisque quod audierat) insita hominibus libidine alendi de industria rumores, adiiceret aliquid: prouinciam omnem, ac maximè longinqua eius turbauit, apparuitque quantam excitatura molem vera fuisset clades, cum vanus rumor tantas procellas exciuisset, non socij in fide, non exercitus in officio mansit. Mandonius & Indibilis, quibus quia regnum sibi Hispaniæ, pulsis inde Carthaginensibus destinarant animis, nihil prospe contigerat, concitatis popularibus (Lacetani autem erant) & iuuentute Celtiberorum excita, agrum Suessitanum, Sedetanúmque sociorum pop. Rom. hostiliter depopulati sunt. Ciuilis alias furor in castris ad Sucronem ortus. Octo ibi millia militum erant, præsidium gentibus, quæ cis Iberum incolunt, impositum. Motæ eorum mentes sunt, non tum cum primum de vita Imperatoris, dubij rumores allati sunt: sed iam ante, licentia ex diutino, vt fit, otio collecta, & nonnihil quod in hostico laxius rapto suetis, viuere arctiores in pace res erant. Et mox quibusdam interpositis. Mors Scipionis falso credita occæcabat animos: sub cuius vulgatam iam famam non dubitabant totam Hispaniam arsuram bello: in eo tumultu, & sociis pecunias imperari, & diripi propinquas vrbes posse, & turbatis rebus, cum omnia omnes auderent, minus insignia fore, quæ ipsi fecissent. Cũ alios subinde recentes nuncios non mortis modò, sed etiam funeris expectarent: neque superueniret quisquam, euanescerétque temerè ortus rumor, tum primi authores requiri cœpti, & subtrahentes se quoque, vt credidisse potius temerè, quàm finxisse rem talem videri possent, &c. hos autem rumigeratores qui quaquam versum rumores per orbem spargunt, Hieronymus in apologia contra Ruffinum, (vt Erasmus interpretatur) cereales nuncios appellat, à Cerere, quæ Neoptolemum, vt triticum in orbem spargeret misisse dicitur.[s] Ammia. Marcell. rumorum aucupes vocat: qui non tantùm audita referunt, sed & multa ipsi confingunt, cognitáque conduplicant,[t] ad quod alludit Ouid. 12. Metamorph. dicens.

Nocte diéque patet, tota est ex ære sonanti
Tota fremit, vocésque refert, iterátque quod audit,
Atria turba tenet, veniunt leue vulgus, eúntque,
Mixtáque cum veris passim commenta vagantur,
Millia rumorum, confusáque verba volutant

[s] Zas. l. 2. §. & quia magistratibus ff. de orig. iur.
[t] Ammianus Marc. lib. 14.

A *E quibus hi vacuas implent sermonibus aures,*
Hi narrata ferunt, alio mensuráque ficti
Crescit, & auditus aliquid nouus adiicit autor.

Notatur & ab Hieronymo clericus quidam, quasi huic vitio obnoxius: qui (vt ait ille) quicquid nouum insonuerat, aut author, aut exaggerator erat famæ. [u] Extat lepidum Martialis epigramma in quendam rumorum effictorem, qui noui semper aliquid comminiscebatur, eáque arte sæpius cœnam merebat, quem & Martialis ad cœnam ea lege vocat, vt ab artis suæ exercitio desistat, neque confingat aliquid noui. Martial. [x]

B

u Hiero. in epistola ad Eustochiū de custod. virgi-nit.

x In Philomusum epig. lib. 9.

Artibus his semper cœnam Philomuse mereris,
Plurima dum fingis, sed quasi vera refers,
Scis quid in Arsacia Pacorus deliberet aula,
Rhenanam numeras, Sarmaticámque manum.
Verba ducis Daci Cattis mandata resignas
Victricem laurum quam venit, ante vides
Scis quoties Phario madeat Ioue fusca Syene,
Scis quota de Libyco littore puppis eat.
Cuius Iulææ capiti nascantur oliuæ.
Destinet æthcrius cui sua serta pater.
Tolle tuas artes, hodie cœnabis apud me,
Hac lege, vt narres nil Philomuse noui,

C

Inuehitur & Iuuenalis saty. 6. in mulieres, curiositatis morbo obnoxias, quæ nihil eorum quæ in toto orbe, geruntur ignorant, rumorésque quibuscúmque obuiæ fiunt diffunditant. Iuuenal.

D

Hæc eadem nouit, quid toto fiat in orbe:
Quid Seres, quid Thraces agant, secreta nouercæ,
Et pueri: quis amet, quis decipiatur adulter,
Dicet quis viduam prægnantem fecerit, & quo
Mense, quibus verbis concumbat quaque modis quot,
Instantem regi Armenio, Parthóque cometem
Prima videt, famam, rumorésque illa recentes
Excipit, ad portas, quosdam facit esse Nyphatem
In populos, magnóque illis cuncta arua teneri.

Diluuio, nutare vrbes, subsidere terras.
Quocumque in triuio, cuicumque est obuia narrat.

A

Conqueritur & Horatius, quod cum Romæ esset, statim vt quisque sibi fiebat obuius, sciscitabatur ab eo, ecquid de Dacis, & cæteris pop. Rom. hostibus audiuisset: & nũ etiam aliud quidpiam noui intellexisset: neque sibi licet iurato (si nihil comperti se habere diceret) fidẽ percunctatores haberent, quòd dicerent simile veri non esse ea ipsum de quibus rogabatur ignorare, quẽ Mœcenati scirent esse perquam familiarem. [y]

y Hor. ser. lib. 2. saty. 6.

B

Quicumque obuius est, me consulit: o bone (nam te
Scire, deos quoniam propius contigis, oportet)
Nunquid de Dacis audisti? nil equidem: vt tu
Semper eris derisor: & omnes dij exagitent me:
Si quicquam quid? militibus promissa, triquetra,
Prædia Cæsar, an est Itala tellure daturus?
Iurantem me scire nihil, mirantur, vt vnum
Scilicet egregij mortalem, altique silenti.

C

Carpuntur & in actis Apostolorum Athenienses, quasi rumorum discendorum auidiores, ita enim scriptum legitur. Athenienses autem omnes, & aduenæ hospites, ad nihil aliud vacabant, nisi aut dicere, aut audire aliquid noui. Quo nomine notatur similiter à Petrarcha Ioannes vigesimus secundus Pontifex maximus, ait enim illum nihil cupidius audiuisse quàm rumores, præsertim ex Italia & Germania, quibus audiendis siue veri, siue nihil ad rem modo læti essent atque magnifici, mirum in modum creduli senis incensum pectus mulcebatur. Qua via, subdit ille, multi eo tempore ab extrema inopia raptim ad magnas diuitias peruenere. [z] Prudenter Itaque libelli eius author qui Cato inscribitur quisquis is sit.

D

z Francisc. Petrarcha lib. 2. de veris illustrib. cap. 5.

Rumores (infit) *fuge ne incipias nouus author haberi.*

A

Falsum eum committere, qui obsignatas alterius literas aperit, legit, aut alij legendas tradit.

CAP. XII.

FAlsum committit, non tantùm qui deposita apud se cuiusquam instrumenta aduersario prodit.[a] sed & qui cuiusuis literas improbè legit, resignat, recludit, aliive legendas, & inspiciendas tradit.[b] si modo eius qui scripserit, vel ad quem scriptæ fuerint, intersit lectas non fuisse.[c] Quamobrem & Augustum scribit Tranquillus Thallo amanuensi suo crurifragij supplicium idcirco indixisse, quòd secretiorem quãdam suam epistolam, pretio corruptus, cuidam cuius forte intererat eam inspicere, legendã subiecisset, vel recitasset.[d] Thallo (inquit) amanuensi quod pro epistola prodita denarios quingentos accepisset, crura effregit. Id autem ita accipiendum, si dolum ea in re adhibitum fuisse constare possit. Cæterum si vel per errorem, aut simplicitatem quisquam alicuius epistolam legerit, aut aperuerit, cum forte crederet, inde damnum nemini illatum iri: vel quia ad se scriptam putaret, quod eiusdem nominis, cuius & is ad quem mittebatur esset, nullius criminis reũ eũ existimauerim[e] loquitur enim lex de eo qui improbè legerit, aut aperuerit. Proinde & si quis vinculum tantum epistolæ soluerit, neque illam legerit, vel amplius quidquàm fecerit, crediderim eum falsi crimine non teneri, neque pœnæ vlli obnoxium esse. Nam & Vlpianus edicto, quo cautum est, ne quis sciens, aperiendum, recitandum, describendumque curet occisi testamentum, priusquam de familia habita quæstio fuerit, sumptumque de noxiis supplicium, eum non teneri dixit, qui dolo non aperuerit: sicut nec illum qui tabulas naturaliter non reserauit, quamuis linum inciderit, sed excusatione dignum esse, quia dolo caret qui ipse tabulas ómnino non aperuerit.[f] Vnde non inscitè colligit Barto. antistitis constitutione, qua sacer, abominatusque fit, quisquis obsignatas alterius literas aperuerit, non ligari illum, qui vinculum id ruperit, quo occlusæ sint eas: modo nec aperuerit, legerit, aut alij legendas tradiderit.[g] Illud in confesso expeditoque est, cum qui literas alterius apud se depositas reserauerit, legerit, aut alij inspiciendas dede-

[a] l. 1. §. is qui ff. ad l. Corn. de Fals.

[b] l. si quis aliquid §. qui vnis & duobus sequen. ff. de pœ.

[c] d. l. 1. ff. de fal. vbi Bart. glo. & doct. l. damnus C. eod. Bald. consil. 14.

[d] Tranq. in Aug. cap. 67.

[e] l. nec exemplum C. de dolo. §. item l. Cornel. de fal. inst. de pub. iud.

[f] l. 3 §. quod ad caussam, & §. si quis tabulas ff. ad syllania.

[g] Bart. d. §. si quis tabulas.

rit, ciuili etiam iudicio conueniri posse: neque in eum depositi A
tantum agi, verumetiam in factum & iniuriarum, si iniuriæ faciendæ animum habuerit. Ait enim Vlpia. Si quis tabulas testamenti apud se depositas pluribus præsentibus legerit, vtilius esse in factum, & iniuriarum agi: si iniuriæ faciendæ causa secreta iudiciorum publicauit, [h] hocque animo recitatum est testamentum, quibusdam presentibus, vt iudicia secreta eius qui testatus est diuulgarentur. [i] Vniuscuiusque enim non mediocriter interest, arcana sua nemini pandi. [k] Daturque ideo laudi Friderico Cæsari, quod cum Casparis Sollichij literæ in manus B
eius venissent: quæ nonnullis Hungaris inscribebantur, essentque qui eas aperiendas dicerent, quod in iis aliquid proditionis scriptum esse putarent, quod sciri expediret: dixit Fridericus Casparem se probum virum suique amantem existimare, quod si falleretur, malle per sese errorem patere, quàm sua diligentia inuestigari: neque adduci potuit, vt amici epistolam ad se non spectantem apperiret, tametsi quibusdam videretur inde sibi periculum imminere. [l] quod profecto plerique facturi non fuissent. Nam & Cicero quadam ad Atticum epistola, fatetur cum literarum quidem fasciculus in manus suas incidisset, quamuis C
ad se scriptum nihil esset, quasdam tamen resignasse quod suspicaretur iis famam suam proscindi: vti & alius quas sibi legendas hi dederant, ad quos missæ erant. Ciceronis verba subscribam. [m] Ex quibus vnus qua mente fuerit is, quem tu mihi commendas, cognosces ex ipsius literis, quas ad te & alios misit: quas ego nunquã aperuissem, nisi res acta sic esset. Delatus est ad me fasciculus: solui siquid esset ad me literarum: nihil erat. Epistola Vatinio, & Ligurio altera. Iussi ad eos deferri. Illi ad me statim ardentes dolore venerunt. scelus hominis clamantes epistolas mihi legerunt, plenas omnium in me probrorum. hic Ligurius D
furere: se enim scire summo illum in odio fuisse Cæsari, illum tamen non modo fouisse, sed & tantam pecuniam illi dedisse honoris mei causa. Hoc ego dolore accepto, volui scire quid scripsisset ad cæteros. Ipsi enim illi putaui perniciosum fore, si eius hoc tantum scelus percrebuisset: cognoui. Eiusdem generis literas ad te misi, quas si putabis illi ipsi vtile esse reddi, reddes, nihil me lędet. Nam quod resignatę sunt, habet opinor eius signum Pomponia. Quibus ex verbis manifestum fieri videtur, non magnopere culpandum Ciceronem, quem iustus dolor, ad huiusmodi literarum resignationem impulerit, quasque

h l. si quis testamentum §. 1 ff. ad l. aquil.
i l. 1. §. si quis tabulas ff de po.
k l. 2. C. quãdo & qui. quar. pur. deb. lib. 10.
l Æne. syl. li. 4. comment. in dicta & facta Alphõs. Arag. reg.
m Epist. ad Att. lib. epist. 9.

A nihilominus reddi fideliter curauerit. Illud receptissimum est, tabellarium, qui literas ad aliquem perferendas receperit, nec eas, aut non satis fideliter reddiderit, vt quia sciens allij restituerit, quam cui restituere mandatum susceperat, aut illi ipsi, sed resignatas, ab alioque inspectas, falsi quoque criminis reum fieri posse: [n] non item si imprudens. tritum enim est quod dicitur, falsum absque dolo non committi. [o] Nam & Augustus, cum de falso testamẽto quæreretur, omnésque signatores lege Cornelia tenerentur, non tãtum duas tabulas damnatoriam & ab- B solutoriam simul cognoscentibus dedit, sed tertiam quoque, qua ignosceretur iis quos ad signandum fraude vel errore inductos constitisset. [p] Quamobrem si tabellario ipsi in via literæ exciderint, vel à magistratibus, aut aliis in itinere (quod frequẽter euenit) interceptæ fuerint, æquum non est, ob id illum damnum aliquod, vel supplicium subire: vt cuius dolus nullus argui possit. Fit autem crebriùs per belli maximè tempus, vt tabellarij excutiantur, literæque intercipiantur, neque iis qui perferẽdas eas susceperint prius reddantur, quàm lectæ inspectæque fuerint à magistratibus, Limenarchis, portitoribus aut aliis quibus id negotium datum fuerit, & nonnunquam etiam à latronibus C & hostibus, quod ex pluribus Ciceronis epistolis colligi potest. Cicero. [q] Minime mirum debet tibi videri, nihil me scripsisse de republica postquam itum est ad arma. Nam saltus Castulonensis, qui semper tenuit nostros tabellarios, & si nunc frequentioribus latrociniis infestior factus est, tamen nequaquam tanta in mora est, quanta qui locis omnibus dispositi ab vtraque parte scrutantur tabellarios. Et mox quibusdam interpositis. Adde huc, quòd perferri literę nulla conditione potuerunt: sexcentis enim locis excutiuntur. Deinde etiam retinentur à Lepido tabellarij. & Et alibi. [r] Si literæ perlatæ non sunt, non du- D bito quin Dolabella qui nefarie Trebonio occiso Asiam occupauit, tabellarios meos deprehenderit, literasque interceperit. Et rursum alia epistola. [s] Sunt autem post discessum à me tuum, res dignæ literis nostris, sed non committendæ eiusmodi periculo, vt aut interire, aut aperiri, aut intercipi possint. Id etiam apud Plautum indicat Callicles senex dicens. [t]

---Iam si obsignatas non feret, dici hoc
Potest, apud portitorem eas resignatas, ibi inspectasque esse.

Amm. Marcell. [u] Capto à Stationariis militibus notario, quẽ miserat, ad Constantinum, scrutatoq; si quid portaret, epistola

n l. titio ff. ad munici. l. 1. vbi Bart. ff. de fal.

o l. nec exemplum C. ad l. Cornel. de fals.

p Trang. in Aug.

q Famil. epist. lib. 10. in epistola asinij pollionis.

r Epist. fam. lib. 2. in epist. C. Cassiu.

s Epist. ad Att. lib. 1. epi. 10.

t Plaut. in trinummo.

u Am. Mar. lib. 21.

eius reperta est: in qua præter alia multa id quoque scripserat: Cæsar tuus disciplinam non habet. Sed & si tabellarij ipsius, vel reipublicæ intersit, literas quas perferendas suscepit inspici: putauerim ipsum nullo supplicio, afficiendum, quod eas aperuerir, legerit, aut alij legendas tradiderit. Quid enim si Bellerophontis, aut Vriæ sint literæ, quas quis velut commendatitias perfert cum contra eum sint scriptæ? quid item si in reipublicæ perniciem scriptas appareat? nemo certe recti iudicij dixerit, eum ideò deliquisse, quod obsignatas, vt acceperat non reddiderit. Nam & alibi ex Thucidide Diodoroque Siculo docuimus, [x] tabellarium qui à Pausania Lacædemonio epistolam, ad Xercem Persarum regem perferendam acceperat, cum eam apperuisset, ephorisque deinde obsignaculis reseratis, legēdam dedisset, nullam pœnam subiuisse: cum per eam proditorium Pausaniæ consilium detectum fuisset, eadémque compertum fuisset, mandasse Pausaniam à Persis necari.

x Thucid. belli Pelopo. lib. 1. Diod. sic. biblia lib. 11. dixi in verbo testes criminis indices.

Falsi crimine eum etiam teneri, qui alienum chyrographum vel signum effinxerit.

CAP. XIII.



SCribit Paulus, falsi crimine illum se obstringere: qui alienum chirographum adulterauerit, manumque alienam fuerit imitatus. [a] non enim vt Iustinia. ait aliud est falsum, quàm verorum imitatio. [b] Idcircoque & apud Tranquillum Titus Vespasia. profitetur, insignem se falsarium esse potuisse: quod aliena chirographa, graphicè nouisset imitari. Verba Trāquilli, si quis desideret, hæc sunt: E pluribus comperi, notis quoque excipere velocissimè solitum, cum amanuensibus suis per ludum, iocumque certantem: imitari chirographa quæcumque vidisset, ac profiteri sæpe maximum falsarium esse potuisse. [c] vnde coniicere licet quam docilis ipse fuerit naturæ. Quemadmodum enim vnicuique suus est vultus, & sua vox, ita & sua scriptionis forma, suusque character, adeò vt difficile admodum sit, ex amussi, alienam manum imitari: vt verissimè dixisse videatur Quintil. [d] Docilis naturæ signum esse imitationem, & artis partē magnam. [e] Nam vt Plin. ait cum arduum sit, similitudinem effingere ex vero, tum longe

a l. Paulus & l. quid sit falsum ff. ad l. Cor. de fals.

b Nouel. inst. const. 73. quom. instr. quæ apud iud. in fin sunt fidem app. oportet.

c Tranq. in Tito cap. 3.

d Quint. lib. 1. cap. 3.

e Quint. lib. 10. cap. 2.

A difficillima est imitationis imitatio. [f] Marcũ etiam Antonium C. Iulij Cæsaris manum imitari probe nouisse, indeque quæstũ vberrimum fecisse indicat Cic. dicens. [g] Sed quid opponens tandem, si negem me vnquam istas literas ad te misisse, quo me teste conuincens, an chirographo, in quo habes scientiam quæstuosam? Et iterum quibusdam interpositis. Quod si te in iudicium quis adducat, vsurpétque illud Cassianum Cui bono fuerit. vide quæso ne hæreas, quanquam illud quidem fuit, vt tu dicebas, omnibus bono, qui vni seruire nolebant: tibi tamen præ-B cipuè, qui non modo non seruis, sed etiam regnas: qui maximo te ære alieno ad ædem Opis liberasti: qui per easdem tabulas innumerabilem pecuniam dissipauisti: ad quem è domo Cæsaris tam multa delata sunt: cuius domus quæstuosissima est falsorũ commentariorum & chirographorum officina: agrorum, oppidorum immunitatum, vectigalium flagitiosissimæ nundinæ. In quam sententiam Plutarch. [h] Accepit etiam (inquit) Cæsaris commentaria, in quibus decreta, iudicataque erant scripta. Ad hæc Antonius, quod libitum fuit addens, aliis magistratus dabat, aliis immunitates, multi senatores facti, plerique ab exilio C reducti. Et hæc omnia faciebat, quasi à Cæsare decreta. Quamobrem iocantes Romani eos omnes Charonitas, siue necronitas appellabant. Nam si quid illis obiectum erat, continuo in mortui fugiebant chyrographa. Meminit & Cicero cuiusdam L. Alienij vel (vt alij legunt) Labieni, quem chyrographum sex primorum imitatum fuisse tradit. [i] Quod autem de alieni chirographi imitatore traditum est, do eo etiam intelligẽdum est, qui adulterinum signum sciens dolo malo fecerit, sculpserit, expresserit: & is enim etiam legis Cornel. de fals. pœnæ subiicitur. quod si doli nihil admissum sit, neque quisquam damnum D inde aliquod subeat, æquum non est eum qui alienum chirographum vel sigillũ effinxerit, pœna vlla affici. Dubium autem non est, quin id fieri quandoque citra alterius iacturam, vel opprobrium possit. Constatque Cæsarem Augustum cum nepotes & literas, & natare aliaque rudimenta per se plerumque docuisset, nihil æque elaborauisse, quàm vt imitarentur chirographum suum. [k] Sed & Ciceronem literas nonnunquam sub alieno nomine misisse, neque proprio chirographo & anulo in iis subnotandis vel obsignandis vsum fuisse, ex quadam ipsius ad Atticum epistola planum fieri videtur dum ait. [l] Quod scripseram te Furium scripturum, nihil necesse est tuum nomen mu-

f Pli. epistola quad. ad Seuerum lib. 4.
g Cic. 2. Philip.
h in M. Antonio.
i Cic. lib. 3. de Nat. Deo.
k Tranq. in Aug. cap. 69.
l Epist. ad Att. lib. 2. ep. 19.

tare, me faciam Lælium, & te Atticum, neque vtar meo chirographo, neque signo, si modo erũt eiusmodi literæ, quas in alienum incidere nolim. Crebrius tamen euenit, vt hæc in alienam fiant perniciem, multaque multis detrimenta afferant. Cuius rei extat exemplum apud Sextum Aurelium de Aureliano Cæsare. Is enim fraude cuiusdam serui sui, qui ad quosdam militares viros amicos ipsius, nomina pertulit adnotata falsò manum eius imitatus, tanquam Aurelianus ipsos pararet occidere, ab iisdẽ interfectus est, in itineris medio, quod inter Constantinopolim, & Heracliam est.[m] Aliud sed recentius commemorat Beatus Rhenanus rerum Germanicarum scriptor, de quodam Iacobo Scutzio, qui Melchioris Ergesthennij, prætoris Selecestadiensis, manum sigillumque ementitus: cõfictis ab hoc ad ducalem senatum literis, magnum & prętori ipsi, & consulibus Selecestadiensibus periculum conflauit. Cuius sceleris tandem conuictus, debitas pœnas persoluit, capite abscisso, corporeq; ipsius in quatuor partes dissecto.[n] memoratur & à Suida priscus Emesenus, qui (inquit ille) alienas literas mirabiliter imitari potuit, artifex in eo fraudis genere nimium solers. huiusmodi chirographorum effictores signorumque adulteratores, iure ciuili præter infamiæ notam, quam subeunt, cum omnium bonorum publicatione vel deportantur, vel exilio mulctantur.

m Sext. aur. victor. in aurelia.

n Beatus Rhe na. rer. Germa lib. 3.

[o] Ante annum trigesimum quintum supra sesquimillesimum, veteri more in hac nostra Britannia, tam ij, quam quiuis alij, falsum instrumentum scienter conscribentes, vel etiam subsignãtes, manus alterius abscissione plectebantur: opinor vt illis in posterum facultas huiusmodi falsa conficiendi adimeretur: & vt per quæ peccauerant, per hæc & torquerentur. Nam & antiquo Ægiptiorum instituto, & qui falsis literis inscriberet, aut de scripto demeret, aut falsas syngraphas afferret, ambæ amputabantur manus: vt qua corporis parte peccasset, per vniuersam vitam lueret pœnam: cæteri quoque illius calamitate moniti à consimilibus sceleribus abstinerent.[p] Scribitque Lampridius Alexandrum Seuerum, cum notarium, qui falsum causæ breuẽ in consilio imperatorio retulisset, incisis digitorum neruis, ita vt scribere nunquam posset in insulam deportasse.[q] Hodie tamen in vniuersa Gallia, regiis sanctionibus in hos & quoscumque alios falsi criminis compertos, capitali supplicio animaduerti constitutum est. quod vtique de laicis (quos vocant) ciuilique ac prophanæ iurisdictioni obnoxiis, accipiẽdum est. Cle-

o l 1. §. fin. vbi Bart. ff. ad l. Cornel. de fals. inst. de pub. iud. § itẽ lex Cornelia de fals.

p Diod. sic. rer. antiq. lib. 2.

q Lampr. in Alex. Seue.

A rici autem ad pontificium forum remittendi sunt. Non enim eiusmodi id crimen est, vt exauguratione dignũ videatur. Quapropter & regij signi adulteratorẽ, eundémque regij amanuẽsis chirographi imitatorem, sanctitatis tessera, mulctari non placuisse Parisiensi curiæ Lucius scribit, sed priuilegiarij criminis nomine mulctatitio ære damnatum, ad pontificium iudicem reiectum fuisse, carcere tantisper continẽdum, dum irrogatam mulctam persoluisset. [r] quod & aliquãdo prætoriano etiam regis consilio visum fuisse, quidam tradunt, eiusque decreto clericum qui regij cuiusdam amanuensis chirographum effinxerat
B eximij verticis compotem factum fuisse anno. 1536. [s] Illud constat pontificio iure, clericum regij signi adulteratorẽ resecrari debere notaque frõti ipsius cauterio inusta vstulari. [t] quo etiam supplicio à Parisiensi senatu in clericum quendam animaduersum fuisse aiunt anno 1543. [u] Anno vero sexagesimo quo hæc commentabamur, oblati sunt Nanetensi iuridico, falsi quidam apparituræ regiæ codicilli, qua se donatum, cuius nomẽ inscriptum iis erat à principe affirmabat, supplexque postulabat ad illius exercitium admitti. Sed cum tãdem constitisset falsos esse, effictumque Ioannis Duthieril regij amanuẽsis chirographum
C fuisse, principisque sigillum adulteratum, senat' nostri iudicio, ad quem ab Hospitali nomophilace, negotium relegatum fuerat, exemplari traductione infamatus est, remoque regiæ triremis perpetuo affixus, mobiliaque ipsius fisco principis adiudicata. Quod enim iampridem in Gallia inualuerat institutum de huiusmodi bonis nomophilaciæ præfecto addicendis, edicto regio anni 1542. abrogatum est. *

[r] Luc. plac. cur. pari. lib. 12. tit. de fals.

[s] Pap. tit. de crim. fal. art. 1.

[t] c. ad audientiam ext. de crim. fals.

[u] Pap. d. art. 1.

* Non solũ qui in actis causæ adulterandis aliquid admiserit, causæ iactura plectitur, sed & quid falsam protulerit auctoritatem, cuius rei exemplum in Baptistam Bellotegardium à curia editum est, XIX. Calend. Septemb. M.D.XL. duas enim auctoritates ab eo prolatas, dum alteram falsam, alteram falsi vehementer suspectam pronunciaret, atque tales in iure
D lacerandas esse decerneret hominem receptitij criminis nomine, quod alteram fabricasset, fabricariue curasset, & vtraque vsus fuisset, ad calamitosam exhomologesim damnauit, ducenariaque fraude mulctauit, ei Frãcia biennium interdixit & Villenauxij primatus, quo de agebatur iure casso, quod ad possessionis causam, Harpocratem esse iussit. de pœna falsi vide Boerium quæst. 82. Guido. pap. 455.

A

Litis capitalis exercendæ formulas, in leuioribus, recentibúsque maleficiis seruandas non esse.

CAP. XIIII.



Litis capitalis instituendæ formulam, regiis sanctionibus perscriptam habemus: à qua neque latum quidē vnguem, magistratibus recedere licet. Nisi tamen de leuiori, flagrantive, ac recenti maleficio quæratur. In iis enim huiusmodi solemnitates non curantur. [a] Communique interpretum nostrorum calculo receptum est, in leuioribus delictis, & in flagranti crimine deprehensum, posse non tantum nullo præcedēte elogio comprehendi. [b] verumetiam sine vlla iudicarij strepitus figura fustibus coerceri, aut aliter emendari. Ait enim Vlpia. posse proconsulem de plano, libertum non obsequentem emendare, aut verbis, aut fustium castigatione. [c] Et alibi Leuia (inquit) crimina, audire & discutere, de plano proconsulem oportet, vel liberare eos quibus obiiciuntur, vel fustibus castigare, vel flagellis cæsos liberare. [d] Quamobrem & ædiles, cum ad eos annonæ, rerumq; in foro venalium, ædium, publicarumque viarum cura pertineret. [e] si quid aduersus ea peccatum fuisset, summatim, & defunctoriè, neque etiam pro tribunali sedentes, tractabant, & definiebant. vnde & mensuras iniquas frangebant, merces improbas & adulterinas disiiciebāt, aut discindebant earumque negotiatores, summaria tantum cognitione adhibita, coercebant. Vlpianus Curent (inquit) ædiles vt nullus effodiat vias, neque subruat, neque construat in viis aliquid. Si autem seruus quidem fuerit, ab obuiante fustigetur: si liber demonstretur ędilibus, ædiles autem damnificent secundum legem, & quod factum est dissoluant. [f] Callistratus. Eos qui vtensilia negotiantur, & vendunt licet ab ædilibus cædantur non oportet quasi viles personas negligi. [g] Paulus. [h] Lectos emptos ædilis, cum in via publica positi essent conscidit, si traditi essent emptori, emptoris esse periculum placet. Vlpia. si quis mensuras conduxerit, easque magistratus frangi iusserit, si quidem iniquæ fuerint, Sabinus distinguit, &c. Iuuenalis. [k]

B

C

D

Huius qui trahitur prætextam sumere mauis?
An Fidenarum Gabiorumque esse potestas?

a Reg. const. Brit. art. 19.

b l. 2. §. si publico ff. de adul. l. 2. C. de abolitio Bart. l. accusato ff. de pub. iud. & d §. si publico. Salic. l. in causis C. de accus.

c l. nec quicquam §. de plano. ff. de offic. procons. & leg.

d l. leuia ff de accusa.

e l. 2. versi. iisdem tempor.-bus ff. de orig. iur Cic. 7. in Verr.

f l. Ædiles ff. de via pub.

g l. eos ff. de uecurio.

h l. lectos ff. de per. & com. rei vend. Litem quæratur § si quis mensuras ff. locati.

k Saty 10.

Et de:

A *Et de mensura ius dicere, vasa minora*
Frangere pannosus vacuis ædilis Vlubris

Persius.[l] l Saty.1.

Se se aliquem credens. Italo quòd honore supinus
Fregerit heminas, Areti ædilis iniquas.

Plautus.[m] m in Captiu. act.4.

Er. *Tum pistores, scrofipasci, qui alunt furfure sues,*
Quarum odore præterire nemo pistrinum potest.
Eorum si quoiusquam scrofam in publico conspexero,
Ex ipsis dominis, meis pugnis exculcabo furfures

B He. *Basilicas edictiones, atque imperiosas habet.*

Er. *Tum piscatores qui præbent populo pisces fœtidos*
Qui aduehuntur quadrupedanti, crucianti cauterio,
Quorum odos subasilicanos omnes abigit in forum:
Eis ora ego verberabo, surpiculis piscariis.
Vt sciant alieno naso, quam exhibeant molestiam
Tum lanij autem qui concinnant liberis orbas oues
Qui locant cædundos agnos, & duplam agninam damnunt,
Qui Petroni nomen indunt verueci sectario:
Eum ego si in via Petronem publica conspexero,
C *Et Petronem & dominum reddam mortales miserrimos*

He. *Euge edictiones ædilitias hic quidem habet,*
Mirumque adeò'st? nisi hunc fecerunt sibi Aetoli agoranomum.

Et alibi.[n] n Plaut. in Ruden.

Neptunus ita solet, quamuis fastidiosus ædilis est,
Si quæ improbæ sunt merces iactat omnes.

Apuleius.[o] Sed quid istud voti? gaudeo. Nam & lixas & virgas, & habitum prorsus magistratui congruentem in te video. Annonam curamus, ait & ædilem gerimus: & si quid obsonare cupis, vtique commodabimus, abnuebam, quippe qui iam cœnæ affatim piscatum prospexeramus. Sed enim Pythias visa sportula, succussisque in aspectum planiorem piscibus: at has quisquilias, quanti parasti? Vix, inquam, piscatori extorsimus accipere 20. denarios. Quo audito statim arrepta dextra, postliminio me in forum cupedinis reducens: A quo, inquit, istorum nugamenta hæc comparasti? demonstro seniculum, qui in angulo sedebat. Quem confestim, pro ædilitatis imperio voce asperrima increpans: Iam iam, inquit, nec amicis quidē nostris, vel omnino vllis hospitibus parcitis? Quid tam magnis pretiis

o Apul. asi. aur. lib.1.

D (margin letter beside "re cupis")

A

Litis capitalis exercendæ formulas, in leuioribus, recentibúsque maleficiis seruandas non esse.

Cap. XIIII.



Litis capitalis instituendæ formulam, regiis sanctionibus perscriptam habemus: à qua neque latum quidē vnguem, magistratibus recedere licet. Nisi tamen de leuiori, flagrantive, ac recenti maleficio quæratur. In iis enim huiusmodi solemnitates non curantur. [a] Communique interpretum nostrorum calculo receptum est, in leuioribus delictis, & in flagranti crimine deprehensum, posse non tantum nullo præcedēte elogio comprehendi. [b] verumetiam sine vlla iudicarij strepitus figura fustibus coerceri, aut aliter emendari. Ait enim Vlpia. posse proconsulem de plano, libetum non obsequentem emendare, aut verbis, aut fustium castigatione. [c] Et alibi Leuia (inquit) crimina, audire & discutere, de plano proconsulem oportet, vel liberare eos quibus obiiciuntur, vel fustibus castigare, vel flagellis cæsos liberare. [d] Quamobrem & ædiles, cum ad eos annonæ, rerumq; in foro venalium, ædium, publicarumque viarum cura pertineret. [e] si quid aduersus ea peccatum fuisset, summatim, & defunctoriè, neque etiam pro tribunali sedentes, tractabant, & definiebant. vnde & mensuras iniquas frangebant, merces improbas & adulterinas disiiciebāt, aut discindebant earumque negotiatores, summaria tantum cognitione adhibita, coercebant. Vlpianus Curent (inquit) ædiles vt nullus effodiat vias, neque subtuat, neque construat in viis aliquid. Si autem seruus quidem fuerit, ab obuiante fustigetur: si liber demonstretur ędilibus, ædiles autem damnificent secundum legem, & quod factum est dissoluant. [f] Callistratus. Eos qui vtensilia negotiantur, & vendunt licet ab ædilibus cædantur non oportet quasi viles personas negligi. [g] Paulus. [h] Lectos emptos ædilis, cum in via publica positi essent conscidit, si traditi essent emptori, emptoris esse periculum placet. Vlpia. si quis mensuras conduxerit, easque magistratus frangi iusserit, si quidem iniquæ fuerint, Sabinus distinguit, &c. Iuuenalis. [k]

Huius qui trahitur prætextam sumere mauis?
An Fidenarum Gabiorumque esse potestas?

B C D

a Reg. const. Brit. art. 19.

b l. 2. §. si publico ff. de adul. l. 2. C. de abolitio Bart. l. accusato ff. de pub. iud. &

d §. si publico. Salic. l. in causis C. de accus.

c l. nec quicquam §. de plano. ff. de offic. procons. & leg.

d l. leuia ff de accusa.

e l. 2. versi. iisdem temporibus ff. de orig. iur Cic. 7. in Verr.

f l. Ædiles ff. de via pub.

g l. eos ff. de uecurio.

h l. lectos ff. de per. & commo. rei vend. l. item quæritur § si quis mensuras ff. locati.

k Saty 10.

Et de:

A *Et de mensura ius dicere, vasa minora*
Frangere pannosus vacuis aedilis Vlubris

Persius.[l] l saty.1.

Se se aliquem credens. Italo quòd honore supinus
Fregerit heminas, Areti aedilis iniquas.

Plautus.[m] m in Captiu. act. 4.

Er. *Tum pistores, scrofipasci, qui alunt furfure sues,*
Quarum odore praeterire nemo pistrinum potest.
Eorum si quoiusquam scrofam in publico conspexero,
Ex ipsis dominis, meis pugnis exculcabo furfures

B He. *Basilicas edictiones, atque imperiosas habet.*

Er. *Tum piscatores qui praebent populo pisces foetidos*
Qui aduehuntur quadrupedanti, crucianti cauterio,
Quorum odos subasilicanos omnes abigit in forum:
Eis ora ego verberabo, surpiculis piscariis.
Vt sciant alieno naso, quam exhibeant molestiam
Tum lanij autem qui concinnant liberis orbas oues
Qui locant caedundos agnos, & duplam agninam damnunt,
Qui Petroni nomen indunt verueci sectario:
Eum ego si in via Petronem publica conspexero,

C *Et Petronem & dominum reddam mortales miserrimos*

He. *Euge edictiones aedilitias hic quidem habet,*
Mirumque adeo'st? nisi hunc fecerunt sibi Aetoli agoranomum.

Et alibi.[n] n Plaut. in Ruden.

Neptunus ita solet, quamuis fastidiosus aedilis est,
Si quae improbae sunt merces iactat omnes.

Apuleius.[o] Sed quid istud voti? gaudeo. Nam & lixas & virgas, & habitum prorsus magistratui congruentem in te video. Annonam curamus, ait & aedilem gerimus: & si quid obsonare cupis, vtique commodabimus, abnuebam, quippe qui iam coenae affatim piscatum prospexeramus. Sed enim Pythias visa sportula, succussisque in aspectum planiorem piscibus: at has quisquilias, quanti parasti? Vix, inquam, piscatori extorsimus accipere 20. denarios. Quo audito statim arrepta dextra, postliminio me in forum cupedinis reducens: A quo, inquit, istorum nugamenta haec comparasti? demonstro seniculum, qui in angulo sedebat. Quem confestim, pro aedilitatis imperio voce asperrima increpans: Iam iam, inquit, nec amicis quidē nostris, vel omnino vllis hospitibus parcitis? Quid tam magnis pretiis

o Apul. asi. aur. lib. 1.

D (margin letter beside "re cupis")

A.

Litis capitalis exercendæ formulas, in leuioribus, recentibúsque maleficiis seruandas non esse.

Cap. XIIII.



Litis capitalis instituendæ formulam, regiis sanctionibus perscriptam habemus: à qua neque latum quidē vnguem, magistratibus recedere licet. Nisi tamen de leuiori, flagrantive, ac recenti maleficio quæratur. In B iis enim huiusmodi solemnitates non curantur.[a] Communique interpretum nostrorum calculo receptum est, in leuioribus delictis, & in flagranti crimine deprehensum, posse non tantum nullo præcedēte elogio comprehendi.[b] verumetiam sine vlla iudicarij strepitus figura fustibus coerceri, aut aliter emendari. Ait enim Vlpia. posse proconsulem de plano, libetum non obsequentem emendare, aut verbis, aut fustium castigatione.[c] Et alibi Leuia (inquit) crimina, audire & discutere, de plano proconsulem oportet, vel liberare eos quibus obiiciuntur, vel fustibus castigare, vel flagellis cæsos liberare.[d] Quamobrem & C. ædiles, cum ad eos annonæ, rerumq; in foro venalium, ædium, publicarumque viarum cura pertineret.[e] si quid aduersus ea peccatum fuisset, summatim, & defunctoriè, neque etiam pro tribunali sedentes, tractabant, & definiebant. vnde & mensuras iniquas frangebant, merces improbas & adulterinas disiiciebāt, aut discindebant earumque negotiatores, summaria tantum cognitione adhibita, coercebant. Vlpianus Curent (inquit) ædiles vt nullus effodiat vias, neque subruat, neque construat in viis aliquid. Si autem seruus quidem fuerit, ab obuiante fustigetur: si liber demonstretur ędilibus, ædiles autem damnificent D. secundum legem, & quod factum est dissoluant.[f] Callistratus. Eos qui vtensilia negotiantur, & vendunt licet ab ædilibus cædantur non oportet quasi viles personas negligi.[g] Paulus.[h] Lectos emptos ædilis, cum in via publica positi essent conscidit, si traditi essent emptori, emptoris esse periculum placet. Vlpia. si quis mensuras conduxerit, easque magistratus frangi iusserit, si quidem iniquæ fuerint, Sabinus distinguit, &c. Iuuenalis.[k]

Huius qui trahitur prætextam sumere mauis?
An Fidenarum Gabiorumque esse potestas?

[a] Reg. const. Brit. art. 19.

[b] l. 2. §. si publico ff. de adul. l. 2. C. de abolitio Bart. l. accusato ff. de pub. iud. & §. si publico. Salic. l. in causis C. de accus.

[c] l. nec quicquam § de plano. ff. de offic. procons. & leg.

[d] l. leuia ff de accusa.

[e] l. 2. versi. iisdem temporibus ff. de orig. iur Cic. 7. in Verr.

[f] l. Ædiles ff. de via pub.

[g] l. eos ff. de mercurio.

[h] l. lectos ff. de per. & comm. rei vend. l. item quæritur § si quis mensuras ff. locati.

[k] Saty 10.

A *Et de mensura ius dicere, vasa minora*
Frangere pannosus vacuis ædilis Vlubris

Persius.[l] 1 saty.1.

Se se aliquem credens. Italo quòd honore supinus
Fregerit heminas, Areti ædilis iniquas.

Plautus.[m] m in Captiu. act 4.

Er. *Tum pistores, scrofipasci, qui alunt furfure sues,*
Quarum odore præterire nemo pistrinum potest.
Eorum si quoiusquam scrofam in publico conspexero,
Ex ipsis dominis, meis pugnis exculcabo furfures

B He. *Basilicas edictiones, atque imperiosas habet.*

Er. *Tum piscatores qui præbent populo pisces fœtidos*
Qui aduehuntur quadrupedanti, crucianti cauterio,
Quorum odos subasilicanos omnes abigit in forum:
Eis ora ego verberabo, surpiculis piscariis.
Vt sciant alieno naso, quam exhibeant molestiam
Tum lanij autem qui concinnant liberis orbas oues
Qui locant cædundos agnos, & duplam agninam damnunt,
Qui Petroni nomen indunt verueci sectario:
Eum ego si in via Petronem publica conspexero,
C *Et Petronem & dominum reddam mortales miserrimos*

He. *Euge edictiones ædilitias hic quidem habet,*
Mirumque adeò'st? nisi hunc fecerunt sibi Aetoli agoranomum.

Et alibi.[n] n Plaut. in Ruden.

Neptunus ita solet, quamuis fastidiosus ædilis est,
Si quæ improbæ sunt merces iactat omnes.

Apuleius.[o] Sed quid istud voti? gaudeo. Nam & lixas & virgas, & habitum prorsus magistratui congruentem in te video. Annonam curamus, ait & ædilem gerimus: & si quid obsonare cupis, vtique commodabimus, abnuebam, quippe qui iam cœnæ affatim piscatum prospexeramus. Sed enim Pythias visa sportula, succussisque in aspectum planiorem piscibus: at has quisquilias, quanti parasti? Vix, inquam, piscatori extorsimus accipere 20. denarios. Quo audito statim arrepta dextra, postliminio me in forum cupedinis reducens: A quo, inquit, istorum nugamenta hæc comparasti? demonstro seniculum, qui in angulo sedebat. Quem confestim, pro ædilitatis imperio voce asperrima increpans; Iam iam, inquit, nec amicis quidē nostris, vel omnino vllis hospitibus parcitis? Quid tam magnis pretiis

o Apul. asin. aur. lib. 1.

D (margin letter beside "re cupis")

A.

Litis capitalis exercendæ formulas, in leuioribus, recentibúsque maleficiis seruandas non esse.

CAP. XIIII.



Litis capitalis instituendæ formulam, regiis sanctionibus perscriptam habemus: à qua neque latum quidē vnguem, magistratibus recedere licet. Nisi tamen de leuiori, flagrantive, ac recenti maleficio quæratur. In iis enim huiusmodi solemnitates non curantur. [a] Communique interpretum nostrorum calculo receptum est, in leuioribus delictis, & in flagranti crimine deprehensum, posse non tantum nullo præcedēte elogio comprehendi. [b] verumetiam sine vlla iudicarij strepitus figura fustibus coerceri, aut aliter emendari. Ait enim Vlpia. posse proconsulem de plano, libertum non obsequentem emendare, aut verbis, aut fustium castigatione. [c] Et alibi Leuia (inquit) crimina, audire & discutere, de plano proconsulem oportet, vel liberare eos quibus obiiciuntur, vel fustibus castigare, vel flagellis cæsos liberare. [d] Quamobrem & ædiles, cum ad eos annonæ, rerumq; in foro venalium, ædium, publicarumque viarum cura pertineret. [e] si quid aduersus ea peccatum fuisset, summatim, & defunctoriè, neque etiam pro tribunali sedentes, tractabant, & definiebant. vnde & mensuras iniquas frangebant, merces improbas & adulterinas disiiciebāt, aut discindebant earumque negotiatores, summaria tantum cognitione adhibita, coercebant. Vlpianus Curent (inquit) ædiles vt nullus effodiat vias, neque subruat, neque construat in viis aliquid. Si autem seruus quidem fuerit, ab obuiante fustigetur: si liber demonstretur ędilibus, ædiles autem damnificent secundum legem, & quod factum est dissoluant. [f] Callistratus. Eos qui vtensilia negotiantur, & vendunt licet ab ædilibus cædantur non oportet quasi viles personas negligi. [g] Paulus. [h] Lectos emptos ædilis, cum in via publica positi essent conscidit, si traditi essent emptori, emptoris esse periculum placet. Vlpia. si quis mensuras conduxerit, easque magistratus frangi iusserit, si quidem iniquæ fuerint, Sabinus distinguit, &c. Iuuenalis. [k]

Huius qui trahitur prætextam sumere mauis?
An Fidenarum Gabiorumque esse potestas?

B

C

D

a Reg. const. Brit. art. 19.

b l. 2. §. si publico ff. de adul. l. 2. C. de abolitio Bart. l. accusato ff. de pub. iud. & d §. si publico. Salic. l. in causis C. de accus.

c l. nec quicquam §. de plano. ff. de offic. procons. & leg.

d l. leuia ff de accusa.

e l. 2. versi. iisdem tempor. bus ff. de orig. iur Cic. 7 in Verr.

f l. Ædiles ff. de via pub.

g l. eos ff. de uecurio.

h l. lectos ff. de per. & com. rei vend. l. item quæritur § si quis mensuras ff. locati.

k Saty 10.

Et de

A *Et de mensura ius dicere, vasa minora*
Frangere pannosus vacuis ædilis Vlubris

Persius.[l] — l Saty. 1.

Se se aliquem credens. Italo quòd honore supinus
Fregerit hæminas, Areti ædilis iniquas.

Plautus.[m] — m in Captiu. act. 4.

Er. *Tum pistores, scrofipasci, qui alunt furfure sues,*
Quarum odore præterire nemo pistrinum potest.
Eorum si quoiusquam scrofam in publico conspexero,
Ex ipsis dominis, meis pugnis exculcabo furfures
B He. *Basilicas edictiones, atque imperiosas habet.*
Er. *Tum piscatores qui præbent populo pisces fœtidos*
Qui aduehuntur quadrupedanti, crucianti cauterio,
Quorum odos subasilicanos omnes abigit in forum:
Eis ora ego verberabo, surpiculis piscariis.
Vt sciant alieno naso, quam exhibeant molestiam
Tum lanij autem qui concinnant liberis orbas oues
Qui locant cædundos agnos, & duplam agninam damnunt,
Qui Petroni nomen indunt verueci sectario:
Eum ego si in via Petronem publica conspexero,
C *Et Petronem & dominum reddam mortales miserrimos*
He. *Euge edictiones ædilitias hic quidem habet,*
Mirumque adeò'st? nisi hunc fecerunt sibi Aetoli agoranomum.

Et alibi.[n] — n Plaut. in Ruden.

Neptunus ita solet, quamuis fastidiosus ædilis est,
Si quæ improbæ sunt merces iactat omnes.

Apuleius.[o] Sed quid istud voti? gaudeo. Nam & lixas & virgas, & habitum prorsus magistratui congruentem in te video. Annonam curamus, ait & ædilem gerimus: & si quid obsonare cupis, vtique commodabimus, abnuebam, quippe qui iam cœnæ affatim piscatum prospexeramus. Sed enim Pythias visa sportula, succussisque in aspectum planiorem piscibus: at has quisquilias, quanti parasti? Vix, inquam, piscatori extorsimus accipere 20. denarios. Quo audito statim arrepta dextra, postliminio me in forum cupedinis reducens: A quo, inquit, istorum nugamenta hæc comparasti? demonstro seniculum, qui in angulo sedebat. Quem confestim, pro ædilitatis imperio voce aspertima increpans: Iam iam, inquit, nec amicis quidē nostris, vel omnino vllis hospitibus parcitis? Quid tam magnis pretiis — o Apul. asi. aur. lib. 1.

D (margin letter beside "re cupis")

A *Et de mensura ius dicere, vasa minora*
Frangere pannosus vacuis aedilis Vlubris

Persius.[l] [l Saty.1.]

Se se aliquem credens. Italo quòd honore supinus
Fregerit heminas, Areti aedilis iniquas.

Plautus.[m] [m in Captiu. act.4.]

Er. *Tum pistores, scrofipasci, qui alunt furfure sues,*
Quarum odore praeterire nemo pistrinum potest.
Eorum si quoiusquam scrofam in publico conspexero,
Ex ipsis dominis, meis pugnis exculcabo furfures

B He. *Basilicas edictiones, atque imperiosas habet.*

Er. *Tum piscatores qui praebent populo pisces foetidos*
Qui aduehuntur quadrupedanti, crucianti cauterio,
Quorum odos subbasilicanos omnes abigit in forum:
Eis ora ego verberabo, surpiculis piscariis.
Vt sciant alieno naso, quam exhibeant molestiam
Tum lanij autem qui concinnant liberis orbas oues
Qui locant caedundos agnos, & duplam agninam damnunt,
Qui Petroni nomen indunt veruecí sectario:
Eum ego si in via Petronem publica conspexero,
C *Et Petronem & dominum reddam mortales miserrimos*

He. *Euge edictiones aedilitias hic quidem habet,*
Mirumque adeò'st? nisi hunc fecerunt sibi Aetoli agoranomum.

Et alibi.[n] [n Plaut. in Ruden.]

Neptunus ita solet, quamuis fastidiosus aedilis est,
Si quae improba sunt merces iactat omnes.

Apuleius.[o] Sed quid istud voti? gaudeo. Nam & lixas & virgas, & habitum prorsus magistratui congruentem in te video. [o Apul. asi. aur. lib.1.] Annonam curamus, ait & aedilem gerimus: & si quid obsonare cupis, vtique commodabimus, abnuebam, quippe qui iam D coenae affatim piscatum prospexeramus. Sed enim Pythias visa sportula, succussisque in aspectum planiorem piscibus: at has quisquilias, quanti parasti? Vix, inquam, piscatori extorsimus accipere 20. denarios. Quo audito statim arrepta dextra, postliminio me in forum cupedinis reducens: A quo, inquit, istorum nugamenta haec comparasti? demonstro seniculum, qui in angulo sedebat. Quem confestim, pro aedilitatis imperio voce asperrima increpans: Iam iam, inquit, nec amicis quidẽ nostris, vel omnino vllis hospitibus parcitis? Quid tam magnis pretiis

pisces friuolos indicatis? & florem Thessaliæ regionis, instar solitudinis, & scopuli edulium caritate deducitis? sed non impune, A
iam enim faxo scias, quemadmodum sub meo magisterio mali debeant coërceri, & profusa in medium sportula, iubet officialē suū insuper pisces inscendere, ac pedibus suis eos obterere. Qua contentus morum seueritudine meus Pythias, ac mihi vt abirē suadens: sufficit mihi ô Luci, inquit, senieuli tanta hæc contumelia. Hactenus Apuleius. Tranquillus.[p] Item scribam quæstorium, itémque prætuta functum senatorem inauditos, & innoxios relegauit: quod ille aduersus priuatum se intemperanter affuisset: hic in ædilitate inquilinos prædiorum suorum contra B
vetitum cocta vendentes mulctasset, villicumque interuenientem flagellasset. Ad hæc alludere videtur & Seneca dum ait. Voluptatem inuenies latitantem sæpius, ac tenebras captantē circa balnea, ac sudatoria, ac loca ædilem metuentia.[q] Sicut & in trinummo Plauti sycophanta.

p In Claudio cap. 38.

q Senec. lib. de vita beata.

Enimuero sero quoniam aduenis
Vapulas meo arbitratu, & nouorum ædilium.

Ex his igitur planum fit, leuiora, præsentaneáque maleficia: C
summatim & è plano omissis iudiciorum solemnibus & formulis castigari posse. Qua ratione censuit Angelus[r] eū qui in aleā, chartulatúmve pictarum lusum pecuniam insumens, aut arma prohibita deferens, vel subtractas vuas venum exponens, repertus sit, posse confestim nullā etiam præcedente sententia supplicio affici: seque quamplurimos vidisse fures racemarios, qui vel immaturas, vel etiam escarias atque mites vuas in alienis vineis collegissent, catenis constrictos, vicatim traduci: atque in area publica, ludibrio futuros, exponi: collo etiam in collari pendente. Id quod etiamnum aduersus blasphemos obseruari solet. D
Et hi enim summatim blasphemias dixisse conuicti, collariis in publico, vt derisui viatoribus sint, alligantur: vel in numellam incutui, & quadrupedes immituntur.[s] Sed & ego non semel dū apud Nanetanos, præturæ munere fungerer, zonarios quosdam sectores, qui dum dirimendis litigantium controuersiis, pro tribunali sedens operam darem marsupia multa inciderant in prætorium inductos, summatim interrogaui, commissisque testibus oppressos damnaui, moxque supplicio afficiendos carnifici tradi iussi. Idque ab aliis plerisque multi nominis iudicibus obseruatum fuisse scio, & à supremis curiis comprobatum.

r Ange. d. l. ædiles Iason l. 2. ff. si quis ius dicend. non obtemp.

s Alcia. l. de verb. sig. ff.

A Nec etiam vetustatis exemplo caret. Scribit enim Tranquillus (quod & alibi annotasse memini) Caligulam, seruum quendam, Romæ publico epulo, ob detractam lectis argenteam laminam, carnifici confestim tradidisse, vt manibus abscissis, atque ante pectus à collo pendentibus, per cætus epulantium circumduceretur. [t] Constatque iure etiam nostro custodias non solum pro tribunali, sed & de plano audiri posse, atque damnari. [u] Memini cum essem Pictauij, vidisse me quendam venalitiatiũ, qui quod fœtidos pisces venui exposuisse, summatim conuictus fuisset,
B grauem fisco mulctam pẽdere damnatus fuit, & præterea pisces illi fœtentes Prætoris imperio in eius ignominiam palam à carnifice vstulati fuere. Sane quod Angelus existimauit posse iudicem summatim, & è plano in eum animaduertere, quem alea, vel chartulis, ludentem inuenerit iam olim vsu, moribúsque receptum fuisse, vel ex eo constat, quod ædiles, si quem talis tesserísve ludentem offendissent, actutum etiam iudiciorum solemnibus omissis, illum aut mulctatitio ære damnabant, aut aliter castigabant: quod & non obscure significat Martialis cum ait. [x]

Et blandè malo perditus fritillo
C *Arcana modo raptus è popina,*
Aedilem rogat vdus aleator.

Et alibi. [y]

Nec timet ædilem moto spectare fritillo.

t Tranq. in calig. cap. 32.
u l. vnius §. fin ff. de quæstio.
x Mart. epig. lib. 5. ad Gallam.
y Mart. epig. lib. 5. ad Gallam.

Culpam latam in negotiis etiam criminum, dolo quandoque comparari.

D CAP. XV.


LATAM culpam dolo proximam esse, atque ideo dolo comparari, receptissimum est. [a] Quod in cõtrouersiis vtique ciuilibus accipiendum: quantum enim ad nummariam pœnam attinet, vt quis eam subeat, satis est in lata eum culpa fuisse: tametsi dolum nullum adhibuerit. [b] Corporali autem supplicio, subiici quenquam culpæ nomine non debere, nisi & dolus etiam aliquis ipsius argui possit, delinquendique animum habuerit, pro-

a l. vbi ff. de æde.
b l. 1. §. non alias ff. si quis testa. lib. esse iuss. fue. l. qui ædes ff. de incend. rui. & naufr.

pius vero videtur. Scribit enim Vlpia. capitalem fraudem admi- A
sisse eum videri, id est, tale aliquid deliquisse, propter quod capi-
te puniendus sit, qui dolo & per nequitiam quidquam fecerit:
non item si vel errore, vel casu offenderit. [c] Sic & prætoris edi-
cto, quo aduersus eũ, qui ex incendio, ruina vel naufragio, quid-
quam raptum receperit, criminalem accusationem institui con-
cessum est, doli mali mentio adiecta est, traditúmque ab Vlpia.
Non omnem qui receperit delinquere, sed qui dolo malo rece-
perit. [d] Vnde & Paulus in lege Cornelia. Culpam latam pro do-
lo non accipi scriptum reliquit. [e] Ideóque si quis ex alto præci-
pitem se dederit, & super alium venerit, cúmque occiderit, aut B
putator ex arbore, cum ramum deiecerit, non proclamauerit, &
prætereuntem occiderit, ad eius legis coërctionem non pertine-
re. [f] Idem & si de famę cuiusquam dispendio tractetur, nam nec
tunc etiam culpam latam dolo comparem censeri Accurs. exi-
stimauit. [g] Cum non minus leue famæ, quam vitæ periculum
esse creditum sit. [h] Debeátque maior bonis viris ignominiæ, quã
mortis metus esse. [i] Et hæc quidem pro regula tradita sint. Quæ
tamen perpetua non est. Sunt enim multi casus quibus in crimi-
nalibus quoque iudiciis culpa lata dolo comparatur, tametsi de
corporali pœna agatur: Veluti in eo qui amatorium poculum C
dederit, & hic enim licet dolo non fecerit, tamen quia mali exẽ-
pli res est, si humilior sit in metallum damnatur, honestior in in-
sulam amissa parte bonorum relegatur. Quod si ex eo mulier,
aut homo perierit, summo supplicio afficitur. [k] Tametsi me nõ
lateat aliter olim in Areopago iudicatum fuisse, idque iudicium
ab Aristotele probari. Is enim lib. moral. pri. cap. 12. In hæc ferè
verba. Ferunt olim quandam mulierem poculum cuidam ama-
torium dedisse, qua potione mortuus ille fuerit, eamque mulie-
rem hoc crimine in Areopagum pertractam, iudicum sententiis
absolutam fuisse: ea ratione quod id minimè futurum præuide- D
rat, amoris siquidem cupidine obcæcatã id fecerat, non ea men-
te, vt hominem perderet, sed vt sibi soli seruaret. Vbi ergo ani-
mus delinquendi non est, ibi nec pœnam, nec supplicium es-
se debere: cum ea duntaxat crimina puniantur, quæ voluntaria
sunt. Hæc ille nõ sat vt apparet rectè. [l] Præuidere enim debuit,
quod omnes sciunt, potionem illam & cui dabatur facile inte-
ritum, vel furorem allaturam: quod pluribus olim contigisse
notissimum est. Veluti Lucretio poëtæ, quem à Lucillia vxo-
re, amatorio poculo in furorem tractum, indéque mortuum,

c l. cum autẽ §. excipiuntur ff. de ædil. edic.
d d. l. 1. in princ. & l. 3. §. non tantum ff. de incend. rui. & naufr.
e l. in lege ff. ad l. Cornel. de siccar.
f d. l. in lege & l. si putator ff. ad l. aquil.
g §. suspectus inst. de susp. tuto. glo. l. in actionibus ff. de in litem iuran.
h l. iusta ff. de ma. vindic.
i l. isti quidem ff. de eo. qu. me. cau.
k l. si quis aliquid §. qui abortionis ff. de pœn.
l . Alciat. parer. iur. lib. 7. cap. 15.

A Hieron.& Euseb.literis mandauere.[m] Ea Caligulæ, quem amatorio medicamento à Cæsonia vxore porrecto in furorem versum Tranquillus scribit[n] quod & Iuuenalis his versibus exprimit:[o]

---Si non
Et furere incipias; vt auunculus ille Neronis
Cui totam tremuli frontem Cæsonia pulli
Infudit.

Et Lucullo, quem pharmacis, quæ vim amatoriam habuerint à Callisthene liberto propinatis aduersa mentis valetudine B captum paulatim contabuisse Cornel. Nepos & Plutarc. scriptum reliquere.[p] Vt sic optimo iure qui huiusmodi Philtra ministrant, propter malum exemplum capitali animaduersione, si mors inde sequatur, corripi constitutum sit. Nam & alibi Marcellus tradit ex Senatusconsulto relegari iussam eam, quæ non malo quidem animo, sed malo exemplo, medicamentum ad cõceptionem dederat, ex quo ea quæ acceperat, decesserat.[q] Id etiam alio Senatusconsulto effectum fuisse tradit,[r] vt pigmentarij si cui temerè cicutam, salamandram, aconytum, pityocampas, buprestim, mandragoram, cantharidas dederint, pœna leg. C Cornel. de sicariis & veneficiis teneantur. Quibus verbis significatur pigmentarios, id est, pigmentorum concinnatores, seu medicamentarios, qui ipsi medicamenta conficiunt & contusas species minutatim vendunt,[s] si temerè cuiquam, & inconsulte huiusmodi noxia medicamenta vendiderint, in fraudem capitalem incidere. Quamuis enim publicè illis liceat, ea ad vsum salutarem venalia habere: vt quæ aliis mixta sæpe salubria sint, & quibus, vt Philostratus in vita Appolinij scripsit,[t] medici ad multas ęgritudines salubriter vti didicerint: Si tamen D ad personas ementium non respexerint, sed stultè & imprudenter cuiuis emere volenti, vendiderint, securi quem in vsum conuersurus emptor esset, huius culpæ, temeritatisque suæ pœnam capite luunt. Sic enim Senatusconsulti illius verba accipi debere existimo.[u] Nec mihi eorum placet opinio, qui Senatusconsulti verba ad eos, qui noxia illa Pharmaca, ad necem cuiusquam properandam dederint, referenda censent.[x] Quid enim opus fuisset Marcellum Senatuscons. illius meminisse, qui iam dixisset legis Corneliæ de sicariis & veneficiis capite quinto, plecti, qui malum venenum necandi hominis causa fecerit, vendiderit, vel habuerit?[y] Sed & verbum illud, temerè, in

m Crin. de poet. lat. lib. 2. cap. 2.
n in Calig. cap. 50. Ioseph. antiqu. lib. 9.
o Iuue. Sat. 6.
p Plutarc. in Lucullo.
q l. 3. §. 1. ff. ad l. cor. de sicca.
r l. 2. c. alio. ei.
s Alciat. l. mercis ff. de verbo sign.
t Philo. lib. 3. cap. 13.
u d. §. alio.
x Alexan. ab Alex. geni. lib. 2. cap. 10.
y d. l. 2. in princ.

responso Marcelli scriptum, apertè indicat Senatusconsultum A
de eo intelligendum, qui imprudenter & inconsideratè medicamina illa dederit, non qui dolum admiserit, neque enim dolum propriè comprehendit temeritas: quod & alibi Marcellus ipse significare videtur dum ait.[z] Si iudex ita fuerit interloquutus, Lucius Titius temerè accusasse videtur, calumniatorē pronuntiasse non videtur. Temeritatem enim facilitatis veniam continere, & inconsultum calorem calumniæ vitio carere, & ob id nullam pœnam subire oportere Papinianus respondit. Cicero.[a] Omnis actio carere debet temeritate & negligentia: nec B
verò agere quicquam, cuius non possit causam probabilem reddere. Et mox paucis interpositis. Appetitus (inquit) omnes contrahendi, sedandique, excitandaque est animaduersio, & diligentia, vt ne quid temerè, ac fortuitu, inconsideratè, negligenterq; agamus. Quod autem suprascripta medicamenta, quamuis sola noxia, venenataq; aliis tamen substantiis admixta salubria sunt, vel ex Dioscoride colligere licet: dum ob hanc etiam causam ea in libris suis adiecisse dicit, quod qui his pro morborum remediis vti instituerint, aliis medicinis contemperatis, cautiùs & salubriùs vti poterunt: cum eorum naturam, viresque perdidicerint.[b] Proinde & pigmentarij culpa, temeritatéque omni carebunt, si diligenter mores, conditionémque C
emptorum explorauerint, neque cuiquam istiusmodi venena dederint, nisi ad salutarem aliquem vsum indigere eum iis sciuerint, vt quia medicus sit, chirurgus, pharmacopœus, veterinarius, mulomedicus: his enim & similibus huiusmodi rerum commercium interdictum non videtur.[c] Nam & quod vulgo traditur, mali veneni emptionem non contrahi: de iis quæ nullo modo per adiectionem alterius materiæ vsui nobis esse possunt, intelligendum est. De iis verò, quæ mixta aliis materiis adeo D
nocendi naturam deponunt, vt ex his antidota, & alia quædam salubria medicamenta conficiantur; aliud dicendum est.[d] Cautius tamen prudentiúsque egerit pigmentarius, vel etiam negotiator magnarius, si daturus cuiquam huiusmodi venena, quāuis sibi notissimo, cuiúsque fidem aliis in rebus perspectam habeat, testes nihilominus si fieri possit adhibeat, vel saltem diligenter memoriæ, vel potius literis fidissimis memoriæ custodibus, mandet: quo si fortè abusus emptor fuerit, rei series elucescere possit. Nam & hac ferè ratione veneficum quendam, detectum, & innocentem liti noxæq; exemptum quondam fuisse

z l.1.§.quæro ff. ad turpil.

a lib.1. Offic.

b Diosco. lib. 6.

c Fab. §. item l. cer. de succ. inst. de pub. iud.

d l. quod sæpe §. venens ff. de contrahen. empt. l. qui venenum vbi Alciat. ff. de verbo. signifi.

A Apuleius scriptum reliquit. Rogatus si quidem à seruulo medicus venenum illi dare, quod ægroto cuidam perquàm necessarium esse dicebat, qui quam matutissimè inexplicabili morbo liberati cuperet, ne grauissimos dolores diutius sustineret. Suspicatus (id quod erat) sine noxa non vsurum, futurúmque vt de ea re quæstio haberetur, potionem quidem dedit soporiferam, sed dubiam esse, quæ sibi offerebatur pecuniam commentus, donec per argentarium exploraretur, proba ne an adulterina esset, cum esset, in marsupio, vt serui anulo signaretur effecit: eamque deinde sigillum suum agnituro coram iudici-
B bus exhibuit. Apuleius.[e] Cum iam sententiæ pares cunctorum stilis ad vnum sermonem congruentibus ex more perpetuo, in vrnam æneam deberent coniici, quo semel conditis calculis iam cum rei fortuna transacto nihil postea commutari licebat, sed mancipabatur potestas capitis in manum carnificis: vnus è curia senior, præ cæteris compertæ fidei, atque auctoritatis præcipuæ medicus, orificium vrnæ manu contegens, ne quis mitteret calculum temere hoc ad ordinem pertulit. Quod ætatis sum vobis approbatus, me vixisse gaudeo: nec patiar falsis criminibus petito reo, manifestum homicidium perpetrari:
C nec vos qui iureiurando adstricti iudicatis, inductos seruuli mendacio peierare, ipse non posse calcata numinum religione, conscientiam meam fallens, perperam pronuntiare. Ergo vt res est, de me cognoscite, furcifer iste venenum præsentarium comparare sollicitus, centúmque aureos solidos offerens pretium, me non olim conuenerat, quod ægroto cuidam dicebat necessarium, qui morbi inextricabilis veterno vehementer implicatus, vitæ se cruciatui subtrahere gestiret. At ego perspiciens malum istum verberonem blaterantem atque inconcinne caussificantem, certúsque aliquod moliri flagi-
D tium, potionem quidem dedi: sed futuræ quæstioni præcauens, non statim precium quod offerebatur accepi: sed ne forte aliquis, inquam istorum quos offerret aureorum, nequàm vel adulter repetiatur, in hoc ipso sacculo conditos eos, anulo tuo prænota, donec altera die nummulario præsente comprobentur, sic inductus, signauit pecuniam: quam exinde vt iste representatus est iudicio, iussi de meis aliquem curriculo taberna promptam afferre. Et en ecce prolatam coram exhibeo, videat, & suum sigillum recognoscat. Nam quẽadmodum eius veneni alter insimulari potest, quod iste comparauerit?

e Asin. aur. lib. 10.

Hactenus Apuleius. Cuius ex verbis id quoque perspicuum A fit, licuisse apud veteres venenum dare, ad properãdam alicuius necem, qui tædio vitæ affectus vltronea morte cruciatibus se subtrahere vellet, vel ignominiosam mortem effugere. Quod pulchrè, & eleganter. Plin. his verbis differit. [f] Quin & venena natura nostri miserta instituisse credi potest, ne in tædio vitę diræ famis mors, terræ meritis alienissima, lenta nos consumeret tabe, ne lacerum corpus abrupta dispergerent, ne laquei torqueret pœna præpostera, incluso spiritu, cui quæreretur exitus, ne in profundo quæsita morte, sepultura pabulo fieret, ne ferri cruciatus scinderet corpus. Ita est miserta, genuit id cuius facillimo haustu illibato corpore, & cum toto sanguine extingueremur, nullo labore, sitientibus similes. Quo taliter defunctos non volucres, non feræ attingerent, terræque seruaretur qui sibi ipsi periisset. Et vt verum fateamur terra nobis malorum remedium genuit, nos illud vitæ fecimus venenum, &c. Hoc autem Christianæ religionis pietas non admitteret, cum non sit fas iniussu imperatoris, id est, Dei de præsidio & statione vitę decedere. [g] Sed hæc extra rem. Illud constat esse mala noxiaq; aliquot venena, quæ pannariis negotiatoribus, lanariis & infectoribus C impunè distrahi possunt, vt qui iis ad inficiendas, tingendasque lanas indigeant. Sunt enim aliqui colorés, qui sine veneno confici non possunt, qualem nonnulli purpureum esse ferunt, ad quod alludere videtur Virgil. [h]

f Plin. lib. 2. cap. 63.

g Cic. in Som. Scipion.

h 2. Eclog.

Alba nec Assyrio fucatur lana veneno.

Sed hos nosse pigmentarios oportet, fidemq; eorum exploratam habere: alioquin culpa vacui non sunt. [i] Sanè quæ de poculis amatoriis aduersus Aristotelem, ex iurisconsultorum nostrorum sententia tradidi: putauerim ad amatoria quæcumque alia producenda esse: vt qui ea etiam dederint (quia res mali exempli est) animaduersione digni sint. Non enim video cur D aliud de his, quàm illis censeri debeat. Quamuis sciam Hillum apud Sophoclem in alia sentẽtia esse, cum Deianiram matrem, (quæ tunicam Nessæo sanguine infectam, amatorium munus ad Herculem miserat, quo ille non multo post interiit) nihil deliquisse contendit. Eam enim cum putasset corpori ipsius iniecturam, quod conciliandi amorem vim haberet, abalienatumq; ipsius animum reuocãdi, peccasse errore quidem, non voluntate. Sentiens scilicet non facta, sed voluntatem, consiliumq; in iudicando spectari oportere. Sic enim ille ad Herculem. [k]

i d. §. alio.

k Sophoc. in Trachin.

Matris

A *Matris adsum, in quibus nunc est, miserias*
Palàm facturus, pater, & dicturus tibi.
Quodnam imprudens & nolens admisit scelus.

Et mox paucis interpositis.

Sic res habet, culpa vacat, quid taceam?

Et rursum.

Rem malè gessit, totáque errauit via:
Dum bene sibi consultum putat, & bene
Simul vt tua patuit pellici domus.
Sponsámque domi vidit, te amatorio
B *Rata munere in sui amorem allicere,*
Lapsa est, errauit.

Sed & chorum Deianiræ consilium probasse Sophocles his versibus indicat.

Cho. *Viam si tantam philtro tute inesse rata,*
Atque bona fide, es aggressa facinus
Culpa mea quidem vacas sententia,
Neque omnino mala iniisti consilia.

Tetigit hoc & Cicero lib. de nat. Deor. 3. cum dixit. Nec enim Herculi nocere Deianira voluit, cum & tunicam sangui-
C ne Centauri tinctam dedit. Proinde & apud Ouidium. Deianira ipsa Herculi factum sic excusat.

Deprecor hoc vnum per iura sacerrima lecti
Ne videar thalamis insidiata tuis,
Nessus vt est auidum percussus arundine pectus,
Sic dixit, vires sanguis amoris habet.

Qua de re & alibi Ouidius.[1]

Prætulit imbutam Nessæo sanguine vestem
Mittere, quæ vires defecto reddat amori
Ignaróque Lichæ quid tradat nescia, luctus
D *Ipsa suos tradit, blandísque miserrima verbis.*
Dona det illa viro, mandat, capit inscius heros.

[1] Ouid. Metamor. lib. 6

Sed in hac quoque specie Deianiram culpa vacuam fuisse, nemo sani iudicij dixerit: quæ perfido raptori, pudicitiæque suę expugnatori, temerè adeo in perniciem mariti fidem habuerit: neque viderit dona quę ab hostibus mittuntur, exitio plerumq; esse, vt verissimè dictum sit prouerbioq; celebratum.

Non esse dona, dona quæ veniunt tibi
Ab hoste, verum inauspicata, ac noxia.

Item & illud.

Atque ita ab hoste hosti ueniunt lætalia dona. A
Quæ studij specie, fata, necémque ferant.

Nec me ab hac sententia reuocat, quod apud Ciceronem cēset Plancus, credulitatem errorem esse magis, quam culpam: quæ in optimi cuiusque mentem facillimè irrepat. [m] Id enim de communi illa probabilique credulitate accipiendum est; qua quis cito facileq́; inducitur ad credendum ei qui probus, integer, fidéque dignus habeatur, [n] vel qui familiaritate & amicitia coniunctus ei sit: [o] aut cuius dictum fama comitetur, [p] non de hac stolida fatuáque & incerta, qua quis continuo & temerè B inimici etiam sermonibus fidem tribuit. Et hæc enim (quam captionum matrem Fulgentius dicit) culpæ non immeritò à nostris iuris authoribus assignatur. [q] De eaque & consimili intelligi oportet, quod vulgo dicitur, nimiam credulitatem in iure reprobari. [r] Eique imputandum esse, qui credulus fuerit. [s] Nerui enim (quod Epycharmus dicebat) & artus sunt sapientiæ, nemini temerè credere. [t] Vnde & apud Plautum Pamphilippus adolescens, in re etiam leuis momenti, Antiphoni, quamuis socero, non aliter quam satisdatione accepta fidem habiturum se dicit, nisi sciret sibi amicum esse. Plautus. [u] C

P. *Satis abs te accipiam, nisi videam mihi te amicum esse Antipho.*
Nunc quia te amicum mihi experior esse, creditur tibi.

Id autem à Pamphilippo dictum apparet: quia inter eum, & socerum nonnihil antea fuerat diffidij: Quod & ex sequentibus intelligi potest, cum Pamphilippus ipse sic loquitur.

Sed satin' ego iam tecum pacificatus sum Antipho?

Sicut & ex his quæ mox ab Epignomo Pamphilippi fratre dicuntur. Sic enim ille ad Pamphilippum de socero.

E. *Post illa iam iste est Tranquillus tibi?* D

Cuius verba Antipho, excipiens.

Magis (inquit) quàm mare, quo ambo vecti estis.

Carceri quoque præpositus, si nimia eius culpa deprehendi possit cum qui carcere detinebatur, euasisse, eodem supplicio affici debet, quo qui euasit afficiendus erat: tametsi fraudulenter eum in dimittenda custodia versatum fuisse aliter probari non possit. [x] Et ab officio præterea ob negligentiam remouendus est. [y] Quod & ad eum qui arcem aliquam aduersus hostes tuendam susceperit producendum existimat Oldraldus. Cuius

m Plan. Cic. epist. Cic. lib. 10.
n glo. & doct. l. titio centum ff. de condit. & demonstr. aug. Iason & Iaco. l. 1. §. 1. ff de eo per quem fac. erit.
o l. quod vulgo ff pro emp. aug. l. mariti §. plectitur ff. ad l. iul. ac adult.
p l. Plagij C. ad l. Fab. de plag. l. cū quidem §. quod dicitur ff. de acqui. hæred. l. fin. ff. de hæred. inst. l. miles §. mulier. ff. ad legem iul. de adulte.
q d. l. 1. §. 1. de eo per quem fact. erit.
r l. 3 § sed si sic ff. de in rem verso. l. nimia C. de act. & oblig.
s d. l. 1. §. 1. ff. de eo per quē fact. erit glo. & doc. cap. inquisitio de sēt. excom. se li. c. cum contingat de rescript.
t Q. Cic. lib. de petit. consul.
u in Sticho.
x l. milites & l. fin. ff. de custo. reo. l. ad cōmentariens. C. eod.
y l. carcer. ff. eod.

A in ſententiam cæteri frequentius eunt.[z] Sed & medicum qui pro ſalutari medicamento mortiferum ægroto porrexerit, vel per cuius imperitiam aliter factum ſit, vt cuius curationem ſuſceperat, interierit, capitali animaduerſione plectendum Florianus cenſuit.[a] Quod vt fatear perſpicuè nulla lege probari, neque etiam moribus receptum eſſe: quia tamen peſſimi etiam res eſt, exempli, quæ in maximam reipublicæ totius perniciem tendit: crediderim reipublicæ expedire huiuſmodi imperitorum medicorum inſcitiam hac ſeueritate coërceri. Sicuti enim B medico imputari euentus mortalitatis non debet: ita quod per impetitiam commiſit, imputari ei debet, neque humanæ fragilitatis obtentu, delictum decipientis in periculo hominis innoxium eſſe oportet.[b] Tametſi enim plurimi ſint morbi, quibus medicorum ope conſuli nulla ratione poteſt:[c] medicique (quod Cicero dixit) ſæpe fallantur.[d] Sintque multa, quæ medicinam fallant, neque etiam omnes ægri conualeſcant. Nec ideo minus ars medicina putanda ſit,[e] quia vt & Ouidius ait.[f]

z Oldr. conſil. 92. Albe. & alij d. l. miſites.
a Floria. l. idem iuris ff. ad l. aquil.
b l. illicitas §. ſicuti ff. de offic. præſid.
c Lucia. in abdicato.
d Cic. lib. 3. de nat. deor.
e Cic. de diuin. lib. 1.
f de Ponto. eleg. 4.

Non eſt in medico ſemper releuetur vt æger.
Interdum docta plus valet arte malum.

C Fit tamen ſæpius, vt quamplurimi magno reipub. malo, medicos ſe profiteantur, qui vix primoribus labris medicinam ipſam attigerint: pluréſque medicorum imperitia, quàm miti obitu, ſuaque morte, vel gladio pereant, dum (quod Sidonius dixit) parum docti, & ſatis ſeduli, languidos multos officioſiſſimè occidunt, vt mihi iure cum Plinio conqueri libeat, quod nullum in iſtiuſmodi impoſtores cōſtitutum ſit ſupplicium. Sic enim ille.[g] Nec dubium eſt omnes iſtos famam nouitate aliqua aucupantes, animas ſtatim noſtras negotiari, hinc illæ circa D ægros miſeræ ſententiarum concertationes, nullo idem cenſente, ne videatur aſſertio alterius. Hinc illa infelicis monumenti inſcriptio: turba ſe medicorum periiſſe. Et mox quibuſdam interpoſitis. Itaq; Hercule in hac artium ſola euenit, vt cuicumque medicum ſe profitenti ſtatim credatur, cum ſit periculum in nullo mendacio maius. Non tamen illud intuemur: adeo blanda eſt ſperandi pro ſe cuique dulcedo, nulla præterea lex quæ puniat inſcitiam capitalem, nullum exemplum vindictæ, diſcunt periculis noſtris, & experimenta per mortes agunt, medicóque tantùm hominem occidiſſe, ſumma impunitas eſt. Quinimo tranſit in conuitium, & intemperantia culpatur.

g Plin. lib. 19. cap. 1.

Vltroque qui periere arguuntur. Hactenus Plin. In quam sententiam & Angelus Politianus.[h] Indolui rursus generis humani vicem, quod in se grassari tamdiu impunè tristem hanc inscitiam patiatur, atque ab iis interdum vitæ spem precio emat, vnde mors certissima proficiscatur. Quis enim non videat plus esse à medico, quam à morbo periculi? Siquidem & morbus alius pro alio curetur, & alia pro aliis remedia afferantur. Quod & nouissimè Ioannes Ludouicus sic expressit. Errata medici impunè sunt, imò etiam mercede compensantur, nec deest, quod flagitio suo prætexant, ægri inobedientiam, vim morbi maiorem, quam cui posset subuenire humana ars: facetiis nonnumquam & dicteriis iustas querimonias eludunt. Cui vnquam est dies medico de cæde dicta? &c.[i] Quamobrem scite dixisse visus est Nicocles, medicos felices esse quoniam successus quidem ipsorum sol intuetur, errores autem tellus opperit.[k] Sicut & iunior Philemon, qui soli medico & aduocato licere impunè occidere dicebat.[l]

h Ang Polit ad Nicol. Leonic. epist lib. 2.

i Io. Lud. à Viue lib. de caus. corrup. artic. 5.

k Maxi. ser. 50.

l Stob. ser. de med.

Qua de re etiam Iouia. Pont. sic iocatur in dialogo Charontis & Mercurij. Mer. Liberius viuunt medici, vt quibus permissum sit hominem impune occidere. Char. An non capitale apud illos est parricidium. Mer. Etiam, medicos tamen lex non modo absoluit, verum mercedem quoque eis statuit. Char. quam inique comparatum. Mer. Quinimo iure eos lex absoluit. Siquidem medicus non occidit, verum qui medici vtitur consilio, & opera, quam quidem vel magno concudunt pretio. Sed & pharmacopolas plerosque esse comperrissimum est, non medicinæ tantum, verumetiam bonarum omnium artium rudes, qui quandoque nullo medico in consilium adhibito, per se, vel vilem aliquem famulum pharmaca malevalentibus ministrare soleant, quo consequi compendium vberius possint: eoque fieri vt cum rei ad se non pertinenti, se immisceant, quamplurimos ante diem ad Orcum demittant. Súntque adhuc Nanetis, multi superstites, qui sciant mulierem quandam, quæ à paucis mensibus vterum ferebat, cum in febriculam incidisset, acceptis quibusdam noxiis medicaminibus, quæ ei imperitus pharmacopola dari per famulum curauerat, geminos statim mortuos, vixque trimestres enixam, paulò post abortum, occubuisse. Cuius rei cum per vniuersam vrbem fama percrebuisset, isque coram præfecto vrbis edicto die dicta adesse iussus esset, causatus est, nihil se nisi imperante medico

A mulieri illi ministrasse. Et ad faciendam huius rei fidem chartulam quandam medici chirographo subsignatam è sinu protulit: qua testabatur medicus, medicamina in ea comprehensa, mulieri illi (quam nec de facie vnquam nouerat) porrigi se iussisse, quam quidem chartulam, ille dolo à facili, credulóque medico extorserat, ea sibi opus esse confingens, vt quæ in ægræ curationem impenderat, ab hæredibus minimè gnaris consequi posset. Cui profectò graue aliquod supplicium in aliorum exemplum irrogari debuisse, quis non videt? neque enim lege tantū Aquilia, vel ex locato aduersus medicum, aut chirurgum agi potest, B qui aliquem imperitè secuerit, curationem eius deseruerit, vel medicamentum ei cum nihil opus esset, aut non suo tempore dederit, aut per imperitiam aliter vsus eo perperàm fuerit.[m] Verumetiam criminale iudicium in eum institui potest, si dolum in coniuratione admiserit:[n] vel eiusmodi sit culpa, quæ ad dolum proximè accedat. Et ea enim etiam dolus dicitur.[o] Nam & mensorem, qui in modi renuntiatione, cum de finibus contentio esset, vel emptor, aut venditor scire vellet, cuiusmodi ager veniret, falsum dixerit, non propter dolum tantum, si quem C adhibuerit, sed & si in lata culpa fuerit, coërcendum Vlpian. respondit.[p] Vnde & Paulus magnam negligentiam, in doli crimen cadere dixit.[q] Alibique tradidit magnam negligentiam culpam esse, magnam culpam dolum.[r] Sic & Vlpianus dolum (inquit) accipere debemus & culpam latam. Et alibi dissoluta ait negligentia, propè dolus est.[s] Et iterum culpa dolo proxima dolum repræsentat.[t] Huiusmodi autem esse videtur imperitia, quam cum Celsus culpæ annumerandam respondit,[x] de hac latiore, & quæ propè dolum accedit, intellexisse videtur: quæ cum quibuscumque etiam vilissimis artificibus D imputetur,[y] maximè omniū medicis assignari debet: qui quod non bene didicerunt, tam graui multorum periculo profitentur, & de vita hominis tam temerè ludunt. Neque enim debet quisquam, quod ignorat, facilè asseuerare:[z] alienámque professionem sibi vindicare, & munus cui idoneum se non esse cognoscat aggredi.[a] Vetus enim est, quod dicitur. Quam quisque norit artem, in hac se exerceat.[b] Et illud ne sutor vltra crepidam. Item & quod cecinit Horatius.[c]

m l. item si obstetrix § 1. l. qua actione §. fin. & l. seq. ff. ad l. Aqui. §. praeterea inst. de lege aquil. Theophilus §. medicus eod. tit.

n l. inde Neratius §. si dolo. ff. ad l. aquil.

o l. quod nerua ff. depo. l. mulier. §. sed enim ff. ad Trebel. l. impuberibus §. si fraus ff. de susp. tuto.

p l. 1. §. pen. ff. si mens. falsum mod. dix.

q l. 1. §. is quoque ff. de actio. & obli.

r l. magna ff. de verbo. sign.

s l. is cui §. dolum ff. vt in poss. leg.

t l. si fideiuss. circa princip. ff. manda.

v l. 1. §. 1 ff. si quis testa. lib. esse iuss. fue.

x l. si quis fundus §. celsus ff. loca l. imperitia ff. de reg. iur.

y l si seruus §. si calicem ff ad l. aquil. z l. Iulianus §. quod tamen ff. de ac. empt. a c. tua nos de homicid. c. non punienda 1. q. 1. pin. dec. l. culpa & l. imperitia de reg. iur. b Cic. Tu, c. 9. lib. 1. c ad August. lib. 2. epist. 1.

Nauim agere, ignarus nauis timet abrotanum ægro
Non audet, nisi qui didicit dare, quod medicorum est,
Promittunt medici, tractant fabrilia fabri.

A

Iustè itaque facturos magistratus putauerim, si in medicos, clinicos, chirurgos, empiricos, vulnerarios, pharmacopeos, medicamentarios, pharmacotribas, vnguentarios, pharmacopolas, aromatarios, circulatores agyrtas, & huiusmodi reliquos, quorũ inscitia, vel dissoluta negligentia periisse aliquem manifestè deprehẽdi poterit, seuera aliqua castigatione pro modo culpæ animaduertendum censuerint.[d] Nam & Glaucum medicũ, quod debitam operam in curatione Hephestyonis Alexandro charissimi, impendisse non videretur, eiúsque culpa factum crederetur, vt Ephestion febricitans interiisset, Alexandri iussu, cruci suffixũ fuisse Plutarchus memoriæ prodidit.[e] Constátque apud Ægyptios, qui medicam artem exercebant, ægros secundum legem ab antiquis medicis, comprobatisq; scriptoribus traditam curare debuisse, ideóque si quis normam sacri libri sequutus, infirmum sanitati restituere nequiuisset, omni carere crimine censebatur: quod si præter ea quæ libris continebantur illum curasser, idque malè cessisset morte puniebatur. Credebant enim ea medendi cura, quæ plurimo tempore, ab optimis medicis obseruata, profectaq; fuisset, haud facilè meliora inueniri posse.[f] Qua ratione putauerim medicum qui ad curandum ægrotum, quæ ex artis suæ præceptis salubria esse videntur adhibuerit, & quæ consimili morbo laborantibus dari consueuerint, extra omne periculum esse, neque ei euentum qualiscumque is fuerit imputandum.[g] Non enim vt Lucianus ait, omnium morborum curatio, in medicorum est facultate,[h] vt rectissimè dixisse videatur Fabius, medicum, qui curam infirmi recepit, si aut valetudinis vi, aut intemperantia ægri, alióve quo casu summa nõ contingit, dum ipse omnia secundum rationem fecerit, medicinæ fine non excidere.[i] Neque tamen audacius, ac vehementius aliquid constituere eum oporret, tunc enim quamuis diligentissimè morbi genus & causas perscrutatus esset, rationémque iniuisset, cur hoc quàm illud pharmacum potius adhiberet: culpa non careret, qui in re tanti momenti licentius ageret: præstarétque tum ægri salutem Deo committere, quàm temerè quidquã in eo curando tentare.[k] Cum enim ea in re si semel erratum fuerit, non sit quod in posterum sarciri possit, cautius ac circun-

B C D

d *Arg. l. diuus ad fin. vbi glo. ff de offic. præsid.*

e *Plut. in Alexan.*

f *Diodor. sic. biblio. su. lib. 2. cap. 3.*

g *Abb. & alii c. tua nos § ad vltimum de homicid.*

h *Lucian. in abdicato.*

i *Quint. ora. inst. lib. 2. cap. 17.*

k *Inno d. c. tua nos de homic.*

A spectius agendum est. Tritum siquidem est quod dicitur non licere bis in bello peccare: neque in rebus periculosis tutum esse labi. Proinde & medicum quendam ob huiusmodi audaciam, quandóque in ius ad causam proprio ore dicendam, vocatum Lutetiæ fuisse ferunt: eique in curiam inducto denunciatum, ni temperaret eam in illum animaduersuram.[l] Id præterea à magistratibus constitui, inuiolatéque seruari velim ne medicus, aut chirurgus, pharmocopeúsve quisquam ad artis suæ exercitium admittatur, nisi qui prius doctrinæ suæ periculum fecerit:* de B cuiusque vita, & morũ integritate fides fiat. Est enim perquàm durum, eos qui imperium quodammodo vitæ, necisque nostræ obtinent, quique (vt Plinius dixit) ipsis etiam imperatoribus imperant, & in quorum officinis, sua cuique homini venalis promittitur vita,[m] passim & citra delectum, ad ægrorum curationẽ recipi: cum nec cerdones, pelliones, sarcinatores, dulciarios, pistores, cæterósque viles & manuarios artifices, artis suæ magisterio decorari sancitum sit, nisi facto prius tyrocinio, aliquóque suæ artis specimine edito. Quin & iure etiam ciuili tantum abest, vt quilibet ægrorum curationi sese obtrudere possit, vt C nec prouinciæ etiam præsidi, medicorum constituendorum arbitrium concessum sit, sed ordini & possessoribus ciuitatis cuiusque: vt certi de probitate morum, & peritia artis eligant ipsi, quibus se, liberosque suos in ægritudine corporũ committant.[n] Non minus etiam magistratus ciuium, hospitúmque & peregrinorum saluti, & incolumitati prospecturos existimauerim, si id etiam edixerint, ne myropola quisquã potionem aut pharmacum infirmo porrigat, nisi à medico imperatum, graui aliquo supplicio legis contemptori imminente. Id enim ad eorum artem non pertinet, vt non abs re dixisse videatur M. Cato au- D diendum quidem pharmacopolam, sed nõ auscultandum. Nam eius quidem verba audiuntur, verum ei nemo se committat si æger est.[o] Quapropter quamuis municipali lege hac de re nihil cautum nominatim esset, crederem in eum animaduertendum qui rei ad se non pertinenti se immisceret: quod & Angel. Aretinus existimauit.[p] Illud postremo apprime vtile, reique publicæ conducibile fuerit, myropoliorum rationem haberi, ne res in medicamenta repositæ, obsoletæ sint, nimiúmque exoticæ, & parum conuenientes: cum nihil æque medicum fallat, publicéque detrimentum afferat, ac medicina parum respondens, aut viribus destituta. Ad id itaque munus delegandi erunt, insignes

l *Luc. Plac. cur. Paris. lib. 6 tit. de med.*

* Atque ita Senatuscõs. Paris. iudicatũ 12. Caiend. Iunias an. 1579. cõtra Empiricũ de Roc.

m *Plin. lib. 24. cap. 1.*

n *l. 1. ff. de decr. ab ord. facie.*

o *Gell. noct. Att. lib. 1. cap. 15.*

p *Ang. d. §. praterea, de l. Aquil.*

aliqui, morúmque integritate præstantes medici, qui operam A
suam ea in re reipub. fideliter præstent: & si quid à pharmacopeis perperàm admissum fuerit, magistratibus renuntient: pœnã de iis pro modo culpę, vel admissi mox sumpturis. Sed de his iam plus satis. Iudex quoque qui per imprudentiam perperàm iudicauerit, licet dolo hoc non fecerit, neque euidens ipsius gratia argui possit, vel inimicitia, vel sordes: [q] litem tamen suam facere dicitur, litisque periculum in se transferre: & quamuis ex maleficio obligatus non videatur, aliquid tamen peccasse intelligitur, licet per imprudentiam. Idcóque ex quasi maleficio tenetur, [r] huiusmodi enim inscitia culpæ illi assignatur, quam B
dolo proximam esse diximus. [s] Si tamen assessoris imperitia, ius aliter dictum sit, quàm oportuerit, non debet hoc magistratui officere, sed ipsi assessori, neque enim æquum videtur magistratui, cuius occupationibus datus sit assessor, lapsum assessoris adscribi. [t] Sed & cum negligentia in iudice præsertim doli speciem habeat, & vt Vlpian. ait, prope fraudem accedat: [u] dubium non est quin eius nomine teneatur. [x] Vnde & in capitali causa iudex qui munere suo non fungitur, & criminis ad se delati vindictam negligit, talionis periculo subiicitur. [y] Alibi- C
que traditur iudicẽ qui in reddendo iure negligens fuerit, ignominiosa magistratus eiuratione plectendum esse. [z] Quamuis enim vulgo receptum sit, delictum quod committendo patratur, grauius eo esse, quod ex negligentia, & incuria proficiscitur: [A] scribit tamen Bartol cuius in sententiam cæteri frequentius transeunt, iudicem æque delinquere, cum ius reddere negligit, acsi perperam, & inique censeret. [a] Idcóque & moribus nostris vadimonio duriore in iudicium euocari solent iudices, qui vel negligenter in reddendo iure versati fuerint, vel manifesto facti vel iuris errore lapsi sententiam dixerint, pro modóque delicti D
castigari, cum enim ex officij & artis, quam profitentur natura iura scire debeant, omnémque in reddendo iure diligentiam adhibere, in lata culpa esse videntur, quam in aliis ex ignorantia iuris non contrahi, verius videtur. [b] Certissimúmque apud nostrates est, iudicum eorum, qui desidiæ & negligentiæ insimulati euocantur, opinionem apud grauiores viros non mediocriter lædi & imminui. Alius etiam est casus, quem à suprascripta regula excipiendum censuerim, nempe cum id opus quod

q l. si filiusfamil. ff. de iudi.

r l. ex maleficiis §. si iudex ff. de actio. & oblig. l. fin. de var. & extraord. cogn. inst. de obl. quæ ex qu. del. nasc. in princ.

s d. l. si quis fundum §. celsus & d. § imperitia inst. de l. Aquil.

t l. non debet de reg. iur. ff. l. sancimus C. de pœni.

v d. l. impuberibus §. 1. ff. de susp. tutor. l. in re mandata C. mãd. l. 2. Carb. tutel.

x l. diuus ad fin. ff. de off. præsid.

y l. fin. C. ne fac. bapt. reit. & l. si C. ad l. Iul. de vi. pub.

z l. si quos C. de off præfect. præto. ori. & ollir, l. 2. C. de sport.

A glo. Alb. Ead. Imo. Paul. Castr. Alex, & Areti. l. si mora ff. solu. matrim. Bal. l. legis virtus de legib. & l. 1. de eo, per quem fac. er. ff.

a Bart l. 2. §. si tamen ff. de verbo. oblig. per glo. in c. ea quæ de off. c. ord. Bald. c. fin. de elect. b Can. ideo 38. dist.

manceps

A manceps quispiam, operisque redemptor, extruendum susceperit statim, vel non multo post artificis imperitia, operisque vitio conciderit, mortisque casum aliquibus attulerit. Si enim dissolutè inexcusabilitérque negligentem in eo opere conficiendo fuisse structorem liquere possit, crediderim in personam quoque eius animaduerti debere: latamque ipsius culpam iudiciaria seueritate corripiendam esse, cum quòd ea culpa dolo quã proxima videatur, tum quòd pessimi etiam res sit exempli. In qua sententia plerosque summæ eruditionis viros, cum se species obtulisset, quandoque fuisse scio. Cuiusmodi autem ea fuerit, non indignum videtur, quod explicetur. Anno (si rectè memini) 39. supra sesquimillesimum, edidit ciuitas Nanetensis in diuorum Donatiani, Rogatianique fratrum (qui illic præcipuo inter diuos tutelares habentur loco) memoriam, ludos admodum celebres: ad quos spectandos, vndique tam ex agris, quàm oppidis finitimis turmatim confluebant, tam viri quam fœminæ omnium ætatum. Quibus etiam interfuere Renatus heros Rohannius, eiusque coniux Ysabella Henrici Nauarri regis, eius qui nuper ab humanis excessit, germana soror, cum aliis egregiis, illustribusque viris quamplurimis, qui eos ludos; sua condecorauere præsentia. Accidit autem quadam die cum intenti omnes spectaculo essent, vt repente quodamque veluti momento, amphiteatri maior pars, vnde nobiliores spectabant, corruerit: omnésque qui in eo sedebant, cum aliquibus eorum, qui ponè theatrum stantes erant, præcipites traxerit. Vnde spectatorum pauci quidem elisi, exanimatique, plurimi vero cruribus effractis, aliisque variis modis vulnerari, debilitatiq; sunt. Eorum ludorum memoriam vxori meæ nulla vnquam delebit obliuio. cum enim vterum tum gestaret, essetque partui proxima eo lapsu latere conuulso, luxatoque pede altero, vix in ædes nostras deducta, in grauem statim febrim incidit, à qua tamen mox paulo conualuit, neque ideo peperit ante diem. Sed vt ad institutum redeam, cum multi clanculum submurmurarent, opera doloque quorundam, reuulsis theatri compagibus ruinam eam contigisse: diligentérque à me, pro eo prætoris munere, quo tum fungebar, res quæsita fuisset, nulla eius fides fieri potuit. Quin apertissimè commonstratum fuit, quicquid fuit noxæ, lignario cuidam fabro, qui id opus extruendum susceperat, adscribendum: quod ille dum sumptibus parcendum existimasset, minus stabilia iecisset fundamenta: trabibus admodum

FFff

paucis theatro subditis, neque diligenter ligneam compagem A
superstruxisset. Is cum in caput suum anquiri audiuisset, celeri fuga sibi consuluit. Quis autem recti iudicij dixerit, sordidum opificem, cuius culpa, dissolutaque & inexcusabili negligentia factum fuerit, vt tot hominum vtriusque sexus millia, in summum vitæ suæ discrimen adducta fuissent, non fustuario, aut grauiore aliquo supplicio, cum pessimi exempli res esset, castigandum, quamuis doli aperte conuinci non potuerit? non mulctatũ ea culpa à vero dolo aberat. Eo igitur casu, ob latam culpam, corporalem pœnam infligi debere crediderim: quãquam me nõ lateat, olim in specie non absimili, exilio tantũ mulctatũ B
amphitheatri constructorem fuisse, cuius culpa infinita prope hominum multitudo perierat: quod Cornel. Tacitus memoriæ prodidit; cuius verba vti ad hunc locum maximè pertinentia, subscribenda duxi. Tacitus. M. inquit, Licinio L. que Calpurnio Coss. ingentium bellorum cladem, æquauit malum improuisum. Eius initium simul & finis extitit. Nam cœpto apud Fidenatem amphitheatro, Aquilius quidam libertini generis, quo spectaculum gladiatorium celebraret, neque fundamenta per solidum subdidit, neque firmis nexibus ligneam compagem superstruxit, vt qui non abundantia pecuniæ, nec munici- C
pali ambitione, sed in sordida mercede id negotium quæsiuisset, ad fluxere auidi talium, imperitãte Tyberio procul voluptatibus habiti virilis ac muliebris sexus omnis ætas ob propinquitatem loci effusus, vnde grauior pestis fuit, conferta mole, dein conuulsa dum ruit intus, aut in exteriora effunditur, immensamque vim mortalium, spectaculo intentos, aut qui circum adstabãt præceps trahit, atque operit. Et illi quidem, quos principium stragis in mortem adflixerat, vt tali sorte cruciatum effugere miserandi magis, quos abrupta parte corporis, nondum D
vita deseruerat, qui per diem visu, per noctem vlulatibus & gemitu, coniuges aut liberos noscebant. Iam cæteri fama exciti hic fratrem, propinquum ille, alius parentes lamentari, etiam quorum diuersa de causa amici, aut necessarij aberant, pauere tamen: neque dum comperto, quos illa vis perculisset, latior ex incerto metus, vt cœpere dimoueri obruta, concursus ad exanimos complectentium, osculantium, & sæpe certamen si confusior facies, & par forma, aut ætas errorem agnoscentibus fecerat. Quinquaginta hominum millia eo casu debilitata, vel obtrita sunt. Cautumque in posterum Senatusconsulto, ne quis

A gladiatorum munus ederet, cui minor quadringentorum
millium res, neve amphiteatrum imponeret, nisi solo firmita-
tis spectatæ. Attilius in exilium actus est. Hactenus Tacitus.[b]
Sed ego leuius id supplicium existimo, quam quo tam atrox
facinus expiari debuerit: dignumque fuisse Attilium, cui car-
nifex gulam laqueo frangeret. Illud dubium non est, redem-
ptorem cuius culpa factum sit, vt aliquis interiret ciuili quo-
que iudicio conueniri, ab eo cuius intersit posse, veluti &
medicum, per cuius imperitiam aliquis occubuerit.[c] licet
B enim dixerit Iulianus, si seruum tibi tectorem commodauc-
ro, & de machina ceciderit, periculum meum esse: hoc ita
tamen verum esse scribit. Vlpia. si in hoc tibi commodaui,
vt in machina operaretur.[d] Cæterum si vt de plano opus fa-
ceret, tu eum imposuisti machinæ, aut si machinæ culpa fa-
ctum est minus diligenter non ab ipso seruo ligatæ, vel fu-
nium petticarumque vetustate, periculum quod culpa con-
tingit rogantis commodatum, ipsum præstare debere: Me-
lamque scribere ait, si seruus lapidario commadatus sub ma-
china perierit: teneri fabrum commodati, qui negligentius
C machinam colligauit. Quantum autem ad artificem spectat,
qui moram tantum in extruendo opere à se redempto fece-
rit, licet culpæ, negligentiæque nomine mora illa censea-
tur[e] putauerim tamen ciuili tantum iudicio conueniri posse,
in id quod locatoris intersit extructum opus non fuisse.[f] neque
extra ordinem quidquam in eum posse cõstitui: quamuis sciam
aliter olim factum, moræque culpam quandoque capite dam-
natam. Scribit enim Tranquillus Caligulam in quosdam opi-
fices, qui prætoria ab eo ædificanda susceperant, cum eorum
culpa minus celeriter absoluta, confectaque fuissent capite
animaduertisse. Tranquil.[g] In extructionibus prætoriorum, at-
D que villarum omni ratione posthabita, nihil tam efficere con-
cupiscebat, quam quod posse effici negaretur. & iactæ itaque
moles infesto ac profundo mari, excisæ rupes durissimi sili-
cis, & campi montibus aggere æquati, & complantata fossu-
ris montium iuga, incredibili quidem celeritate, cum moræ
culpa capite lueretur. In alia quoque specie dubitatum fuisse
scio, an in lanium, cuius culpa factum fuisse videbatur, vt
iuuenis quidam amne mergeretur, animaduerti tãquam ex cri-
mine deberet. Cum enim lanius prata quædam Nanetanæ vr-
bis mœnibus adiacentia, vel à principe, vel ciuibus conduxisset,

b Tacit. annal lib. 4.
c d. l. illicitas §. sicuti & d. l. idem iuris.
d l. si vt certo §. plane ff. commod.
e Glo. d. l. si mora.
f l. si ita stipulatus essem abs te l. stipulationes non diuiduntur §. fin. ff. de verb. oblig.
g In Calig. cap. 37.

in eaque æstiuo tempore, iumentum ad pastum herbæ secundariæ agere vellet: iuueni viginti circiter annos nato, sibi fortè tum obuio negotium dat, qui cum flumen Erdræ, sibi transeundum fore cerneret, ratus (id quod erat) sibi periculum imminere, neque vado transiri posse, eoque periculum amoliri studeret, detrectaretq; & auersaretur id onus: lanius bono cum animo esse iubet, nihil sibi metuendum, neque quidquam in transitu amnis subesse periculi constanter affirmans. Quo factum est, vt in medio ferè amnis adolescens cum equa, quam ipse loro ducebat retrocederet, dum nimio conatu ad se trahere studet, pronus in fluentum ceciderit, moxque submersus, cum opē ei nemò attulisset, occubuerit. Cuius quidem interitum, erant qui macellario imputandum dicerent, quod cum liqueret adolescenti dedisse iumentum ad pastum appellēdum, suasisséque transitum per amnem, quod nec lanius diffitebatur. Ideoque in carcerem coniectus, proprioque ore causam dicere coactus, vti tamdem constitit, nihil ab eo doli admissum, noxæ litique exēptus est. * Præter id enim quod in eo dolus nullus deprehendi potuit, vt fateamur vacuum omnino culpa non fuisse, ea tamen à dolo plurimum aberat. constabat enim alios non paucos illàc paucis ante diebus, sine vllo vitæ suæ discrimine vado transisse, laniúmque dum equam retrogredi conspexisset, voluisse iuuenem ab incœpto reuocare, imminentisque sibi periculi admonuisse. Vnde iustissimè iudicatum fuisse crediderim. Quod & in non absimili specie Vlpianus existimauit. Cum quis seruo alieno suaserit in tectum ascendere, vel in puteum descendere, & ille parens ascenderit, vel descenderit, & ceciderit, crusque vel aliquid aliud fregerit, vel perierit. Ait enim Vlpianus siquidem sine dolo malo fecerit, actione serui corrupti non teneri, si dolo malo, teneri. [h] Vtili tamen Aquilia conueniri posse Paulus respondit. [i] Constat & eum, qui in acie fugam prior fecerit, spectantibus militibus, propter exemplum capite puniendum esse, sicut & caligatum, qui metu hostium languorem simula-

A B C D

h l.3 ff. de ser. corrup.

i l.4. eod. tit. §. cæterum inst. de lege aquil.

* Ego vero è contra decretum illud iniquū esse reor. Nam si culpæ reus sit possessor, qui per insidiosa loca seruū misit, si is periit. ex l 36. qui petitorio §. 1. D de rei vindicat. multo magis tenebitur hic lanio, cuius culpa iuuenis amne submersus est, nihili rationem Langlæi pēdo, licet enim alij transissent paucis ante diebus sine periculo. cum amnes singulis momentis crescant, ac decrescant. Nec aliis quam experimentum facientibus credimus. Neque auctoritate Vlpiani confirmatur hoc decretum, licet enim qui seruo persuaserit, vt in puteum descenderet, & perierit, non teneatur, non sequitur lanium innexium, quia hic puer nolebat amnem transire. ibi nulla fit mentio contrariæ voluntatis ab Vlpiano. preterea illum Paulus non eximit à culpa. Nam l. 4 D. de seruo corrumpto, ita concludit, sed commodius est vtili lege Aquilia eum teneri.

A ūerit.[k] Tametsi enim dolum nullum admisisse videri possit, qui viribus suis diffidens, certamen detrectauerit, salutique suæ quoquo modo prospectum iri voluerit: propter exemplum tamen iustissimum est, culpam illam grauissimè coërceri: ne cæteris idem facientibus, victoria ad hostes trãsferatur. Qui enim (vt Vegetius inquit)[l] ante congressum recedit ex acie, & suis fiduciam minuit, & inimicis addit audaciam, vt non immeritò ignominiosa semper huiusmodi fuga à veteribus habita sit,[m] mortisque supplicio damnata:[n] sintque à Græcis ignominioso cognomine rhipsaspides appellati, qui metu perterriti in acie B locum deseruissent, & clypeum abiecissent. quo probro notatum fuisse Demosthenem[o] Lucianus, & Plutarchus memoriæ prodiderunt. quod in eo prælio, quo Philippus Macedonũ rex, Athenienses apud Cheroneam vicit, clypeo abiecto fugisset. eandemque ob rem tradunt Archilocum poëtam à Lacedæmoniis finibus suis eiectum, quod scripsisset præstare clypeum amittere, quam interire.[p] Scribitque Isocrates, infames olim habitos, qui vel ordinem deseruissent, vel clypeum abiecissent.[q] Quod & de Germanis Cornel. Tacitus scriptum reliquit. apud e[illegible] enim scutum reliquisse, præcipuum esse flagitium, C ignominiosúmque esse qui clypeum abiecerit, neque ei ideo sacris adesse, aut consilium inire fas esse.[r] Aitque Aristoteles, leges forti suum officium præscribere, vt non deserere ordinem, nec fugere, nec arma abiicere.[s] Proinde & Heluetiorum legibus, qui præ metu, aut terga verterint, aut ordines deseruerint, sub oculis spectantis exercitus, à proximis commilitonibus statim obtruncãtur: vnde fit vt maior metus minorem vincat, & metu fœdæ mortis decora mors non timeatur.[t] Quod & à Romanis sæpe factitatum aliqui tradunt. Et hi enim dispositis equitum turmis ante munimenta, fugientes temerè ex prę- D lio ad castra milites pauidos, & consternatos pro hostibus habebant, illosque strictis gladiis inuadebant.[u] Neque dubium est, quin apud nationes omnes semper fuga talis pro grandi crimine habita sit. Vnde & apud Vergilium, Turnus mauult in prælio cadere, quam fugæ se committere. Vergilius.[x]

Terga dabo, & Turnum fugientem hæc terra videbit?
Vsque adeo ne mori miserum est? &c.

Eos qui sic turpiter ab acie recedunt, prouerbiali metapho-

k l. omne delictum § qui in acie ff. de re milit.

l Vege lib. 3. de re milit. c. 22.

m Liui. ab vrb. cond. lib. 3.

n Polyb. lib. 2.

o Lucia. in suue tragœdo Plu. in Demo. Eras. in prou. vir fugiens denuo pugnabit.

p Plut. in Apophteg. Laco. Eras. in prouerb. abiecit hastam Alcia. parer. iur. lib. 5 cap. 18.

q Iso. in Orat. de pace.

r Cor. Tacit. in lib. de mor. germ.

s Aristo. moral. lib. 5.

t Paul. Ioui. hist. su. lib. 22.

u Alexan. ab Alexãdr. gen. die. lib. 4. ca. 7.

x Virgil. 12. Æneid.

Cynamia rapere dicitur, id est musca canina. Sic enim apud A
Homerum, Iuno de Marte è prælio fugiente.[y]

Pestiferum Martem, rursum exagitat Cynamia.

Satis igitur ex istis cuiuis liquere posse puto: in huiusmodi milites fugitiuos, leporésque galeatos, ob culpam tantum capite animaduerti debere: quamquam me non lateat, aliter quãdoque mitiusque cum iis à strenuissimis etiam, reique militaris scientissimis ducibus actum fuisse: neque infœliciter cessisse. Nam & C. Iulius Cæsar in prælio quodam Martiæ legionis, aquiliferum iam ad fugam conuersum, faucibus apprehensum in contrariam partem retraxit, dextraque ad hostem porrecta: B
Quorsum, inquit tu abis? Illic sunt, cum quibus dimicamus: neque aliud ab eo supplicium exegit. Ea tamen quamuis admodum leui castigatione, & militem emendauit, & legionum omnium trepidationem discussit, vincique paratas, vincere docuit.[z] Culpam etiam eius capite plecti constat, qui cum alienas in possessiones coadunatis hominibus, irrueret: interfectus quisquam fuerit: siue is à parte sua, siue aduersarij staret.[a] Quãuis enim faciendę cædis animum non habuerit, ob idque absolutione non indignus videatur:[b] quia tamen rei illicitæ operam dedit, dolumque saltẽ in genere adhibuit, id impune ei esse non debet.[c] Nam & Bartolus si quis cum Titium cædere C
vellet, comitem eius vulnere affecerit: puniri æque eum debere existimauit, ac si cæsus ab eo Titius fuisset.[d] Cuius sententiã, & illud adiuuat, quod Paulus respondit: Si iniuria mihi ab eo fiat, qui me putet Lucium Titium esse, cum sim Caius Seius, præualere quod principale est, iniuriam eum mihi facere velle: licet ille me putet alium esse, quam sim, & ideo iniuriarum actionem me habere.[e] Et quod alibi tradidit, si defendendi mei causa lapidem in aduersarium misero: & non eum, sed prę- D
tereuntem percussero lege aquilia me teneri.[f] A quo non ita multum abhorret, quod in exodo scriptum his verbis est.[g] Si rixati fuerint viri, & percusserit quis mulierem prægnantem, si quidem mors eius fuerit subsequuta: reddet animam pro anima. Quamobrem & alibi Barto. cuius facinus qui cum vnum percutere vellet, duos ceciderit, non ex animo ipsius, sed rei euentu, vt pote duobus cæsis metiendum asserit.[h] Quod & cæteri frequentius probant.[i] Nec quidquam obstat, quod qui venando telo in feram immisso hominem interfecit, nulli pœnæ obnoxius est:[k] neque enim est, quod huic imputari possit, qui

y Homer. Iliad. 8.

z Erasm. lib. 4. apophtheg. all. quoniam multa facinora C. ad l. Iul. de vi pub.

b l. 1. §. diuus ff. ad l. Corn. de sicca.

c cap. cõtinebatur de homic. Io. And. ad reg. cũ quis de reg. Iur. 6. moder. l. 1. ff. de leg.

d Bart. l. respiciendum §. delinquunt ff. de pœ.

e l. cum qui §. si iniuria ff. de iniuriis.

f l. scientiam §. qui cũ aliter ff. ad l. aq.

g Exod. 21.

h Bart. l. diuus ff. ad l. cor. de sicc.

i Panor. ca. 1. de cust. euch. Tiraq. tract. de pœ. temp. causa. 14.

k d. §. delinquunt.

A rei non prohibitæ, nempe ferarum venationi operam dederit: [l]sicut nec ei, qui hominem liberum, dum seruũ suum putaret, ceciderit: vel qui cum seruo suo pugnum ducere vellet, in proximo stantem, imprudens percusserit. [m] Sane & ob solam culpam extremo etiam supplicio afficiũtur serui, qui domino cum interficeretur, auxilium non tulerint: cum enim aliter nulla domus tuta esse possit, nisi periculo capitis sui, dominis custodiam, tam à domesticis, quam ab extraneis præstare serui cogantur: ideo senatusconsulta introducta sunt de publica quæstione, à familia necatorum habenda, supplicioque de iis sumendo, qui B opem dominis, cum interficerentur, non præstiterint. [n] Ita vt traditum sit, ancillam etiam, quæ eodem in conclaui, cum domina sua interficeretur, fuerit, vltimũ pati debere supplicium: quamuis enim corpore suo auxiliari ei non potuerit: potuit tamen voce plorando efficere, vt hi qui in domo fuerant, aut vicini audirent, nec ei quidquã prodest, quod percussor sibi mortem, si proclamasset, minatus fuerit: debuit enim propriæ vitæ, heræ salutem anteponere: * neque senatusconsultum ei parcit, qui mori timuit, & in periculo domini sibi consulere voluit. [o] Quin & seruo etiã, qui clamore vsus fuerit non semper ignosci, C receptissimũ est. Quid enim si cum manu depellere à domino periculum posset, clamorem inanem elegerit? plectendus vtique erit: [p] etiam si vulneratus ipse fuerit, si tale vulnus fuerit, vt posset nihilominus opem ferre, si voluisset. Nihil enim prætermittere seruus debet, quod ad salutem domini tuendã spectare videatur. Vnde Modestinus. Cum (inquit) dominus occiditur, auxilium ei familia ferre debet, & armis, & manu, & clamoribus, & obiectu corporis: quod si cum posset non tulerit, merito de ea supplicium sumitur. [q] Sunt & qui, quod in principis personam licet imprudenter admissum sit, perinde vindican-D dum censeant, ac si scienter, & per dolum factum fuisset. Nam & Ouidius nullius quamuis sceleris sibi conscius, quod aliquid per errorem vidisset, ob solam culpam ab Augusto se mulctatum exilio fuisse, non vno in loco profitetur, sicut & Acteon quod forte Dyanam se lauãtem offendisset, in ceruum ab ea mutatus est, demum etiam à suis canibus laniatus. Cuiusmodi autem ea culpa fuerit, ob quam Ouidius, insulari

l l. 1 C. de vena. fer. lib. 11.

m l. illud §. fin. & l. seq. ff. de iniur.

n l. 1. in princ. ff. ad syllan.

o d. l. 1. §. potuisse.

p l. 1. § vulisse

q l. cum dominus. a lem.

† Appium in villa cunctantem irruentibus in eum armatis, seruus sua veste induit, ipse in lectum quasi dominus decubuit, seque vltro mortuus est pro hero, illo astante in serutli habitu, app. lib. 4. de bello ciuili.

pœna damnatus est, parum conuenit inter authores: quibusdam existimantibus, illum Augusti filiam, falso Corynnæ nomine amauisse, quam plerique tradunt, adulteriorum infamia flagrasse. quod non videtur, sic enim grauiter & prudenter in Augusti maiestatem deliquisset. Aliis (quod vero propius est) quia Augusti cum filia Iulia incæstum vidisset. Vt vt sit, constat ipsum per errorem vidisse, aliquid agentem Augustum, quo in eius odium peruenerit, ab eoque sub artis amatoriæ culpa Tomos relegatus sit. Sic enim Ouidius. [r] A

r 2. de Trist.

Cur aliquid vidi, cur noxia lumina feci? B
Cur imprudenti cognita culpa mihi est?
Inscius Actæon vidit sine veste Dyanam,
Præda suis canibus non minus ille fuit,
Scilicet in superis etiam fortuna luenda est.
Nec veniam læso numine casus habet.

Et iterum quibusdam versibus interpositis.

Perdiderint cum me duo crimina, carmen & error.
Alterius facti culpa silenda mihi.

s 3. de Trist. eleg. 4.

Et alibi. [s]

Non aliquid dixi, violentáque lingua locuta est, C
Lapsave sunt nimio verba profana mero.
Inscia quod crimen viderunt lumina, plector:
Peccatúmque oculos est habuisse meos.
Non equidem totam possum defendere culpam
Sed partem nostri criminis error habet.

t Ouid. eod. lib. eleg. 5.

Et iterum. [t]

Idque ita, si, nullum scelus est in pectore nostro
Principiúmque mei criminis error habet.

Et paulo inferius.

Nil igitur referam, nisi me peccasse, sed illo D
Præmia peccato nulla petita mihi.
Stultitiámque meum crimen debere vocari.
Nomina si factis reddere vera velis.

u Trist. 1. eleg. 1.

Et rursum alibi. [u]

Scit quoque cum perij, quis me deceperit error.
Et culpam in facto non scelus esse meo.

x Eodem lib. eleg. 4.

Et iterum. [x]

Hanc quoque qua perij, culpam scelus esse negabis.
Si tanti series sit tibi nota mali

Ani

A *Aut timor, aut error nobis prius adfuit error*
Ergo vt iure damus pœnas, sic abfuit omne
Peccato facinus, consiliúmque meo.

Item & alibi.[y]

Scite precor causam nec vos mihi fallere fas est,
Errorem iussæ, non scelus esse fugæ

Et alibi de Actæone.[z]

At bene si quæras, fortunæ crimen in illo,
Non scelus inuenies, quod enim scelus error habebat?

y eod. libro eleg. 9.

z Ouid. Met. lib 3.

B Ego tametsi sciam, periculosas esse potentium offensas, si quid tamen per errorem in principem commissum sit, venia dignum esse crediderim: sicut & quod in priuatum: eoque magis, quod illum præcipuè decet clemētia. Cuius rei insigne est illud exemplum de Alphonso Aragonum rege, quem cum quidam in itinere præcederet, ramulúsque arboris ab eo apprehensus in regis oculum, qui proxime sequebatur, forte dimissus incidisset, liuescente & tumescente mox oculo, condolentibus amicis, regem dixisse aiunt, nihil se dolere, nisi percussoris ipsius dolorem ac metum.[a] Constat & Carolum sextum Galliarum regem, in C summum quandóque vitæ suæ discrimen adductum, culpa & imprudentia fratris sui Ludouici Ducis Aureliani. Cum enim Lutetiæ Rex vultu personato, reliquum corpus pice delibutum, multóque lino depexo, ac in villos confecto, ita contexisset, vt hispidi, ac semiferi viri speciem præberet, sicque aliis quinque eodem habitu ornatis, comitatus, in cætum principum matronarum, virorumque prodiisset, Aurelianensis studio clarius visendi, correptum funale propius admouit: ex quo scintilla in regem forte incidens, repentinum in omnes illos effusa flamma conflauit incendium: ita vt ex personatorum numero, duobus D tum flamma oppressis, vix eo periculo rex eripi potuerit, quo tamen crimine, Aurelianensis, errorem imprudentiámque excusans, se liberauit.[b] Quamuis ea in re nonnihil regio sanguini tributum fuisse existimauerim. Quis enim in alio tam latā culpam ferre poterit, impunéque dimittendam diceret? Nec me tamen latet, eadem ferè ætate, consimili, vel grauiore suorum culpa, Carolum Regem Nauarrum interiisse. Cum enim senio fractus, neruorúmque dolore laborans, medicis ita suadentibus, assui toto corpori linteum, aqua vim naphtæ habente (quam ardentem dicunt) perfusum iussisset: isque qui insuerat, peracto

a And. Pan. dict. & fac. Alph. Reg. lib. 4.

b Paul. Æmil. in Carolo 6 Bapt. Fulg. lib. 9. tit. de insu sa. mor. gener.

opere, candelam ardentem filo ex acu exurendo admouisset, A flamma protinus fusa ita ambustus est, vt intra biduum expiraret. Nec ideo tamen id factum ministro qui parùm consideratè linteum lumine contigisset, aut cuiquam alij fraudi fuit.[c] Quod profectò mirum videri possit: nisi Nauarrum suis maximè inuisum fuisse liqueret, ita vt non desint, qui hoc fraude & consilio suorum potius, quàm errore vel fortuito contigisse suspicentur.

c Pau. Aemi. & suigo. dd. locis.

[d] Sed vt ex antiquitate nonnihil etiam ad hanc rem pertinens afferamus. Scribit Herodotus.[e] Adrastum Phrygem, quem Aty filio venatum proficiscenti, Crœsus custodem dederat, cum B vibrato in aprum iaculo, non illum, sed frustrato ictu Atym interfecisset, veniam à Crœso obtinuisse, quod non dolo, sed imprudenter, id ab eo admissum fuisset, quamuis esset aliquid culpæ, quod illi assignari posset, vtpote interfecto eo, cuius custodiam receperat, ne qui inter viam occulti grassatores in suam perniciem prodirent.[f] Cauere enim eum maximè oportuerat, ne in periculosa loca eum deduceret, quod cum non fecisset, culpæ reus videri poterat. Sicut & possessor, qui per insidiosa loca seruum misit, si is perierit, & qui nauem aduerso tempore nauigatum misit, si ea naufragio † * perempta est.[g] Et quamquam C ad eum exculpandum nonnihil faciat, quod eius custodiam sic receperit, vt eum venatum duceret:[h] operam tamen dare debuit, ne quisquam in eum spiculum, iaculúmve mitteret: vnde vacuus omnino culpa fuisse non videtur. Meminit & Tranquillus Diomedis cuiusdam dispensatoris, cuius culpa Augustus in magnum vitæ periculum adductus fuerit: dum eum simul ambulantem incurrēti repente fero apro per metum obiecit: quod tamen ei etiam fraudi non fuit: maluitque Augustus, timiditatis eum arguere, quam noxæ: rémque non minimi periculi, quia dolus aberat, in iocum vertit. Memini cum adhuc adolescens, D studiorum causa Pictaui agerem: vidisse mulierculam, quæ ob culpam, quam in custodiendo puero nutritio commisisse dicebatur, ex vinculis causam dicebat. Aiebāt enim aduersarij (quod nec ipsa diffitebatur) eam, cum ad foculum sedēs, infanti quem lactandum susceperat, vbera admoueret: vidisse scropham in æ-

d paul. Aemi. in Car. 6.

e Herod. li. 1.

f Herodo. d. lib. 1.

† Lege submersa non perempta.

g l. qui petitorio ff. de rei vind.

h Arg. l. item quæritur §. si quis seruum ff. locat.

* Fallitur Langlæus l. item quæritur § si quis seruus, D. de rei vindicatione, non loquitur de naue, sed de seruo, hæc sunt verba §. si quis seruum docendum conduxerit, cúmque duxerit peregrè, & ab hostibus captus sit, aut perierit, ex locato esse actionem placuit, si modo sic non conduxit, vt & peregrè duceret, è contra qui nauem aduerso tempore nauigatum misit, si naufragio submersa sit, non teneri ait l. arboribus §. 1. D. de vsufructu. cuius hæc sunt verba, nauis vsufructu, legato nauigādum mittendam puto inquit Vlpianus, licet periculū naufragij immineat, nauis etenim ad hoc paratur vt nauiget, sed iam alibi probaui §. si quis, à ratione alienum esse...

A dibus, à qua præsens periculum, alteri puero ex ipsa nato in cunis tum vagienti, imminere videbatur: ne eum sus voraret: ideóque ad opem illi ferendam, eumque ore bestiæ liberandum, protinus accurrisse: alumno dimisso, qui arrepto è foculo candenti carbunculo, manum alteram exussisset, eóque factum fuisse, vt male curatus, non multo post interiret, neque enim hoc ipsa pueri parentibus notum fecerat: sed infantem illum ambustum (vti erat) statim detulerat, ad vicinum quendam suum veterinarium, eundémque fabrum ferrarium: qui aqua illa, quam ad ex-

B tinguendum candens ferrum, aliosque fabricæ suę vsus paratam habebat (quam vulgo medicatam credunt) vstionibus applicata, pueri curationem in se receperat: neque ad eum curandum, aliud remedium adhibuerat, quod nutrici illi, aduersarij crimini, multis nominibus assignabant: nempe quod infantem, ob cuius alimoniam mercedem accipiebat, quémque saluum facere potuerat, huiusmodi periculo commisisset: quod ad eius curationem, imperiti hominis opera vsa fuisset: neque id etiam pueri parentibus denuntiasset. Illa autem quæ sibi de alumno dimisso, & veluti abiecto opponebantur, obtentu periculi il-

C lius expurgabat, quod à sua, infanti ex se nato imminebat: cuius saluti æquissimum fuerat, (postpositis cæteris omnibus) eam consulere: & ab eo mortis periculum, quaqua via depellere. Quamuis enim traditum sit, commendatarium vel depositariũ, si incendio, vel ruina, aliquid contigerit, vel fatale aliquod damnum acciderit, teneri: si cum possit res commodatas, vel depositas saluas facere, suas prætulerit: quia culpa, imò & fraude carere non videtur, qui minorem his rebus, quàm suis diligentiam præstiterit, quod salua fide fieri gon potuit.[i] Crebriore tamen nostrorum interpretum consensu, receptum est: nihil cum deli-

D quisse videri, qui rei propriæ periculo, prius occurrere voluerit, quam alienæ sibi vel cõmodatę, vel apud se depositę, cum vtramque saluam facere non possit: modo æquè pretiosa sua fuerit.[k] Nam & in specie magis dubia Vlpianus, Si cum duo domini aggressuram paterentur, vni tantum seruus opem tulerit, excusandum respondit, si omnibus simul ferre non potuit. Durum enim (inquit ille) esset, si cum duobus auxilium ferre non posset, elegit alteri esse auxilio, electione crimen eum contraxisse.[l] Quis igitur dixerit deliquisse matrem, quæ natum suum, partemque viscerum suorum, cuicúmque alij prætulerit? Tritum enim est, quod dicitur charitatem à seipso

i *l. si vt certò §. quod vero ff. commoda.*

k *glo. bar. al. be. & alij d. § quod vero.*

l *l. 3. §. 2. ff. ad Sylla.*

proficiſci, [m] & quod Terentius dixit. [n] Omnes ſibi eſſe me- A
lius malle, quam alteri. Hinc & vulgares illæ parœmiæ. Tu-
nica pallio propior. Et genu ſura propius. Quod adagium in-
de natum quidam exiſtimant: quod cum in prælio quidam con-
ſpiceret duos amicos, pariter de vita periclitantes, fratrem &
conſobrinum, neque poſſet vtrique ſimul ferre ſuppetias, omiſ-
ſo conſobrino fratrem vti ſibi proximiorem defenderit, hanc
ſententiam vſurpans. [o] Sed & hanc ſententiam nonnihil adiu-
uat, quod Iulianus reſpondit, eum qui ſeruandarum ſuarũ mer-
cium cauſa, alienas merces in mare proiecerit, nulla actione te-
neri. [p] Vt ſic appareat nutrici illi, ob id quod affectu materno B
ducta, infantem ſuum, qui ſua ſibi vita charior erat, alieno præ-
tulerit, nihil neque ſceleris, neque culpæ adſcribi poſſe: cum &
charitate illa, qua erga liberos matres afficiuntur, maior alia re-
periri non poſſit. Scribit enim Ariſtoteles, ob eam cauſam libe-
ros matribus eſſe chariores, quod partus difficilior ſit, maioriſ-
que laboris indigeat, & quod ſuos ſciant eſſe certius. [q] Illud
magis vrgebat, quod ad curationem infantis non alium, quàm
mulomedicum adhibuiſſet: quo nomine latioris etiam cul-
pæ ream fieri poſſe videbatur: cum traditum ſit, cauſam C
mortis præſtitiſſe eum videri, qui medicum vt ſanari ægro-
tus poſſet, non adhibuerit: vel adhibuerit, ſed imperitum, [r]
cum bono & probato vti non incommode poſſit. [s] Atqui non
procul à Pictauienſi vrbe celeberrima, præſtantiſſimiſque me-
dicis refertiſſima illa degebat: vnde non culpæ tantum, ſed
etiam ſceleris argui poſſe videbatur. Nam & alibi traditur eum
etiam interfeciſſe videri, qui infirmum neglexerit, neque cu-
randi ipſius rationem habuerit. [t] Sed id ipſa hac ratione dilue-
bat: quod ad eam curandi infantis negotium nihil pertineret:
non enim ferè aliud, quam mammam illi præbere tenebatur, D
nam & ſi cibaria etiam omnia debuiſſet, non ideo tamen phar-
maca emere cogi poterat, neque in ipſius ægri curationẽ quid-
quam inſumere. [u] Neque quod illi præſtiterat officium, damno
ſibi eſſe debebat. Satis enim abundéque ſufficit, ſi cui vel in
paucis amici labore cõſulatur. [x] Id vnum eam maximè præme-
bat: quod nec patrem, aut matrem infantis, aut alium ex iis, qui
ſanguine iuncti ei erant, huius rei admonuiſſet, ſed erat quod
ſexui indulgeri poſſit. Neque tamen inficias iuerim, quia ma-
li res erat exempli, extra ordinem aliquid in eam conſtitui po-
tuiſſe: [y] ſed ita vt ſexus ratio haberetur, neque culpam pœna

m l. preſes C. de ser. & aqua.
n Terent. in Andria.
o Eraſ. in hoc prouer.
p l. qui ſeruandarum ff. de præſc. ver.
q Ariſtot. 9. Ethic.
r l. quod ſi nolit §. ſi mancipiũ ff. de ædil. edi. glo. & doct. l. ſi ab hoſt. ff. ſol. matri.
s l. ſi ſeruum ff. de verb. obl. doct. d. l. ſi ab hoſtib.
t d. l. ſi ſeruũ & l. 3 ff. de his qui. vt indig.
v l. in rebus §. poſſunt ff cõmod. Bar. l. legatis de alim. & ciba. leg. Alcia. l. verbo victus & l. ſeq. ff. de verb. ſig.
x l. tutori C. de neg. geſt.
y d. § qui abortionis.

A excederet, quem vero euentum lis illa habuerit non satis compertum habeo. Ab huiusmodi autem puelli casu, non ita multum abesse videtur, Archemori Lycurgi filij interitus, quem adhuc infantem, à serpente læsum, periisse constat ex incuria nutricis suæ Hypsipyles. Cum enim redeuntibus à bello Thebano regibus, & in Nemæa sylua pene siti pereuntibus, ab iis rogata iuisset ostensura illis Langiam fontem, & ab Adrasto Argiuorum rege interrogaretur quidnam esset: dum ad omnia respondit diutius morante, puer quem inter herbas, & flores ludentem
B reliquerat, à serpente interemptus est. Quamobrem cum Lycurgus audito filij casu, eam quæreret ad supplicium, à regibus, & filiis (qui cum Adrasto erant, à quibusq; cognita fuerat) auxilio implorato liberata est. Hunc puerum quem Tertullianus, Statiusq; Archemorum vocant.[z] Pausanias Opheltem dictum fuisse contẽdit.[A] Volaterranus vtrumq; nomen ei tribuit.[B] Sunt & plerique alij casus, legibus nostris expressi, quibus ob solam culpam, quamuis dolus abfuerit, in personas sontium animaduertitur: veluti in eum qui per lasciuiam, causam mortis alicui præbuerit: nam & hic in quinquennium relegatur.[a] In eum cuius culpa ortum incendium fuerit: quia negligentius ignem
C apud se habuerit: nam & hic fustibus castigatur,[b] vel flagellis cæditur.[c] In eum qui hominem libidinis, vel commercij causa castrauerit: qui & ex Senatusconf. pœna legis Corneliæ punitur.[d] Neque enim in dolo esse videtur, qui commercij gratia, quò pretiosior esset, eunuchum fecerit:[e] sicut nec is quem libido pepulerit: quia tamen in culpa lata est, quæ ad dolum quam proximè accedit, vt qui ignorare non potuerit, lege cõstitutum esse, ne spadones fiant, medicoque qui aduersus edictum cæciderit, capitale esse:[f] non immerito pœna legis corneliæ plectitur. Sunt & qui Decij Mundi facinus illud, quo sub specie Anu-
D bidis dei, Paulinam matronam in templo Isidis (corruptis ad eam rem sacrificulis) stuprauit, ad culpam referendum censeãt: quod & Tyberio Cæsari visum fuit: qui exilij tantum pœna, facinus illud vindicandum censuit: vt qui Mundum non dolo, sed amoris vehementia, formæque gratia superatum, deliquisse crederet.[g] Sed quia pessimi res fuit exempli, grauissima pœna coërcendum fuit:[h] maximè cum negari non possit, in manifesto dolo eum fuisse, dum alienum torum contemeraut: deiq; speciem, ad tegendum tam insigne adulterium, veluti velum quoddam obtendit.

z Tert. in lib. de coro. milit. Statius theba. lib. 5.
A Pausa. in Corinthia.
B Vola. philologia. lib. 33. in ælidarum progenie.
a l. lege Cornelia §. 1. ff. ad l. Cornel. de siccar.
b l. 1. §. & quia ff. de off. præfec. vig.
c l Imperatores eod. tit.
d l. 3. § qui hominem ff. ad l. cor. de sicc.
e l. si seruus seruum §. & qui puerũ ff. ad l. aquil.
f l. 4. §. idem diuus & §. seq. ff. ad l. cor. de sicca.
g Ioseph. Antiq. Iudai. lib. 18 cap. 4. Ægesip. de excidio Hierosolimitano. lib. 2. cap. 4.
h d. §. qui abortionis.

A



IANI LANGLAEI REGII IN SENATV BRITANNIÆ CELTICÆ CONSILIARII, SEMESTRIVM

B

Liber Nonus.

DE QVÆSTIONIBVS ET TORMENTIS.

C

Socij criminis an & quibus casibus de consciis, & participibus interrogari possint, & quo pacto fieri huiusmodi interrogationes debeant.

CAP. I.



VETVS est, atque trita nostratibus quæstio, an qui criminis alicuius compertus sit, interrogari de participibus, scelerumq; societate sibi coniunctis possit: de eoq; in socios quæstio haberi. Et quibusdam videtur non posse: cum veteris iuris authoritas, de se confessos, nec interrogari quidem de aliorum conscientia sinat. Sitque vulgo traditum, neminem de proprio crimine confitentem, super conscientia scrutari debere aliena.[a] Quamobrem & Modestinus eum qui de se confessus sit, in caput aliorum torquendum non esse respondit: Idque diuum D

a l. fin. C. de accusa.

A Pium reſcripſiſſe. [b] Alibique dicitur, conuictis confeſſiſque ad ſocietatem ſcelerum eos vocantibus, à quibus apprehenſi, cuſtoditiue ſint facile credi non oportere. [c] Et hoc quidem receptius videtur. Si tamen de probando ſcelere agatur, quod ſine ſociorum ope,admitti ab vnico homine non potuiſſe,veriſimile ſit, veluti de graſſatura,vel latrocinio: conuenit inter omnes interrogationem fieri de participibus,& conſceleratis poſſe,in eorumque caput torqueri noxios debere. Scribit enim Iulius Paulus. Si ſuſpicione aliqua reus vrgeatur,adhibitis tormentis * de
B ſociis & ſceleribus ſuis fateri compellendum, [d] aitque Martianus Diuum Pium,cum prouinciæ Aſiæ præeſſet, ſub edicto propoſuiſſe vt Irenarchæ, cum apprehenderint latrones, interrogent eos de ſociis, & receptatoribus, [e] Honoriique & Theodoſij reſcripto conſtituitur, vt prouinciarum præſides, in quæſtionibus latronum, nullum diem excipiant: & ne ſceleratorum proditionem, conſiliorumque, quæ per latronum tormenta quærenda eſt, differendam exiſtiment. [f] Cum enim qui talia moliri inſtituerit, ſocietatem inire cum aliis cogatur, quorum ope adiutus, exequi deſtinata poſſit, vt qui ſolus nequeat: non
C immerito ad veritatem eruendam,is etiam de ſociis,& receptoribus, (ſine quibus latere diu non potuit) [g] interrogatur:& de eo etiam nonnunquam quæſtio habetur: ne aliter impunè illi agant. [h] Quod & ſenſiſſe Tertullianus in Apologetico videtur, cum dixit. Sed illud ſolum expectatur, quod odio publico neceſſarium eſt, confeſſio nominis, & non examinatio criminis: quando ſi de alio nocente cognoſcitis, non ſtatim confeſſo eo nomen homicidæ, vel ſacrilegi, vel inceſti, vel publici hoſtis contenti ſitis ad pronunciandum, niſi & conſequentia exigatis qualitatem facti,locum,tempus,conſcios,ſocios. Et iterum. La-
D tronibus inueſtigandis, per vniuerſas prouincias militaris ſtatio ſortitur,ad ſocios,ad conſcios vſque inquiſitio extenditur. Adhiberi autem huiuſmodi quæſtio, nonnunquam ſolet, etiam poſt ſententiam capitis in flagitioſos dictam. Scribit ſiquidem Vlpianus ad beſtias damnatos ſæpe ideo ſeruari poſt damnationem,vt ex iis in alios quæſtio habeatur. [i] Cuius rei elegans ex-

b l. repeti. §. 1. ff. de quæſt.

c l. 1 §. cum latrones ff. de quæſtio. l. ſi cuti C. eod.

d Iul. Paul. recept. ſent. lib. 5. tit. de quæſtio.

e l. diuus ff. de quæſtio.

f l. prouinciarum C. de feriis.

g l. 1. ff. de recept.

h Salic. d. l. fin. de accuſa.

i l. qui publicè ff. de pœnis.

* De ſociis & crimi. Non plene probat,& ſecundum hanc opinionem latum iudicium contra Poteum Laſabrerie procuratorem Agennij in fauorem Ioannis Bodu. ibi erant duo teſtes ab eo corrupti, ſed ſingulares, & vix poteſt aliter probari, inquit, Boerius. Niſi quiſque corruptus deponat de ſuo corrumpente, quia his non ſolent teſtes adhiberi. quare fuit ſolum quæſtioni addictus ille de Laſabrerie, quam ſuſtinuit & fuit abſolutus a maiori pœna & infamia, latum arreſtum die 5. Aprilis an. M. D. XXX. ante Paſca, Boerius quæſt. CCCIX. nu. 5. parte 2.

tat exemplum de Apuleio, cædis trium iuuenum postulato. Antiquior enim magistratus, qui de ea re quæstionem habet, non dubium esse censet: quin huiusmodi cædis Apuleius plenè conuictus sit: id vnum superesse dicens, vt pro veritate facinoris in caput sociorũ eruenda, ipse torqueatur: quod verisimile non sit tres adeo validos iuuenes à solo ipso Apuleio interfectos esse. Apuleius.[k] Posthæc magistratus, qui natu maior assurgit, & ad populum talia infit, de scelere quidem, quòd serio vindicandum, nec ipse qui commisit, potest diffiteri: sed vna tantum succisiua sollicitudo nobis relicta est, vt cæteros socios tanti facinoris requiramus. Nec enim verisimile est, hominem solitarium, tres tam validos euitasse iuuenes. Prohinc tormentis veritas eruenda. Nam & qui comitabatur eum, clanculo profugit: & res ad hoc deducta est, vt per quæstionẽ sceleris sui participes indicet, vt tam diræ factionis formido funditus perimatur. Nec mora, cum ritu Græciensi ignis & rota, tum omne flagrorum genus inferuntur. Hactenus Apuleius. Sed & illud nostram hanc sententiam nonnihil adiuuat, quod Vlpianus dixit, quæstionis habendæ causa, ad exhibendum agi ex delictis seruorum posse, ad indicandos conscios.[l] Et quod alibi respondit, si seruus qui magnas fraudes in meis rationibus commiserat fuerit occisus: de quo quæstionem habere destinaueram, vt fraudum participes eruerentur: tanti æstimandum, quanti mea intererat fraudes serui per eum commissas detegi.[m] His enim responsis planum fit, de seruis quæstionem haberi, ad indicandos fraudum, delictorumque participes & conscios. Quod & ex multis aliis iurisconsultorum nostrorum responsis colligi potest: veluti Modestini, cum ait, domino à familia occiso, prius de se familiam torquendam esse: & si confiteatur, tunc interrogandam, quo mandante flagitium admissum sit.[n] Et Pauli dum dixit, & si certus sit percussor: tamen habendam esse quæstionem, & cædis mandator inueniatur: vtique autem ipsum maximè quæstioni dandum: quamuis & cæteri puniantur:[o] Quamuis enim huiusmodi responsis de seruis agatur, quos propter suæ conditionis humilitatem simile veri non est, indignum aliquod facinus ausuros, nisi aliquo potentiore mandante, vel aliis in societatem scelerum adhibitis:[p] eadem tamen & in liberis hominibus subesse videtur ratio: si facinus quod amissum fuisse dicitur, sine opera, auxilioque sociorum patrari non potuerit, ne forte aliter sceleris qualitas proferri in lucem veritatis

k Apu. Asini. aur. lib. 3.

l l. fin. ff. ad exhib.

m l inde neratius §. sed & si seruus ff. ad l. aquil.

n l primus ff. de senatusc. sylan. & claud.

o l. & si certus ead. tit.

p Salic. d. l. fin. de accus.

A tatis non possit, reique series ad liquidum explorari. Nam & illud omnium ferè consensu receptum est: in delictis clancula-riis, etiam criminis socios in testimonium admitti.[q] & vt veritas elucescat, probationes alioqui minus idoneas recipi: adeo vt mulieris etiam testimonium (quod in criminibus pontificio iure reiici solet)[r] admittatur: si de eo scelere quæstio sit, cuius veritas aliter sciri non possit.[s] Sicut & quod minor pro testimonio dixerit.[t] Aliter enim inultum maneret maleficium, cuius impunitate scelestorum augeretur improbitas.[u] Qua ratione
B & hoc quoque in crimine falsæ monetæ constitutum est: vt huius criminis rei (quos græci paracharactas appellant)[x] de sociis interrogentur: factique conscios per tormenta prodere cogantur.[y] Neque enim adulterinos nummos conficere quisquam potest: nisi sint qui ad eam rem sibi ministerium præbeant.[z] Soletque id delictum, quàm occultissimè fieri potest, committi.[A] Quæ ratio & in crimine conspirationis, sicut & seditionis locum habet.[a] Vnde & apud Q. Curtium de Philota coniurationis aduersus Alexandrum initę suspecto, omnes quęstionem vt participes sceleris indicare cogeretur, habendam
C esse decreuerunt.[b] Et apud Ciceronem & Sallustium. Vulturcius Catilinariæ coniurationis reus, de sociis & participibus interrogatur, interrogatusque Lentulo, qui & spe ex coniuratis erat, committitur.[c] Quo pacto & ætate Tyberij, Clemens quidam Agrippæ seruus, qui se Agrippam esse finxerat, résque nouas in Gallia & Italia molitus, multos sibi adiunxerat: comprehensus, ad indicandos facinoris conscios quæstioni subiicitur.[d] Sic & apud Cornelium Tacitum Epycharis, Lucanus, Quintilianus, & alii non pauci coniurationis in Neronem suspecti, de consciis interrogantur, tormentorumque vi edere eos coguntur.[e] Similiter & apud Liuium in ea quæstione quæ de coniu-
D ratione in caput Hieronymi Syracusanorum principis habita est, Theodorus ab indice Calone (quem ad id facinus adiuuandum appellauerat) nominatus comprehensusque, quamuis de se haud cunctanter omnia fassus, ad indicandos consilij socios, Andronodoro datur torquendus: tandémque (ait Liuius) omnibus intolerandis patientiæ humanæ cruciatibus laceratus: victum malis se simulans, auertit ab cõsciis in insontes indicium: Thrasonem esse authorem consilij mentitur.[f] Eodem modo & apud Ammianum Marcellinum, de familiaribus Syluani, in

q cap. fin. de test. cog. tynda. tract. de test.
r cap forus de verbo signi.
s Io. And. in add. ad spec. tit. de test. §. 1. Alex. cons. 166.
t l. in testimonium ff. de test. Io. And. d. tit. de test. versic. item excipitur quod est impubes Ias. l. 1. §. si tibi iuditiũ ff. de cõd. ob tur. cau.
u Lentulus famil. Cic. epist. lib. 12.
x l. falsæ monetæ de falsa moneta in C. Theod. Cal. Rhod. lec. antiq. lib. 10. cap. 2.
y l. 1 C. de fal. mo.
z Constant. Hermenop. tit. de mone. fal. saly. d. l. fin. de accusa.
A l. 2. de fal. mon. in Cod. theod.
a d. c. fin. de test. cog. cap. cum 1. & à de re iudic.
b Q. curtius lib 6.
c Cic. in catil. sal in catil.
d Dyon in Tiberie lib. 57.
e Tacit. in Nero. Annal. lib. 15.
f Liui. 2. bell. puni. li. 4.

A bendum putauerim: quasi hortatu impulsuque iudicis magis expressa videatur, quàm propria voluntate facta confitentis. Quod & Ciceroni visum quandoque fuisse scio. Cum enim dixisset Torquatus P. Syllam quasi Catilinariæ coniurationis conscium per L.Cassium Allobrogibus nominatum. Id falsum esse Cicero respondit, quin & si nominatus fuisset, adhuc inditio fidem adhibendam non esse contendit: quia de eo (quod fieri non debuit) quæsitum nominatim ab Allobrogibus fuerit. Sic enim ille.[m] Allobrogibus nominatum Syllam esse dicis, quis
B negat Syllæ indicium? at vide quemadmodum nominatus sit. L.Cassium dixerunt commemorasse, cum cæteris Antronium secum facere. Quærò num Syllam dixerit Cassius: nunquam sese aiunt quæsisse de Cassio, quid Sylla sentiret. Videte diligentiam Gallorum, qui vitam hominum naturamque non nossent: ac tantum audissent: eos pari calamitate qui fuerant, esse in eadem voluntate, quid tum? Cassius si respondisset idem sentire, & secum facere Syllam, tamen mihi non videretur in hunc id criminosum esse debere: Quid ita? quia qui barbaros homines ad bellum impelleret, non debeat minuere illorum suspitio-
C nem, & purgare eos, de quibus illi aliquid suspicarentur. Non respondit tamen vna facere Syllam. Etenim esset absurdum cum cæteros sua sponte nominasset, mentionem Syllæ facere nullam, nisi admonitum & interrogatum. Et rursum paucis interpotis. Sed tamen quid respondit de Sylla Cassius? se nescire certum, non purgat, inquit, dixi antea: ne si argueret quidem tum denique, cum esset interrogatus, id mihi criminosum videretur. Sed ego in iudiciis & quæstionibus, non hoc quærendum arbitror, num purgetur aliquis, sed num arguatur.

m Cic. in orat. pro P. Sylla.

D

A

Confessioni in equuleo (aut cum in oculis equuleus esset) expressæ, fides non aliter habenda (vt damnari ex ea reus possit) quam si is rursum post aliquod temporis interuallum, procul à tormentis iterrogatus in ea perstiterit. Et Plauti locus in Trucul. aliter ac vulgo soleat, explicatus atque emendatus.

CAP. II.

B

TAMETSI vulgo receptum sit, in criminibus eruendis quæstionem adhiberi solere,[a] voluisse maiores, veri inueniendi causa, tormentis & cruciatu quæri, & summo dolore homines cogi, vt quicquid sciant, dicant:[b] fragilem tamen, ac fallacem vt plurimum, quæ tormentis exprimitur, confessionem esse constat. Vt enim infirmitas, atque doloris impatientia vera fateri quosdam cogit, ita & falsa multa comminisci. Quod qui in equuleo positus est scire aut suspicari facile possit quid audire quæsitor velit, quod cum dixerit, intelligat sibi finem doloris futurum.[c] Neque ideo vel vera fateri, vel mentiri dubitet, vt præsenti cruciatu quàm citissime liberetur,[d] securus supplicij, quod posthac illi subeundum sit. Contra qui robustus, ac patiens fuerit, cruciatum aspernabitur, nec verbum omnino vllum, quo se vel alium perstringat, emittet: vt verissimè dixisse videatur Quintilianus: Etiam cum robustissimi torquentur, etiam cum magnanimum asperrimus dolor tentat, plurimùm tamen interesse, quid respondere sibi velit, qui torquet. Et mox: rogo (infit) cum mulier eadem in tormentis diuersa dixerit, non est manifestum id maluisse, quod credidisti?[e] Et alibi aliis patientia facile mendacium facit, aliis infirmitas necessarium.[f] Id quod & perpulchre Cicero scriptum in Partitionibus his verbis reliquit. Sæpe etiam quæstionibus resistendum est, quòd & dolorem fugientes, multi in tormentis ementiti persæpe sunt, morique maluerunt falsum fatendo, quàm verè inficiando dolore: multi etiam suam vitam neglexerunt, vt eos qui his chariores, quàm ipsi sibi essent, liberarent. Alij autem aut natura corporis, aut consuetudine dolendi, aut metu supplicij, aut mortis, vim tormentorum

C

D

a *l. 1. ff. de quæst.*

b *Cic. lib. 2. rheto. ad heren.*

c *Cic. eod. lib. 2. reth.*

d *Arist. in retho. ad Alex. tit. de quæstione.*

e *Quintil. decla. 338.*

f *Quintil. lib. 5. de torment.*

A pertulerunt. Alij ementiti sunt in eos quos oderũt. Et alibi: Tormenta (inquit) gubernat dolor, moderatur natura cuiusque, tum animi, tum corporis, regit quæsitor, flectit libido, corrumpit spes, infirmat metus: vt in tot rerum angustiis nihil veritati loci relinquatur.[g] Et iterum dolor (ait) in quæstione veram vocem elicere potest etiam ab inuito.[h] In quam propemodum sententiam & ex nostris. Vlpianus. Quæstioni (inquit) fidem non semper nec tamen nunquam habendam constitutionibus declaratur. Et enim res est fragilis, & periculosa, & quæ veritatem fallat. B Nam plerique patientia siue duritia tormentorum, ita tormenta contemnunt, vt exprimi ab eis veritas nullo modo possit: alij tanta sunt impatientia, vt quoduis mentiri, quam pati tormenta malint. Ita fit, vt etiam vario modo fateantur, nec tantum se, verumetiam alios criminentur.[i] Quibus ex verbis annotãt interpretes, fragilem ac lubricam quæ tormentis elicitur esse confessionem, nec satis certam exhibendæ veritatis rationem: quod an tortus verum dixerit, vel mendacio liberare se à cruciatu voluerit, anceps coniectura fit: quoniam & vera confessis (vt est apud Q. Curtium) & falsa dicentibus idem doloris finis ostenditur.[k] C Traditúmque ideo est, huiusmodi confessioni fidem à latrunculatore non aliter habendam esse, quam si finita quæstione, post aliquod temporis interuallum repetita apud acta fuerit.[l] * Nam & Cõstantij, Constantiníque Cæsarum rescripto ad Euagrium statuitur, illum qui in eo crimine fuerit deprehẽsus, quo dignus claustris carceris, & custodiæ squalore videatur, auditum apud acta, cum de admisso constiterit, carcere quidem continendum: neque tamen antea damnandum, quam inde eductus, rursúmque apud acta auditus fuerit.[m] Quod enim dicitur, nullas iudicis esse partes in confitentem, præterquam in condemnan- D do, eúmque qui scelus, cuius suspectus est, agnoscit, in vincula publica coniiciendum, donec de eo pronuntietur,[n] (seu vero aliam ab eo confessionem exigi nihil sit opus) de eo accipiendum est, qui sponte, nullóque metu perterritus confitetur.[o] Quod enim ad illum attinet, à quo criminis cõfessio in quæstione extorquetur, ratihabitione (vt diximus) opus est, vt damnari ex illa confessione possit. Quod & in Trucul. Plautus satis ostendit, cum Calliclem & ancillas sic loquentes facit.

g Cic. in orat. pro P. Syll.

h Cic. in orat. pro rege Deiot.

i l. 1. §. quæst. ff. de quæstio.

k Q. Curt. lib. 6.

l Arg. l. 2. C. quorũ appell. nõ recip. Bar. d. l. 1. §. Diuus 2. moder. l. cũ te proponas C. de transact.

* Vide quæ notaui circa finem huiusce capitis.

m l. 2. C. de custo. reo.

n l. si confessus ff. de custo. reo.

o Bart. d. §. diuus & Bal. d. l. 2. C. de cust. reo.

Cal. *Egon' tibi maledicam, aut tibi male velim? vt animo meo est,*
Propemodum expertæ estis, quam ego sum Tranquillus vsque

Homo:rogitaui ego vos verberantes, has pendentes simul. A
Commemini, quo quidque pacto sitis confessæ scio.
Hic nunc volo scire eodem pacto si sine malo fateamini:
Quanquam vos colubrino ingenio ambæ estis, edico prius,
Ne duplices habeatis linguas, ne ego bilingues vos necem.
Nisi si ad tintinnaculos vultis vos educi viros.
Anc. *Vis subegit verum fateri, ita lora lædunt brachia.*
Cal. *Atsi verum mihi eritis fassæ, vinculis exoluemini.*
Etiam nunc quid sit negotij, falsus incertusque sum:
Nisi quia timeo tamen. Anc. *Ego nec quid peccaui scio.* B

Hactenus Plautus, cuius ex verbis planum fit, Calliclem ancillarum confessioni per tormenta expressæ, fidem non priùs habuisse, quàm aliam rursum ab iis post tormẽta exegisset. Id enim verba illa significant.

---Rogitaui ego vos verberantes, has pendentes simul
Commemini, quo quidque pacto sitis confessæ, scio.
Hic nunc volo scire eodem pacto si sine malo fateamini.

C Nam & dubium non est, quin verbera illa, quibus à lorariis cæsæ ancillæ fuerunt, non supplicij causa, sed veritatis eruendæ gratia, inflicta illis fuerint, ad detegendam sceleris (cuius insimulabantur) nempe subdititij partus veritatem. Quod & verba illa, vis subegit verum fateri, ab ancillis prolata satis indicant: sicut & quæ mox sequentur, ita lora lædunt brachia: Item & illa: vinculis exoluemini. Quibus etiam ostenditur, vinctas à lorariis ancillas fuisse. Dicebantur quippe lorarij non tantum qui vinciebant, vel cædebant, quos iussi erant vincire, vel cædere: verum etiam tortores, qui noxios torquebant, & ad quæstionem dabant. Constárque lora & flagra, quibus serui rumpebantur, D inter tormenta censeri: sicut virgas, fustes, & huiusmodi alia, quibus cæduntur liberi, si veri inueniendi causa adhibeantur. Cum dicat Vlpianus, quæstionem nos intelligere debere, tormenta & corporis dolorem, ad eruendam veritatem.[p] Ita vt traditum à quibusdam sit, ieiunia quæ ab hæreticæ prauitatis (quos vocant) inquisitoribus, eruendæ veritatis ergo, impietatis in Deum reis indicuntur, tormentis annumerari,[q] vt iam dubij nihil relictum videatur, quin tormentorum appellatione verbera contineantur. Quod & vndecima in Antonium Cicero clare perspicuéque demonstrat cum ait: verberibus ac tor-

p l. Item apud labeonem §. adiicitur & ff. quæstionem §. de iniur.
q glo. clem. 1. §. 1. de hæret.

A mentis quæstionẽ habuit pecuniæ publicæ. Et pòst paulò, ponite ante oculos vincula, verbera, equuleum, carnificem, tortorémque famarium. Idem in topicis: Nam & verberibus (infit) torti & igni fatigati, quæ dicunt, ea videtur veritas ipsa dicere. Quo modo & Liuius: Conspectum tortoris, verberumque non sustinuit. [r] Sicque Q. Curtius. Ac primo quanquam hinc ignis, illinc verbera iam non ad quæstionem, sed ad pœnam ingerebantur. Et mox. Illi rursus tormentis admotis, cum ipsis quoque hastis, os oculósque eius euerberarent. [s] Cornelius Tacitus. Atque interim Nero recordatus Volusij Proculi indicio Epicharim attineri, ratúsque muliebre corpus impar dolori tormentis dilacerari

B iubet, at illam non verbera, non ignes non ira eo acrius torquentium ne à fœmina spernerentur, peruicere quin obiecta denegaret. [t] Et ex nostris Cæsaribus Gordianus. Nullam (inquit) existimationis maculam auunculus tuus pertimescat ictibus fustium subiectus ob crimen habita quæstione. [u] Similiter Lucretius cum mortalium cruciatus & tormenta breui exponens inquit.

r Liui. dec. 4. lib. 10.

s Q. Curt. lib. 10.

t Corn. Tac. lib. 15.

v l. nullam C. ex quibus caus. infa. irrogatur.

Verbera, carnifices, robur, pix, lumina, tedæ.

C Et Aristophanes in ranis.

Aea. *Et quomodo torqueo. Xant. omni modo, in scala*
Ligans: suspendens, scutica verberans, excorians.
Stricte ligans, inque nares acetum infundens,
Lateres imponens.

Quod vero ait Callicles, scire se velle an eodem pacto sine malo ancillæ fateantur, intelligendum est sine verberibus & dolore, in quem sensum dictionis malum, frequens est apud eundem authorem vsus: veluti in Persa, cum de hera flagrum tenente, & seruo suo malum minitante, loquitur iis versibus,

D quos in sequentibus adiiciemus, & in Bacchid.

Bacch. *Sed quid est, quapropter nobis vos malum minitamini?*
Et rursum.
Nicobu. *Nisi abeas, quanquam tu bella es, malum tibi magnum dabo iam*
Bacch. *Patiar, non metuo, ne quid mihi doleat, quod ferias.*

Quod enim minitanti seni Bacchis respõdet, se non metuere

ne sibi doleat, quod ille feriat satis declarat, mali, verbum de verberibus intelligendum: ne alioquin* πρὸς ἔπος seu ad versum non respondisse videatur, Qua significatione & Cicero vocem eandem nonnunquam vsurpat, sicut cum ait: Tu nisi malo coactus recte facere nescis. Et iterum: Nam vi, malo, plagis adductus est, vt frumenti daret non quantum haberet, sed quantum posceretur. [t] Exegisse autem Calliclem aliam post tormenta ab ancillis confessionem, idcircóque supplicio dignas censuisse: ex iis etiam, quæ deinde Plautus subiicit, colligi potest, sic enim ille.

t Cic. 5. in Verrem.

Cal. *Omnium primum diuersæ statæ: hem sic isthuc volo:*
Néve inter vos significetis, ego ero paries, loquere tu.
Anc. *Quid loquar?* Cal. *quid puero factum est mea quem peperit filia.*
Meo nepoti, capita rerum mihi expedite. Anc. *istæ dedi*
Cal. *Iam tace: accepistin' puerum tu ab hac?* Anc. *accepi* Cal. *tace,*
Nihil moror præterea, satis est fassa Anc. *inficias non eo.*
Cal. *Iam liuorem tu te scapulus isthoc concinnas tuis.*

Illud obiter admonendum putaui: in tertio versu Plauti, cuius initium (rogitaui) mendum subesse videri vocémque, has, abundare. Id quod multis rationibus peruinci potest. Primum quod in scena illa. Callicles senex cum lorariis, aut quibusuis aliis, præterquam Dinarcho, & ancillis sermonem non habet nec verba illa.

--*Rogitaui ego vos verberantes.*

Ad alias, quam ancillarum personas referri possunt, dictio enim verberantes, illic passiuè accipitur, vt idem significet quod vapulantes, vel cum verberaremini: quod & immediate præcedentia Plauti verba perspicuum faciunt, dum ait.

Propemodum expertæ estis, quàm ego sum tranquillus vsque homo

Quis enim Calliclis clementiam, animíque tranquillitatem experiri in ea re potuit, præter ancillas? in quas dum torquerentur, & penderent sæuum se non fuisse significat. Sed & qua de re rogitare lorarios potuit? non enim de alio laborabat, quàm vt rei qua de agebatur (vt puta de filia deuirginata, partúque

suppoſito)

* Alciatus ait se risum tenere nequiuisse, videns Acursium interpretantem voces Græcas tanquam Latinas vt πρὸς ἔπος, id est, pro se respondit.

A ſuppoſito)ex ore ancillarum veritatem exculperet. Putauerim itaque expuncta voce illa, has, copulatiuam, &, ſubſtituendam: Ita enim carminis ratio conſtabit vt ſic tertius ille verſiculus legi debat.

Rogitaui ego vos verberantes, & pendentes ſimul
Commemini.

Quam lectionem eo libentius amplector, quod Iacobo quoque Bigotio, homini eruditiſſimo probari ſcio. Is enim cum mi- B hi hac de re ſermo cum illo fuiſſet, germanam eſſe dixit: meminiſſéque Lutetiæ aliquando cum Ciceronis locum in Partitionibus de queſtionibus interpretaretur, in veteri codice ſibi oblato, verſiculum illum ſic legiſſe. Poteſt & aliud exemplũ ad hanc rem pertinens ex Q. Curtio afferri, de Philota parricidij in Alexandrum meditati reo: quem licet in equuleo confeſſum, non ante damnari Alexander ſuſtinuit, quam denuo, & ex interuallo rogatum, quæque faſſus in tormentis fuerat, agnoſcentem. Sane quod de confeſſione in quæſtione habita diximus, ſunt & qui ad illam quæ in conſpectu equulei, aut cuiuſuis alterius tor- C menti facta ſit, producendum cenſeant: vt nec ei ſimiliter fides haberi aliter debeat, quã ſi geminata: & apud acta repetita fuerit. Idq; maximè ſi ab eo fiat, qui veſtibus exutus, ante equuleũ perductus ſit. [u] Quibus & ipſe aſſentior: non enim ſpontanea videri huiuſmodi confeſſio poteſt, quæ in præſentaneo periculo, ac veluti ſub cultro ſic facta ſit. Nec refert quicquam, aliquis compulſus fecerit, vel metuens ne compelleretur. [x] Idémque de timore mali, cum præſens inſtar, atque adeſt, quod de malo ipſo iudicari ſolet. [y] Id quod non obſcurè ſignificat apud Plautum Perſa virgo, cum ait.

u Bart. l. nouiſſime ff. quod fal. tut. auth. geſt. eſſe dica.

x d. l. nouiſſime quod fal. tuto. aut geſt. eſſe dic.

y l. pædius in princ. ff. de inc. ruina naufr.

D

Vir. *Cogita hoc verbum pater, herus ſi minatus eſt*
Malum ſeruo ſuo, tametſi id futurum nõ eſt, vbi captum eſt flagrũ,
Dum tunicas ponit, quanta afficitur miſeria? ego nunc quod
Non futurum eſt, formido tamen.

Qua ratione timor armorum idem operatur, quod vis ipſa armis illata. Adeo vt qui ab iis qui armati venerunt, deiectus ſit, & ſi armis vſi non ſint ad deiiciendum, ſed deiecerunt, vi armorum deiectus cenſeatur. Sufficit enim (infit Vlpianus) terror ar-

morum, vt videantur armis deiecisse.[z] Quod & ante Vlpianum A
M. Ciceronem literis prodidisse memini, his verbis: Quod vis
Cæcinnæ facta non est, dici in hac causa potest, vbi arma fuerint? vbi coacta hominum multitudo? vbi instructi & certis locis cum ferro homines collocati, vbi minæ, pericula, terrorésque mortis, ibi vim non fuisse? Et mox paucis interpositis: Tu vim negabis esse factam, si cædes & occisio facta non erit? Ego exercitus maximos sæpè pulsos, & fugatos esse dico terrore ipso impetúque hostium, sine cuiusquam non modo morte, verumetiam vulnere. Etenim, Recuperatores, non ea sola vis est, quæ B
ad corpus nostrum vitámque peruenit, sed etiam multo maior ea, quæ periculo mortis iniecto, formidine animum perterritũ, loco sæpè, & certo de statu dimouet. Et rursum quibusdam aliis interpositis: Dubium (inquit) non est, quin maior adhibita vis ei sit, cuius animus sit perterritus, quam illis cuius corpus vulneratum sit.[a] De temporis autem spatio, quod inter confessionem vi tormentorum expressam, ac eius ratihabitionem, intercedere oportet, vt ex ea damnari quisquam possit, non satis conuenit inter nostros, quibusdam existimantibus, id diei vnius naturalis esse debere.[b] Contra aliis sentientibus, vt cum cer- C
tum temporis interuallum huic rei præscriptum non sit, iudicis arbitrio committi debeat:[c] qui quo primum tempore tormenti dolorem verisimiliter remisisse animaduerterit, confessionis illis ratihationem à noxio exiget.[d] Sed hodie in Gallia Ludouici duodecimi constitutione, hic nodus (si quis erat) expeditus est.[e] Ea enim constitutum disertis verbis est, vt postridie quàm de sonte habita quæstio fuerit, iudex illum seorsum à loco tormenti perducat: percõteturque rursum ex eo sceleris, ob quod in carcerem impactus sit, veritatem, expertutus an in confessione permanere velit, vel id minus: eaque omnia accurate, & ex D
fide actuarius excipiat. Quod (vt ne quis sine exemplo fieri in Gallia putet) in more etiam positum apud Macedonas fuisse inditio est, quod Q. Curtius tradit de Philota, quamuis in conspectu equulei, & in ipsa etiam quæstione confesso, non ante sumptum supplicium, quam ad Alexandrum delatus (cum pedibus ire non posset) postridie quam tortus erat, quæ de se & consceiis fassus erat, rursum agnouisset. Verba Curtij ad hanc rem pertinentia adscribam. Illi collocuti satis quæsitum videri, ad regem reuertuntur: qui postero die, & quæ confessus erat Philotas, recitari, & ipsum (quia ingredi non poterat) iussit af-

z l. 3. §. armis ff de vi & vi arma.

a Cic. in orat. pro A. Cæci.

b Iaco. Butr. & ang. l. 2. C. de custod. reo. Bonon. in addit. ad tractatum susarij de de indiciis & tortu.

c Arg. l. 1. ff. de iure de lib. & l. 1 de effractio ff.

d Bart. d. §. diuus.

e Artic. 113. const. Lud. duod. qui secundus est titulis de quæst.

A ferri: omnia agnoſcente eodem. [f] Sed quid de confeſſione ab
illo facta dicendum, cui iudex interminatus ſit, quæſtionem ſe
de eo ni fateatur, habiturum? An quamuis tormentis admotus
non fuerit, nec equuleus, aliudve tormentum in præſentia eſ-
ſet, expreſſa metu cenſeri debeat? Et videretur debere, cum tra-
ditum ſit, probabiliter timuiſſe illum exiſtimari, cui per iudicis
pœnalæ præceptum comminatum ſit. [g] Non enim tormenta,
vel fiduculas expectare quem debere. [h] Sed magis eſt, vt ſine
iuſto metu factam dicamus. [i] Non enim huiuſmodi fuit, vt in
B conſtantem virum caderet. [k] quum potuerint ei eluſoriæ mi-
næ fieri. [l] Nam & vulgo receptum eſt, metum non iactationi-
bus, vel conteſtationibus, ſed atrocitate facti probari oportere.
[m] Atque Vlpianus, metum præſentem nos accipere debere, non
ſuſpicionem inferendi eius. [n] Neque leuis territionis rationem
vllam habendam, vt cruciatus, ſeu equulei metu factum quip-
piam fuiſſe dicatur. [o] Quandoquidem (quod Vlpianus ipſe ali-
bi tradit) non ſufficit quolibet terrore adductum aliquem ti-
muiſſe. [p] Qua tamen in re plurimum iudicis arbitrio tribuen-
dum putauerim, qui perſonis iudicis, & rei diligenter, circon-
C ſpectéque perpenſis diſpiciet, an iuſto metu conterritus ſuo ſe
indicio reus prodiderit, vel id minus. Si enim ab aſpero, ſæuo-
que quæſitore, qui quod pollicebatur præſtabat, & minas exe-
quebatur interminatum compererit, metu extortam confeſſio-
nem interpretabitur. Nam & à quibuſdam traditum eſt, in hu-
iuſmodi quæſitoribus, vel minacem vultum, iuſtum quando-
que metum inferre. [q] Idémque dicendum, ſi vel mulieri, vel
meticuloſo homini minitatus tormenta quæſitor fuerit. Ma-
gna quippe ratio habenda eius eſt, cui minæ illatæ fuerint, vt
quid vel metu, vel ſponte factum fuiſſe dicatur. [r] Illud præterea
D tractari hoc loco poteſt, an ſi reus, cũ eum confeſſionis in equu-
leo factæ pœniteret, poſtero die perductus ad acta, proculque à
cõſpectu equulei perſtare in ea noluerit, torqueri iterũ debeat?
Et videretur non debere, niſi nouæ validioréſque aliquæ emer-
ſerint coniecturæ. Cum dicat Paulus, reum non aliter reperiri in
quæſtionẽ poſſe, quã ſi euidentioribus argumẽtis appreſſus fue-
rit, animumq; & corpus in tormenta obfirmauerit. [s] Sed magis

f Q. Cur. li. 6.
g Bart. l. credito ff. de ſolut.
h Bart. l. falſus C. de furt. Alcia. d. l. cũ proponas C. de tranſact.
i Iaco. Beluiſ. in pract. iudicia §. nunc reſtat videre Suſar. in tract. de iudic. & tortu. verſic. ſed quid ſi extra.
k l. metum ff. quod met. cã.
l Arg. l. hac autem ſatiſdatio ff ſi cui priuſquam per ſal.
m l. metũ C. de hiſque vi- met. ve can.
n l. metum ff. eodem.
o l. item apud Labeonem quæſtionem ff. de iniur.
p l. 3. ff. ex quib. cauſis maio.
q Io and. in c. quia propter ext. de elec. Bald. c.

r § iniuria de pace iura firmam. in vſib. feud. Bart. l. de pupilio §. ſi quis ipſi pratori ff. de ope. no. nunc. Iaſ. § quadrupli, in iuſi de actio. Alcia. l. interpoſitas C. de tranſac.
s Suſar. d. tractat de indit. & tortur. & Bolog. in additio. ad eum verſic. ſto in hoc.
s l. vnius §. reus ff. de quæſtio.

est, vt & hunc quoque repeti in quæstionem debere respõdeamus. Vix enim vnquam fieri aliter posset, vt in ea confessione, quam tormenti dolor exprimeret (quantumuis vera esset) permanere quisquam vellet, cum sciret ea sibi confessione, vitæ periculum allatum iri, suamque ipsius vocem (quod Plinius dixit) per iugulum in se redituram. & contra inficiationem saluti futuram. Nam & cum de illo, qui diuersa inter se testimonia præbuit: haberi quæstio debeat: [t] non video cur de eo, qui de se interrogatus, nunc fatendo, nunc inficiando, iureiurãdo etiam adactus variè responderit, non idem dicendum sit. Qua ratione & Plautinus ille Callicles (cuius in superioribus habita à nobis mentio est) confessionis ab ancillis in quæstione expressæ rati habitationem exacturus, minatur se illas (si bilingues fuerint, diuersaque ab iis quæ prius dixerant, effutiuerint) rursum lorariis cruciandas daturum. A B

t l. ex libero ff de quæst.

---Edico (inquit) *prius.*
Ne duplices habeatis linguas.
Nisi si ad tintinnaculos vultis vos educi viros.

Tintinnaculos enim appellat tortores, seu lorarios, qui flagris, vel loris bubulis, sontes cædunt: ficto vocabulo à sonitu, quem verbera efficiunt: nam dum verberant, & cædunt, tinnitum reddere videntur, ex crepitu plagarum. Et hæc quidem sententia receptior est. Cui & illud suffragatur, quòd Baldus tradit, confessionem in tormentis, legitimis præcedentibus indiciis elicitam, tametsi reuocatam, semiplenam (quam dicunt) probationem inducere: huiusmodique eam, vt repetendæ quæstioni sufficiat. [u] Nisi reus probabilibus argumentis rem aliter se habere planum faciat. [x] Nec me ab hac sententia dimouet, * quod Paulus ait, reum nisi euidentioribus argumentis oppressum, repeti in quæstionem non posse: id enim de eo accipiendum est, cuius animus, & corpus in tormenta obduruerit, nón de eo qui sua ipsius confessione vrgeatur. [y] Et hic enim si pœ- C D

u Glo. l. 2. C. de custod. reo.

x Bal. l. in bona fides C. de rebus cred. & iure franc. Brunnus in tract. de ind. 6. q.

y Burs. d. §. reus.

* *Quod Paulus ait*) Si non perseueret reus, sed neget quæ dixit in tormentis, quæstio ter repeti potest, vt sanxit curia Burdigalensis contra Heliotum de Chiual appellantem à iudice de Riberaco & Seneschallo Petragoricensi, qui ter ob variationem sine nouis indiciis quæstioni addictus est. Nam pœnis quas fidiculæ & tormenta constituunt, crimen fatebatur, postera die asserebat formidine tormentorum & vi doloris crimen confessum fuisse, tunc senatus statuere solet ampliorem inquisitionem de delicto intra tempus, interim reus vinculis soluitur, datis fideiussoribus. Boerius quæst. CLXIII. num. 19. 20. & 21 part. 1. ex his constat l. vnius 15. D. de quæstionibus esse abrogatam in qua Paulus ait reum nisi euidentioribus argumentis oppressum repeti in quæstionem non posse.

A nitentia ductus, palinodiam canere, diuersaque ab iis quæ prius cecinerit, recantare velit, repeti in quæstionem poterit. Quod & in apologetico Tertullianus subindicasse videtur, cum dixit. Negatis laniari iubere sacrilegum, si confiteri perseuerarit. Cum enim dicat sacrilegium confitentem, & in confessione perseuerantem torquendum non esse, satis declarat, de eo qui in confessione non permaneat, aliud constituendum esse. [z]

z Arg. l. 1. ff. de offic. eius cui mand. est iurisd.

B

Confessus in conspectu tormenti an nihilominus cruciandus. Et an damnari quisquam in id possit, vt ad equuleum tantum perducatur, nec in eum tamen imponatur.

CAP. III.



Onfessionis per tormenta expressæ in superiori capite facta mentio, me admonet, vt du quibusdam aliis ad eandem rem pertinentibus, paulò fusiùs disseram. Ambigi itaque sæpiuscule vidi, quid de eo censendum sit, de quo vel prætor, vel senatus quæstionem haberi decreuerit: an si ad equuleum perductus, necdum etiam tormentis admotus, id scelus cuius suspectus est, agnoscat, torqueri nihilominus debeat? Cum enim in aliud quæstio non adhibeatur, quam vt ex ore eius veritas eruatur, isque fassus sit, nihil opus esse cruciatu videtur. Nam & illud vulgo receptum esse diximus, idem de timore mali, vel tormenti, quod de malo, vel tormento iudicari: nihilque interesse, quis in tormento, vel formidine tormenti fateatur. [a] Adeò vt quæ in conspectu tormenti fit confessio, ratihabitionem ex interuallo exigat, perinde ac illa quæ in ipso tormento fit, nec aliter ex ea damnari reus possit. Multosque apud historię scriptores legimus, qui visis statim tormentis (cum eorũ conspectũ ferre non possent) scelus cuius suspecti erant, cõfessi sint: quales Philotam Curtius, Xychum Liuius, Seuinum & Natalem Tacitus commemorant. Quorsum igitur cruciãdum, duplicique supplicio mulctandum hunc censebimus? Cum enim legibus excogitata tormenta in aliud non fuerint, quam vt obstinata flagitiosorum negatio expugnaretur, iis abutendum aduersus confitentes non est, de quibus sumi supplicium

a Bald. l. nouissime ff. quod fal. tut. autho. gest. esse dica.

(Margin letters: C, D)

possit. Nam & hoc nomine Tertullianus gentilium sæuitiam insectatur, quod peruerso iudiciorum ordine, neglectisque legum ciuilium præscriptis, Christianos quamuis confitentes cruciarent: & quanto magis in confitendo perseuerarent, tanto plura tormentorum genera intentarent: quod proprium, peculiaréque tyrannorum esse dicit: nempe vt tormentis ad pœnam abutantur. Sunt autem hæc Tertulliani verba. Vociferatur homo, Christianus sum: quod est dicit: tu vis audire quod non est. Hoc sum, inquit, quod quæris an sim: quid me torques in peruersum? Confiteor & torques: quid faceres si negarem? Et mox: Ciuilis non tyrannica vestra damnatio est. Apud tyrannos enim tormẽta etiam pro pœna adhibentur: apud vos stili quæstionis temperantur: vestram illis seruire legem vsque ad confessionem necessarium: & si confessione præueniantur, vacabunt, sententia opus est: debito pœnæ nocens expugnandus est, non eximendus. [b] Si igitur reus ante equuleũ positus, scelus cuius suspectus fuerit, agnoscat, præueniátque confessio quæstionem, nec apud acta auditus variè respondeat, nihil ea opus esse videtur. Et hæc quidem in hanc partem adduci possunt. Contra dici potest, ex eo quod ad equuleum perductus tantum sit, paritum decreto, vel sententiæ non videri: non enim is verè tortus fuit, tritumque est quod dicitur, verba cum effectu accipienda esse. [c] Nec tanti momenti, quæ metu tormenti, quam quæ in ipso tormento fit, creditur esse confessio. Facit quippe (vt in Topicis Cicero scribit) necessitas fidem, quæ cum à corporibus, tum ab animis nascitur: Nam & verberibus torti, & igni fatigati, quæ dicunt, ea videtur veritas ipsa dicere. Et quæ à perturbationibus animi sunt, dolore & metu, quia necessitatis vim habent, afferunt authoritatem & fidem. Nec leuis territio quæstionis nomine censetur. Vt non male censuisse videatur Craterus, qui à Philota in conspectu tormenti confesso ratihabitionem in tormentis exigendam putauit, quod Q. Curtius ad hunc modum exequitur. Tortores in conspectu Philotæ, omnia crudelitatis tormenta proponunt: & ille vltro, quid cessatis (inquit) regis inimicum interfectorem confitentem occidere? quid quæstione opus est? cogitaui, volui. Craterus exigere, vt quæ confiteretur, in tormentis quoque diceret. Dum corripitur, & dum obligantur oculi, dum vestis exuitur, gentium iura, &c. [d] Adde quod si quæstio ad indicandos socios, & sceleris participes constituta sit: infa-

b Tertul. in apolog.

c l. 1. in fin. ff. quod quisq. iur.

d Q. Curt. lib. 6.

A mia vitæque macula, qua aspersus ob illam sceleris societatem damnatus erat, tormentis quadamtenus abstergitur, atque eluitur.[e] Quod non æquè fieri videtur, cum tantum tormenta ob oculos illi proponuntur. Vt sic delirare videantur, qui noxios ad veritatem sceleris, cuius suspecti sunt, eruendam, in id tantum damnant: vt ad equuleum perducantur, velut tormentis subiiciendi: nec tamen in equuleum imponantur. Huiusmodi enim damnationis nullibi mentionem fieri memini, quæ non cruciatum sed cruciatus vmbram & imaginem decernit: quod in veris delictis vix est vt admitti debeat: in B imaginariis quidem ac fictitiis adhiberi vtcumque potest ad ludificandos eos, qui non criminosè sed imaginariè deliquerint. Quod à iudice quodam sui temporis festiuè lepidéque factum Alciatus memorat: qui cum (inquit ille) edixisset sub pœna equulei nequis sicam deferret: quendam cum sica lignea argentata ad illudendos apparitores inuentum, iussit adusque equuleum duci, tanquam re vera eum torturus, deinde nil vlterius passum dimisit.[f] Et hæc quidem in hanc sententiam afferri possunt. Ad quam & ego lubentius accesserim: ne iudicis decretum de quæstione habenda ad effectum perductum C non videatur: dum modus adhibeatur, nec nisi leniter reus crucietur. Iudicem enim qui in illa quæstione exercenda leniter sæuierit, magis sapere crediderim: idque maximè si probabilibus coniecturis ductus suspicari possit, nihil ficti, vel commentitij allatum. Quod subtilis diligensque quæsitoris cognitio assequi perfacilè poterit ex ordine rei gestæ, quem reus exposuerit: aliisque circunstantiis, quas ad excutiendam veritatis fidem conducere existimabit.[f] Nec iis assentior, qui ridicularium existimant, quod à quibusdam noxij ad D equuleum perducuntur, velut in eum imponendi, nec tamen imponantur: quo conspectu tormenti perterriti, veritatem si fieri possit patefaciant. Tantum quippe abest, ne desipere illos putem, vt & prudentes iudicem. Cum enim ad illuminandam veritatem, via nulla alia illis pateat, nec huiusmodi indiciis reus vrgeatur, ex quibus indici quæstio possit: quid est in quo iudicis culpam agnoscas: qui nihil prætermiserit, quo sceleris fides in lucem proferri queat? Quum dicat Iustinianus, iudicis vultum sontibus asperum, aspectuque terribilem apparere oportere.[g] Vt in eum intuentes noxij, quæ vera fuerint, inficiari non audeant. Qua ratione censuit Baldus

e Arg. l. ob carmen § si ff. de test.

f Alciat. par. reg. iur. l. 11. cap. 1.

f Arg. l. de minore § plurimum ff. de quæstio.

g § talem vero authen. de manda princ.

A reos omnes, tametsi torqueri ex quauis causa non possint: terreri tamen posse ad exprimendam criminis, cuius suspecti fuerint, veritatem.[h] Cui & ipse facile accedo. Nam & cum impuberes, quos ætatis infirmitas, aduersus quæstionis asperitatem interim tuetur, quamuis tormentis subiici non debeant:[i] terreri tamen possint, & habena, vel ferula cædi:[k] non video cur de iis qui magno natu grauioris alicuius facinoris insimulati, indiciis non admodum perspicuis opprimuntur, aliud dici oporteat. Nec est quod quis vanam & futilem eiusmodi territionem esse dicat, & quæ veritati lucem nullam afferre possit: cum dixerimus hac etiam via scelera multa patefacta: vt ex iis liquet, B quæ de Philota ex Q. Curtio retulimus. Liuij autem verba de Xycho ad eandem rem pertinentia si quis fortè desideret, sunt hæc: Adductus primo Xychus, ita negare inconstanter, vt paruo metu admoto, paratum indicem esse appareret: conspectum tortoris, verberumque non sustinuit, ordinémque omnem facinoris legatorum, ministeriique sui exposuit.[l] Idem de quatuor equitibus Gallis, & duobus Numidis ab Asdrubale cum literis ad Annibalem missis, dum Metapontum cedentem Annibalem sequuntur: incertis itineribus Tarentum delati, à C vagis per agros pabulatoribus Romanis ad Q. Claudium proprætorem deducuntur, cum primò incertis implicantes responsis, vt metus tormentorum admotus fateri vera coëgit; edocuerunt literas se ab Asdrubale ad Annibalem ferre.[m] Et alibi de Numidarum transfugarum fraude detecta mulier repentè Campana in castra venit, scortum transfugarum vnius: indicátque Imperatori Romano Numidas fraude composita transiisse, literasque ad Annibalem ferre. Id vnum ex iis qui sibi rem aperuisset, arguere sese paratam esse. Productus primò satis constanter ignorare se mulierem simulabat. Paulatim deinde conuictus veris, cum tormenta posci & parari videret, D fassus id ita esse, literæque prolatæ.[m] De Scenino vero & Natali sic Tacitus: Ergo accitus Natalis, & Sceninus diuersi interrogantur. quisnam is sermo, qua de re fuisset. Tum exorta suspicio, quia non congruentia responderant, inditaque vincla. Et tormentorum aspectum, ac minas non tulere.[m] Nec me ab hac sententia deducit, quod leuis territionis rationem nullam habendam esse dixi. Leuiter enim terreri eum in superiori capite docui, cui iudex procul ab equuleo quæstionem ni fateretur

h Bald. l. 2. C. quorum appel. non recipi. Frãcisc. Brun. in tract. de indic. & tortur. vers. circa octauam.

i l. ex libero §. de minore ff. de quæstio.

k l. 1. §. impuberis ff. de senat. sylla.

l Liui. dec. 4. lib. 10.

m Liui. ab vrbe condit. lib. 27.

m Liuius lib. 26.

m Corn. Tacit. lib. 15.

A fateretur interminatus sit, aut vanum alium huiusmodi timorẽ incusserit. Leui autẽ terrore perculsum quis eum dixerit, quem iudex seu torquendum ad equuleum perduxerit, licet coniectus in eum non sit? cui vix fieri potest vt grauior alius metus iniiciatur. Virorum quippe animos, non mulierum tantùm, vel solo tormẽtorum aspectu frangi ac debilitari receptissimũ est. Quod & in declamatione de vxore pro marito torta perpulchrè Seneca his verbis expressit. Explicatur totus aduersus infelicem fœminam tyrannicæ crudelitatis apparatus: & illa instrumenta virorum quoque animos ipso visu frangentia, ad excutiendam B muliebris pectoris sententiam proponuntur.[n] Quæ igitur de minis à nobis tradita sunt, de iis quibus reus, cum in oculis equuleus est, à iudice territatur, accipienda non sunt: Hæc enim tantum abest ne leuis territionis nomine censeri debeant, vt tormentorum etiam speciem habeant. Quod & alibi Seneca ipse censuisse videtur, cum dixit: Instat tam denunciationibus, quã tormentis tyrannus, & minando torquet, tacet: videt intentum tyranni vultum, videt oculos minaces.[o] Illud sciendum iudicium id quo reus inuestigãdæ veritatis gratia, ad equuleum perduci iubetur, ita tamen vt in eum non imponatur, euulgandum C non esse, nec damnato ipsi recitandum: sed tacitum tantisper habendum, dum ad finem effectumque perductum fuerit. Non enim tam vecors quisquam esset, vt suo se inditio prodere vellet, si sciret tormenta sibi perferẽda non esse: neque se in equuleum impositum iri. Et hæc quidem vsu, moribúsque recepta esse, compertissimum habeo.

n Sen. declam. lib. 1.

o Senec. lib. 3. controuer. cẽtro. 14.

D

 A



IANI LANGLAEI REGII IN SENATV BRITANNIÆ CELTICÆ CONSILIARII, SEMESTRIVM

B

Liber Decimus.

DE DIVERSIS POENIS ET MALEFICIORVM SVPPLICIIS.

C

Honoraria pœna noxios affici vetustissimum esse.

CAP. I.



S iampridem apud nostrates mos inoleuit, vt noxiorum plerósque, corporale supplicium luere, iudices non iubeant, sed honorariã sæpe illis pœnam aliquã indicant: nempe vt tõsi & nudipedes tædam accensam, certi præscriptique ponderis gestantes, ignominiosamq; facinoris cuius conuicti sint, professionem recensentes, veniam à Deo, principe, & republica sibi dari deprecentur. Quo supplicio animaduerti sæpè cõsueuit in eos, qui aduersus Christianam religionem, nunquam antea deprehensi, temere quidquam effutierint: quive in Deum vel sacratissimã virginem blasphemias dixerint: hique vt plurimum vestibus omnibus præter indusium exuti, collum etiam aliquando laqueo no- D

A dati, sublime aliquod spectaculum, in id ante fores ædis alicuius sacræ, vel in celebri quadriuio constructum, scandere iussi, palinodiam canunt, & præeunte verba, vel actuario, vel apparitore supplici confessione, patratum à se scelus euulgant. Id autem animaduersionis genus vetustissimum esse videtur. Scribit siquidem Tacitus, ex vetere Romanorum instituto, * propudiosas mulieres, hanc prostituti sui corporis pœnam subiuisse, vt flagitium suum coram ædilibus profiteri cogerêtur. [a] Vistilia (inquit) prætoria familia genita, licentiam stupri, apud Ædiles vulgauerat, more inter veteres recepto, qui satis pœnarum aduersus impudicas, in ipsa flagitij professione credebant. Ad quod allusisse videri potest Ouid. dum dixit. [b]

* Mulieres sine pudore.

a Tacit. ann. lib. 2.

b Ouid. amor. lib. 3. eleg. 14.

B *Soláque famosam culpa professa facit.*

Solet autem in huiusmodi sontes, variè pro modo delictorum, & personarum qualitate constitui. In aliquos enim, nihil amplius decernitur, quam vt palinodiam canant, id est, diuersa ab his quæ prius pronunciauerint dicant, atque in contrarium sententiam vertant. Quod Stesichorum poëtam lyricum ab Achille admonitum fecisse ferunt: cum enim quod Helenam carmine vituperasset, oculis esset orbatus: intelligens cæcitatis suæ causam, protinus palinodiam cecinit: Helenamque prius vituperatam laudauit. Itaque fecit statim illa carmina.

C

Non verus sermo ille fuit, nec nauibus altis
Existi fugiens, nec adisti pergama Troiæ. [c]

c Plato. in Phædro. Pausa. in Lacon.

Sic & in Odis Horatius recantat, quæ petulantius in amicam scripserat. Horat. [d]

d Horat. car. lib. 1. Ode 16.

D

Nunc ego mitibus
Mutare quæro tristia, dum mihi
Fias recantatis amica,
Opprobriis, animúmque reddas.

In aliis prout admissum exposcere videtur, nunc seuerius, nunc remissius statuitur. Quod & ab Octauio Augusto cum animaduerteret in milites obseruatum fuisse Tranq. est author. Et is enim decimã legionem contumacius parentẽ, cum ignominia totam dimisit: alias immodestè missionem postulãtes, citra commoda emeritorum præmiorum exauctorauit cohortes si quæ

cessissent loco, decimatas ordeo pauit. Pro cætero delictorum A
genere varie ignominiis affecit, vt stare per totam diem iuberet ante prætorium, interdum tunicatos, discinctosque nonnunquam cum decempedis, vel etiam cespitem portantes.[c] * Ex improbatis etiam equitibus, alios pœna, alios ignominia notauit, plures admonitione sed varia. Leuissimum autem genus admonitionis fuit, traditio coram pugillarium, quos taciti & ibidem statim legerent.[f] Cum enim in his continerentur quæ illis crimina obiiciebantur, soli probra sua recognoscebant, neque inuulgabantur. Fuit & hæc olim militaris animaduersio, B
iubere ignominiæ causa, militi venam solui, & sanguinem dimitti: quod primitus factum in militibus stupentis animi, atque à naturali habitu declinantis, Gellius arbitratur, vt non tam pœna, quam medicina videretur: postea tamen ob pleráque alia delicta idem factum esse per consuetudinem, quasi minus sani viderentur omnes qui delinquerent.[g] Neque vero apud nostrates, ad ignominiosam hanc palinodiam, exhomologesimque calamitosam illi tantũ adiguntur, qui impietatis in Deum, publicique alterius criminis conuicti fuerint, sed nonnunquam ij etiam qui procacibus scriptis, vel atrocibus conuitiis, insigniorum virorum, fœminarúmque famam prosciderint: In quos & C
id præterea decerni solet, vt publica huiusmodi palinodia lęsam offensi existimationem sarcire cogantur, ab eóque veniam sibi dari suppliciter exposcere. Id quod & paucis ab hinc annis à Senatu nostro cõstitutum fuisse scimus, aduersus duos fratres Lepores cognomine dictos, cum hi supplicem suspitionis libellum, conuitiis refertum aduersus Claudium Parentium, curiæ conscriptum obtulissent. Quod si leuiores sint contumeliæ, eiusquemodi, vt non admodum iniuriam passi offensa videatur existimatio, vel plebeio, ignobilique viro, aut fœminæ dictæ, more D
apud nos à paucis annis recepto, iudicium vix de ea re recipitur, sed vt plurimum à lite qui contendunt, discedere iubentur: ita tamen vt qui conuitia dixisse insimulatur, palam & in conspectu iudicis pro tribunali sedentis, vera non esse profiteatur, arbitrarique se dicat aduersarium probum virum esse, scelerúmque omnium purum, qui nihil vnquam (quod ad eum peruenerit) reprehensione dignum admisisse

c Tranq. in Aug. ca. 24.

f Tranq. in Aug. cap. 39.

g Gell. noct. Attic. lib. 10. cap. 8.

* Iulianus Imperator parabata, dicitur lege sanxisse, vt milites qui fugæ se dederant, muliebribus vestimentis in medio excitatu stare cogerentur. idque prudentissime excogitatum est, quo militum animos ab ea mollitie, & fœminea timiditate reuocaret ad virtutem virorum militarium.

A visus sit. Qui mos licet plerisque non arrideat, recénsque esse videatur, antiquitatis tamen exemplo non caret. Olim enim qui iniuriam cuiquam intulissent, iureiurando affirmabant, se agnoscere quod qui conquerebatur indignus esset, cui inferri ea iniuria debuisset, séque arbitrari probro omni, culpaque vacuum illum esse. Quæ res vindicabat læsum ab infamia: qui enim sine ea satisfactione huiusmodi offensas condonabant, habebantur vel ignaui, quod vltionem expetere non audebant, vel ita flagitiosi vt in legibus & iudiciis spem nullam vindictæ

B haberent. Vnde apud Plautum in Amphitrione Alcmena stupri arguta à marito, ac iam diuortium parans non placatur, nisi istiusmodi satisfactione. Hæc autem sunt verba Alcmenæ.

Al. *Durare nequeo in ædibus, ita me probri*
Stupri, dedecoris à viro argutam meo,
Ea quæ sunt facta, infecta esse acclamitat:
Quæ neque facta sunt, neque ego in me admisi, arguit.
Atque id me susque deque esse habituram putat
Næ ædepol faciam, neque me perpetiar probri
Falso insimulatam, quin ego illum aut deseram
C *Aut satisfaciat mihi: atque adiuret insuper*
Nolle esse dicta, quæ in me insontem protulit.

Quibus ex verbis apparet, iratissimam fœminam, hoc genus satisfactionis expectare, & in ipso conatu diuortij placari posse: quod & statim factum à Ioue simulatitio marito. Sic enim ille.

Iu. *Faciundum est mihi illud, fieri quod ilhac postulat.*
Si me illam amantem ad sese studeam recipere,
Quando ego quod feci, factum id Amphitrioni obfuit.
D *Atque illi durum meus amor negotium*
Insonti exhibuit: nunc autem sonti mihi
Illius ira id hanc & maledicta expetent.

Cui cum Alcmena dixisset.

Al. *Et eccum ipsum video, qui me miseram arguit.*
Stupri dedecoris. Sic Iupiter.
Si dixi nihilo magis es: neque ego esse arbitror.
Et id huc reuerti: vt me de hoc purgarem tibi.
Nam nunquam quidquam meo animo fuit ægrius
Quam posteaquam audiui te esse iratam mihi.

Cur dixisti inquies? ego expediam tibi,
Non ædepol quo te esse impudicam crederem,
Verum periclitatus fui animum tuum:
Quid faceres: & quo pacto id ferre induceres.
Et quidem ioco illa dixeram dudum tibi:
Ridiculi causa vel hunc rogato Sosiam. A

Et mox paucis interiectis idem Amphitrio fictitius.

Iup. *Mane: arbitratu tuo iusiurandum dabo*
Me meam pudicam esse vxorem arbitrarier
Id ego si fallo, tum te summe Iupiter
Quæso Amphitrioni vt semper iratus sies. B
Al. *Ah propitius sit potius* Iup. *confido fore.*
Nam iusiurandum verum te aduorsum dedi.
Iam nunc irata non es. Al. *non sum.* Iup. *Bene facis.*

Hinc igitur apparet Alcmenam recantatis à marito, quæ in eam dixerat opprobriis, satis sibi factum fuisse credidisse: quod & ex sequentibus eiusdem verbis perspicuum fit.

Al. *Primum cauisse oportuit, ne diceres*
Verum eadem si iisdem purgas, mihi patienda sunt. C

Sed & solemnem iam olim eum satisfactionis fuisse morem, ex Terentio colligere licet, apud quem in Adelphis Sannio leno Æschinum adolescentem, qui in ædes suas irruerat, indeq; mulierem abduxerat, quam amabat, sic alloquitur. [h]

[h] Terent. in adel. act. 2. scen. 1.

Sa. *Tu quod te posterius purges, nolo hanc iniuriam mihi,*
Factam esse, huius non faciam, crede hoc ego meum ius persequar.
Neque tu verbis solues vnquam, mihi quod re malefeceris,
Ego vestra hæc noui, nollem factum, iusiurandum dabitur esse te D
Indignum iniuria hac, indignis cum egomet sim acceptus modis.

Neque mirum est Sannionem, id quod ab aliis tanti fit, nihil pendere: cum quod ex genere lenonum sit, quibus honoris nulla cura, tum quod durum ei videtur re sibi illatas iniurias, nempe quod foribus effractis, domus sua fuisset introita, mulier abducta, ipse verberatus, & plusquam quingentis colaphis cæsus verbis tantum sarciri: damnum igitur rependi cupit: verba cum verberibus compensari renuit. Apud Plautum etiam Lycus leno furti ab Agorastocle insimulatus, quasi

A villicum suum auro emunxerit: iusiurandum offert, quod nihil malitiose fecerit: hocque pacto sperat placato Agorastocle carceris molestiam se vitaturum. Plautus in Penulo.

--- Ly. Tibi aurum tuum
Reddam: quod apud me est, & iusiurandum dabo.
Me malitiose nihil fecisse Agorastocles.

Sic & apud eundem in Mercatore Lysimachus senex suspi- B tionem amoliri cupiens, quam de eo vxor habebat, ob scortum in ædes suas inductum, iureiurando dicturum se pollicetur, consuetudinem cum illo nunquam habuisse. Plautus.

Nescis negotij quid sit vxor obsecro, conceptis verbis iusiurandum dabo
Me nunquam quicquam cum illa.

Elegans est, & illud Martialis Epigramma, quo Bithynicus conqueritur Martialem in se carmen edidisse: & à negante iusiurandum exigit: quasi hac via cumulatè sibi satisfactum, suæque existimationi consultum iri credat Martialis.[i] i Mart. epig. lib. 12. ad Bithy.

C *Nil in te scripsi Bithynice, credere non vis.*
Et iurare iubes.

Id vero memorabile est, quod Iulius Cæsar, Valerium Catullum, cuius carminibus proscisus fuerat, verbis tantùm sibi satisfacientem eadem die ad cœnam vocatum mensæ suæ adhibuit: quanquam iis versibus perpetuam nomini suo notam, inustam esse non ignoraret, quod Tranquillus his verbis memoriæ prodidit.[k] Valerium Catullum, à quo sibi versiculis, de mamurra perpetua stigmata imposita non dissimulauerat, satisfacientem eadem die adhibuit cœnæ, hospitioque patris eius, sicut consueuerat vti perseuerauit. Huiusmodi enim sa- D tisfactionem, non aliam fuisse manifestum est quàm quod testibus præsentibus Catullus affirmauerit, pœnitere se, quod ea scripsisset: Nam & hanc esse vim in his rebus verbis satisfacio, satis ex supra scriptis intelligi potest. Ostenditque Cicero non absimili ratione, Roscio Comœdo, Fannium satisfecisse, cum Saturius Fannij nomine iudicio expertus, Roscium fraudasse societatem dixisset. Ita enim Cicero.[l] Quid enim factum est? venisti domum vltro Roscij satisfecisti: quod temere commisisses in iudicium vt denunciaret, rogasti vt ignosceret: te affuturum negasti, deberi tibi ex societate nihil

k Tranq. in Iul. Cæs. cap. 73.
l Cic. in orat. pro Q. Rosc. comoe.

clamitasti. Illud constat in conuentibus iuridicis, qui Venetiis A actis sunt, anno 1545. omnibus huius prouinciæ iudicibus, vetitum fuisse ne ob verbales (quas dicunt) iniurias, dicam cuiquam scribi, iudicioque coram se certari permitterent. Sed si qui maledictis seu conuitiis se proscissos quererentur, dicerentque velle se iudicio cum aduersariis contendere, præcisa respondendi cunctatione, vnicaque & extemporali causæ disceptatione, neque testibus nisi summatim, & ex tempore rogatis, præsentaneum ius litigatoribus redderent, mulcta etiam iudicibus qui non parerent interminata. In quam tamen constitutionem scio à plerisque iudicibus peccatum fuisse: eamque ob rem senatus nostri decreto vocatos ad causam proprio ore dicendam aliquos: quibus & id interdum imperari vidi, vt quicquid tragematum nomine ob litem à se iudicatam, honorariique ob testificationes accepissent, litigatoribus extemplo redderent, graui etiam mulcta illis denunciata si rursum ad eundem lapidem offenderent. Cæterum quod diximus more à nostratibus à paucis annis recepto, eum qui reus dicti conuitij factus sit, non cogi iudicium subire, sed forensi statim nexu eximi debere: si petitorem probum virum, ab omnique sceleris suspicione alienum esse fateatur: eiusque maxime, quod conuitio improperatum sibi fuisse contendat: Senatus nostri iudicio sæpenumero comprobatum fuisse scimus. Neque vllam vnquam mulctam, seu honorariam, seu pecuniariam, ei qui talia professus sit, irrogatam, aut aliud quidquam in eum constitutum: nisi quod ab omni contumelia & maledicto in petitorem temperare iussus est: petitorique concessum, vt senatus id consultum palàm vbi sibi visum fuerit, peruulgare, promulgaréque liceat. Id quod & non semel supremæ Parisiensium curiæ placuisse tradunt, qui eius aresta literis nouissimè prodiderunt: qui & illud addunt, cum non absimilis species sese obtulisset, in conuentibus qui Molinis habiti sunt anno 1534. Lugdunensis prouinciæ præsidis decretum quoddam improbatum fuisse, quo cum nec agnoscere, nec abnuere conuitium se dixisse reus vellet, causam & facti disceptationem inficialiter constituendam, testibusque inquirendum interfatus fuerat. Visum enim est curiæ, prouocatione de medio sublata, eoque quo de prouocatum fuerat, litigatores curia & foro & lite sine vllis impendiis eximi debere. Et id quidem æquissimè: cum enim petitorem virum integrum esse reus fateretur, & in quem ne minima quidem suspitio sceleris eius caderet,

B

C

D

A caderet, quod illi conuitio obiectum esse dicebatur, nihil fuit quod in pusillam adeo litem, cum tanta pertinacia, alienæque discrimine famæ, perseueraret. * Sed de his iam plus satis. Illud constat fuisse olim varias honorariæ animaduersionis species, quibus vsi sunt veteres in noxios, & nonnunquam in hostes. Et imprimis eam qua Liuius scribit, animaduersum in Horatium alterum ex trigeminis fuisse, quod sororem quia sponsum mortuum nimium flebiliter luxerat, interfecisset, honorariam fuisse, vel ex Liuij ipsius verbis manifestum fieri videtur. [m] Ait enim Horatium adoperto capite, transmisso per viam tigillo B velut sub iugum missum. Sunt autem hæc ipsius verba. Itaque vt cædes manifesta, aliquo tamen piaculo lueretur, imperatum patri, vt filium expiaret, pecunia publica: is quibusdam piacularibus sacrificiis factis, quæ deinde genti Horatiæ tradita sunt, transmisso per viam tigillo, capite adoperto, velut sub iugum misit iuuenem. Id hodie publice quoque semper refectum manet, sororium tigillum vocant. Quod & Festus Pompeius his verbis explicat. [n] Sororium tigillum appellatur hac de causa, ex conuentione Tulli Hostilij regis, & Metij Suffetij ducis Albanorum, trigemini Horatij, & Curiatij cum dimicassent, vt C victores sequeretur imperium, & Horatius noster exuperasset, victorque domum reuerteretur, obuia soror, cognita morte sponsi sui, fratris manu occisi, auersata est eius osculum: quo nomine Horatius interfecit eam: & quanquam à patre absolutus sceleris erat, accusatus tamen parricidij apud duumuiros damnatusque prouocauit ad populum: cuius iudicio victor duo tigilla, tertio superiniecto quæ pater eius constituerat, veluti sub iugum missus subiit: consecratisque ibi aris Iunoni sororiæ, & Iano Curiatio liberatus omni noxia sceleris est: au- D guriis approbantibus. Ex quo sororium id tigillum est appellatum. Quibus ex verbis apparet qui sub iugum olim mittebantur, honorariam etiam pœnam subiuisse. Dicebantur autem sub iugum mitti hostes victi ereptis omnibus armis telisque, cum hastis defixis duabus in terra, tertiaque ad summum earum deligata, ipsi eam iubebantur subeuntes transire. Cuius

m Liui. ab vrb. cond. lib. 1.

n Fest. Pomp. in verbo. sororium tigillum.

* Isidorus in epistola Callisto scripta, quendam falsarium nuncupat, Callistus vocat in ius Isidorum, petitque vt falsarium quem intelligit, palam edicat. Senatus Burdig. 15. Mart. an. 1565. censuit Isidorum nullo iure adstrictum esse epistolam illam fateri aut inficiari, nec dicere quem falsarium intelligat, cum enim epistolam non agnoscit conuitium abnegat.

etiam rei Dionysius Halicarnasseus & Liuius meminere. Dion. A
o D.o.II.li-car. o Est (inquit) Romanis consuetum quotiescunque hostium arma tradentium fiunt domini duo tigilla recta defigere, atque tertium superne duobus illis transuersum imponere, deinde autem sub eo captiuos agere, transgressosque ipsos liberos ad propriam domum dimittere. Hoc apud eos iugum vocatur.
p ab vrb. cond. lib. 3. Liui. p Ab consule ad Dictatorem ire iussis, ignominia infensus addidit Gracchum Chlœlium ducem, principesque alios vinctos ad se adduci: iubet oppido Corbione decedi: sanguinis se equorum non egere: licere abire, sed vt exprimatur tandem confessio, subactam, domitamque esse gentem, sub iugum abituros. Tribus hastis iugum fit, humi defixis duabus, superque eas transuersa vna deligata sub hoc iugo Dictator equos misit. Fuit & Honorarium id supplicium quod furca dicebatur. Sic autem vocabant lignum curriculi, cui superfigebatur temo, id dempto temone seruorum humeris circumferendum per viciniam imponebant, contumeliæ causa, quod Plutarchus his verbis memoriæ prodidit. q Cur in furto, aut eiusmodi aliquo flagitio deprehensos furciferos appellant? an hoc quoque maiorum nostrorum diligentiæ certissimum signum est? Nam qui seruum alicuius sceleris, aut improbitatis conuicisset, duplex lignum, quod currui subiiciunt, attollere iubebat, & vt conspiceretur viciniam obire, vt fidem in posterum ei non haberent, & ab eo cauerent hoc lignum Græcè στήριγμα Latinè furca nominatur à quo furcifer denominatus est. Et alibi. r Maxima (inquit) hæc peccanti seruo inferebatur pœna, vt plaustri lignum, cui temo affigitur, spectante vicinia ferens, circumageretur: quod vbi factum erat infidus à domesticis & vicinis existimatus furcifer appellabatur. Hinc & Donatus. s Dicebantur (inquit) furciferi qui ob leue delictum cogebantur à dominis ignominiæ magis quàm supplicij causa: circa vicinos furcam in collo ferre subligatis ad eam manibus: & prædicare peccatum suum: simulque monere cæteros, ne quid simile admitterent, ad quod respexisse Cic. videtur dum dixit. t Quumque iam populus consedisset, seruus per circum, cum virgis cæderetur, furcam ferens ductus est. Honorariam quoque eam fuisse animaduersionem dubium non est, quam Lycurgus Lacædemoniorum legislator iis addidit qui ducere vxores noluissent. In gymnicis nem-

q Plut. in problema.
r Plut. in Coriolano.
s in comment. And. Terent.
t Cic. 1. de diuina.

B C D

A pe ludis, arcebantur à spectaculo, per hyemen vero principes iubebant eos in orbem nudos forum circumire. Ita vero circumeuntes canebant in se compositum carmen quoddam, quo significabatur eos iure pati quoniam legibus non parerent. [u] Athenæus tamen aliter in eos animaduersum fuisse scribit. Ait enim eos qui in Lacedæmone, vxores non haberent, mulieres per quoddam festum, circa aram trahentes, cædere consueuisse, vt contumeliam huiusce rei fugientes, liberorum amore caperentur, atque apta ætate vxores acciperent. [x] Author est & Plutarchus apud eosdem Lacedæmonas, si quis pec-
B cans deprehensus fuisset, oportuisse eum in vrbe aram quandam circumire, ac vituperationem in seipsum compositam cantare. Quod quidem nihil aliud erat quam seipsum increpare. [y] Illud etiam supplicium honorarium fuisse dubium non est, quo Iustinianus in Arsacem proditionis conuictum animaduertendum constituit, quem (cum ad Cosroem Persarum Regem per fraudem desciuisse comperisset) camelo impositum, & alia nulla iactura affectum, circumduci per vrbem populo spectandum edixit: quam ignominiam Arsaces ægerrimè ferens, statim in Imperatorem insidias struxit. [z] Eiusdem
C generis fuit supplicium, quo in decoctores olim animaduersum fuisse alibi docuimus: quos Hadrianus Cæsar catamidiari in amphiteatro, & dimitti iussit, id est, per theatrum deridendos omnibus exhiberi. [a] Cui non absimile & id ludibrij genus, quo passim in Gallia polygami à pontificiis iudicibus affici iubentur: nempe vt mithellati in scalario suggestu, lasciuientis plebeculæ scurrilitates ob audire ad aliquot horas cogantur, quod etiam à Venetis vsurpari: neque multinubis tantum, verumetiam periuris indici Baptista Egnatius affir-
D mat: & ij enim (vt ille ait) apud Venetos mitrati publicéque ludibrio futuri exponuntur, sępe etiam collo in columbari pendente. [b] Sed & in Anglia, qui extra matrimonium mulieribus commiscentur, deprehensi, sacerdotis imperio die festo in processu cleri ac populi adesse iubētur, & retentis femoralibus, nudi ecclesiam circuire, ardentem cereum manu gestentes. Si quem tamen pœnæ pudeat, is auro noxam redimit. Cuius rei exemplum quoddam Æneas Syluius cōmemorat. Scribit enim fuisse Manū quendā Florentinum, qui cū eius criminis reus sępe data

u *Plut. in Licur.*

x *Athenæus dipnosophist. lib. 13. cap. 1.*

y *Plut. in antiq. Laced. instit.*

z *Proc. lib. de bello Gott. 3.*

a *Spart. in Hadr.*

b *Bapt. Egna.*

pecunia, pœnam effugiſſet, rurſus deprehenſus maluit pœnam eam ſubire, quàm pecuniam dare. Die itaque dicta ad ædem ſacram longo pallio contectus venit, quo in media turba virorum, fœminarumque depoſito, omni ex parte nudus remanſit. Ac indignante ſacrificulo, & femoralia vt reſumeret, iubente. Minime (inquit) gentium. Nam pudenda hæc quæ peccauerunt ea potiſſimum dare pœnas decet.[c] Fuit & honoraria pœna illa, quam in militiæ deſertores, eoſque qui pro patria arma capere recuſaſſent. Charundas Thuriorum legumlator conſtituiſſe dicitur, lege enim ſanxiſſe eum Diodorus eſt author, vt huiuſmodi viri muliebribus veſtimentis induti in medio foro ſiſtere cogerentur, terque eodem ſingulis diebus, ante omnium ora ſuggeſto, eodémque ornatu conſiſtere. Id quod ab eo prudentiſſimè videtur excogitatum, quo huiuſmodi hominum animos ab ea mollitie, & fœminea timiditate ſenſim reuocaret in audaciam. Tametſi enim ab antiquis legumlatoribus mortis ſupplicio coërcita huiuſmodi ignauia fuiſſet, non minus grauis videbatur hæc honoraria mulcta, longe namque (ait ille) mortem præſtat oppetere, quam tantam ignominiæ calamitatem, diutius in media patria experiri, tamque abiecto ludibrio ciuibus ſuis, vulgoque vitam perpetuo obnoxiam trahere.[d] Fit & ab eodem mentio honorarij alterius ſupplici, quod & Charondæ legibus conſtitutum fuit, aduerſus eos qui calumniæ cuiquam illatæ conuicti fuiſſent, nempe vt ij per vrbem myrica coronati circumueherentur, cunctiſque ſic circum paſſim ciuibus oſtentati innoteſcerent, peruulgato ſupplicij probro veluti pernicioſiſſimo flagitij genere contaminati, mores gererent, exagitarentur. Additque Diodorus fuiſſe nonnullos huius ſceleris conuictos, quibus ſibi ipſis manus afferre, mortémque ſibi conſciſcere iucundius viſum fuerit, quam in tanta probri ignominia vſquam conſpici.[e] Vnde fluxiſſe videtur is mos apud noſtrates receptus quo qui ab accuſatione per calumniam inſtituta cadit ad ignominioſam palinodiam adigatur. Sed an à prophano iudice, ſacerdoti, ſacriſve initiato, huiuſmodi honoraria mulcta irrogari poſſit? Et quibuſdam viſum eſt non poſſe, cum enim tam diuino, quàm humano iure, nihil in perſonam infulati conſtituere profanus iudex poſſit, videtur nec ius quidem illi eſſe quidquam aduerſus eum decernendi, vnde vel

c Æn. Syl. in proœm. pri. lib. dict. & fac. alph. arag. reg.

d Diod ſicu. biblio. ſu. lib. 12.

e Dio. d. lib. 12.

A tantillum lædi imminuíve eius existimatio posit. [f] Tritum siquidem est quod dicitur, famæ iacturam morti comparari. [g] Ideoque & inflictam huiusmodi pœnam nullam eius qui damnatus sit nomini ignominiæ notam inurere quidam aiunt. [h] Quod enim dicitur famosum fieri, cuius existimationi macula à iudice irrogata fuerit, de eo accipi debet, qui ab eo damnatus sit, cui de ea re statuendi potestas fuerit. [i] Fatentur tamen eum qui huiusmodi pœnam sufferre damnatus sit, si à sententia aduersum se dicta non prouocauerit, non posse B sub obtentu delibati nouacula verticis, eius executionem morari, cum prius areola se insignitum esse non dixerit. Neque enim qui tam sero ad hoc perfugium recurrit, calumniæ suspicione caret. [k] Illud tamen quantum ad hanc pœnam attinet, apud nostrates vsu moribusque receptum est, sancti verticis iuris nullam aut admodum paruam rationem haberi: non raróque sacerdotes falsi præsertim compertos, ad ignominiosam paradigmaticámque traductionem adigi. [l] Quod & anno sexagesimo secundo supra sesquimillesimum aduersus quendam sacrificulum, Senatus nostri decreto obseruatum fuit, & paucis ante mensibus aduersus Derianum C Cisterciensis sodalitij cœnobitam. Et hæc quidem de honorariis suppliciis dixisse sufficiat. Prius tamen quàm huic capiti coronidem adiiciam, non infrugiferum fore credidi, si iuuentutem admonuero, leuiorum criminum reis præsides plerúmque neque corporalem pœnam irrogare, neque quidquam aliud in eos constituere, vnde vel tantillum læsa videri possit eorum existimatio: sed ad ea potius conniuere, vel verbis duntaxat eos castigare: quod in causidicorum, cognitorúmque personis, sæpius accidit, qui per ignauiam & socordiam, aut D alias leuiter offenderint. Et hi enim in curiam venire iussi, suique erroris vel blandis, vel asperis verbis, pro admissi personarumque qualitate admoniti: in posterum ne quid tale audeant, cauere iubentur. Quod si iterum eadem oberrauerint chorda, atque eandem vel non absimilem culpam commiserint, interminari illis à præsidibus, curiæ verbis solet, pœnam eis non defuturam, neque de remissione erroris spem illis vllam concipiendam. Quæ profecto coërctio neque à Romano iure, nec à maiorum exemplis abhorret. Ait enim Vlpianus. [m] Libertum qui inofficiosus patrono, patronæve, aut liberis eorum fuerit, verbis tantum à præside castigari, & dimitti oportere

f c. vn. de cler. coniug. in 6. c. at, si clerici. vbi Barba. de iudic. Imo. l. si quis filio §. quid tamen ff. de iniust. rup. & ir. fac. testa.

g l. iusta ff. de manu. vinde.

h Rebuff. tract. de sent. execut. art. 3. glo. 2.

i l. 1. ff. de his qui not. inf.

k Bál. l. in contractibus C. de nō num. pec. Rebuff. vbi supr.

l Mol. in edic. Henr. a luer. paruas datas.

m l. 1. ff. de iur patro. l. 1. §. cum patronus ff. de off. per, ec. vrb.

tere, sub comminatione aliqua seueritatis non defuturæ, si **A** rursum causam querelæ præbuerit. Alibique tradit posse proconsulem de plano libertum non obsequentem verbis emendare, & filium à patre oblatum, qui non vt oportet conuersari dicatur, minaciter terrere.[n] Hinc & Paulus præfectum vigilum eos qui negligentius ignem habuerint, scribit aut fustibus castigare, aut seuera interlocutione comminatum, fustium castigationem remittere.[o] Id autem quod diximus verbis tantum, quandóque qui offenderint corripi, non iniustè constitutum est. Satis enim sustinuisse videtur pœnæ, ex leui **B** offendiculo, homo præsertim ingenuè, & liberaliter educatus, qui verbis dumtaxat paulo asperioribus emendatus fuerit: cui pro supplicio verecundia & pudor esse debent. Nam & Pontifex Innocentius Agathensem episcopum, qui nonnihil offenderat, propter pudorem, laborésque quos pertulerat, quósque supplicij loco sibi esse iubet, absolui imperat. Sic enim ille. Eum sublato appellationis obstaculo absoluatis, cum & si repertus sit culpabilis in quibusdam, ex labore tamen & pudore punitus, quos propter hanc causam incurrit, huiusmodi leuis culpa, leuiter & valeat indulgeri.[p] Quibus ex **C** verbis annotant interpretes, pudorem & verecundiam pœnæ loco subrogari, culpámque si leuis sit extinguere: quod leui culpæ, & errori leuiter condonandum sit.[q] Neque enim (vt Hieronymus ait) dignum ferula vitium, gladio vindicandum est. Quapropter & apud Plautum in Mostellaria Teuropides senex à Callidate rogatus, vt filio suo ignoscat, qui patris ora verebatur, neque in conspectum suum præ pudore & verecundia prodire audebat, quod substantiam suam penè omnem prodegisset, ignoscit illi: ait enim satis se à filio sumpsisse supplicij, modo adolescentem pudeat tantum fecisse sumptum. Plautus. **D**

Cal. *Omnium primum sodalem me esse scis gnato tuo.*
Is me adiit: nam illum prodire pudet in conspectum tuum.
Propterea quod fecit, quæ te scire scit: nunc te obsecro
Stultitiæ atque adolescentiæ eius ignoscas, tuus est.
Te. *Non potuit venire orator magis ad me impetrabilis*
Quam tu, neque illi sum iratus, neque quicquam succenseo
Si hoc pudet fecisse sumptum, supplicij habeo satis.

n l. nec quicquã §. de plano ff. de off. procons. & leg.

o l. 3. ff. de off. præfec. vig.

p c. cum dilecti, ext. de accus.

q Io. And. fel. d. c. cum dilecti.

A Sic & apud Terentium senex ille Simo cùm resciuisset filium suum Pamphilum vxorem duxisse Glycerium meretricẽ, tametsi hoc ipse ferret ægerrime, eo tamen maxime nomine affici videtur, quod nulla in filio pœnitentiæ indicia appareant, quódque nullum color eius & facies pudoris signum ostendat: quasi vero satis pœnæ subiuisse sibi videretur filius, si modo facti eum illius puderet. Eodémque in loco ait Chremes pro magno etiam peccato modicum supplicium satis esse patri. [r] Terentius.

B

S. *Ita prædicant ingentem confidentiam*
Num cogitat quid dicat? num facti pudet?
Vide, num eius color pudoris signum vsquam indicat?
Adeo impotenti esse animo, vt præter ciuium
Morem, atque legem, & sui voluntatem patris
Tamen hanc habere studeat cum summo probro.

r Terent. in Andr.

Et mox paucis interpositis.

Pro peccato magno paulum supplicij satis est patri.

C Huc spectat quod & supra diximus Augustum milites quosdam delinquentes ignominia quidem non affecisse, sed admonitione tantum corripuisse. Quibus ex verbis colligere licet, sic admonitos famæ suæ iacturam nullam facere, sed saluam & incolumem illis suam existimationem manere. Nam & conuitium cuiquam à iudice dictum, verecundiam magis onerare quàm vllam alicuius existimationi labem aspergere videtur. [s] Vnde cum non causa cognita, sed ad postulatum patroni, Sycophanta quis à iudice dictus fuisset: traditum est his verbis eius nomini qui hoc audiuerit, notam nullam inustum iri. [t] Sane illud ex Liuio. Dione & aliis plerisque classicis auD thoribus manifestum est, veteres leuia huiusmodi delicta admonitione tantum & verborum castigatione corripuisse. Scribit siquidem Liuius Cum Lucani & Volscences, qui ad Annibalem defecerant, traditis Annibalis præsidiis, quæ in vrbibus erant Romanis se dedidissent, clementer a Q. Fuluio consule, cum verborum tantum castigatione, ob errorem præteritum receptos fuisse. [v] Et apud Dionem Liuia eos qui propter adolescentiam, aut imprudentiam, aut ignorantiam alióve casu volentes deliquerint, aut inuiti, arbitratur esse tantum admonendos, propositisque minis continendos. Cuius oratione

s l. verbum prætibus C. ex quib. caus. infam. irro.
t d. l. verbum
v Liu. 2. bel. pun. lib. 7.

permotus Augustus reos plurimos verbis solum admonitos dimisit. [x] Author etiam est. Tacitus cum Romæ in Senatu quæstio de iis habita fuisset, à quibus cæsus, pulsatúsque in colonia Senensi, impetu multitudinis Manlius fuisse perhibebatur, cognita causa in conuictos animaduersum, & Senatusconsulto præterea cautum Senensem plebem modestiæ admonitum iri. Tacitus. [y] Reconciliauit (inquit) paulisper studia patrum, habita in Senatu cognitio secundum veterem morem. Manlius Patritius ordinis Senatorij, pulsatum se in colonia Senensi, cœtu multitudinis, & iussu magistratuum quærebatur, nec finem iniuriæ hic stetisse: planctum & lamenta supremorum, imagine præsenti sibi circundata, cum contumeliis & probris, quæ in Senatum vniuersum iacerentur. Vocatis qui arguebantur, & cognita causa in conuictos vindicatum. Additumque S C. quo Senensium plebes modestiæ admonerentur. Sic & in nostro Senatu, si quid regios, cæterosque obnoxiæ sententiæ iudices, perperam, & aduersus expressa iura censuisse, liquido appareat: vel etiam in regias sanctiones peccasse, aut alias leuiter offendisse: edicto curiæ (vt plurimum) adesse die dicta ipsi iubentur: in quos vbi à principe consilij interrogati, suique erroris commonefacti fuerint, si non antea reprehensos fuisse liqueat, nihil acerbum constitui solet: sed curiæ verbis vel acriter obiurgantur, terrentúrque minaciter, vel si mitius agendum cum illis videatur increpantur leuiter: quorum existimatio vt ex suprascriptis perspicuum factum arbitror, ob huiusmodi castigationem nec minima quidem macula aspergitur, sed incolumis & integra sua illis fama manet.

x Dion in August.

y Tac. annal. lib. 20.

A B C

Auriculam

A

Auriculam alteram & vtramque nonnunquam furti conuictis amputari nouum non esse.

Cap. II.


Olent nostrates latrumculatores furti conuictos, fustibus non tantum cædi iubere: sed & * aurium summa illis præcidenda decernere. Quod vtique antiquitatis exemplo non caret. Traditum siquidem memoriæ est, Persarũ regibus moris fuisse, aures pro delictis execare. † Ammia. Marcellinus. ª Artaxerxes Persarum ille rex potentissimus quem macrochira membri vnius longitudo commemorauit, suppliciorum varietates, quas natio semper exercuit, cruda, lenitate genuina castigans, tiaras ad vicem capitum quibusdam noxiis amputabat: & ne secaret aures more regio pro delictis, ex galeris fila pendentia præcidebat: quæ temperantia morum ita tolerabilem eum fecit, & verecundum, vt adnitentibus cunctis, multos & mirabiles actus impleret, Græcis scriptoribus celebratos. Id quoque veteris fuisse instituti, vt in flagitio deprehensis, ignominiæ causa, aurium summa præciderentur, firmat ex Demosthene Cælius Rhodiginus. ᵇ Constatque frequens apud veteres id supplicium fuisse. Nam & Alexander in Bessum Darij interfectorem ita animaduertendum constituisse fertur, vt cruci affixum, mutilatis auribus sagittis configerent barbari. ᶜ Sic & Gotarzes occupato Parthorum regno, victum Meherdatem exectis auribus, vita donauit, magna Romanorum apud quos educatus fuerat, cõtumelia. quod Corne. Tacitus his verbis memoriæ prodidit. ᵈ Tum omni spe perdita. Meherdates promissa Parrhacis, paterni clientis sequutus, dolo eius vincitur, tradi turque victori. Atque ille non propinquum, ne Arsacis de gente, sed alienigenam & Romanum increpans, auribus decisis viuere iubet ostentui clementiæ suæ, & in nos dehonestamento. Cyrum etiam Persarum regem Smerdi mago qui & ipse postea aliquot mensibus regnum obtinuit, aures præcidi iussisse, neque exiguam ob causam Herodotus est author. Neque tamen cuiusmodi ea fuerit, aperit. ᵉ Illud constat, nõ multo post, quàm rerum potiri cæpit, interfectum fuisse coniuratione à quibusdam facta, qui indignum putabant viro Mœdo pa-

B

C

D

* *Aurium*) Hæc pœna exoleuit vt ait Imbutus li. 4 cap. 21. instit. forensium.

† Vt ait Cæsar lib. 7. de bello Gallico Versingetorix primus hac pœna vsus est.

a *Ammianus Marc. lib. 30.*

b *Cæl. Rhod. lect. antiq. li. 3. cap. 29.*

c *Q. Cur. lib. 7.*

d *Tacit. annal. lib. 12.*

e *Hero. lib. 3. in thalia.*

rere,& quidem aures non habenti. Scribit & Procopius Bellisarium in proditorem quendam per quem Vitiges Romanam tum vrbē obsidens, in eam ingressum sibi fore sperabat, sic animaduertisse vt auribus mutilatum,aselloque impositum ad hostium castra mitteret, vt cognosceret Vitiges detectā esse fraudem,& consilium suum patefactum. [f] Eius autem aurium abscissionis,quæ apud nostrates,ex more iampridem inoleuit,pręcipuam esse causam existimo vt sic affecti,à sceleribus patrandis in posterum abstineant certo scientes, si rursum ad eundem lapidem impegerint,extremum se passuros supplicium. Quo exemplo scribit Polidorus. [g] in Anglia,sacerdotibus,sacrisque initiatis, homicidij conuictis, in palma sinistræ manus sub pollice M. literam inuri, quod anglice *murdre* homicidium dicatur: furibus vero.T.quod fur *thefht* vocetur,qui sic stigmaticè affecti,si in peccato rursus inuenti fuerint, tum meritas illico dant pœnas. Cuius instituti author fuisse dicitur,Henricus VII. in consilio,quod anno regni secundo habuit,illud à Gallis (vt Polidor. ipse opinatur) mutuatus,apud quos huiusmodi damnatis hominibus, solet amputari altera auris, certa post hac maleficij nota. Crebrius tamen hodie fit, vt illis liliorum , vel herminarum notis, (quæ Galliæ regum,Britanniæque ducum sunt insignia)corpus inuratur. quod in mores irrepsisse idcirco videtur: quia quibus decisæ sunt aures,caueri ab omnibus soleant, contingitque sæpius, vt sic vitati, velut ab hominum commercio eiecti, cum nihil habeant, vnde se tollere possint, idem rursus, vel grauius maleficium audeant: quod non æquè iis euenit, qui ignito candentique ferro, addita cicatrice aliqua vstulantur. Non enim horum patentes sunt notæ, cum non in fronte, quod olim factum fuisse constat, locari huiusmodi signa soleant,sed vt plurimum eorum humeris imprimi. Nec me latet aliam etiam olim huiusmodiri notarum fuisse rationem, Syracusanosque seruis; quo ab ingenuis dignoscerentur, equi caracterem inussisse:Samios quoque Athenienses captiuos, noctuæ figura.Athenienses verò Samios bello captos,Sameæ nauis deformasse, & nonnunquam seruis literarum formam impressisse, indéque & Samij literati dicti. hinc etiam sunt qui credant iurecōsultos, cum hypothesim aliquam effingunt, vbi de seruis agitur, Stychos vt plurimum nominare, quod stichus quasi stichos dicatur, quæ vox compunctum signatumque significat. [h] Nam & in seruorum corporibus signa cuiusque domini in

f Procop.bell. goth.lib.2.

g Polid.virg. ang.hist.lib. 26.an Hen.7

h Alcia.pa-rer.iur.lib.2. cap.26.

A hoc idcirco etiam imprimebantur, quo agnosci in perpetuum possent, quod Labeonis responso probari videtur, quo traditur. [i] Tandiu fugitiuos custodiri debere, quandiu ad præfectum vigilum, vel ad præsidem prouinciæ deducantur: corúmque nomina & notæ ad magistratus deferantur, vt facilius cognosci & percipi fugitiui possint. Frequens tamen & id etiam apud veteres fuit, vt insignioris alicuius flagitij conuictis, huiusmodi notæ imprimerentur, quæ non finerent admissi sceleris memoriam intermori, quod Aristoteles his verbis innuit. Seruile (inquit) est aut noxiorum stigmatibus notari. Id etiam
B scitissimè Plinius indicat dicens. [k] At nunc eadem illa vincti pedes, damnatæ manus, Inscripti vultus exercent. Tranquillus in Caligula. [l] Multos (inquit) honesti ordinis, stigmatum notis, ad metala, aut munitiones viarum. aut ad bestias condemnauit. Vnde & Theophilus dedititios libertos dictos scribit, qui seruitutis tempore, ob delictum notis in fronte & stigmatis compuncti, gratia deinde cum domino inita manumissi ab eo fuissent. [m] Ad hos stigmaticos respexisse videtur Iuuen. cum dixit. [n]

i l. 1. §. in publicum ff. de ser. fug.
k Plin. lib. 18. cap. 3.
l Tranq. in Calig. ca. 27.
m § libertorũ inst. de libert. & l. vn. C. de lat. lib. toll. Alciat. parer. iur. lib. 1. cap. 16.
n Iuue. sat. 10.

G *Tunc fœlix quoties, aliquis tortore vocato*
Vtitur ardenti duo propter lintea ferro.

Et alibi.

Mitius id sane, quod non est stigmate dignum
Crediderit.

Martialis. [p]

Frons hæc stigmate non meo notanda est.

p Lib. 12. d.

Hos Apuleius frontes literatos vocat. [q] Quæ autem notæ
D seruorum corporibus imprimebantur, vt agnosci possent nullius erant criminis indices: solebátque in occultis corporis partibus inuri. Quæ vero ob noxiam, supplicijque causa imponebantur, hæ vt plurimum in fronte & aperto loco inscribebantur, ad maiorem ignominiam, & reliquorum terrorem. Qua de re elegans est illud Ausonij epigramma. [r]

q Apul. asin. lib. 9.
r Auson.

Tam segnis scriptor, quam lentus Pergame cursor
Fugisti: & primo captus es in stadio.
Ergo notas scripto tolerasti Pergame vultu:
Et quas neglexit dextera frons patitur.

MMmm ij

Quamuis autem Constantini Cæsaris constitutione [s] vetitum sit, ne in facie cuiusquám scribatur: dû & manibus & suris possit pœna damnationis vna scriptione comprehendi: quo facies quæ ad similitudinem pulchritudinis est figurata cœlestis minime maculetur. Constat tamen etiam nunc in Gallia (quod alibi admonuimus) [t] in regij signi adulteratorem ita animaduerti, vt liliato cauterio frontis illius nota inuratur: quæ admissi facinoris memoriam, quandiu superstes is fuerit, interire non sinat. Sed & si non abs re inductum videatur, vt stigmatibus sæpius scelerati notentur, quam auribus minuantur, id tamen Reipublicæ damnum inde affertur, quod eiusmodi notæ, quæ cauterio, candentique ferro insculpi solent, facillimè delentur, ita vt sumpti de noxio supplicij (si iterum sicuti canis ad vomitum, aut vt sus ad pristinæ vitæ cœnosam cloacam redeat) memoria facilè exolescat. quod non æquè iis contingit, qui auribus mutilantur: neque enim arte vlla effici potest, quin talia signa perpetuo maneant. Deleri autem stigmata fimo columbino Plinius est author. [u] Alibique tradit stigmata in facie mādragora illita deleri, & ad tollenda stigmata † ranunculum conferre. [x] Illud constat in omnibus fere Galliæ partibus hosce stigmaticos verberones compitalitios, mastigias, & auribus diminutos, vbicumque triremium præfectis, aut eorum vicariis occurrerint, solere comprehendi: atque iubentibus iis catenis nexos, Massiliam, Rothomagum, Nanetas, aut aliò deduci, remoque regiæ triremis confestim addici. Vnde autem huius aurium abscissionis pœna ad Gallos manarit parum mihi liquet. Non enim credibile est à Persis mutuatos: vero itaque propius est à Vercingetorige Aruerno fluxisse qui (vt est apud Cæsarem) rex à suis appellatus mox vt exercitum cogere cœpit aduersus Cæsarem, in primis equitatui studens summæ diligentiæ summam Imperij seueritatem adidit magnitudine supplicij dubitantes coëgit. nam maiore commisso delicto igni atque omnibus tormentis necabat, leuiore de causa auribus desectis aut singulis effossis oculis domum remittebat, vt essent reliquis documento, & magnitudine pœnæ perterrerent alios. [z] Id autem non incommode tractari potest, Aurium ne huiusmodi præcisio qua plerumque sontes affici demonstrauimus, meri sit imperij: & plerisque videtur esse. Quamuis enim merum imperium dicatur ius gladij potestasque capitaliter animaduertendi in sceleratos, [y] videtur tamen sub hoc iure, &

[s] *Si quis in metallum C. de pœn.*

† Vide quæ de hac l. si quis scripsi in collatione iuris Gallici & Romani.

[t] *Dixi in verbo fals. crim.*

[u] *Plin. li. 29. cap. 6.*

† Ranunculus à rana, hic est herbæ genus quatuor sub se complectēs species.

[x] *Plin. lib. 25. cap. 13.*

[z] *Cæs. lib 7. belli Gallici*

[y] *l. imperium ff. de iurisd. omn. iud.*

A aurium abſciſſio comprehendi. hic enim gladius accipitur, pro quacumque animaduerſione qua capite plecti reus poſſit.[z] Vnde & legis Corneliæ de falſis pœna, meri imperij eſt,[a] quæ tamen in delinquentem gladio non animaduertit, ſed deportatione & publicatione bonorum.[b] Nam & ſi quis (quod perabſurdum eſſet) gladij ius ad id ferreum inſtrumentum, quo noxiorum membra diſſecantur, coarctare velit: conſtat & hoc ipſo delinquentes auribus imminui. Adde quod & extremo ſupplicio membri amputatio æquiparatur:[c] lexque haſce pœnas tanquam ſimiles iungit: ita vt vicarius à magiſtratu priuſquam in
B prouinciam venerit ſuffectus, quemadmodum ante ipſius etiã aduentum non poteſt extremo ſupplicio quemquam afficere, ſic nec mutilatione membri:[d] quamuis alia omnia expedire poſſit, quæcumque magiſtratus ipſe facere poſſet. Illud etiam nonnihil hanc ſententiam adiuuare videtur, quod Trebatius dixit, eum qui aurem alicuius tetigit, totum hominem tetigiſſe videri.[e] Et quod hoc ſupplicium irrogari cuiquam non poteſt, quin exiſtimationis ſuæ detrimentum patiatur.[f] Atqui receptiſſimum eſt morti, famæ diſpendium æquiparari,[g] exiſtimationiſque cauſam capitalem cenſeri.[h] Neque dubium eſt,
C pleroſque de fama, non minus quàm vita anxios eſſe: vt ſic ad merum imperium hæc pœna ſicut, & mors pertinere videatur. Ego tamen cum Oldrado, Gulielmo Cugneo, Albericoque Roſate, non meri, ſed mixti imperij eſſe crediderim.[i] Vt enim demus capitales omnes animaduerſiones imperij meri eſſe: non ideo conſequens eſt, hanc ad merum imperium pertinere: neque enim capitalis dici poteſt, vt quæ nec vitam adimat, nec ciuitatem vel libertatem amitti faciat.[k] Nullibique vel auris præciſio, vel alterius cuiuſuis membri amputatio inter capitales pœnas reperitur.[l] Nec me mouet quod diximus
D membri abſciſionem, ſummo ſupplicio ſimilem exiſtimari. Id enim de principalibus humani corporis membris intelligendum eſt: non de auribus, quibus præciſis nihilo hebetior auditus fit. Quemadmodum de milite dici ſolet, qui arma ſua (quæ veteres militum membra dixere) alienauerit, vt veluti deſertor militiæ plecti debeat. nam & hoc de maioribus armis, veluti lorica, ſcuto, galea, & gladio accipi debet, non de tibiali, vel humerali.[m] Sed & illum cuius auris reſecatur, non admodum affligi inditio eſt, quod quotidie videmus pleroſque ſibi ſponte

z l. ſi quis filio §. irritum ff. de iniuſt. rep. & irr. fac. teſta.
a d. l. imper.
b l. 1. §. fin. ff. ad l. Corn. de falſ.
c Authen. ſed nouo iure C. de ſer. fug.
d §. ad hæc in authent. de collat. & §. ſtatuimus de pu. trib. exped. in nou. inſt. conſtit. 138.
e l. vulgaris ff. de furt.
f l. nullũ C. ex quibus cauſis infa. irro.
g l. iuſtu ff de manu. vind.
h l. licet capitalis ff. de ver. ſignif.
i Oldr. Gul'i. Cug. alb. l. imperium ff. de iuriſ. om. iud. alb rub. C. eo. & l. ſuggerente C. de eo quo vicem alt. iud. obti.
k d. l. licet capitalis.
l Alciat. d. l. licet capitalis.
m l. qui commeatus §. arma ff. de re mil. (ms: de red. milita.)

& ad cultum aures perforare: iisque vniones, elenchos aliaque ornamenta committere: quæ à veteribus inaures nuncupabantur, ab aurium (vt Isidorus inquit) foraminibus, [n] ex quibus pretiosi lapilli pendebant. † Nam & veteres etiam solitos fuisse, foratis auribus gemmas & lapillos inserere ex multis etiam sacræ scripturæ locis colligi potest, non tantum ex prophanis authoribus. Vnde & in libro Iudith. [o] Induit sandalia pedibus suis, assumpsitque dextrariola, & lilia, & inaures, & annulos, & omnibus ornamentis suis ornauit se. Et in libro Esayæ. [p] In die illa auferet dominus ornamenta calceamentorum, & lunulas, & torques, & monilia, & armillas, & mitras & discriminalia & inaures, & annulos &c. Tertullianus, [q] graciles aurium cutes calendarium expendunt. Alibique scribit anxie forari margaritas consueuisse vt penderent. [r] Alibique quæritur, aurem foratu effœminari. [s] Plinius in proœmio libri 12. Etiamnum gentes sic degunt. Quo magis ac magis admirari subit ab iis principiis cædi montes in marmora, vestes à Seribus peti: vnionem in rubri maris profundo, Smaragdum in ima tellure quæri. Ad hoc excogitata sunt aurium vulnera, nimirum quoniam parum esset collo criminibúsque gestari, nisi infoderetur etiam corpori. Et alibi. [t] Hos, inquit, digitis suspendere ac binos ac ternos auribus fœminarum gloria est, quo in loco loquitur de elenchis. Iuuenal. [u]

Nil non permittit mulier sibi, turpe putat nil
Cum virides gemmas collo circumdedit, & cum
Auribus extensis magnos commisit elenchos.

Senec. lib. de remed. fortuito. Duc bene institutam nec maternis inquinatam vitiis, non cuius auriculis vtrinque bina patrimonia dependent. Sed & ex nostris Vlpia. [x] Ornamenta muliebria sunt, quibus mulier ornatur, veluti inaures, armillæ, viriolæ, annuli, præter signatorios. Et Paulus. [y] cum in aures in quibus duæ margaritæ, elenchi & Smaragdi duo erant legasset, & postea elechos eis detraxisset, & quæreretur an nihilominus detractis elenchis inaures deberentur: responde deberi si maneant inaures quamuis margaritæ his detractæ sunt. Plautus in Epidico.

Non meministi me inaurem ad te afferre natali die.

[n] Isid. & him. olo lib. 19.

† Iuue. natus ad Euphrateus molles quod in aure fenestræ arguerint.

[o] Iudith. cap. 10.

[p] Esayæ ca. 3.

[q] Tertul. in lib. de habit. mulier.

[r] Tertul. eodē lib.

[s] Tertul. in lib. de pallio.

[t] Plin lib. 9. cap. 35.

[u] Iuue. sat. 6.

[x] l. argumento §. ornamenta ff. de aur. & arg leg.

[y] l. pediculis. §. fin. eod. tit.

A Ex iis igitur colligi poteſt leuiſſimum eſſe aurium dolorem, vt non immerito dentis auriculæque dolor à iuris noſtri authoribus exæquari videantur. [z] Cum & cui dens abeſt non ideo minus ſanus eſſe dicatur: ſicut nec is cui digitus de manu, aut pede præciſus ſit, membriue quid laceratum, ſi modo ob eam rem non minus operari poſſit. [a] Vt ſic modica coërcitio eſſe videatur auris amputatio, idcircoque mixti imperij eſſe. Sic enim Paulus mixtum imperium definit. [b] Vt ſit modica coerctio iuriſdictioni cohærens. Minus vrget quod traditum eſt, cum qui B hominis aurem tetigit, totum eum tetigiſſe videri: id enim de contrectatione intelligendum eſt, vt ſi quis vel minimam hominis partem contrectauerit, perinde ſit ac ſi totum tetigiſſet. Sicuti & de poſſeſſione dici ſolet, vt ad eam apprehendendam neceſſe non ſit vniuerſas fundi glebas circumambulare, ſed ſufficiat quamlibet eius partem introire. [c] Sic nec illud etiam quidquam obſtat quod diximus ſupplicium hoc infligi cuiquam non poſſe, ſalua & incolumi ſua fama manente: vt enim id verum ſit, non ideo tamen capitalis hæc pœna cenſenda eſt. Cum (vt diximus) pœnę capitalis appellatio, vel mortis vel amiſſionis libertatis, aut ciuitatis intelligenda ſit. C [d] Receptiuſque eſt capitalis pœnæ appellatione, membri abſciſſionem non contineri, niſi craſſiore ſignificatione id nomen accipiamus. [e] Neque tamen inficias iuerim, ſanguinis pœnam hanc eſſe, cum ex auris præciſione ſanguinem elici, pluſquam manifeſtum ſit. Ideoque & in ea putauerim cum Alexandro & recentioribus tranſactionem iure ciuili non prohiberi. [f] Sicut nec in fuſtium caſtigatione.

D

z l. ob quæ vitia § fin. ff. de æd. ed.

a l. idem officiis eod. tit.

b l. fin. ff. de offi. eius cui mand. eſt iur. & l. 1. § fina. eodem tit.

c l. 3 ff. de acq. poſſ.

d d. l. licet capitalis.

e Alciat. d. l. licet capitalis & l. tranſigere C. de tranſactio.

f Alex. Alciat. & alij d. l. tranſigere.

 A

Rotæ supplicio noxios damnari, antiquum non esse.

Cap. III.



Xtat Francisci Galliarum regis, constitutio in grassatores, itinerúmque & viarum obsessores, (quos vulgus inuolatores appellat) celebris, eoque maxime nomine famosa, quod horrendo illo rotæ (vt dicunt) supplicio, in eos B animaduerti iubeat. Quam equidem & prudenter, & iustè sanxisse eum semper existimaui. Cum enim nulla fere esset huius regni, neque ciuitas, nec prouincia, quæ non hisce celeratissimis hominibus abundaret: à quibus noctu maximè, tam in agris, quàm oppidis, viatores, reliquique in propriis etiam ædibus delitescentes, omnibus fortunis, vel earũ maiori parte spoliati, vel cædebantur, vel grauissimis vulneribus confodiebantur: fierétque ab iisdem vt plurimum in ædes diuitum præsertim hominum irruptio: à quibus non antè discedebant, quàm C auro argentoque onusti, preciosaque omni suppellectili ablata, in earum ædium dominos, vel eorum familiares, sæuum aliquid exercuissent, sanctissimè visum principi est, nouo aliquo, acerboque supplicio rabiem illam coërceri. Scribit enim Claudianus, euenire nonnunquam, vt aliquorum maleficiorum supplicia exacerbentur: quoties nimirum multis grassantibus, exemplo opus sit. [a] In hos igitur animaduerti ita placuit, vt effractis brachiis, renibus, tibiis & cruribus, rotę alicui conspicuæ, & in præcelsum editumque locum elatę superpositi supini & in cœlum suspicientes, tantisper viui maneant, scelerum D suorum pœnitentiam acturi, dum diuina voluntate, lucis huius vsura frui illis licuerit, vitaque functi, quandiu iudicibus in exemplum, terrorémque aliorum, illic eos dimitti, visum fuerit. Qua pœna etiam Henricus edicto suo afficiendos censuit eos, qui in id suas operas locant, vt cędes admittant, mercedéque conducti, homines nihil de se malè meritos, vixque interdum illis, vel de facie notos interficiunt: (vulgus assasinos appellat.) id autem rotę supplicium vetustissimum esse, Cęlius Rhodiginus existimauit, [b] motus Aristophanis, & Plutarchi authoritate, quos huius supplicij meminisse commemorat.

a l. aut facta §. fina ff. de pœn.

b Cæl. Rhod. lec. ant. li. 10. cap. 5.

Sic

A Sic enim Aristophanem loquentem inducit.[c] Rota torqueri te illic necesse est, vt exculpatur, quod perperàm fecisti. Quo in loco interpretes adnotant, seruile id fuisse supplicium. Plutarch. autem scribit, tonsorem rotæ alligatum amplius torqueri cœpisse.[d] Quibus ex locis, Cælius ostendere nititur, falli eos qui recens id credunt esse supplicium, neque quidquam aliud adducit. Ego Germanorum inuentũ esse cum aliis quamplurimis crediderim: quod ab iis Galli nostri mutuati, à paucis annis in inuolatores maximè exercere cœperunt. Neque enim memini alicubi B vllam supplicij huius à veteribus mentionẽ fieri. Nam quæ ab Aristophane, & Plutarcho de trocho seu rota traduntur, non de supplicio, sed quæstione & tormento accipienda sunt: quod ex vtriusque verbis apertissimè liquet dum ambo torquendi verbo vtuntur: quod non ad supplicium, sed ad quæstionem, quæ veritatis eruendæ gratia adhibetur, referri debet,[e] Nam & torti dicuntur, quæstioni suppositi, non qui supplicio affecti sint.[f] Tormentumque non ipsum suppliciũ, sed quæstio appellatur.[g] Vnde & Vlpian. Neminem ea pœna damnari debere scribit, vt verberibus necetur, vel tormentis interimatur: quamuis ple- C rique dum torquentur deficiant.[h] Hinc & Cicero.[i] Hoc quod tormentis inuenire vis, id fatemur. Tranquil. in Claud. Tormenta quęstionum, pœnasque parricidarum repræsentabat, exigebátque coram, & Donatus, torquemus hominem, extorquemus veritatem. Sensus itaque Aristophanis est, rotæ tormento illum; cuius ab eo fit mentio, subdi oportere ad veritatem eius sceleris, cuius insimulabatur eruendam: quod & verba illa vt exculpatur, quod perperam fecisti, manifestè indicant. Exculpere enim (vt Nonius Marcellus ait) est extorquere, & veluti vi quadam aliquid ex ore alterius eruere: quod propriè fit ab his, qui D quæstioni suppositi, verũ fateri cogũtur. Vnde Plautus in Cistellaria. In quæstione vix exculpsi vt diceret. Luci. saty. lib. 3. Nunc nomen, iamque ex testibus ipse rogando exculpo, hæc dicam. Idem eodem lib. vt esurienti leoni ex ore exculperet prædã. Terentius in Eunucho, possumne hodie ex te exculpere verum. Illudq; inter eruditos conuenit, apud Aristophanem, trochũ pro instrumẽto quo eruitur veritas intelligi, non pro supplicio. Sunt autem hæc Aristophanis verba. ἐπὶ τοῦ τροχοῦ γὰρ δεῖ κἀκεῖ στρεβλούμενον εἰπεῖν ἃ πεπανούργηκας. Quæ sic vertit Latinus Aristophanis interpres. In rota enim oportet te, illic ligatũ, dicere quæ malefecisti. Ita vero Hieronymus Vuolfius, qui nuper Suidã è Græ-

c Aristopha. in Pluto.

d Plutarc. in Nicia.

e l. 1. & toto ti. ff. de quæst.

f Quintilia. ora. inst. lib. 5. cap. 4. de torment.

g Quint. vbi supra & l. de minori. ff. de quæst.

h l. aut damnum §. 1. vers. nec ea ff. de pœn.

i In ora. pro Milone.

co, in Latinum sermonem transtulit. In rota excruciatum, ibi te A
oportebit facinora tua dicere. Vt sic perspicuum sit, illic de tormento, non supplicio agi. Sicut & apud Demosthenem in tertia contra Aphobum, cum ait. θῶμεν γὰρ δὴ τὸν μιλύαν ἐπὶ τοῦ τροχοῦ στρεβλοῦσθαι. id est, ponamus sane Milyam super rotam, constringendum & torquendum. Sed & Plutarchum ipsum non in Nicia tantum, verumetiam in Phocione, rotam pro tormento accipere manifestum est. Scribit enim, Phocione coram pop. Atheniensi proditionis accusato, decretoque quod in eum scriptum erat, recitato, quo cautum erat populum Atheniensem de eo & sociis constituturum, & si conuicti forent, capite damnatu- B
rum: fuisse qui decreto id vnum deesse diceret, nempe non ante de Phocione sumi supplicium, quàm tormẽtis subderetur, iuberéntque rotam induci, quibus tamen assensum non est. Quod vt

k Plutarc. in Phocione.

clarius fiat, Plutarchi verba subiiciam.[k] Tunc (inquit) Agnonides decretum recitat, iampridem ab se conscriptum, cuius hæc fermè sententia, populus hos si reos obiecti criminis iudicarit, capite plectantur. Hoc audito fuere nonnulli tanta immanitate animi, sæuitiaque, vt decreto id vnum deesse dicerent, Phocionem scilicet non ante necari, quàm variis esset cruciatibus, C
& tormentis afflictus, iubebántque induci rotam inspectante theatro, & ipsos cum flagris & securibus carnifices expediri, Agnonides seu quod id ægris auribus à Cleto auditum aduertit, seu quia facinus ipsum & barbarum & crudele nimium existimauit, cum Callimedontem, inquit, mastigiam, ô Athenienses, damnabimus, tunc ea supplicij crudelitate, sæuire licebit, in Phocionem verò nihil tale laturus sum. Huic quendam summisse dixisse tradunt: rectè facis Agnonides, nam si excruciabitur Phocion, tibi quid faciemus? Eodémque pertinere videtur, quod Cicero Theophrastum dixisse scribit, in rotam D

l Cic. Tusc. quæst. lib. 5.

beatam vitam non ascendere. Sic enim ille.[l] Hic autem elegantissimus omnium Philosophorum, & eruditissimus, non magnopere repræhenditur, cum tria genera dicit bonorum: vexatur autem ab omnibus primum in eo libro quem scripsit de vita beata, in quo multa disputat, quamobrem is qui torqueatur, qui crucietur, beatus dici non possit: in eo etiam putatur dicere, in rotam beatam vitam non ascendere. Rotæ similiter tormenti Apuleius non vno in loco meminit. Veluti

m Apul. lib. de asin. aur. 3.

cum ait.[m] Tormentis veritas eruenda. Nam & qui comitabatur eum clanculo profugit, & res ad hoc deducta est, vt sce-

A leris ſui participes indicet, vt tam diræ factionis formido funditus perimatur. Nec mora cum ritu Græcienſi ignis & rota, tum omne flagrorum genus inferuntur. Et alibi.[n] Nec rota, vel equuleus more Græcorũ, tormentis eius apparata iam deerunt, ſed obfirmatus mira præſumptione, nullis verberibus, ac ne ipſo quidem ſuccubuit igni. Quale autem id tormentum fuerit, aperit Suidas dum inſit. τροχισθεῖσα, βασανισθεῖσα ἀπὸ τοῦ τροχοῦ, ὅπερ ἐστὶν ὄργανον βασανιστικόν, καὶ διατεῖνον τὰ σώματα. id eſt, Corpora ſuper rotam poſita, & diſcrutiata, ab ipſa rota, quæ quidem rota organum eſt, ſeu inſtrumentum, nimirum tormenti genus, diuexans,

B & extendens corpora: Nec me tamen latet, à vetuſtiſſimis probatiſſimiſque authoribus rotæ ſupplicij mentionem haberi, ſed alterius ab hoc longe diuerſi, quod & ipſum atrociſſimum fuiſſe conſtat. Rotæ enim inſerebantur noxij, & membratim rotarum cõuulſi radijs, lentitudine mortis maximo cruciatu perimebantur. De quo Virgilius.[o]

n *Apul. lib. 10.*

o *Vergil. 6. Aeneid.*

Saxum ingens voluunt alij, radiiſque rotarum.
Diſtricti pendent.

C Cuius etiam mentio fit à Nicephoro Eccleſiaſticæ hiſtoriæ ſcriptore, dum ait. Diuum Pantaleemonem depugnaſſe cum ferro ſecante plumbo feruente & rota membra comminuente.[p] Sicut & à Simone Metaphraſte cum de diua Anaſtaſia iubente Probo præſide ſub Diocletiano martyrium paſſa, ſcribit ad hunc modum. Quamobrem defeſſa illa bellua in hoc quem ſupplicij eam iubet extendi ſuper rotam. Et fuit quidẽ iuſſus ſtatim mandatus executioni, & rota accepit virginem. Deinde cum illa per quandam verteretur machinam oſſa quidem confringebantur, nerui autem & muſculi extendebantur. Meminit & ſupplicij huius Plauti interpres Pylades Brixianus in Perſa dicens, Rota etiam in ſupplicijs, genus atrociſſimi eſt receptum, inſutis inter eius radios ſontibus. Nota eſt Ixionis fabula, qui cum cæli honore à Ioue dignatus eſſet arcanorúmque ipſius particeps, Iunonem amatam de ſtupro interpellauit, illa in ſui ſimilitudinem nubem obiecit, ex cuius complexu centauros genuit. Iupiter indignatus, cum fulmine ictum ad inferos deiecit, rotæque volubili, ac ſerpentum plenæ alligauit. Vnde & Vergilius.

p *Niceph. lib. 7. cap. 14.*

D

Atqui Ixioni vento rota conſtitit orbis.

Et Ouidius.

Voluitur Ixion & se sequitur fugitq́.

Lucianus quodam dialogo introducit Iouem & Iunonem de Ixione sic sermonem habentes. Iu. Sed vt omnes homines arrogantes sunt gloriabitur descendēs forsitan, & narrabit omnibus dicens coisse cum Iunone, & Iouis riualem esse, forsitan etiā dixerit, me ipsum amare: illi vero credetur, quando non viderunt quomodo cum nube coierit, Iup. Igitur si quid tale dixerit, in infernum præcipitabitur, ac rotæ miser alligatus, cum ipsa perpetuo circumuoluetur, & laborem nunquam cessaturum sustinebit, pœnas videlicet has pro amore dependens. Quid autem Ixionis illis rota significet, vt & id in transitu dicam Macrobius explicat: [q] Ait enim illos radiis rotarum pendere districtos, qui nihil consilio præuidentes, nihil ratione moderantes, nihil virtutibus explicantes, séque & actus suos omnes fortunis permittentes, casibus & fortuitis semper rotantur. Meminit & Lampridius rotæ cuiusdam aquariæ, ad quam Heliogabalus parasitos ligabat, & cum vertigine sub aquas mittebat, rursúsque in summum reuoluebat, sic missos Ixionis vocabat amicos. [r] Huius rotæ frequens est apud veteres mentio. Vlpian. [s] De aqua per rotam tollenda ex flumine, vel haurienda, vel si quis seruiturem castello imposuerit, quidam dubitauerunt, hæ seruitutes essent necne. Paulus. [t] Rota quoque per quam aqua traheretur: nihilominus ædificij est, quam situla.

Lucretius. [u]

In fluuio versare rotas, atque haustra videmus.

Quibus ex locis manifestum fit, rotam illam esse machinam, qua ex flumine aqua extrahitur, quod & Isidorum non latuit. Neque alicubi me legisse memini prærer Heliogabalum, alium vnquam ad pœnam hac rota fuisse vsum. Tertullianus rotas aquilegas vocat. [x] Sed vt ad diuerticulum redeam, tametsi huius supplicij, cuius commeminimus, nullus fuerit apud veteres vsus. Constat tamen olim in maleficos nonnunquam animaduersum ita fuisse, vt illis crura suffringerentur, idque supplicium crurifragium dictum, cuius Apuleius meminit his verbis. [y] Tunc vxor egregia diras deuotiones in eum deprecata, & crurum eius fragium abominata, exangui formidine trepidantē adulterum abscondit. Quomodo & Plautus lumbi fragium vo-

q Macr. satu. lib. 1. cap. 10.
r Lamprid. in Heliogaba.
s l. 2. ff. com. prædio.
t l. qui fundū §. fina. ff de cōtrah. empt.
u Lucr. lib. 5.
x Tertul. lib. de Am.
y Apul. l. 9. asin. aur.

A cat lumborum fracturam in Amphirtione dicens.

Nam si me irritaßis, hodie lumbi fragium hinc auferes à me.

Respexitque ad hoc supplicium Ado Treuerensis in vita Adriani martyris, dum ait. Sistitur Adrianus Maximiano, cum reliquis sanctis. Quos ille iam videns irreuocabiles, iussit vt vecte magno ferreo confringerentur tibiæ ipsorum. Confractis itaque cruribus orantes emiserunt spiritum. Sic & Simeon Metaphrastes in vita Onesimi martyris: postremo (inquit) cum vidisset Tertullius eum iacentem supinum, iubet eius tibias & femora confringi. Scio quosdam esse, [z] qui Constantini legem [z Rebuff. in hanc constit.]
B quæ de seruorum emendatione loquitur, ad hoc supplicium referendam credant, dum in ea traditur homicidij reum esse, qui serui corpus publicis pœnis dilaniauerit, ferrarum vnguibus latera persecando, aut tabescentes artus, atro sanguine, permixta sanie defluentes, propè in ipsis adegerit cruciatibus vitam relinquere sæuitia immanium barbarorum, quod quam ridiculum sit nemo non videt. Quid enim habent commune ferarum vngues, quibus hominum latera fodiebantur, cum malleis, vectibusque ferreis, quibus regia constitutione ossifragi carnifices, noxiorum lumbos, & quæ iam scripsimus membra suffringunt,
C ossaque comminuunt? quid item simile cum illo habet supplicio rota, cui grassatores fractis membris, semianimes supini imponuntur? Eius autem vngulatum supplicij, cuius in Constantini rescripto mentio fit frequens fuit vsus ætate Diocleriani Maximianique Cæsarum, eoque sæpe in Christianos sæuirum est quod Eusebius non vno in loco ostendit. Sic enim ille. [a] Flagris alij discerpebantur, alij vngulis fodiebantur. Et alibi. [a] Post tergum alij vinctis manibus appendebantur, & trochleis distenti, membratim diuellebantur. Iam verò vngulis exarari vetus & leue ducebantur. Quod & si forte hoc genus supplicij cuiquam [a Euseb. hist. eccle. lib. 8. cap. 3.] [a Euseb. eodem lib. cap. 10.]
D fuisset adhibitum, non (vt latronibus, & homicidis solet) tantum latera fodiebantur, sed & venter, & femora ac tibiæ, & vsque ad vngues vngula perueniebat. Prudentius.

Costas bisulcis exccandas vngulis.

Et iterum.

Non vngularum tanta vis fodit latus.

Eius autem rotæ supplicij, quo regiis sanctionibus in excursores animaduerti constitutum est, meminit Æneas Syluius. Scribit enim Iacobum Marchionem Badensem, vbi latrocinium in ditione sua commissum didicisset, vocatis iis qui dam-

no affecti fuissent, tantum ex fisco suo accipere iussisse, quanti esse, quæ amisissent, iureiurando affirmassent. Exinde latrones insecutum apprehensos, in rotam sustulisse. Id vero esse supplicij genus, apud Teutonicos formidabile. [b] Illud etiam obseruaui, fuisse olim in Gallia vsitatum, acerbissimum aliud rotæ supplicium, neque ab hoc quod in inuolarores exercetur, ita multum abhorrens. Id autem eiusmodi fuit, vt damnati desuper oculis defossi, & tota facie dilacerati, inferius sagittis & iaculis confixi rotis in altum elatis, supini imponerentur, esca & pabulum coruis, & cæteris alitibus futuri. Quo supplicij genere in Bochardum quendam cædis Caroli Flandriæ comitis authorem Ludouicum Crassum Galliæ regem animaduertisse Aimonius lib. de gestis Francorum 5. cap. 50. memoriæ prodidit. Alibique tradit Fredegundam Galliæ reginam, mulierculas quasdam, magiæ veneficiique insimulatas, & quæ se carminibus puerum reginæ filium interemisse fatebantur, rotis inuexisse. [c] Ab his vero omnibus, longe diuersum fuit illud rotæ supplicium, quo Maxentium Cæsarem à præfecto quodam suo suasum, in Catharinam virginem animaduerti voluisse tradunt. Id autem quale fuerit ex Simeone Metaphraste, in huius vita cognosci potest, cum infit. Interim dum martyr hæc ei diceret, quidam præfectus nomine Chursadem tanquam apud se meditans, & inquirens dixit. Ego tibi, ô Imperator inueni, quomodo possis vel ei cito persuadere, vel eam perdere. Iube sub vna fibula fieri quatuor rotas, & vnicuique rotæ infigi serras, & clauos acutos. Deinde machinam funibus & paruis rotis trahi ante eius oculos & si cum eam quidem viderit ferri maximo impetu, ac strepitu persuasa fuerit, & nobiscum diis sacrificauerit, consequetur promissa: sin minus in rotas iniectæ miserabiliter per vim ei erumpet anima. Et rursum quibusdam interpositis. Cum autem cognouisset imperator se frustrà laborare, iubet quidem alligari rotis generosam martyrem, ipsas vero moueri celerrime, vt motus vehementia, mortem subiret grauiorem. Multa & alia rotæ supplicia ab hoc & cæteris de quibus egimus, longè distantia apud historiæ præsertim ecclesiasticæ scriptores cernere est: quale illud est de diuo Georgio ab eodem Metaphraste relatum his verbis. Iubet igitur Diocletianus rotam prægrandem afferri, mucronibus vndique præfixam, ad eamque virum sanctum alligari, paratisque in ea gladiis dilacerari. Pendebat in aëre rota, inferius autem aderant

b Æn. Syl. commenta. in dicta factaque Alph. reg. lib. 4.

c Aimon lib. de gest. Franc. 3. cap. 52.

A tabulæ, in quibus densissima erant spicula præfixa gladiis similia, partim rectas habentia cuspides, partim aduncas ad hamorum similitudinem, partim cultros coriarios imitantia. Cum igitur rota per gyrum tabulis appropinquaret, & vir sanctus, tanquam agnus, tenuioribus loris, & funiculis ita constrictis, vt intra carnem absconditi inhærerent, vinctus esset, & per gladios voluente rota transire cogeretur acutissima eorum acie corpus exceptum dilaniabatur, & scorpij more contortum dissecabatur. Qua de re scripti sunt similiter hi versus.

B

Rota paratur ænea
Cum bis acutis gladiis:
Qua laniare valeat
Membra beati martyris:
Rota martyr imponitur:
Et rota cito voluitur,
Rota tota conteritur
Et martyr nihil læditur.

C

Equis in diuersum iter concitatis, membratim noxios laniari vetustissimum esse.

CAP. IIII.

FRANCISCI Viennensis Delphini, Galliarum regis primogeniti, immaturum exitum ingenti luctu fleuere, non Gallicæ tantum ditionis populi, sed & vicini, exterique ferè omnes. Is enim princeps indolis vere
D regiæ, vix dum annos viginti quinque natus, iam magnum virtutis suæ specimen ediderat. Eratque illi tanta comitas mansuetudo & beneuolentia in vniuersos, conciliandæque hominum gratiæ, ac promerendi amoris, adeo validum & efficax studium, vt omnes etiam barbaros, in sui admirationem traxisset: ita vt vulgo humanorum cordium fur, prædoq; diceretur. Reliquit ergo omnibus, totius fere orbis hominibus, magnum sui desiderium, sempiternamque probitatis suæ memoriam. Eoque magis quod (vt ille ait) nec fato, merita, nec morte perierat. Constat enim eum veneno sublatũ fuisse fraude, (vt ferebatur)

Antonij Leuæ, Cæsariani tum exercitus ducis, in Insubribus: A
ministerio & opera Sebastiani Montecuculli Ferrariensis, qui-
dum per scurriles lusus, quibus nonnunquam principis ani-
mum oblectabat, in eius consuetudinem venisset, calicem aquę
frigidæ toxico infecit, quem mox illi sitienti, nihilque tale su-
spicanti, ebibendum dedit. Quo factum est, vt epoto statim ve-
neno, in grauem ægritudinem incideret, cui cum humana ope
succurri nullo pacto potuisset, paucis post diebus. Turnoni spiri-
tum exhalauit. Veneficus itaque cum in magnam nefarij huius
criminis suspitionem venisset, statim in carcerem coniectus,
moxque conuictus, hoc supplicium luere damnatus est, vt qua- B
tuor equis in diuersum iter concitatis tractus, membratim di-
uelleretur, atque ita in eum toto spectante populo Lugduni
animaduersum est. Illic enim admissum facinus fuisse, morti-
feramque eam potionem Sebastianum infudisse dicebatur.
Quod supplicium tametsi quibusdam acerbum, crudeléque vi-
deri possit: leue tamen est, si ad magnitudinem atrocitatém-
que sceleris respicias mille siquidem & debebantur mortes, si
quis par noxæ supplicium studuisset infligere.* Id autem vetu-
stissimum esse, vel ex eo manifestum est, quod Dyonis. Halicar-
nas. Liui. Plutar. Valer. & alij plerique. Metium Suffetium pro- C
ditionis reum Tulli Romanorum regis imperio, eo affectum
fuisse literis prodiderunt. Liui.[a] Tum Tullus, Meti Suffeti, in-
quit, si ipse discere posses fidem ac fœdera seruare, viuo tibi ea
disciplina à me adhibita esset, nunc quoniam tuum insanabile
ingenium est, tu tuo supplicio doce humanum genus ea sancta
credere, quæ à te violata sunt. Vt igitur paulo ante animum in-
ter Fidenatam, Romanamque rem, ancipitem gessisti, ita iam
corpus passim distrahendum dabis. Exinde duabus admotis
quadrigis, in currus earum distentum illigat Metium: deinde D
in diuersum iter equi concitati, lacerum in vtroque curru cor-
pus, qua inhæserant vinculis membra portantes auertere om-
nes à tanti fœditate spectaculi oculos. Primum, vltimumque il-
lud supplicium apud Romanos exẽpli parum memoris legum

[a] Liui. ab vrb. cond. lib. 1.

* Nouum & asperum supplicium irrogatum Raualliaco impio & scelestissimo Henrici IIII. Regis Galliarum, Magnanimi Principis parricidæ elegãti carmine cecinit Borbonius.

Hæc manus infando strauit, quæ vulnere regem
Per pice torrentes, & nigro sulphure flammas,
Tota fluat, strictisque ardenti forcipe coxis
Innatet effusi mox vrens copia plumbi.
Inde pedes fractosque humeros, auulsaque membris
Membra sui, actæ magno clamore quadrigæ.
In aduersa trahant, & longum spiritus intra
Æstuet impurus, lucteturque ire sub vmbras,
Corporis abrupta compage, suoque superstit
Bellua semianimus letho, lassoque moretur
Carnifices, inter tumidæ conuicia turbæ,
Vulgus reliquias, atque ossa cruenta per vrbem,
Infensum rapiat.

humanarum

A humanarum fuit: in aliis gloriari licet nulli gentium mitiores placuisse pœnas. Dyonisius.[b] Suffetium autem ægreferentem adhuc, & clamantem solum, reuocantemque fœdera, quæ fregisse ipse redargutus erat, ac ne in malis quidem ipsis ferociam summitentem, dilacerantes ei vestimenra iubente Tullo lictores corpus multis verberibus cædebant. Et vbi satis huius cruciatus habuit, binis admotis quadrigis, vnis eorum brachia, alteris pedes illius connexuerunt loris longis, abigentibusque deinde aurigis quadrigas, alteras ab alteris, laceratus humi, atque distractus ab vtrisque in diuersa, breui tempore dissipatus B est. Metius igitur adeò miserè ignominioséque potitus est mortis. Hactenus Dyonisius, Plutarchus.[c] Tullus hostilius Rex Romanorum, cum Metio Suffetio Albanorum rege bellum habebat, in quo prælium sæpenumero distulit, eoque aliquando superato, Albani ad epulas sese conuertunt. Epulantes adoritur, captumque regem duobus alligans pullis dicerpsit, vt Alexarcus tertio rerum Italicarum authòr est. Eiusdem supplicij meminit & Claudianus.[d]

b Dionis. halic. ant. roma. lib. 3.

c Plutar. in paralel.

d Claud. in bello gildonico.

Et si non cupidis essem praraptus ab astris.
C *Exemplum sequerer Tulli: laniandaque dumis*
Impia diuersis aptarem membra quadrigis.

Id autem supplicium iustissimè Suffetio irrogatum fuisse defendit apud Gellium Sextus Cæcilius. Idque ex Vergilij authoritate.[e] Historia (inquit) de Metio Suffetio Albano nobis quoq; non admodum numero istiusmodi libros lectitantibus, ignota est. Qui quoniam pactum atque condictum cum rege pop. Ro. perfide ruperat, binis quadrigis vinctus in diuersa nitentibus laceratus est. Nouum atque asperum supplicium, quis negat? sed D quid elegantissimus Poëta dicat, vide Vergil.[f]

e Gell. noct. att. lib. 20. cap. 1.

f Virg. 8. Æneid.

Haud procul inde, citæ Metium in diuersa quadrigæ
Distulerant (at tu dictis Albane maneres)
Raptabatque viri mendacis viscera Tullus.
Per syluam: & sparsi rorabant sanguine vepres.

Illud ex Plutarcho cognoscere licet ante Seruij Tullij æuum consimili supplicio Herculem animaduertisse in Pyræchmen Eubœæ regem à se victum sic enim infit.[g] Hercules florenti adhuc ætate regem Eubœæ Pyrræchmem bellum Bœotiis in-

g Plut. in paralel.

ferentem vicit, victumque pullis equinis ita alligauit, vt in duas A
dispertiretur partes insepultusque iaceret. Huic vero supplicio non admodum absimile, id est, quo apud Thebaida, animaduersum in quosdam Christianos fuisse tradit Eusebius. [h] Sicubi enim (inquit ille) vicinæ duæ arbores inueniebantur, vi quadam ab vtraque inflexis contra se inuicem ramis, eisque singulis singulos pedes martyris obligantes, subito ramos, quos vi inflexerant, relaxabant qui cum ad situm suum naturali impetu referrentur, discerptis despicatisque auulsa secum membra rapiebant. De quo Vopiscus in Aureliano, militem, qui adulterium cum hospitis vxore commiserat, ita puniuit, vt duarum arborum capita inflecteret, quas ad pedes militis deligaret, easdémque subito dimitteret, vt scissus ille vtrinque penderet. B

h Euseb. eccles. histo. lib. 8 cap. 9.

Remi perpetuo vel ad tempus ducendi supplicio sontes damnari antiquissimum esse.

CAP. V.

C



QVVM quidam leuiorum aliquot furtorum conuictus, à secundario aliquo obnoxiæque sententiæ iudice (cuius nomen referre nihil attinet) in opus remigij ad sex annos damnatus, ad senatum nostrum prouocasset: Dubitatum fuit id ne supplicij sontibus irrogandi aliis, quàm regiis magistratibus ius esset. Et plerisque videbatur non esse, quod id nouum esse, miniméque vsitatum dicerent: nec noua pœnarum genera ab aliis, quàm qui suprema pollent authoritate infligenda. Contra quidam morem D
eum hac pœna nocentes afficiendi vetustum tam in Italia, Gallia, quam cæteris ferè vniuersi orbis prouinciis, inualuisse affirmabant. Tametsi enim huiusmodi supplicij expressim iurisconsulti nostri non meminerint, constat tamen id ante eorum tempora receptissimum fuisse. Scribit enim Liuius, cùm Annibal in Italia victor ad Cannas, iam Tarentum, iam Arpos, iam Capuam haberet, ad vrbémq; Romanam admoturus exercitum videretur, seruis ad remum datis, numero ex censu constituto exercitum reparatum fuisse. [a] Alibique tradit. Scipionem expugnata Carthagine noua opifices, qui illic ad duo milia erant,

a Liui. bell. Maced. & Asia. lib. 4.

A publicos fore populo Romano edixisse: cæterum multitudinem incolarum iuuenum, ac validorum seruorum in classem ad supplementum remigum dedisse. [b] Estque Tranquillus author Augustum bellum Siculum, quod aduersus Sextum Pompeium magni Pompei filium gestum fuerat, sæpius intermissum renouaturum, nauibus ex integro factis, & viginti seruorum millibus manumissis, & ad remum datis, portum Iulium apud Baias, immisso in Lucrinum & Auernum lacum, mari effecisse. [c] Idque etiam de eodem Augusto traditum extat, quod B iuuenem quendam, qui se Octauiæ sororis eius, & M. Antonij filium mentitus fuerat, remo addixerit: Quod Valeri. Max. his verbis scriptum reliquit. [d] Nec diu quidem Augusti etiamnum terras regentis, excellentissimum numen intentatum ab hoc iniuriæ genere extitit, cum quidam clarissimæ & sanctissimæ sororis eius Octauiæ vtero se genitum fingere auderet. Sed cum plenis impudentiæ velis, ad summum audaciæ gradum fertur, imperio Augusti remo publicæ triremis affixus est, id est, (vt Valer. interpres ait) nauis ad rempublicam pertinentis impellendæ triplici remorum ordine. Quo similiter C supplicio scribit Iosephus eundem Augustum, in adolescentem quendam animaduertisse, qui se Alexandrum Herodis filium esse falso dixerat. Detecto enim fuco, reique ipsius ex ore iuuenis veritate elicita: Augustus eum ad remum dedit. Sic autem locum illum Iosephi vertit interpres. Ibi ille cum non posset aliud, totum commentum indicat, quibus modis & à quo sit compositum Cæsar autem pseudoalexandrum vt pollicita seruaret, in remigum ordinem allegit, quod esset valido corpore, doctorem vero eius affecit supplicio. [e] Et alibi. Risit his Cæsar, & falsum quidem Alexandrum, propter habitudinem D corporis, remigum numero inseruit, suasorem vero eius interfici iussit. [f] Vnde perspicuum fit, veteris fuisse moris, perniciosos, & perditos ad remigium damnare, quod vel ex iis intelligi potest, quæ de Philocle Plutarchus memoriæ prodidit, ait enim illum capto Lampsaco, populum oratione sua permouisse, vt captorum in pugna hostium, dexteræ manus pollicem præciderent, vt cum hastam ferre nequirent, remum tamen agere possent. [g] Existimaui quandoque ad hanc pœnam Euripidem respexisse cum in Latinum ipsius interpretem incidissem vbi de fuga & impostura Orestis & Iphigeniæ nuncium Thoantem sic alloquentem inducit.

b Liui. sec. bell. puni. lib. 6.

c Tranq. in octa aug. cap. 16.

d Val. tit. de his qui infimo loco nati mendatio se claris. fam. inse. cona. sunt.

e Ioseph. antiq. iudaic. lib 17. cap. 14.

f Ioseph. lib. de bell. iuda. 2. cap.

g Plut. in Lysandro.

A

Atqui ibi videmus nauis Argolicæ scapham
Probè ad cursum instructam & impetum:
Præterea habentes remos quinquaginta nauitas,
Scalmis alligatos.[h]

h Euripides in iphigenia in tauris 1.

Sed cum attentius locum illum expendissem mihi visum fuit vocem alligatos non ad nautas & remiges, sed ad remos, qui & ipsi scalmo alligari solebant referendum esse, nam huiusmodi alligationis nulla prorsus fit mentio. His accedit, quod Regia quadam constitutione planissimè disertissiméque cautum est, ei qui à sententia cuiusuis iudicis in causa criminali lata prouocauerit, licere prætermisso Decuriæ proximæ gradu, ad supremum Senatum recta appellationem introducere, si modo à sententia tormentorum, exilij, honorariæ mulctæ, mortis, corporalis supplicij, operis ve aut obsequij publici prouocatum fuerit. Quibus ex verbis manifestum fieri videtur, pœnam hanc remigij, à quibusuis capitalium rerum quæsitoribus, noxiis & delinquentibus infligi posse. Neque enim à nostratibus recepta est in metallum, metalli opus, metallicorum ministerium vel aliud opus publicum damnatio, vt necessario de hac ad remum damnatione, constitutio illa accipienda sit.[h] Quin & etiam sanctione diserte constitutum est: eos qui maiorum ferarum venationi operam dedisse semel atque iterum comperti fuerint, tertio deprehensos remigio addici.[i] In proposita tamen specie, vicit numero consentium diuersa sententia. Prouocatione itaque circumscripta, eoque quo defuerat, inducto, reus flagellis cæsus dimissus est: eique à quo prouocatum fuerat, cæterisque omnibus præterquam Regiis iudicibus vetitum, ne deinceps noxio cuiquam hoc supplicium irrogent. Illud compertissimum est, à plerisq; triremium præfectis eorumque vicariis, ætate quoq; nostra, quamplurimos ociosam vitam ducentes, neque alterius criminis conuictos sæpe comprehendi, & indemnatos triremibus addici. Quod sceleris, & plagij genus, hodie quoque ab archipiratis quibusdam perpetrari conqueritur Budæus.[k] Et ij enim (ait ille) homines incautos in maritimis locis comprehensos, in triremes rapiunt, ad scalmumque alligant, vt sub flagellis remigent: id quod Christianum hominem minime decet vixque vel ab Ethinco tolerandum est. Proinde & Augusti ætate, cum per agros viatores sine discrimine rapti liberi seruique ergastulis possessorum supprimerentur, Augustus id (vt Tranquillus in vita illius scribit)

B C D

h tit. des proces cri. art. 20.
i tit. de eq & fale. art. 6.
k Bud. l. 3. §. item quæsi. ad l. cer. de ficta.

A & alia pleraque pessimi exempli correxit, & ergastula recognouit,[l] Tiberio (quod author idem alibi significare videtur) rei huius curam suscipiente. Sic enim ille, quo loco de ciuilibus officiis, à Tyberio sub Augusto gestis, agit. Curam administrauit repurgandorum tota Italia ergastulorum, quorum domini in inuidiam venerant, quasi exceptos supprimerent, non solum viatores, sed & quos sacramenti metus ad huiuscemodi latebras compulisset.[m] Tradunt historiæ nostri æui scriptores, Hariadenum OEnobarbum, cum ad opem nostris aduersus Cæsarianos B ferendum, à Solymano Turcarum Imperatore missus, Massiliã venisset: per suos dum lignatum irent, multos ex nostris insidiose corripuisse, iniectisque catenis ad triremes suas relegasse. Eámque ob rem, & quod aliter rebus nostris plurimum incommodi adferret, à Francisco Rege dimissum. A quo cum multa munera accepisset, obtinuit etiam in supplementum demortuorum Turcarum, seruis omnibus punici nominis se donari, qui essent Gallicis in triremibus ad remum damnati. Erant autem numero ferè quadringenti.[n] Turcicam itaque redolere videntur immanitatem, qui homines innoxios, neque criminis cuiusquam C compertos, ad triremes rapiunt, à quibus non ita multum abesse videntur magistratus, qui leuiorum scelerum reos, hoc supplicio afficiunt, morte enim ipsa grauius videtur: vt verissimè dixisse videatur C. Cæsar apud Salustium. In luctu & miseriis mortem ærumnarum esse requiem, non cruciatum. Quamobrem & Ferdinandum quondam Neapolitanorum Regem, vt immanem, & ferum taxat Iouianus Pontanus, quod qui ceruum, aprúmve occidissent, furtimve, palámve, remo addiceret: sicut & eos qui in propriis etiam agris, glandes aut poma legissent: quæ seruari volebat in escam feris ad venationis suæ vsum. Quos triremium D præfectos vocamus, plerique trierarchos appellant. Triremen enim Græci trierem dicunt. Cicero.[o] qua de re Charidenum Chium testimonium priore actione dicere audistis, sese cum esset trierarchus, & Verrem ex Asia decedentem prosequeretur, iussu Dolabellæ fuisse vna cum isto Sami. Tranquill.[p] datóque negotio trierarchis, qui liburnicam, qua aduecta erat velut fortuito cursu confringerent prorraxit conuiuium. Vlpianus.[q] Nauarchos & trierarchos classium iure militari posse testari, nulla dubitatio est. Tacitus.[r] Respicit Anicetum trierarcho Herculeo, & Oloarito centurione classiario comitatum. Et inferius. Circumsistunt lectum percussores, & prior trierarchus fu-

l Tranq. in Aug. cap. 32.
m Tranq. in Tibe. cap. 8.
n Paul. Iouii Lib. 35.
o Cic. 3. in Ver. actio.
p Tranq. in Nero. cap.
q l. 1. ff. de bo. poss. ex testa. mil.
r Tac. lib. 4.

s Tacit.li.18. ste caput eius affixit. Et alibi. [s] Nec defuere qui trierarchos nomine Neronis accirent. Trierarchi nutantes, ceu dolo alloquendos sibi milites, & paratis omnium animis reuersuros firmauerunt. Et iterum. Et contradicere ausos Claudium Pirrhicũ trierarchum liburnicarum ibi nauium, Quintium Certum Equitem Romanum interfici iubet. Dicuntur etiam liburnicarum præfecti. [t] Liburnicas enim Romani naues leuitate, celeritatéq; præstantes, quales sunt biremes, & triremes appellauere, [u] quod vel ex nouissime citato Taciti loco, deprehendi potest. Item & ex Tranquillo dum ait, [x] vtrobique parte liburnicarum demersa simulque eius in qua vehebatur, fusis armamentis, & gubernaculo defracto. Lucianus. [y] Instituenti mihi in Italiam nauigare, velox atque citatum nauigium apparatum erat, ex triremibus istis quoddam quibus maxime Liburni, quæ gens ad Iouium sinum habitat, videntur vti. Qui damnatis ad remum præsunt, eorumque præcipuam curam agunt, ergastularij nautici dici possunt. Ergastula enim dici constat in quibus vincti, compeditique seruantur, quod Plini. his verbis innuit, [z] at nunc eadem illa vincti pedes, damnatæ manus, inscripti vultus exercent. Et mox. Sed nos miramur ergastulorum non eadem emolumenta esse, quæ fuerunt Imperatorum. Iuuenalis. [a]

t Alc l ma. gna negligentia ff. de verb. signif.
v Appia. in lib. Illirico.
x Tranq. in Aug. cap. 17.
y Lucia. in dial. de amo.
z Plin. lib. 18. cap. 13.
a Iuue. sat. 8.

Quid facias talem sortitus Pontice seruum
Nempe in Lucanos, aut Thusca ergastula mittas.

b Colum. li. 1. cap. 8. Columella. [b] Nam illa solemnia sunt, omnibus circumspectis, vt ergastuli mancipia recognoscant, vt explorent an diligenter vincta sint, an ipsæ sedes custodiæ satis tutæ munitæque sint. Et rursum. Tantóque curiosior inquisitio patrisfamilias debet esse pro tali genere seruorum, ne aut vestiariis, aut in cęteris præbitis iniuriose tractentur, quanto & pluribus subiecti vt villicis, operam magistris, vt ergastulariis magis obnoxij perpetiendis iniuriis, &c. Ipsi etiam vincti, ergastuli vel ergastula nominabantur. Lucil. non ergastulus vnus, & alius iudicem opposuit, vt nemo sententiam libere magis, quam ergastulus dicere possit. Plinius. Coli rura ergastulis, pessimum est, & quicquid agitur à desperantibus. Sed cum à multis annis, nullæ fuerint in hac prouincia publicæ Regiæque triremes contigeritque idcirco vt multi ex his, qui ad remum damnati fuerant, dum expectaretur qui eos Massiliam ducendos reciperet, morbo absumeren-

A tur: alij vero diutino carceris pœdore, variis ægritudinibus affecti, inutiles facti remigio essent, dubitari non semel vidi, quid de superstitibus constituendum esset. Et plerisque videbatur Principem adiri debere, qui de ea re, quod equum sibi videretur, statueret: rémque interim totam in suspenso relinqui: cum Vlpiani responso traditum sit iudicem postquam semel sententiam dixerit, iudicem esse desinere: neque amplius emendare sententiam suam posse. Semel enim (vt ille ait) siue male siue bene functus est suo officio. [b] Vnde & Callistratus. Diuos fratres Aratio Silloni rescripsisse, ait, non solere prouinciarũ Præsides, ea quæ
B pronunciauerint, ipsos rescindere. Veticæ quoque Italicensi rescripsisse, suam mutare sententiam neminem posse, idque insolitum esse fieri, non enim ab alio, quàm à Principe, pœna cuiusquam sententia irrogata, imminui, vel immutari potest. Sed ad Principẽ referri debet, vt ex authoritate eius, pœna aut permutetur, aut qui damnatus sit liberetur. [c] Sicque nonnunquam Senatui nostro placuit. Sed cum postea similis dubitatio occurrisset, videreturq; mora periculum allatura, quod multi ex damnatis in dies carceris tædio, squalore, illuuiéque conficerentur:
C alij per ætatem, vel valetudinem ducendo remo minus idonei apparerent, visum est Senatui pœnarũ illis irrogatarum permutationem fieri. Quamobrẽ plerique ex iis flagellis cæsi, auribúsque mutilati, & perpetuo exilio damnati sunt: alij temporario: nonnulli etiam qui operi faciendo non omnino inepti nec inhabiles videbantur, in insulam Corsicam, ad opera publica relegati sunt. Nam & ante paucos quam hoc decerneretur menses, Princeps edicto suo, ea pœna si videretur noxios affici præceperat, hanc autem suppliciorum commutationem, iustissimè factã fuisse, dubium non est, sine qua impune plerisque fuisset deli-
D quisse: & iis maxime qui remigiis operi inutiles facti erant: qui carcere diutius asseruati, neque publicè vtilitatem aliquam allaturi, neque exemplo futuri cæteris erant. Ideóque & Modestinus in metallum damnatos, si valetudine, aut ætatis infirmitate, inutiles operi faciendo deprehendantur, ex rescripto diui Pij à Præside dimitti posse respondit. [d] Vnde maiore ratione alia pœna afficiẽdos decernere potest, si modo sufferre ipsi eam possint, ne omnino inulta maleficia maneant. Quapropter & consultus à Plinio Cecili. Traianus quid illi de quibusdam senibus in opus publicum, vel ludum damnatis, decernendum esset, qui nullo idoneo authore liberati essent dimitti ne, an po-

b l. iudex posteaquam ff. de re iudic.

c l. diui fratres & l. moris §. 1. ff de pœn. l. 1. § fin ff. de quæst. l. pœnã C. de pœn.

d l. in metallũ ff. de pœn.

tius reddi pœnæ suæ deberent, rescripsit, senes illos in ea mini- A
steria distribui debere, quæ non longè essent à pœna, vt ad bal-
nea, purgationes cloacarum, munitionesq; viarum. [e] Nec quid-
quam obstat quod diximus iudices dictas à se sententias, nec re-
uocare, nec mutare posse. Id enim de municipalibus, obnoxiæ-
que sententię iudicibus accipiendum est, nec ad senatum cuius
suprema est authoritas cuique leges intendere, vel mitigare li-
cet, [f] producendum est.

e Traia. Plin. epist. Plin. ij li. 10.

f Plin. vrso. epist. lib. 4.

Id autem inter nostros ambigitur, an hoc remigij supplicio
animaduertere Pontificius Iudex in eos possit, qui sui fori sint, B
suæque iurisdictioni obnoxij, quibusdam existimantibus id sibi
nefas non esse. Nam & Pontifex Innocẽtius, primi apud eos no-
minis, quamuis in metallũ damnationis pœnæ, nulla in canoni-
bus extet mentio: si tamen sceleris alicuius comperto, Pontifi-
cius iudex illam indixerit, non improbè fecisse videri tradidit:
neque iudicium illud vt iniustum vel irritum circumscribendũ
esse, [g] vnde & remigio damnare poterit, hęc enim pœna illius in
locum, quæ iam pridem exoleuit successisse vulgo creditur, [h]
quam sententiam & illud adiuuat, quod Augustin. pro quibus-
dam clericis apud comitem Marcellianum intercedens ne eos C
quamuis homicidij conuictos, morti traderet, scripsisse dicitur
in hæc verba, hoc magis sufficere volumus, vt viui & nulla par-
te corporis truncari, vel ab inquietudine insana ad sanitaris otiũ
legum coërctione dirigantur, vel à malignis operibus, alicui vti-
li operi deputentur. [i] Nec dubium est quin hac pœna animad-
uersum olim non in clericos modo, verumetiam in monachos
fuerit, vt ex iis cognoscere licet, quę de damnatis à Palladio sub
Valente (quod Arianæ hæresi subscribere nollent) scripta apud
historicos reperimus, de quibus Theodoretus, Multi (inquit)
flentium arrepti & in carcerem ducti, deinde castigari, lacerari, D
verberati nouissime in metalla sunt traditi: viri vtique ecclesiæ
& propter diuinum zelum valde pugnantes. Erant enim pluri-
mi eorũ monachi eremum incolentes numero viginti tres. [k] Ni-
cephorus. Permulti námque qui plorabant comprehensi & pri-
mum in vincula coniecti, deinde diuerberari, cæsi & cruciati
ad Phennesia & Proconnesia metalla sunt damnati, homines
propter diuinum ardorem egregij ecclesiæ propugnatores:
quorum plures monachi erant, solos locos per virtutis & pie-
tatis exercitium incolentes. [l] Eusebius. Tum vero valentis bel-
la quæ ecclesiis inferebat, in hostem cœpta conuerti, seráque
pœniten-

g Inn. c. qualiter 1. de accusa.

h Inno. l. 2. ff. de pub. iud. Capic. decisio. Neapo. 153.

i Can. 1. 23. q. 5.

k Theodoretus tripar. histor. lib. 7. c. vlt.

l Nicephorus ecclesiast. hist. lib. 11. cap. 28.

A pœnitentia Episcopos & præsbyteros relaxare exiliis ac de metallis resolui monachos iubet. [m] Adde quod ecclesiasticus iudex clericum carcere perpetuo continendum damnare potest: [k] quæ pœna à damnatione in metallum, vel remigium, non ita multum abest. [l] Imo non desunt, qui extremum eam supplicium appellét. [m] suntque etiam qui morte ipsa grauiorem censeant: nec immerito quandoquidem leuius id videtur supplicium quo quis statim interit, quam quum sine vlla salutis spe diutius affligitur. [n] Ego quamuis summo iure sententiam hanc defendi posse non dubitem, sciamque in Italia maximè hac du-
B cendi remi pœna à Pontificiis, officiis, in sacerdotes, sacrisque initiatos plerumque animaduerti crediderim, tamen decentius facturos Iudices Pontificios, si ab ea temperauerint: neque sacerdoti cuiquam irrogandam censuerint, quis enim non indignum ducet sacerdotes (qui apostolico gradui succedentes, Christi corpus sacro ore conficiunt) [per quos & nos Christiani sumus, qui claues regni cælorum habentes, quodam modo ante diem iudicij iudicant, qui sponsam domino, sobria castitate conseruant, quibusque maior dignitas collata est, quam angelis, [o] tam perpetuo ac infami supplicio addici, vbi
C tanta scelestorum copia, tantus squalor, tantus denique omnium ærumnarum, ac immunditiarum aceruus, vbi insuper passim damnatos nudari, & flagellis à prophanis cædi quotidianum est: vt non immerito. Parisiensis senatus iudicio damnatus quandoque fuerit Bituricensis quidam antistes, quod sacrificulos aliquot liburnicarum præfecto vinciendos, remigioque mancipandos tradidisset. [p] Nec me tamen præterit, Senatum eundem sæpiuscule sacerdotes ipsos, aliosque ius initiati verticis vsurpantes grauissimorum facinorum reos, etiam non exauguratos, & infulis exutos, eodem animaduersionis genere
D affecisse. Cuius exemplo Senatus noster, ante paucos quam hæc commentarer annos sacerdotem quendam atrocissimum facinus admisisse conuictum, (nempe virgini nondum viro maturæ, sibique in disciplinam traditæ, pudicitiam eripuisse) citra vllam etiam exauctorationem, remo Regiæ triremis addixit. Quod tamen consultum, quantum ad neglectam exaugurationem attinet primariis quibusdam viris & in his Hospitali Cancellario displicuisse scio. Qua de re cum mihi sermo Nanetis cum Sanmartino libellorum in Regia magistro fuisset (tum enim Nanetis in regio comitatu erat) & ad decreti.

m Euseb. lib. 11. cap. 13.

k Cap. pœn. de hæret. cap. nouimus de verbo. sig. c. quanuis de pœn. in 6.

l Can. säc. vbi glo. 15. q. 3. c. k. hels de simo. Spec. tit. de instr. edit. § compendio versic. quum de bannito. felin. d. c. qualiter & quando de accus.

m Bal. l. programma C. com. vel epist.

n Cardinalis cap. cum non ab homine de iudic.

o Hiero. in lib. de vita heremit. & in epist. ad euagrium.

p Duar. de sacro eccl. mini. lib. 1. cap. 3.

A illius defensionem, præter sceleris grauitatem, & quæ supra dixi, hoc quoque adduxissem, quod ex communi nostrorum interprerum sententia exauctorari non debeant, nisi qui tam arrox facinus admiserunt, vt grauiore animaduersione digni videantur, quamquæ à Pontificiis iudicibus irrogari possit. [q] hanc à pontificiis infligi posse. fatebatur quidem sacerdotem illum grauissimam animaduersionem commeritum, sed ita vt prius infulis, vestituque omni ecclesiastico exurus, ac cætera resecratus, sacerdotali ordine moueretur. nec iis assentiebatur qui hoc supplicium à Pontificiis etiam infligi posse contendunt: vt cuius nullibi in canonibus Pontificumve sanctionibus mentio extet, sicut nec damnationis in metallum. Cui sententiæ & ipse facile accesserim: ob ea quæ de sacerdotali dignitate, dicta sunt: tametsi putem huius exauctorationis, quam actualem degradationem dicunt, nullum fuisse apud vetustiores, vsum. Nec iis assentior, qui de ea diuum Augustinum locutum putant, cum dixit. Quod Moyses Dei famulus in aliquos gladio vindicauit, & Phinees sacerdos adulteros simul inuentos, vltore ferro confixit, hoc vtrique degradationibus, & excommunicationibus significatum est esse faciendum in hoc tempore, cum in ecclesiæ disciplina visibilis fuerat gladius cessaturus. Non enim de hac quæ in id fit vt sacerdos prophano iudici dedatur ad pœnam, locus ille intelligendus est: sed de verbali illa quam depositionem dicunt, cuius & in canonibus apostolorum, & in ecclesiasticis historiis subinde mentio fit. Quod & postrema illi ipsius verba, satis indicant, cum ait hoc tempore visibilem gladium cessare debere. Vt sic appareat perperam sentire, qui inde annotant, in prima illa vererum, ac sanctorum patrum ecclesia, vsu receptam exauctorationem illam fuisse, sed amore vbique in ecclesia recepto, temere recedendum non est. Nec me de hac sententia deducit, quod Paris Puteanus tradit, eum qui nummis acceptis, cædem admisisse testibus idoneis, vel argumentis probabilibus conuictus fuerit, quem assasinum vocāt, posse solemnibus exauctorationū omissis, à prophano iudice, extremo supplicio affici: ceu vero legis auctoritate desecratus sit. [r] Id enim cæteris pontificij iuris interpretibus crebrius displicet. A quibus & Pontificia illa constitutio quam Paris citat, de verbali, quam depositionem vocant, accipitur. Nam & illud receptissimum est, extremam pœnam, initiato non antè irrogari posse, quàm actu exptinctus,

[q] Cap. 1. de pœnis lib. 6. dect. cap. cum non ab homine de iudiciis.

[r] Par. in tract. synd. char. 38.

B C D

A alboque initiatorum crasus fuerit.[s] Nisi sæpiùs emendatus non resipuerit, ad hunc enim puniendum, exauctoratione nihil opus esse contendunt.[t]

Sed longius forte, quam oportuit, euagatus sum. Dignum tamen quod in literas mittatur, antiquis principum nostrorum constitutionibus, certum tempus huic supplicio non præscribi, sed à iudicibus, nunc longius, nunc recisius, prout admissum suggesserit, iniungi. Nouissime tamen huic pœnæ, si perpetua non sit, decennij spatium præfinitum est, edicto Caroli noni Galliarum regis. B Is enim anno 1564. mense Nouembri, rem nauticam constitututus, dum triremes quæ in portu Massiliæ stationem habebant, ergastulaque recognoscit: plurimæ ad eum querelæ, ab iis deferuntur, qui temporario opere mulctati, vincti, compeditique in his triremibus erant. Quidam enim cum ad annum tantum, vel biennium, alij ad quatuor, aut sex annos damnati essent, se decem, vigintique & eo amplius annis miserè retentos lamentabantur, neque precibus, quantumuis assiduis, aliave qua ratione obtinere potuisse, vt libertati suæ redderentur: dissimulantibus, modisque omnibus tergiuersantibus Liburnicarum præfectis, ac eorum ministris, C qui ne Scythis immaniores, humanitatem prorsus omnem exuisse videantur, regij obsequij, publicæque vtilitatis, velamentum suæ illi sæuitiæ, ceu auleum quoddam obtendunt: causanturque operi remigij (cui addicti sunt) tum demum idoneos incipere fieri, qui in id ad quatuor, vel sex annos dantur: cum desinit tempus damnationis, durumque esse illos qui in id opus ideo dantur, vt publice vtiles sint tum dimitti cum maior, vberiorque fructus ex eorum operis percipi potest, sicque rem turpissimam, honesta præscriptione tegere nituntur. D Quod rex iniustum, alienumque ab omni ratione, & æquitate esse censens, oculosque misericordiæ ad damnatos illos adiiciens: cum libertati eorum, quoad eius pro tempore fieri potuit, primum prospexisset, futuris etiam incommodis consultum ire cupiens, ne quis posthac ad remum datus, præter tempus damnationis detineatur & grauiorem quam quæ constituta in eum sit pœnam sufferat, de reginæ genitricis suæ, procerumque, qui illum sanguine contingunt, & eorum qui ab intimis illi consiliis sunt, sententia, perpetuo sanxit edicto, ne quis in posterum ab obnoxiis,

s Steph. aufr in repet. clem. 1. de offic. ord. hypol. Marsil. l. 1 ff ad l. Cornel. de sicca. & l. 1. C. de rap. virgi. doct. d c. at si clerici & d c. cum non ab homine.

t Panor. barbat. & alij d. c. cum non ab homine.

ſummiſve iudicibus,& à quibus prouocatio non eſt, in breuius, quam decem annorum tempus, huic operi remigij mancipetur: quod edictum die octaua Februarij anni 1565. in ſenatu A
Britanniæ, poſtulante regia aduocatione, palam à ſcriba recitatum, promulgatum, & in actis perſcriptum eſt. Id autem mirum videri poteſt, quod tandiu is abuſus magiſtratuum conniuentia, & eorum quos penes rerum ſumma eſt, toleratus fuerit. Quid enim iniquius, quam de indemnato ſupplicium ſumi? An non vero de indemnato ſupplicium is ſumit, qui pœnam in longius tempus, quàm quod damnationis ſententia continetur, producit? Conſtat enim (vt Papinianus B
ſcribit) temporariam coërctionem pœnæ quæ ex ſententia deſcendit, eſſe abolitionem, reſcripſeruntque ideo fratres Imperatores, ſeruos in temporaria vincula damnatos, libertatem & hæreditatem, ſiue legatum, poſtquam tempus expleuerint, conſequi.[u] Alibique traditur, ſeruum in opus temporarium datum, peracto tempore domino eſſe reddendum.[x] Id autem decennij ſpatium huic ſupplicio ideo præſtitutum eſſe, vel ex verbis edicti ipſius apparet, quo qui ei addicuntur, publicè vtilitatem afferant: quod non æque eueniret, ſi ad annum, bienniumve, aut aliud breue tempus C
damnare liceret. Vix enim fieri poteſt, vt tam breui temporis curriculo remigandi peritiam aſſequi quiſquam poſſit. Vt non ab re reſponſum à Modeſtino ſit, ſit ſine præfinito tempore in Metallum dato, imperitia dantis, decennij tempora præfinita videri.[y] Neque enim in hoc aliudve publicum opus idcirco tantum ſontes deduntur, vt cæteris exemplo ſint, verumetiam vt ex iis aliquis vſus haberi poſſit.[z] Vt ſic appareat turpiter lapſos latrunculatores, qui ante hanc conſtitutionem, noxios ad opus remigij in ſex menſes nonnunquam dabant. D
Quæ enim vtilitas ex iis haberi potuit, quos certum eſt expleto tempore pœnæ, non ſatis adhuc idoneos fuiſſe, vt rudimentum tyrocinij deponerent nec minus (vt mea fert opinio) delirant, qui iuuenes vixdum pubertatem egreſſos, defectæ ſenectutis homines, mancos, debiles, claudos, maleualentes, & membris fere omnibus captos, aut alios, cuius nullæ operæ eſſe poſſunt, triremibus addicunt: cum ſupra dixerimus in metallum damnatos, qui inutiles operi faciundo depræhenſi fuerint, dimitti à præſide poſſe. Reſponſumque ab Vlpiano ſit, eum quem ita ſenio,& corporis imbecillitate vexari præſes animad-

u l. fratres ff. de pœnis & l. Ariſto. ff. de manumiſſ. teſtam.

x l ſeruus ff. de pœn.

y l ſine præfinito ff. de pœ.

z Aliia l licet capitalis ff. de verb. ſignif.

A uerterit, vt personali muneri, quod iniunctum illi sit, obeundo, non sufficiat: dimittendum & alium constituendum. [a] Præstat enim corporis debilitas, excusationem munerum eorum, quæ corpore tantum implenda sunt. [b] Non igitur mancipari quisquam huic ministerio debet, nisi qui valens & robustus sit, huiusmodique ætatis, vt operam non inutilem præbere queat. Vnde & Augustus, quod iam diximus, pseudo Alexandrum, propter habitudinem corporis,& quia valido esset corpore, remigum ordinem inseruit. Nec ad rem facit, quod Vlpianus dixit,esse quoque impuberis ministerium,si forte vel librarius,vel
B nomenclator,vel calculator sit,vel histrio, vel alterius voluptatis artifex. [c] Non enim triremibus noxij addicuntur, vt libros scribant, rationes subducant, histrionicam exerceant, quidve aliud simile faciant: sed vt remum ducant: quod ab infantibus fieri non potest. Vt non ab re dixerit Pomponius. Si infantis vsufructus legatus sit,interim dum in ea ætate est, vsum fructum nullum esse. [d] Sed de his forte nimium multa. Illud hoc loco tractari non incommodè potest, quid de his statui oporteat, qui remigio ad tempus, vel in perpetuum deputati, soluti extra triremes reperiuntur? reddi ne pœnæ suæ debeant an ve-
C to grauius aliquid in eos decerni? Et putem quod de damnatis in metallum constitutum est,ad hos porrigendum esse. [e] Vt ex hoc,sicut illo opere refugæ summo supplicio afficiatur. [f] † Nam & cum edicto diui Hadriani, in refugientes ex opere cui addicti sunt,gradus pœnarum constituti sint: [g] quid est aliud, quod seuerius in hos decerni possit? Proinde & senatus nostri consultis,quæ in hos feruntur, id adiici solet, vt si soluti depræhensi extra triremes fuerint,solennibus iudiciorum omissis, protinus pensiles laqueo præfocentur.Quod non ita tamen acerbe,præfractéque accipi velim, vt non prius copiam fieri eis censeam,
D docendi, principis venia se liberatos, aut à præfectis triremium aliqua ex causa dimissos. [h] Tametsi enim præfecti, dimittendi eos ius non habeãt: [i] iniquissimum esset capite in eos animaduerti,qui non sua voluntate, sed coacti, aliterve dimissi, è triremibus exierunt. Quandoquidem & nostri iuris authores nominatim de refugis loquuntur, quorum appellatione ij conti-

a l.2.§. quem ita ff. de vacat.mu.

b § corporis eadem l.

c l. vt iurisiurandi §. dabitur ff. de oper. liberto.

d l.si infantis ff.de vsufr.

e Arg.l.vnic. §.C.de re.vxo.act.§ fuerat inst. de actio.

f l.capitalium § in exulibus ff.de pœn.l. penult.§.fin. ff.de extraord.crimi.

g d.§.in exulibus.

h Arg. l.3.§. si ad diem & l.qui commeatus ff. de re milita.

i l relegati ff. de pœn.

† Exilio mulctatus si postea in prouincia interdicta reperiatur,verberibus cædi placuit Burdegalensibus conscriptis 23. men. Ian.an. 1599. licet qui deliquerint,iussa præsidum aut decreta senatus excesserint, non afficiuntur vltimo supplicio.vti iure Romano,quod iamdiu desiit esse in vsu cum his quæ dicis hic Langlæus.

nentur, qui metallo, vel alij cui operi, & pœnæ addicti, fuga se A subducunt. [k] Constatque & in his nullam aliam augendæ pœnæ causam afferri posse, quàm ipsorum contumaciam, quia dictæ aduersus se sententiæ non parentes, ab opere cui addicti erant, se subtraxerunt: contumacia enim (inquit Martianus) cumulat pœnam.[l] Vnde & deportatus, ab insula, ab hostibus captus, & redemptus, pœnæ tantum suæ redditur: nec amplius quidquam in eum constituitur. [m] Quamuis in hunc refugientem, indictisque locis excedentem, vel interdictis non abstinentem capite animaduerti debeat.[n] Quo pacto & de metallo B captus, redemptus, in pœnam tantum suam reuertitur, nec vt transfuga metalli punitur. [o] Quod vero ad illos attinet, qui in tempus huic operi deputati refugiunt, dubium non est qui in perpetuum damnari debeant. [p] Nam quod Vlpianus dixit, eos qui in opus publicum ad tempus dati, refugiunt, duplicato tempore damnari solere, [q] de iis intelligendum esse, fidelissimus ille sui ipsius interpres, subiicit: qui in angustum aliquod, breuéque tempus damnantur, non qui in decem annos: & his enim perpetuari pœna debet: etiam si initio statim decennij aufugerint. Generaliter enim (infit ille) dicitur, quoties decennium excessura est duplicatio, non esse tempore pœnam C arctandam. [r] Quæ itaque de pœna demnatorum augenda, diximus, sic accipienda sunt, dum de fuga eorum clarè liqueat, siue in tempus, siue in perpetuum damnati sint, alioquin nihil grauius in eos decernendum putauerim etiam si non doceant, quo pacto pœnis, in quas damnati fuerint, exoluti sint, neque vlla moniméta, quibus liberati probentur, proferant: accedant modo coniecturæ aliquæ, quibus fugæ suspicio minuatur. [s] Nam & in hac specie Traianus Plinio rescripsit, satis esse, damnatos in opus, pœnæ suæ reddi, cum essent qui dicerent, deprecantes, iussu proconsulum, legatorúmve dimissos. Quibus ad- D debat fidem, quod credibile erat, neminem hoc ausum sine authore. Quod si ob senium, aliudve animi vel corporis vitium, remigio minus idoneos, à præfectis amendatos esse constiterit: æstimabit senatus de his dimittendis, modo non minus decem annis pœna sua functi sint. [t] Alioqui satius fuerit, secundum ea quæ supra dixi, pœnarum permutationem fieri. Eam tem ita fieri conueniet, vt quàm minimùm fieri possit. dispar illi sit, quæ prius irrogata est, habita ratione temporis eius, quo

k l. aut damnum §. inter eos ff. de pœn.
l d. l. relegati.
m l. in bello §. fide portatum ff. de capt.
n d. l. relegati & d. §. in exulibus.
o d. §. si deportatum.
p d. §. in exulibus.
q d. l. aut damnum §. quisquis.
r d. §. quisquis versic. generaliter.
s Arg. l. non omnes §. à barbaris ff. de re milit.
t d. l. in metal.
u Arg. d. §. quisquis.

A damnatus in opere fuerit: [u] nisi iusta aliqua causa tractari clementius eum suadeat, vt quia diu ante toleratus impunè egerit. Videtur enim (quod alibi diximus) lapsus ille temporis, iustam minuendæ pœnæ causam præstare. [x] Idque maximè si modestè, frugaliterque vixerint. Nam & hac ratione Traianus vetustiores, & ante decem annos in opus damnatos, mitius puniri voluit, in eaque ministeria distribui, quæ non longè essent à pœna.

x Dixi in capitulo de criminalis delationis præscriptione apud armericos.

B



C

A



IANI LANGLAEI REGII IN SENATV BRITANNIÆ CELTICÆ CONSILIARII, SEMESTRIVM

B

Liber Vndecimus.

DE SENTENTIIS IN CAVSA CAPITIS DICTIS EARVMQVE PVBLICATIONE & ex quibus causis earum executio differri debeat.

C

Sententiam in causa capitali dictam voce præconis & sonitu tubæ peruulgari, titulúmque causæ damnationis inscribi, vetustissimum esse.

CAP. I.

D



MOribus in Gallia, vbique ferè receptum est: vt cum de damnato supplicium sumitur, sententiæ instrumentum, in loco supplicij, publicisque quibusdam plateis, vel quadriuiis, præeunte verba vel actuario, vel ipsius subadiuua, voce præconis inuulgetur: quo populus, pœnæ à reo expetitæ causam intelligat: eoque exemplo à simili facinore perpetrando, cæteri auocentur. Quod peruetustum esse, & à Romanis, iampridem vsurpatum, vel ex Spartiano colligere licet,

A cet, cum de Seuero agens ita scribit. [a] Acta quæstura Sardiniensi, legationem Proconsulis Africæ accepit. In qua legatione cũ eum quidam municipum suorum, Leptitanus, præcedentibus fascibus vt antiquũ contubernalẽ ipse plebeius amplexus esset, fustibus eum sub elogio eiusdem præconis cæcidit, legatũ pop. Rom. homo Plebeius temerè amplecti noli. Item & ex Lampridio in Alexandro Seuero dum infit. Turinum fumi venditorem, in foro transitorio ad stipitem ligari præcepit: & fumo apposito, quem ex stipulis, atque humidis lignis fieri iusserat: necauit B præcone dicente: fumo punitur, qui vendidit fumum. Et rursum. Clamabat sæpius quod à quibusdam siue Iudæis, siue Christianis audierat, & tenebat: idque per præconem cum aliquem emendaret, dici iubebat: quod tibi non vis, alteri ne feceris. Dion in Iuliano. Narcissum Seuerus bestiis obiecit: præcone ita pronunciante: hic est qui Commodũ suffocauit. Idem in Seuero. Tandem vero (inquit) Bulas voce præconis bestiis obiectus est, Ambrosius, de sententia à Symphonio vrbi præfecto in Agnetem virginẽ dicta. Adhæc insanus iudex iussit eam expoliari, & nudam ad lupanar duci, sub voce præconis dicentis, Agnem sacrilegam virginem, diis blasphemiam inferentem, C scortum lupanaribus datam. [b] Simeon Metaphrastes de Valeriano iubente Almachio præfecto virgis cæso, tunc iratus præfectus iussit cædi virgis. Dum beatus verberaretur, præco magna voce clamabat, deos & deas noli maledictis incessere. Idem de Anania. Luciani præsidis imperio, flagellis admonito, quod nec Christum abnegare, nec gentiles deos colere vellet. Atque (inquit) ille quidem sic orabat assidue, sed preces exceperunt protinus plagæ in nudo dorso. Præterea autem præcones quoque acclamarunt. Pare præsidi, & diis sacrificia præpotentibus. D Nicephorus de Vsthazane à Sapore Persarũ rege capitis damnato. Præconem publice omnibus promulgare iubeto, Vsthazanem morte multari, non qui in regiam aut regnum quidquam admiserit, sed qui sacra Christianorum professus, minime regi parere voluerit, propterea supplicium sustinere. [b] Petronius arbiter. Me cœpit verberare non perfunctorie adiectis & petulãtibus dictis. Sic diuidere cum fratre nolito. Extat & Gordiani Cæsaris rescriptum ad hunc locum maximè pertinens in hæc verba. Fustibus cæsum cui per præconem ita dictum est Græcè συκοφάντης vt calumniatorem videri notatum: idcóque

[a] Spartia. in seuero.

[b] Ambr. sermo. 90.

[b] Nicephor. lib. 8. cap. 36.

c l. fustibus C. ex quibus causis infa. irrog.

esse famosum manifestum est. [c] Videtur & ad id Horatius allusisse cum dixit. [d] A

d Hor. epod. od. 4.

Sectus flagellis hic triumuiralibus
Praconis ad fastidium:

His enim versibus significat Menam Pompeij Magni libertum, triumuirorum imperio fustibus tandiu cæsum, donec præco per quem pœna renunciabatur & populus ad spectaculum supplicij conuocabatur, in tædium deuenerit. Huc spectat & quod Plato cum lege cauisset, ne quis in foro rei venalis suę duo pretia diceret: alioqui tot verberibus publice cæderetur, quot drachmis vendidisset: iussit etiam præconis voce causam cur is verberaretur, declarare. [e] Fit & à Suida cuiusdam mētio, quem Pisistratus, quod edictum quoddam suum aspernatus esset: flagris in via cædi iussit, præcone proclamante: iste verberibus cæsus interficietur, quod edictum contempsit. Sunt & qui eodem pertinere credant: responsum illud Vlpiani, quo traditur, eum qui per genium principis peierauerit, fustibus castigandum, & ita ei superindici (vel vt alij) legunt superdici προπετῶς μὴ ὄμνυε, id est petulanter ne iura. [f] Existimant enim superdicere idem esse, quod præconis voce pronuntiare, & inter cædendum pœnæ causam dicere. Quamuis quibusdam magis arrideat, vt superdicere sit præter id quod dictum est, dictis subiungere. Vtcumque sit apparet verbis illis animaduersionis causam ad aliorum emendationem indicari: siue à præcone, spiculatore, aut alio dicta sint. Sicut & apud Tranquillum cum ait. [g] Alterum qui se pro salute ipsius vouerat, cunctantem pueris tradidit verberatum, infulatúmque, vt votum reposcentes per vicos agerent, quo ad præcipitaretur exaggere. Votum enim reposcendo, manifestam supplicij causam faciebant. Fuit etiam apud veteres id in more positum, vt præconio quidem sententia non publicaretur: sed titulus ascriberetur, qui damnationis causam significaret: qualis ille fuit, quem cruci seruatoris nostri Iesu Christi impositum in Euangelio Mathæi & Lucæ scriptum legitur. Fiebatque etiam huiusmodi inscriptio in exemplum aliorum. Cuius rei frequens est apud veteres mentio. Tranquillus in Caligula. [h] Romæ publico epulo seruum, ob detractam lectis argenteam laminam carnifici confestim tradidit, vt manibus abscissis, atque ante pectus à collo pendentibus, præcedente ti-

e Plato lib. de legi. 11.

f l. si duo patroni § fin. ff. de iureiu.

g Tranq. in Calig. cap. 27.

h Tranq. in Calig. cap. 32.

B C D

A tulo, qui causam pœnæ indicaret, per cœtus epulantiũ circumduceretur. Idem in Domitiano.[i] Patremfamilias, quod Thracem Mirmilloni parem, numerario imparem dixerat, detractũ è spectaculis in arenam, canibus obiecit, cum hoc titulo, impie locutus parmularius. Dion in Augusto.[k] Cum pater Cæpionis alterum seruorum, qui cum filio eius fugerant, manu mitteret, quod ei ad mortem cum raperetur, opitulari voluisset: alterum qui herum prodidisset, per medium forum traductum cum tabula causam supplicij indicante, in crucem tolleret. Augustus id factum indigne non tulit. Eusebius.[l] Cúmque Attalus cir-
B cumactus fuisset in Amphiteatro titulo se præcedente in quo scriptum erat. Attalus Christianus, fremere in eum vulgi insanientis furor vehementius cœpit. Nicephorus.[m] Secundum hanc Attalus in theatrum ducebatur, cui tabella præferebatur, cum inscriptione huiusmodi hic est Attalus Christianus. Videtur & ad hũc morem respexisse Tertullianus cum dixit.[n] Quid de tabella recitatis illum Christianum? Id autem à veteribus non in veris tantum, sed in fictitiis etiam adumbratisque suppliciis (quæ illi nonnunquam repræsentabant, [o]) obseruatum fuisse comperi: vt in damnatos ita animaduersuri, sententiam
C voce præconis vel promulgarent, vel damnationis titulum inscriberent. Quod ex Trebellio Pollione in Gallieno, & Tranquillo in Nerone planum fit, dum ita scribunt. Trebellius Pollio. Cum quidam gemmas vitreas pro veris vẽdidisset eius vxori, atque illa re prodita, vindicari vellet, surripi quasi ad leonem venditorem iussit. Deinde cauea caponem emittit: mirantibúsque cunctis rem tam ridiculam, per curionem dici iussit. Imposturam fecit, & passus est. Deinde negotiatorem dimisit. Tranquillus.[p] Alterius statuæ eius collo, ascopera deligata, simulque titulus, ego quid potui? Sed tu culeum meruisti. Qui-
D bus verbis significatur sacculum pelliceum collo statuæ Neronis alligatum, veluti symbolum culei cum inscriptione quæ causam pœnæ indicaret: nempe culeo eum dignum esse qui matrem occidisset. Dion vero statuæ Neronis, non tantum culeum appensum supplicij, quod commeruerat indicem, scriptum reliquit, verumetiam puellum in foro expositum, alligata ad eum tabella, in qua scriptum erat. Non te tollo, ne matrem occidas.[q] Huius autem moris, quantum ad imaginaria supplicia attinet, quædam adhuc apud Gallos supersunt vestigia, cum enim in absentem capitalis sententia dicitur: tan-

i Tranq. in Domitiano cap. 10.
k Dion in Aug. lib. 54.
l Euseb. eccl. histor. lib. 5. cap. 3.
m Niceph. lib. 4. cap. 17.
n Tertull. in apolog. aduer. gen.
o Liui. ab vrb. cond. lib. 9. Ammian. Marcell. lib. 30. Plutar. in apophteg.
p Tranq. in Nerone cap. 45.
q Dion in Nero.

tisper donec ille prændi queat, tabula ad postem in celebri quodam quadriuio affigitur, in qua damnati effigies illo affecta supplicio depingitur cum inscriptione damnationis causam significante. In hac præterea nostra Britannia, plerúmque tabulę pictæ, sceleris faciem, imaginémque supplicij repræsentantes, ad portas vrbium, cum funiculis appenduntur: adscripto etiam damnationis titulo. Quod autem ad vera, quæ reapse in Gallia, exiguntur de sontibus supplicia spectat: titulum damnationis adscribi, proponique nullibi me legere memini: præterquam apud Gaguinum eo loci quo de Iano Audaci venenum parasse necandi Ludouici vndecimi Galliæ regis causa insimulato, scribit adhunc modum. Asseruatus est Ioannes Audax in publicis ædibus Parisiorum, deinde capite truncatus. Cui quatuor exsecta membra ad quatuor regni extremas regiones cum titulo proditionis furcis suspensa, omnes eius ædes dirutæ sunt: & natalis domus solo tenus sine vlla restitutionis spe euersa: inscripta ruinæ causa. [r] Illud præterea à veteribus nō in publicis tantum, verum in priuatis etiam ac domesticis animaduersionibus obseruatum nonnunquā fuisse comperi, vt aut titulus damnationis inscriberetur, vel aliud quidpiā, aut diceretur, aut fieret, quod emēdationis causam significaret, vt ex Spartiano cognosci potest, dum ait. Hadrianum cum quodam tempore seruum suum inter duos senatores è conspectu ambulare vidisset misisse qui ei colaphū daret & diceret noli inter eos ambulare quorum esse adhuc potes seruus. Sicut ex Ammiano Marcellino de Valentiniani crudelitate in irrogandis suppliciis ad hunc modum loquente: Africanus causarum in vrbe defensor assiduus post administratam prouinciam ad regendam aliam aspirauit, cuius suffragatori magistro Equitum Theodosio id petenti subagresti verbo responderat, abi (inquit) comes & muta ei caput qui sibi mutari prouinciam cupit. Et hoc elogio periit homo disertus ad potiora festinans vt multi. [s] Idem etiam à censoribus interdum obseruatum cum in aliquem animaduerterent: indicio est quod Gellius scribit illum qui à censore ita interrogatus, Et tu ex animi tui sententia vxorem habes? habeo dixit vxorem sed non hercle ex animi tui sententia, quod intempestiuè lasciuisset in ærarios relatum: causamque hanc ioci succurrilis apud se dicti censorem subcripsisse. [t] Sane quod apud nos ex more præco non ante sententiam peruulgat, quam sonitu tubæ coacto populo, silentium indixerit:

r Gaguinus in Ludouico 11.

s Ammianus Marcellinus lib. 29.

t Gell. lib. 4. cap. vltim.

A antiquissimum esse & à Romanis iam olim obseruatum, locupletissimus testis est Tacitus cum ita scribit. [r] In Publium Martium consules extra portam exquilinam, cum classicum canere iussissent, more prisco aduertere. Et Vegetius cum ait. [s] Classicum canitur, cum in militem capitaliter animaduertitur: quia hoc ex imperatoris legibus fieri necesse est. Huiusmodi verò animaduersiones quæ cum expressione causæ infligi solēt: cum propter exemplum fiant, vt cæteri à similibus peccatis, quæ prohiberi publicitus interest, metu cognitæ pœnæ deterreantur, à Græcis παραδείγματα, id est, exempla dicuntur. [t] Idcircoque cum B non nisi pro grauioribus atrocioribusq; sceleribus irrogentur, [u] exempla veteres pro maximis, grauissimisque pœnis vsurpabant. [x] Plautus. [y]

r Tacit. Annal. lib. 2.
s Veget. de remilita. lib. 2. cap. 22.
t Gell. noct. attic. lib. 6. cap. 14.
u l. moneat. C. si ser. exportand. venea.

--- *Exempla ædepol faciam in te*, Id est, grauiter te castigabo, vt alij isto exemplo deterreantur. Terentius. [z]

Miseret me: itaque vt ne viderem me misera huc effugi foras
Quæ futura exempla dicunt in eum indigna.

x Gell. d. cap. 14.
y in mostell.

Et paulò pòst.

Quid ais in quam exempla fient?

z Terent. in eunuch. act. 5. scen. 5.

Et rursum. A

C *Tu iam pendebis, qui stultum adolescentem nobilitas*
Flagitiis: vterque in te exempla edet.

A Terent. in eadem comœd. act. 5. scen. 7.

Sententiam in causa capitali latam, statim executioni mandari debere.

CAP. II.

D LEGE cautum hic apud Armoricos est, vt sententiæ de capite alicuius dictæ, & quæ corporis coerctionem continent, quamprimum executioni mittantur in iis locis quæ conspectiora, magisque ad exemplum, & terrorem improborum pertinentia videbuntur. [a] Ludouicique duodecimi constitutione sancitum, vt ea ipsa die, qua recitatæ, pronuntiatæque sontibus ab actuario fuerunt ad effectum perducantur. [b] Quod ideo inductum arbitror, ne dilato supplicio, facultas supplicandi criminosissimis pateat, néve forsitan admoniti, viam aliquam reperiant, qua meritas pœnas eludere

a art. 17. tit. de crimin. in consue. Brit.
b consti. Lud. 12. cap. 125. & 126.

c l. eum reis C. de pœn. possint. [c] Vt quia hausto & epoto veneno, ferróve aut aliter mortem sibi consciscant suppliciique ignominiam exitu voluntario (quod à plurimis factum scriptum apud Tacitum, & alios inuenimus) anteuertant, vel corruptis custodibus fractóve carcere aufugiant quod ne accidat quanti publicè intersit, quis non videt? Adde quod sententiæ de capite alicuius dictæ, quæ non statim executioni mittitur, vis & authoritas minuitur ac veluti languescit & obtunditur. Similis quippe est quæ domi apud iudicem actuariúmve aut alibi asseruatur, gladio vagina tecto: qui si diu quiescat, nec exeratur, rubigine acies eius conficitur. Ferrum enim vt apud Gellium Cato ait, si non exerceas rubigo inficit. [d] &, vt Apuleius infit. Sicut gladius vsu splendescit, situ rubiginat: ita decretum de capite alicuius factum in vagina silentij conditum diutino torpore hebetatur. [e] Vnde & in Caium Gracchum Marcum Fuluium L. Saturninum & Caium Seruilium simulatque de his constitutum fuit, nulla interposita mora capite animaduersum, vt non immerito Cicero consul suam collegæque sui Caij Antonij, vel negligentiam vel nimiam patientiam agnoscat, quod de Catilina quem ex Senatusconsulto interficere licuit, mox vt de eo decretum fuit, supplicium non sumpserint. Vigesimus enim (quod ille ait) iam erat dies cum hoc Senatusconsultum haberent: nec adhuc tamen eo in Catilinam vsi erant. Ciceronis verba adscribam habemus (inquit) Senatusconsultum in te Catilina vehemens & graue. Non deest Reipublicæ consilium neque authoritas huius ordinis: nos nos dico apertè Consules desumus. Decreuit quondam Senatus vt Lucius Opimius Consul videret ne quid Respublica detrimenti caperet, nox nulla intercessit, interfectus est propter quasdam seditionum suspiciones C. Gracchus clarissimo patre natus auis maioribus: occisus est cum liberis Marcus Fuluius Consularis. Simili Senatusconsulto Caio Mario & Lucio Valerio Consulibus permissa est Respublica. Vnum diem postea L. Saturninum Tribunum Plebis & C. Seruilium mors & Reipublicæ pœna remorata est? at nos vigesimum iam diem patimur hebescere aciem horum authoritatis. Habemus enim huiusmodi Senatusconsultum, veruntamen inclusum in tabulis tanquam in vagina reconditum, quo ex Senatusconsulto confestim interfectum te esse Catilina conuenit. [f] Non desunt tamen qui duram hanc constitutionem arbitrentur: dicantque communi iuri refragari quo traditum

d Gell. noct. attic. lib. cap.
e Apul. lib. 3.
f Cicero 1. in Catilinam.

A est ei aduersus quem dicta sententia fuerit, decem dierum spa-
cium ad prouocandum indulgeri,[d] intra quod ad effectum hu-
iusmodi sententia perduci non debeat, [e] ridiculumque videri,
id quod ei qui in causa ciuili succubuerit, conceditur, in capi-
tali, qua de vita famaque hominis, & maiori plerumq; parte for-
tunarum agitur denegari.[f] Ideoque visum nonnullis est iure ci-
uili, non tantum in id tempus pœnam illius, qui definitiua sen-
tentia damnatus sit, sustineri debere: sed & cruciatum eius, in
quē iudex veritatis eruendæ gratia, per tormenta inquiri decre-
B uerit, idque receptius videtur:[g] nec antiquitatis exemplo ca-
ret. Tradunt siquidem historiæ scriptores. Tyberium Cæsarem
authorem fuisse Senatui Romano decernendi, ne ante deci-
mum diem de damnatis supplicium sumeretur. Dion.[h] Cum
autem abesset ab vrbe Tyberius, C. Lutorius priscus eques Ro-
manus, ac Poëticæ imprimis peritus, qui Germanici Epita-
phium composuerat, ob eamque rem magnam pecuniam ac-
ceperat, accusatus est contra Drusum ægrotantem carmen scri-
psisse: quamobrem cum damnatus à Senatu occisus esset Ty-
berius molestè tulit, non quod esset affectus supplicio, sed quod
C Senatus aliquem interfici iussisset, non cognita sua voluntate.
Itaq; increpatis patribus iussit vt decernerent, ne de iis quos ipsi
damnassent, intra decem dies supplicium sumeretur, néve de-
cretum quod de capite alicuius esset factum, intra idem tem-
pus publicaretur, quo posset absens decreta eorum intelligere,
eaque an iure facta essent cognoscere. Et rursum. Reliqui par-
tim iam damnati quia tamen intra decimum diem morte affi-
cere eos prohibitum erat, partim cum graui morbo Tyberium
conflictari nunciatum esset dilato iudicio euaserunt.[i] Corne-
lius Tacitus.[k] Solus (inquit) Lepido Rubellius Blandus è con-
D sularibus adsensit, cæteri sententiam Agrippæ sequuti, ductusq;
in carcerem Priscus, ac statim exanimatus. Id Tyberius solitis si-
bi ambagibus apud Senatum incusauit, cum extolleret pieta-
tem, quamuis modicas principis iniurias acriter vlciscentium,
deprecaretur tam præcipites verborum pœnas, laudaret Lepi-
dum, nec Agrippam argueret. Igitur factum S.C. ne decreta pa-
trum ante diem decimum ad ærarium deferrentur: idque vitæ
spatium damnatis prorogaretur, &c. Ita enim legendum cen-
seo, tametsi vox illa decimum in plerisque codicibus desit,
quos ego librariorum incuria, corruptos existimo: id quod ex
suprascriptis Dionis verbis manifestum fit, sicut ex eo quod in

[d] authen. hodie C. de appellat.
[e] cap. non solum de appell. lib. 6. glo. l. 1. ff. nihil nō. appell. pend.
[f] Bald. l. 3. C. si pend. ap. mors inter. fa-lyc. l. addictos C. de appell.
[g] Pe. Iaco in sua pract. in libell. super. mater. indic. ad tort. Guid. pa. decis. delph. 73.
[h] Dion. in Tyber. lib. 57.
[i] Dion lib. 58.
[k] Corn. Tacit. Annal. lib. 3.

hanc sententiam Tranquillus memoriæ prodidit. Nam cum A
(inquit) Senatusconsulto actum esset, vt pœna damnatorum in decimum semper diem differretur, forte accidit vt quorundam supplicij dies is esset, quo nũtiatum de Tyberio erat.[k] Quo fit vt & in illa Sidonij Apollinaris ad Vincentium epistola, qua de sententia capitis in Arnandum dicta, agitur, mendum subesse putẽ, cum ita scribit.[l] Sed vt iudicio vix per hebdomadem duplicem comperendinato, capite mulctatus, in insulam coniectus est serpentis Epidauri: vbi vsque ad inimicorum dolorem deuenustatus, & à rebus humanis veluti vomitu fortunæ nauseantis exputus, nunc ex vetere Senatusconsulto Tyberia- B
no triginta dierum vitam post senrentiam trahit, vncum & Gemonias & laqueum per horas rurbulenti carnificis horrescens. Deleta enim dictione illa (triginta) vocem, decem, reponendam esse ex his quæ diximus satis liquet. Tametsi me non lateat veteri quadam lege, multoque ante Theodosij constitutionem de qua mox dicturi sumus cautum etiam fuisse, vt damnatorum supplicia in tricesimum diem differentur, vt ex Quintiliani declamatione de falso cædis damnato intelligere licet, cum ait. Et mihi videtur ideo constituta esse lex, quæ damna- C
tum post tricesimum diem puniri voluit: quia modo videbat legumlator posse fieri, vt deciperetur accusator, modo vt calumniaretur. Itaque eius quem damnasset præsentem pœnam esse maluerunt. Id tamen constat in Gallia iampridem, multoque ante Ludouici duodecimi seculum, vsu moribusque receptum fuisse, vt huiusmodi capitales sententiæ, & quæ in corpus cuiusquam animaduerti iuberent, protinus ad rem perducerentur, si prouocatum ab eis non fuisset,[m] quod non modo non iniquum, sed nec asperum quidem videri cuiquam debet, eo maximè, quod damnatis prouocationis remedio consultum sit, D
quo illi eorumque necessarij, imo etiam prorsus extranei (si quos ista cura tangat) supplicij dilationem obtinere possint: ipsis etiam qui damnati fuerint inuitis, dictæque aduersus se sententiæ acquiescentibus.[n] Nec à Romanorum principum, sanctionibus discrepat: quibus cautum est, vt conuictos velox pœna subducat.[o] Et ne in homicidij crimine, aliisque grauioribus causis vltio differatur.[p] Vnde Theodosij Valentisque & Arcad. rescriptum illud ad Tatianum. Siquis conuictus reus maximi criminis fuerit, subiectusque sententiæ competens iudicium compleatur; nec exquisita conuentis ars eiusmodi subornetur vt direptus

k Tranq. in Tyber. cap. penult.

l Sido. epist. 7. lib. 1.

m Bart. l. qui vltimo ff. de pœn. Guid. pap. decis. del. 73. Guil. bened. cap. Raynutius verbo mortuo itaq. testatore 1. ext. de testam.

n l. non tantum ff. de appella. l. addictos vbi Bal. C. de episc. audien.

o l. fin. C. de custod. reor.

p l. cum reis C. de pœnis.

A vt direptus à clericis adseratur vel appellasse simuletur. [q] Sed nec perpetua etiam est, constitutionis nostræ regula, suntque de ea limirandi plures casus. Et ille imprimis, cum ab irato principe mandatur, seuerè, grauioréq; aliquo supplicio, in aliquem animaduerti. Differri enim eius præcepti, seu sententiæ executio in triginta dies debet, intereaque diligenter is de quo constitutum sit asseruari, vt languescente principis furore, si fors ita tulerit, misericordiæ vel pœnitentiæ locus inueniatur, quod Theodosius imperaror religiosissimus perpetua lege sanxit, cu-

B ius hic est contextus. [o] Si vindicari in aliquos seuerius, contra nostram consuetudinem, pro causæ intuitu iusserimus, nolumus statim eos subire pœnam, aut excipere sententiam, sed per dies triginta, super statu eorum sors & fortuna suspensa sit. Reos sane accipiat, vinciatque custodia, & excubiis solertibus vigilantes obseruet. Tulit autem legem illam Theodosius suadente Diuo Ambrosio Mediolanensi Archiepiscopo cum post Thessalonicensem cædem, septem millibus hominum imperio suo crudeliter interfectis, supplex ad Ambrosium venisset, vincula quibus ligatus erat, solui rogaturus. [p] Qua de re sic Euse-

C bius. Cum apud Thessalonicam, seditione exorta, quidem ex militaribus vir, impetu fuisset populi furentis extinctus, repentini nuncij atrocitate succensus Theodosius, ad ludos Circenses inuitari populum eique ex improuiso circunfundi milites, atque obtruncari passim, vt quisque occurrisset, gladio iuber, & vindictam dari non crimini, sed furori. Ob hoc cum à sacerdotibus Italiæ argueretur, agnouit delictum culpamque cum lachrymis professus, publicam pœnitentiam in conspectu totius acclesiæ exegit: & in hoc sibi tempus adscriptum, absque regali fastigio patienter impleuit. Quibus omnibus istud quoque mi-

D rabiliter adiecit, lege sanxit in posterum, vt sententiæ principum super animaduersione prolatæ, in diem tricesimum ab executoribus differrentur: quo locus misericordiæ, vel (si res tulisset) pœnitentiæ non periret. [q] Hactenus ille. Ita vero Theodoretus. Tum Ambrosius: quoniam furori, inquit, tuum iudicium commisisti, & non ratio protulit sententiam, sed protinus iracundia, scribe legem quæ decreta furoris euacuet, vt triginta diebus senrenria necis atque proscriptionis in litteris tantummodo maneat, & iudicium rationis expectet: quibus transactis diebus ira videlicet iam cessante, ratio causam iudicans apud seipsam quæ cognouerit sub veritate disponat: In

q l. si quis de pœnis in C. Theodosia.

o l. si vindicari C. de pœn.

p can. cum apud 11. q. 3.

q Euseb. eccles. histo. lib. 11. cap. 18.

his enim diebus cognoscetur, an iusta sit, quę protuleris, an iniusta sentētia. Et si quidē ratio probauerit, iniusta quæ sunt prolata abolebit: si vero iusta, firmabit: dierum vero numerus ad hæc examinanda sufficiet.[r] Sic quoque Nicephorus.[s] Ibi tum Ambrosius, diuino spiritu plenus: quandoquidem, ait, ira concitatus, vindictam illam præcepisti, & sententiam illam, non ratio, in tranquillo suo statu consistens, sed furor insana & vecordi audacia productus tulit, vt legem & constitutionem promulges volo, quæ iræ calculos condemnet, & iussionum tuarum administris iniungat, vt publica iudicia, & capitalium causarum pœnas ad trigesimum vsque diem differant, & vt sententiæ capitales in scriptum relatæ, rectum & pacatum rationis iudicium expectent. Porro diebus his elapsis, quibus iudiciorum cura commissa est, scriptum proferant, vt scilicet quum iam ira deferbuerit, & ratio sibi ipsi restituta fuerit, sententiam latam per disquisitionem perpendant, iusta ne sit, an iniqua. Ac si quidem contra ius ea concepta fuerit, statim eam conscindet, sin contra, multo etiam magis confirmabit. Et dierum istorum numerus, ad id quod conducat maxime cognoscendum proderit. Peræquum enim est, tempus id intercedere, quod quum imperatoris iram placet, tum furore languescente humanitati & misericordiæ locum det. Imperator igitur diuini antistitis præscriptum suscepit, & optimum id esse dixit. Confestim etiam constitutionem conscripsit, & vt in sempiternum robur suum obtineret, manus suæ subscriptione eam confirmauit. Hactenus Nicephorus. Cui illud addendum quod de Antiochenis scriptum apud eundem & Theodoretum legimus: Salutem illis non multo post, ea constitutione allatam. Cum enim plebs Antiochena vectigal nouum à Theodosio institutum non ferens, seditione mota Placillæ Theodosij coniugis sanctissimæ fœminæ disiectam statuam, multis contumeliis affecisset, Theodosiusque graui ira percitus, facinus id vltum ire cupiens ademptis Anthiochenorum priuilegiis, extrema quæque in eos statuisset, ea ad rem non contulit: prohibente lege quam proferri fecerat. Ambrosius.[t] Extant autem apud veteres quamplurima eorum exempla, qui ab iratis principibus iussi sæuum aliquid exercere, mox imperata non fecerint, sed in aliquot dies distulerint: sperantes fore, vt principes pœnitentia ducti, eos de quibus constitutum ab ipsis fuisset, requirerent, quibus seruatis, rem se gratissimam prin-

[r] Theodoret. trip. lib. 9. cap. 30.
[s] Nicep. eccl. histo. lib. 12. cap. 41.
[t] Nicephorus lib. 12. cap. 43. Theodoretus lib. 5. cap. 19.

A cipibus fecisse rati præmium referrent. Scribit siquidem Herodotus,[s] cum Cambyses ira percitus, arcum in Crœsum intendisset, tanquam sagittis eum confixurus, atque Crœsus se foras proripuisset, Cambysem ministris mandasse vt illum compræhendentes interimerent: ministros verò qui mores domini nouerant, Crœsum abdidisse, hac ratione, vt si Cambyses facti pœnitens requireret Crœsum, eo producto muneribus afficerentur, quòd illum seruassent: si non pœniteret, nec desideraret, tunc hominem interficerent. Nec ita multo post, cum B Cambyses desideraret Crœsum, ministros hoc animaduertentes enuntiasse hominem superesse: Cambysem tamen quamuis Crœso superstite, gaudere se diceret, supplicio ministros affecisse. Quod consilium quamuis ministris ipsis minus fœliciter cesserit, nemo tamen sani iudicij inficiabitur prudentissimum fuisse: vt per quod vitæ & saluti innoxij hominis prospectum fuerit, honorique & existimationi principis iracundi consultum: qui licet ob interfectos ministros vituperio dignus videatur: maiorem tamen interfecto Crœso infamiam subiturus fuit. Sunt & qui non admodùm absimilia, de Lycero Babylonis rege, & Æsopo illo fabulatore tradunt. C Cum enim (aiunt) Æsopus falso proditionis insimulatus apud regem fuisset: quasi vicinis regibus contra Lycerum operam suam pollicitus Rex ira percitus, réque inexplorata, Æsopum statim necari iubet. Quibus id negotium datum erat, quod perspectam ad illud vsque tempus Æsopi innocentiam haberent, & regis animi impotentiam nossent, Æsopum abductum recondunt, relato nuncio ad regem, illum esse interfectum paucis interpositis diebus, cum ab Amaside rege Ægypti Licero literæ allatæ essent, quibus peteret mitti sibi Æsopum. Lycerus D cum iam etiam ira in Æsopum tempore nonnihil resedisset, ingenti cum dolore & pœnitentia facti requirere eum cœpit. Neque non sæpe profiteri illius se vitam si fieri posset, regni sui parte redimere cupere. Quo audito, qui illum (vt dictum est) absconderant, regi viuere indicant: iussique adducunt sordidum & squaloribus obsitum Æsopus verò vbi ante regem constitit, egregia oratione innocentiam suam declarauit, faciléque diluit obiectum crimen, Quamobrem rex illum dimisit, & in accusatorem seuerissimè animaduertit. Sed nec id prætereundum silentio videtur, quod auorum nostrorum memoria, non absimili ratione vitæ & incolumitati Oliuerij Clissonij,

[s] Herodo. in thal. lib. 3.

tunc Galliæ militum magistri prospectum fuit, opera Ioannis A
Baualani. Cum enim Ioannes Britanniæ Dux, Montifortis comes, qui conquæstor dictus est, anno salutis humanæ 1387. conuentus ordinum sui ducatus, Veneriis agendos indixisset, Clissonius qui quod fiduciarius cliens ducis esset, literis eius nominatim euocatus fuerat, ad constitutum venit, quem dux comiter honorificéque exceptum mensæ etiam suæ & conuiuio adhibuit. Verum conuentibus peractis, dux cum aliud diceret, atque sentiret consilium vultu tegens &, vt est apud Homerum in Odiss. qui bene cum loqueretur, atrocia mente præmebat Clissonium cum aliquot regulis, in arcem quæ Erminæ dicitur, paucis ante annis ab eo exædificari cœptam, neque etiam tum absolutam deduxit, specie arcis visendæ, & veluti censuram Clissonij de eo opere habiturus: visisque præeunte duce singulis cubiculis, cæterisque ferè omnibus locis, vbi ad præcipuam turrim ventum est, stetit dux ante ostium, rogauitque Clissonium, (quem architecturæ, reique ædificatoriæ peritiam omnem assequutum dicebat) vt sursum ascenderet, ædificium diligenter inspecturus, sibique an recte & commode se haberet, renunciaturus: se enim siquid in ea re peccatum esset, C
emendaturum: intereà se illic sermones cum Lauallio conferre velle. Clissonius nihil eorum quæ aduersum se dux meditabatur suspicatus, imperio paruit: quem mox ministri qui armati in insidiis erant, circunsteterunt: comprehensúmque & compeditum incluserunt, dux vero dimisso Clissonio, eodémque fidis custodibus commisso, mox ab arce discessit, & ad domum illam quæ Motta dicitur (in qua tum diuersabatur) reuertit, eóque ad se Baualanum arcis præfectum seuocauit, cui necandi Clissonij dedit negotium, mandauitque vt circa mediam noctem, quam occultissimè fieri posset, submergendum D
curaret. Cui Baualanus, quanta sibi pericula imminerent, si in sententia perstaret, ob oculos proposuit, obsecrans vt iræ suæ moderari vellet, neq; quidquam asperum in Clissonium prius constituere, quàm ad se reuersus, suique compos factus esset. Non enim vim suam illi tempus ademturum, sed consilium viribus additurum: posse etiam siquid perperam ab ipso admissum fuisset, legibus emendari, in manuque ducis esse, vt illi vitam adimat, eam vero vt reddat, dei solius reseruatum numini, neque ideo tamen ducem de sententia dimouere potuit: qui Baualano mortem interminatus, ni iussa facesseret,

A obiurgatum dimisit. Cæterum Baualanus, quamuis imperata facturum se spopondisset: ad rei tamen atrocitatem respiciens, ac veritus si obediret, ne aliquando Duci fraudi noxæque foret ea non continuo confecit; sperans fore, vt euanescente ira, dux ad se reuersus, consilium in melius commutaret: diem quippe tempusque forsitan ipsum leniturum iram, sanitatémque animo ducis allaturum, constituit itaque postridie se Clissonij interitum duci renuntiaturum: qui si in proposito post biduum vel triduum perseueraret, integrum sibi foret, in custodia Clissonio manente, mandata ducis exequi. Dux autem cum post cœnam
B quieti se dedisset, à primo somno excitatus, pugnante cum affectibus ratione animi diuersus, parúmque sibi constans, multa in vtramque partem secum disseruit.

Atque animum nunc huc celerem, nunc diuidit illuc.
In partésque rapit varias, pérque omnia versat.

Nunc Clissonium supplicio afficiens, nunc eundem dimittens. Rursumque repetito somno, sub lucem experrectus, per
C cubicularium Baualanũ accersit, à quo cum introductus esset, sciscitatus est an mandata sua exequutus fuisset, cúmque intellexisset, ita vti imperatum fuerat, factum, submersoque Clissonio cadauer eius in horto sepultum iacere, cœpit contristari, manifestáque pœnitentiæ signa edere: seipsum accusans, quod Baualani consilium abiecisset, eóque ab se ablegato, ministris prohibuit, ne ad se quenquam admitterent. Totamque eam diem seipsum mœrore conficiens, cibóque & potu abstinens transegit, cuius rei rumor cùm per totam vrbem percrebuisset, Baualanus cui & id nuntiatum erat, iterum ad eum sub vespe-
D rum accessit, introductúsque vt lachrymabundum vidit, misertus ipsius solari eum cœpit, rogans vt lachrymis, mœstitiæque illi suæ tandem aliquando finem imponeret: Incommodis enim quibuscúmque remedium inueniri posse. Cui cùm dux, mortẽ excipiendam dixisset, aduersus quam nullum esset humanum consilium. Baualanus eum bono animo esse iussit, viuere nempe Clissonium, néque se protinus, ducis mandata exequi voluisse, quod futurum crederet, vt præcipitis illius consilij ducem pœniteret. Quod dux vt audiuit, præ gaudio lachrymas exprimens, Baualanum amplexus, illum se opipare muneraturum pollicitus est: neque multo post decem illi florenorum millia,

moræ & cunctationis suæ præmium, dono dedit.[t] Et hæc quidem de Clissonio, rerum Armoricarum scriptores, memoriæ A prodiderunt. Memini & me non absimilia quædam apud Polydorum legisse, de Eduardo comite Varnici Ricardi tertij Anglorum regis ex fratre nepote: [v] quem cum Ricardus ad arcem quam vocant Schereshutem custodiendum misisset, Robertóque Brachynburio turris Londinensis præfecto mandasset, vt honesto aliquo modo eum quamprimum necandum curaret, præfectus vbi regis horribile mandatum accepit, rei atrocitate attonitus, differendum censuit, sperans regem sanguini aut ętati parsurum, vel triste illud consilium commútaturum. B Ricardus tamen cùm mens immota maneret, statim atque accepit præfectum differre, quod præcepisset exequi, Iacobo Terelo maturandæ cædis negotium dedit, qui imperata facere compulsus, exemplo in omni memoria prope inaudito puerum necauit, quo nominę perpetuam posteritati suæ maculam reliquit, quam nulla vnquam ætas, vel successorum virtus abstersura sit. Sententiæ etiam capitalis, ab irato dictæ, cuius executione in paucos dies dilata, salus damnato quæsita sit: memorabile exemplum à Liuio, quibusdamque aliis, in scriptis relictum C est, de Q. Fabio equitum magistro, quem cum L. Papirius dictator (quia aduersus edictum suum, quamuis prosperè cum Samnitibus acie conflixerat) iratus, spectante exercitu, spoliari: ac virgas & secures expediri iussisset: legati circumstantes sellam, orauere, vt rem in posterum diem differret: & iræ suæ spatium, & consilio tempus daret. Qui cum rem in crastinum diem reiecisset, Fabius clam è castris Romam profugit, vbi tandem populo Romano, Tribunitięque potestati precarium illi auxilium ferenti donatus, iudicij laqueos effugit.[x] Cui non absimile quod de sententia ab irato Valentiniano in Stratorem quendam dicta Ammianus Marcellinus memorat his verbis. D Progressus deinde matutinus cōtractiore vultu subtristis cum eum oblatus non susciperet equus anteriores pedes præter morem erigens in sublime, innata feritate concitus vt erat immanis dexteram Stratoris militi iussit abscindi, quæ eum insilientem iumento pulsarat consueto: perissétque cruciabiliter innocens iuuenis ni Tribunus stabuli Cerealis dirum nefas cum suo periculo distulisset.[y] Eodem pertinet quod de Largino Proculo ab irato Domitiano capitis damnato scriptum apud Xiphilinū legimus. Larginus (inquit) Proculus publice prædixit in Ger-

t Chron brit. in Ioan. conqua. lib. 4.

v Polyd. virg. Angl. hist. li. 25. in Ricardo 3.

x Liu. ab vrb. cond. li. 8 Valer. tit. de disc. milit vo ater. commenta. lib. 16.

y Ammianus lib. 30.

A mania Domitianum quo die excessit è vita, mortem obiturum: cumque esset ob hanc causam ab eo qui prouinciæ, præerat Romam missus, introductusque ad Domitianum, id ita etiam tunc confirmauit fore, Itaque rei capitalis damnatus est: sed dilato supplicio quo tum demum afficeretur, cùm ille periculum effugisset, tandem necato Domitiano saluus euasit & à Nerua quadringenta sestertia accepit.[z] Ex his igitur perspicuum fit, sanctissimam illam Theodosij cōstitutionem esse,[a] quæ supplicium cuiquam ab irato principe indictum sustineri iubet, dum B deferuescat ira princepsque ipse se colligat, & ardorem animi in ira ratione excitatum deponat,[b] neque enim subest vllū in huiusmodi cunctatione periculū, cum vt pulchre Seneca dixit, mora sit lentum præcipitis mali remediū,[c] possitq; pœna dilata exigi, nō possit exacta reuocari.[d] Celebratúrque idcirco, quod Cæsar dictator aiebat,[e] de vita & spiritu hominis, qui pars mundi est, & animantium numerum complet sententiam laturum, diu multúmque cunctari oportere, nec præcipiti studio vbi irreuocabile factum est, agitari: non enim (vt Ammianus Marcellinus verissime dixit)[f] tardum vnquam existimatur, quod est omnium vltimum. Et vt Iuuenalis ait.[g]

C *Nulla vnquam de morte hominis cunctatio longa est.*

In quam sententiam Cassiodorus Cunctator (inquit) esse debet, qui iudicat de salute, Alia sententia potest corrigi de vita transactum non patitur immutari.[h] Quandoquidem (quod Pericles dixisse fertur) non eadem est hominum & Cæsarum arborum conditio: & hæc enim celeriter renascuntur: interemptos autem homines recuperare difficillimum est.[i] Nec etiā eadem est animatæ & inanimatæ imaginis ratio: multo enim præstantiorem animatam esse. Eis etiam qui vel mediocrem obtinent mentem satis constat. Hincque illud Macedonij Ana-D choretæ ad Theodosium Antiochenis ob deiectam Placillæ coniugis suæ imaginem grauiter infensum, cum ad contumeliam illam vindicandam Elebechum belli ducem & Cæsarium misisset, illud fac cogites, nobis quidem perfacile esse, plures ex ære facere imagines pro vna illa quā vecordi temeritate insana plebs comminuit: te autem nequaquā efficere posse, quantumuis contendas, vt vel capillum vnum eorum qui cæsi sint restituas.[k] In quam propemodum sententiam Chrisostomus, dicitur (inquit) quidem ipsorum aliud verbum sapientiæ plenum dixisse, quod statuæ quidam deiectæ, sursum erectę fuerunt &

z Xiphilinus in domitiano.
a d. l. si vindicari.
b Cic. tusc. quæst lib. 4.
c Seneca de ira lib 3.
d Seneca lib. de ira lib. 2.
e Ammianus Mar. lib. 29.
f Ammianus d. lib. 29.
g Iuuenalis sati. 6.
h Cassiodorus varia. lib. 7. in formula comitiuæ prouinciæ.
i Plutar. in peri.
k Niceph. ecclesi. histor. lib. 12. cap. 44. Theodor. tripar. hist. lib. 9. cap. 30.

propriam receperunt formam, & factum correctionem habuit A celerrimam. Si tu autem Dei imaginem occideris, quomodo rursum poteris commissum reuocare? quomodo perditos resuscitare, & animas corporibus reddere?[f] Ideoque Seneca deliberandum (infit) est diu, quod statuendum est semel. Et iterum deliberare vtilia mora tutissima est. Et rursum. In vindicando criminosa est celeritas.[g] Vt sic appareat, principibus & magistratibus iratis, lentè ad pœnam irrogãdam pergendũ esse quod & prelatos prætoribus virgarum fasciculos securibus alligatos, premonuisse. Plutarchus indicat. Ait enim fuisse indiciũ, magi- B stratuum iram promptã, ac dissolutam esse non debere: aut certe id ideo constitutum, vt mora tantisper magistratuũ irę fieret, dùm virgę dissoluerentur: id quod sæpe pœnitentiæ occasionẽ magistratibus attulit.[h] Qua ratione & hoc in more apud Venetos positum esse, sunt qui tradãt: vt quoties duci in publicum prodeundum est Patricius subsequatur gladium vagina aurea tectum gerens: nam cum alij reges & principes præferri nudum ensem velint supremæ suæ potestatis argumentum quasi alienę sententiæ non egeant, ipse vagina tectum ponè gerit: vt celeritatem ad vlciscenda facinora præmaturam significet.[i] Iram C enim quamuis efferuescentem, dilatio frãgit, & morula. Quam vt adhibeãt, & ne quid iracunde, leuitérque & inconsulte principes decernant quique alij vitæ & necis arbitrium in homines obtinent, in his præsertim quę reuocabilia non sunt, exemplum petere illis licet, velà Ioue, cuius fulmen, quod solus excutit, placabile est, neque cuiquam nocet: sed id tantum quod deliberauit, & quod aliis quoque diis authoribus misit. Discant itaque (infit Seneca) quicumque magnam potentiam inter homines adepti sunt, sine consilio nec fulmen quidem mitti aduocent, considerent, multorum sententias placita temperent, D & hoc sibi proponant, vbi aliquid percuti debet, ne Ioui quidem suum satis esse consiliũ,[k] vt mirari satis non possim, Theodosium principem adeo religiosum, totque animi dotibus ornatum, irarum suarum habenas omnes in Thessalonicenses sic effudisse, vt præcipiti illo suo iudicio, non sontes tantùm, verum insontes quoque & innoxios, necari crudeliter iusserit: eóque magis, quod quamuis rebus indignis facilè commoueretur, flecti tamen cito solebat: vnde modica dilatione emolliebantur aliquando seuera illius præcepta: habebátque (vt quidam tradunt) à naturæ munere, quod Augustus

f Chrisostom. homil. 17. ad pop. Antioch: de inquirendis statu. euersoribus.

g Seneca in prouer.

h Plutarc. in problem.

i Bap. egnat. lib. 2. titu. de institu. venetorum.

k Sene. natura. quæst. lib. 2. cap. 43.

A ſtus à philoſopho doctore didicerat:qui cùm audiſſet eum facilè iraſci, ne aſperum aliquid ſtatueret, monuit vbi iraſci cœpiſſet, quatuor atque viginti græcas literas, memoria recenſeret: vt illa concitatio, quæ momenti eſt, mente alio traducta, parui temporis interiectu langueſceret. [k] Sed veriſſimum eſt quod dicitur procliue alicui non eſſe, omnes omnino communis aduerſatij plagas effugere: [l] neminémque mortalium omnibus horis ſapere. [m] Sed ne quis forte reperiatur, qui Theodoſianæ illius conſtitutionis parum memor, promptior ſit ad ſumendum de damnatis ſupplicium, exequendaque principum quantumuis iratorum mandata: qualis fuiſſe fertur ætate Ludouici vndecimi Galliarum regis, Triſtannus heremita: cautius egerit princeps, aut alius quiſquis is ſit. qui capitalium rerum poteſtatem habeat, ſi nihil iratus conſtituerit: Nemo enim iratus rectè quicquam poteſt cognoſcere, cum vlciſcendi cupiditas iudicium eius corrumpat. Vehementiuſque æſtuans ira vt Gregorius Nazianzenus dixit, menti eius nebulas offundat. [o] vt nõ immerito dixerit Seneca, nihil minus quàm iraſci punientem decere. cum eo magis ad emendationem pœna proficiat, ſi iudicio lata eſt. Indéque eſt, quod Socrates ſeruo ait: cæderem te niſi iraſcerer. [p] Laudaturque illud Archytæ, qui cum villico factus eſſet iratior, quo te modo (inquit acceepiſſem, niſi iratus eſſem. [q] Et quod Plato, cum ſeruo ſuo iratus, ponere illum ſtatim tunicam, & præbere ſcapulas verberibus iuſſiſſet, ſua ipſum manu percuſſurus: poſtquam intellexit iraſci ſe, ſicut ſuſtulerat manum ſuſpenſam detinuit, & ſtetit percuſſuro ſimilis iracundiæ pœnas à ſeipſo exigens, ſeruique caſtigationem Speuſippo commiſit. Tu (inquiens) Speuſippe ſeruulum iſtum verberibus obiurga, nam ego iraſcor. [r] Cui conſentaneum quod de Alphonſo Aragonum rege ſcriptum apud Andream Panormitam legimus, ipſum cum poculum quo biberat, Gaſpari generoſo adoleſcentulo dari iuberet, & Pirretus pincerna Gaſparis inimicus quamuis ſemel bis & tertio iuſſus dare renueret, permotum ſurrexiſſe, pugionémque ſtrinxiſſe, ac fugientem Pirretum adſecutum, ne iam præhenſum iratus feriret, pugionem in media ira abieciſſe. Ergo (inquit Seneca) ad coertionem errantium, ſceleratorumque, irato caſtigatore non opus eſt. Nam cum ira delictum animi ſit, non oportet peccata corrigere peccantem. [s] per iram enim (ait Grego.) iuſtitia relinquitur: quia dum perturbata mens iudicium ſine

k Plutar. in apophtheg. romа. Sex. aur. victor, in Theodoſio.
l N. cephe. eccl. hiſto. lib. 12. cap. 4.
m Plin. lib. 7. cap. 40.
o Cic. offic. lib. 1.
p Sene. lib. de ira. 1.
q Cic. tuſc. q. lib. 4.
r Seneca de ira lib. 3.
s Sene. de ira lib. 1.

ratione exasperat, omne quod furor suggerit rectum putat. A
t Grego. 5. mor. [t] Vnde & Cicero. [u] prohibenda (inquit) est maximè ira in puniendo, nunquam enim iratus qui accedet ad pœnam, mediocritatem illam tenebit, quæ est inter nimium & parum. Et mox paucis interiectis. Optandum est vt ij qui præsunt reipublicæ, legum similes sint: quæ ad puniendum, non iracundia, sed æquitate ducuntur. Et rursum. Id agendum etiam, vt aliquem castigaturi id facere non videamur irati, sed vt ad vrendum & secandum medici, sic nos ad castigationem rarò inuitique veniamus, nec vnquam nisi necessario, si nulla reperietur alia medicina. Sed tamen ira procul absit, cum qua nihil rectè fieri, nihil considerate potest. Ad id etiam maxime omnium, exemplo suo nos prouocat summus ille irrogandarum pœnarum artifex Deus, qui nunquam iratus vlciscitur, neque supplicium cuiquam, indignabundus infligit. [x] sed segnior (vt ita dicam) in puniendo, ad vltionem lente, ac moramento quodam procedit. Vnde & dij laneis pedibus esse, veteribus dicti: prouerbioque traditum, deorum molas sero molere. quibus & illud astipulatur, quod dici solet, sero Iouem † Diphteram inspicere. Id autem non ideo (inquit Plutarchus) accidit, quia Deus ob præproperam animaduersionis celeritatem, erroris vel pœnitentiæ crimen vereatur: sed vt à nobis feritatem, ac vindictæ impetum auferat, doceatque non ira accensos, aut cum furor æstuat & feruet, rationémque altius saltando exuperat, ad puniendum accedere, sed illius imitatos mansuetudinem, atque cunctationem deliberare: ac hora consultrice, ad pœnæ exactionem pergere: ne protinus impetum fera, & inutilis sequatur pœnitentia. [y] Quippe turgidum, ac impetu prærabido concitatum raptim ad vltionem præcipitari, priusque sedato motu in Tranquillum redigaris, perinde est, veluti Socrates dicebat, ac si per intemperantiam, ne ab cœnosa, aut corrupta omnino aqua abstinere queas. Neque enim vltioni propinquior iniuriæ perpessio, vt Thucidides scribit, sed interstirio quopiam semotior, disiunctiorque par recipit, ac conueniens. Cùm itaque (sicut ait Plato) Deus in medio omnium se bonorum exemplar constituat, vt humana virtus habeat, quem imitetur: ipsaque natura visum nobis appendat, vt quæ in sublimi fiunt spectantes, insuescamus incongrua fluitantiaque odisse: apta verò ordinataque amplexari. Nihil nobis nec laudabilius, nec optabilius euenire potest, quàm si Deum, qui neminem timet, nul-

Marginal notes: u Cic. offic. lib. 1. — x Hieronim. in epist. ad Cypria. — † Iouem bipennem, binis pénis ornatum. — y Plutar. in lib. de sera. numi. vind. — B — C — D

A lius rei indiget, nulla pœnitentia ducitur, vindictam tamen suspendit, debitum tempus sceleris expectans, imitari, nobis ipsis imperemus: neque ad supplicium cuiusquam irati, animóque amplius tumescente proruamus. Nam & illud, inter præcipuas laudes eminere. Ephesius Heraclitus asserens monebat: cum potestas in gradu, velut sub iugum missa, nocendi, sæuiendique cupiditate, & irascendi, in arce victoris animi, trophæum erexit gloriosum. [z] Id autem haud quaquam factu difficile fuerit, si vel princeps, vel quiuis alius, qui animaduersurus in aliquos sit, B exemplo Augusti, vbi iratum se cognouerit, decretum suum in aliud tempus differendum censuerit. Maximum enim iræ remedium, dilatio est: vt primus eius feruor relanguescat, & caligo quæ præmit mentem, aut residat, aut minus densa sit. Quædam enim (ait Seneca [a]) ex his quæ te præcipitem habebant, hora non tantùm dies molliet, quædam ex toto euanescent. Si in hoc erit petita aduocatio, apparebit iudicium esse non iram quicquid voles quale sit scire: tempori trade: nihil diligenter in fluctu cernitur. Vnde & illud poeticum memoratu dignum.

z Ammianus Mar. lib. 21.

a Sen. de ira lib. 3.

C *Da spatium, requiémque moræ, malè cuncta ministrat impetus.*

Nam cum ipsum tempus gignit in perturbatione, quo se se occupet, & inducit cunctationem remittentem impetum iræ, tum iudicium inuenit modum aptum, ac decentem pœnæ magnitudinem. Proinde quemadmodum Phocion, post Alexandri mortem. Si hodie (inquit) viri Athenienses, Alexander mortuus est, & cras, & perendie erit mortuus: sic nimirum oportet hominem per iram ad vindictam properantem, sibi ipsi suggerere si hic hodie peccauit, & cras, & perendie verum fuerit cum peccasse, néque quicquam erit periculi, si paulo serius det pœnas: sed si præpropere punitus, semper videbitur D non peccasse. [b] vt non immerito laudet Ammianus Marcellinus, salutarem illam præfecti Florentij fiduciam, qui cum in re quapiam venia digna, audisset Valentinianum Cæsarem percitum ira, iussisse, ternos per ordines vrbium interfici plurimarum. Et quid agetur? (inquit) si oppidum aliquod curiales non haberet tantos? Inter reliqua id quoque suspendi debet, vt cum habuerint, occidantur. [c] Hoc quoque assequi princeps quantumuis iracundus poterit: ne iniusti aut iniqui quidquam ira incensus decernat, si Iulianum Imperatorem imitatus fuerit: qui (vt est apud Ammianum Marcel-

b Plutar. in Phocio. & in lib. de cohib. iracund.

c Ammianus Mar. lib. 27.

linum) leuitatem agnoscens commotioris ingenij sui, præfectis A
proximisque permittebat, vt fidenter impetus suos aliorsus tendentes, atque decebat monitu, opportuno frenarent: monstrabatque subinde se dolere, delictis & gaudere correctione.
e Ammianus Mar. lib. 22. [e] Nec erit quod illi vitio verti possit exemplum ab improbo principe sumptum, non enim (quod alibi dixisse memini) corrumpuntur in deterius, quæ aliquando etiam à malis sed honesta manent quæ sæpius à bonis fiunt. [d] Hicque in his, quæ à malis bene fiunt tenendus est modus, vt appareat authorem displicuisse non factum. [e] Sed nec Iulianus etiam quamuis idolorum cultor parabates & apostata iudex iniustus fuisse B
d Plinius ad Aristo. epist. lib. 5.
e Plinius in paneg. traia.
perhibetur. Quinimo iustitiam sanctissimæ coluit, nec argui, quod idem Ammianus ait, vnquam potuit ob religionem vel quodcunque aliud ab equitatis recto tramite deuiasse. Æstimabaturque ideo vetus illa iustitia, quam offensam vitiis hominum Aratus extollit in cælum imperante eo reuersa ad terras. [f]
f Ammianus Mar. lib. 22.
Id porro remedium quod ad compescendam cuiusuis iram, constat esse efficacissimum. Si quem forte Iulianum exemplar sibi proponere pudeat, discere vel à Seneca licebit. Cuius ex 3. de ira libro ad Nouatum hæc sunt verba. Deprehendebatur C
Socrates à familiaribus & coarguebatur. Nec erat illi exprobratio latitantis iræ ingrata. Quidni gauderet, quod iram suam multi intelligerent, nemo sentiret? Sensisset autem, nisi ius amicis obiurgandi se dedisset, sicut ipse sibi in amicos sumpserat. Quanto magis hoc nobis faciendum est. Rogemus amicissimum quemque, vt tunc maxime aduersus nos libertate vtatur cum minime illam pati poterimus, nec assentiatur iræ nostræ. contra nos potens malum & apud nos gratiosum, dum conspicimus, dum nostri sumus, aduocemus. Quin vinum male ferunt, & ebrietatis suæ temeritatem ac petulantiam metuunt, D
mandant suis, vt è conuiuio auferantur. Intemperantiam in morbo suam experti, parere sibi in aduersa valetudine vetant. Optimum est notis vitiis impedimenta prospicere, & ante omnia ita componere animum, vt & grauissimis rebus subitisque concussus iram, aut non sentiat, aut magnitudinem inopinatæ iniuriæ exortam in aluum retrahat, nec dolorem suum profiteatur: Non igitur iratus princeps aut alius de capite hominis statuat. Ne quem forte interfici iusserit, postea sed sero requirat, quod pluribus contigisse scriptum passim apud historicos legimus. Inque iis Claudio Imperatori, is enim cum

A sæpenumero, ira percitus necari aliquem iussisset post cum se collegisset ad mentis sanitatem rediisset eundem requirebat facinorisque cogniti dolore & pœnitentia corripiebatur. [c]Maximè vero omnium memorabilis est illa Allexandri Magni de cæde Clyti pœnitentia, de qua Quintus Curtius. Alexander rapta lancea ex manibus armigeri Clytum adhuc eadem linguæ intemperantia furentem percutere Conatus à Ptolomeo & perdica inhibetur medium complexi & obluctari perseuerantem morabantur Lysimachus & Leonatus etiam lanceam abstulerant ille militum fidem implorans compre- B hendi se à proximis amicorum quod Dario nuper accidisset exclamat signumque tuba dari vt ad regiam armati coirent, iubet. Tum vero Ptolomeus & perdicas genibus aduoluti erant ne in tam præcipiti ira perseueret spatiumque potius animo det omnia postero die iustius executurum, sed clausæ erant aures obstrepente ira itaque impotens animi procurrit in regiæ vestibulum & vigili excubanti hasta ablata. Constitit in aditu quo necesse erat iis qui simul cœnauerant egredi, abierant cæteri. Clytus vltimus sine lumine exibat, quem rex C quisnam esset interrogat eminebat etiam in voce sceleris quod parabat atrocitas & ille iam non suæ sed regis iræ memor Clytum esse & de conuiuio exire respondit. Hæc dicentis latus hasta transfixit, morientisque sanguine aspersus. I nunc (inquit) ad Philippum & Parmenionem & Attalum. male humanis ingeniis natura consuluit, quod plerumque non futura sed transacta perpendimus, quippe rex postea quam ira mente decesserat magnitudinem facinoris sera æstimatione perspexit videbat tunc immodica libertate abusum sed alioqui egregium bello virum & nisi erubesceret fateri seruatorem D sui occisum. & paulò pòst. liberiorem pœnitentiam solitudo excipiebat ergo hastam ex corpore iacentis euulsam retorsit in semet, iamque admouerat pectori, cum aduolant vigiles & repugnantis manibus extorquent, alleuatumque in tabernaculum deferunt, ille humi prostrauerat corpus gemitu eiulatuque miserabili tota personat regia laniare, deinde os vnguibus & circunstantes rogare, ne se tanto dedecori superstitem esse paterentur, & cætera. [d]Iustinus cum vnus ex senibus Clytus ductus fiducia, amicitiæ regiæ cuius palmam tenebat, memoriam Philippi tueretur, laudarétque eius res gestas adeo regem offendit, vt telo à satellite rapto eundem in conuiuio tru-

[c] Dion in claud. lib. 6.

[d] Q. Curtius lib. 8.

cidauerit. Et iterum paucis interpositis. Postquam satiatus A cæde animus quieuit,& in locum iræ successit.existimatio,modo personam occisi, modo causam occidendi considerans, pigere eum facti cœpit, qui paternas laudes tam iracundè accepisset, quod nec conuitia debuisset, amicumque senem & innoxium à se occisum inter epulas & pocula dolebat, eodem igitur furore in pœnitentiam quo pridem in iram versus mori voluit.[e] His finitimum quod de Gallo, iubente Constantio interfecto Pomponius Lætus memoriæ mandauit his verbis: Constantius edicto Gallum dignitate priuauit, exilio damnat: & percussoribus mandat iuuenem obtruncare: Hi fuere Seruianus Pentadius notarius & Apodemius ceruicem absciderunt. B Post paulo quam illi missi sunt, pœnituit Imperatorem, & destinauit citissimos qui prohiberent & ij retenti fuerunt ab Eusebio Eunucho.[f] De Nicolao quoque Quinto Pontifice Maximo, scriptum apud aliquos inuenimus cum accusaretur Angelus Rauconius tribunus militum, quod Seuero fugienti, atque vndique clauso,iter liberum per Tyberim permisisset, in cubiculo quiescentem iussisse, vesperi lege in illum agi: mane vero vbi experrectus fuisset, dixisse iis qui aderant, velle se Angeli causam consultius cognoscere: cui cum responderetur, C fuisse iam in illum intempesta nocte, securi animaduersum, incredibili esse dolore permotum.[g] Vnde colligi etiam potest, temere non esse, quod vulgo dictitant, esse in nocte consilium. Nox enim propter solitudinem, ac silentium, vel maximè ad considerandum consultandumque de rebus grauibus est idonea, fitque ideo sæpenumero, vt somnus sedata cupiditate,pristinam sententiam vertat.Quod & ex his, quæ de Clissonio dicta sunt, perspicuum fit. Vt non ab re nox (vt est apud Eustathium)Euphrone nuncupetur, quod benè tunc sapere contingat. D Propterea Euripides longo(inquit noctis tempore, cogitaui.Eamque ob rem apud Homerum Achilles Phœnici cum legatis ad reconciliandam gratiam ab Agamemnone misso, sic respondet.[h]

[e Iust. lib. 12. hist.]

[f Pomponius Lætus in Gallo.]

[g Iouia. Ponta. lib. 4. cap. 35.]

[h Homer. Iliad. lib. 9.]

Tu mecum remanebis,& hanc dignabere noctem.
Mollia somniferi subisse cubilia lecti,
Cras vbi prima diem referens Aurora rubebit,
Consultaturus mecum si forte manendum,
An patrias nobis sit eundum nauibus oras.

Sanè quæ de principum,magistratuumque capitalibus sen-

A tentiis dicta sunt, putauerim & ad Plebiscita trahenda esse, vt & ea similiter, si ab irata plebe, cui dicendæ capitali sententiæ ius fuerit, facta sint, non ita statim mitti executione debeant: quo euanescente ira si fieri possit, pœnitentiæ, misericordiæque locus inueniatur. Hæc est enim huiusmodi multitudinis natura, vt in iram facile concitetur. Nec fermè desunt, irarum indulgentes ministri, qui auidos atque intemperantes plebeiorum animos, ad sanguinem & cædes irritent. Cuius rei exemplum memorabile extat apud Liuium, De Heraclia Hieronis Syracusanorum principis filia, eiusque filiabus. Syracusanæ plebis iratæ iussu, confestim post damnationem interfectis. præripuerunt enim cædis ministri, nimia illa atque præpropera festinatione sua, plebis beneficium, quæ mutatis extemplo consiliis, iraque in miserationem versa, nuncios ad reuocandum cædis mandatum, miserat. Quam rem Liuius ad hunc modum exequitur. Scitum exemplo Prætores rogationem promulgarunt, acceptaque penè prius quam promulgata est, vt omnis regia stirps interficeretur, missique à prętoribus Demaratam Hieronis & Harmoniam Gelonis filiam coniuges Andronodori & Themistij interfecerunt. Heraclia erat filia Hieronis, vxor Sosippi, qui legatus ab Hieronymo ad regem Ptolomæum missus voluntarium consciuerat exilium. Ea cum ad se quoque venire præsciisset, in sacrarium ad penates confugit, cum duabus filiabus virginibus. Et inferius. Inter hæc abstractam à penetralibus iugulant: in virgines deinde respersas matris cruore impetum faciunt. Et mox. Tandem vulneribus cōfectæ, cum omnia replessent sanguine: exanimes corruerunt: cædemq; per se miserabilem, miserabilior casus fecit, quod paulo post nuntius venit, mutatis repente ad misericordiā animis, ne interficerentur. Ira deinde ex misericordia orta: quod adeo festinatum ad supplicium, neque locus pœnitendi, aut regressus ab ira relictus esset.[f] Est & alius casus, quem ego à constitutionis nostræ regula excipiendū crediderim, cum is, in quem capitalis sentētia dicta est, argumentis tantū & indiciis, non etiam testibus oculatis conuictus est. quamuis enim receptissimum sit, ex multis inditiis simul iunctis plenam probationem oriri,[g] ex iisque si indubitata sint, extremum etiam supplicium irrogari posse.[h] Putauerim tamen tum pœnam in aliquot dies sustinēdam, etiam post damnationem: quo veritas si fieri possit, processu tēporis elucescat.

(Left margin letters: B, C, D)

[f] Liuius sec. bel. pun. lib. 4

[g] l. excipiuntur ff ad Syllania.

[h] l. final. vbi doct. C. de probatio l. 2. C. quo opp. non recip. cap. afferte ext. de presumpt.

Fieri enim posse, vt rem ipsam, sicut se habuerit, tempus ape- A
riat, insonisque qui damnatus fuerit, appareat. quod plerisque
etiam id scelus, cuius insimulabantur agnoscentibus conti-
gisse, dubium non est. Nonnunquam enim aut metu, aut ali-
qua de causa in se confitentur. Et extat epistola diuorum fra-
trum ad Voconium Saxam, qua continetur liberandum eum,
qui in se fuerat confessus, cuius post damnationem, de inno-
i l.1.§ fin. ff. de quæstio. centia constitisset. [i] Cuius exemplum si quis desideret, Vlpia-
num adeat. Id enim adscribere nullius operæ fuerit. Illud con-
stat fuisse olim quamplurimos, qui homicidium in se confin- B
xerint, mentientes se homines occidisse, qui viui postea inuenti
k l. inde neratius §. fin. ff. ad l. aquil. sint. [k] Vel ab aliis interfecti. [l] Cuius rei elegans est id exem-
plum, quod Valer. Maximus commemorat, de Marci Agrij ar-
l l. qui seruum ff. de interro. actio. l. si eis cum quo ff. de confess. gentarij seruo, qui Alexandri Titi Fannij seruum occidisse in-
simulatus, eoque nomine tortus à domino, admisisse id faci-
nus constantissimè asseuerauit. Itaque Fannio deditus, suppli-
cio affectus est. Cum tamen paruulo deinde tempore interie-
m Val. max. lib. 8. titu. de quæstio. cto, ille de cuius nece creditum erat, domum redierit. [m] Author
etiam est Seneca, memoria sua fuisse Cn. Pisonem. Virum à
multis vitiis integrum, sed prauum, & cui placebat pro constan- C
tia rigor. Is cum ad supplicium duci iussisset eum, qui ex com-
meatu sine commilitone redierat, quasi interfecisset, quem nō
exhibebat: roganti tempus aliquod ad conquirendum non de-
dit: damnatus extra vallum deductus est, & iam ceruicem por-
rigebat, cum subito apparuit ille commilito, qui occisus vide-
batur. Tunc Centurio supplicio præpositus, condere gladium
n Senec. de ira lib. 1. spiculatorem iubet, damnatumque ad Pisonem reducit. [n] De
Annibale quoque literis proditum est, quod apetilia classe
Aphricam repetens, freto appulsus, dum tam paruo spatio Ita-
liam, Siciliamque inter se diuisas non credidit, nauigij guber- D
natorem, veluti seditiosum cursus rectorem interemit. Postea
diligentius inspecta veritate, tunc absoluit, cum eius innocen-
o Vale. maxi. lib. 9. de temerit. cap. 5. tiæ nihil vltra sepulchri honorem dari potuit. [o] Et vt recentio-
ra commemorem, scribit. Egnatius, Iacobum Foscarum,
Francisci Foscari Venetorum Ducis filium, cædis in Hermo-
laum Donatum admissæ postulatum, quod ad eam diem per-
specta esset, cum acerbas inimicitias cum Hermolao exercuis-
se, grauissimè tortum, licet nihil confessum, publico iudicio tan-
dem in cretam insulam relegatum, quo denique mortuo pa-
trati sceleris author, moriendo confessus est, à se solo audax id
facinus

A facinus admissum. [p] Cui non absimile, quod paucis ab hinc annis Rhedonis euenisse, nouimus. Quidam enim vilis, & deploratus, cuius nomen nunc non teneo, homicidij in Iamettum regium noctu patrati, atque latrocinij in illius ædibus admissi suspectus, & ob id in carcerem impactus: cum argumentis & coniecturis iisque vehementissimis premeretur, quæ ad instruendam iudicantium religionem sufficere videbantur, licet de se nihil confessus, tandem veluti legitimè conuictus, extremum luere supplicium damnatur. Idque iudicium confestim B executioni mittitur: factumque non multo post est, vt & alij eiusdem sceleris rei, in carcerem coniicerentur, qui testibus conuicti, propriòque ore confessi, & ob id etiam damnati, eius facinoris insontem, qui prius damnatus fuerat constantissimè affirmarũt, in eáque sententia ad extrema vsque vitæ suæ suspiria, perstiterunt. Quæ res profectò grauem mœrorem iudicibus attulit: licet (meo iudicio) suo munere rectissimè perfunctis. Erat enim illis pergraue, hominem damnasse, quem eius criminis ob quod addictus supplicio fuerat, innocentem esse liqueret. Facta tamen vitæ suæ diligenti disquisitione, planè constitit eum alias multas cædes, & grassaturas commisisse: ita vt C vel centum mortes, (si totidem infligi potuissent) commeruisse videretur. Hi tamen si in aliquot dies supplicij illius executionem distulissent, non in eam incidissent animorum suorum ægritudinem, neque enim (vt iam dixi) paucorum dierum dilatio periculum, aut damnum aliquod afferre potuit, neque vllã de morte hominis, quæ peracta irreuocabilis est, cunctationem nimis longam ducere debemus. Constátque sic damnatis, moram nonnunquam salutem attulisse. Hac enim ratione fertur, Apollonius Tyaneus, Pharionem Ægyptium, à mortis periculo, quod illi proximum erat, liberasse. Iussis per quos ad suppli-D cium, cum aliis ducebatur spiculatoribus, & ministris paulisper manere, damnatorúmque supplicium protrahere. Dum perspicuum fieret, quis noxius, vel insons esset, quod Philostratus his verbis in Apolonij vita scriptum reliquit. [q] Cum maiore pompa, quam gentium princeps comitatus incederet, forte prædones duodecim capitis damnati, ad supplicium ducebantur. Eos cum aspexisset Apolonius, non omnes, inquit, supplicio digni sunt: & digito quendam illorum ostendens, ille, inquit, mentitus est. Tunc ad ministros, quibus ducebantur, conuersus, iubeo vos, inquit, cursum sistere, tardiúsque ad suppli-

p Bapt. egna. de exemp. illu. vir. vene. ciui. lib. 8. tit. de qu. & tit. rei quibus de causis absol. aut dãna. sint Bapt. fulgo lib. 8. ti. de disquisit. per torment. cap. 4.

q Philoſt. de vita apol. lib. 5. cap. 8.

Fieri enim posse, vt rem ipsam, sicut se habuerit, tempus aperiat, insonisque qui damnatus fuerit, appareat. quod plerisque etiam id scelus, cuius insimulabantur agnoscentibus contigisse, dubium non est. Nonnunquam enim aut metu, aut aliqua de causa in se confitentur. Et extat epistola diuorum fratrum ad Voconium Saxam, qua continetur liberandum eum, qui in se fuerat confessus, cuius post damnationem, de innocentia constitisset. [i] Cuius exemplum si quis desideret, Vlpianum adeat. Id enim adscribere nullius operæ fuerit. Illud constat fuisse olim quamplurimos, qui homicidium in se confinxerint, mentientes se homines occidisse, quiuiui postea inuenti sint. [k] Vel ab aliis interfecti. [l] Cuius rei elegans est id exemplum, quod Valer. Maximus commemorat, de Marci Agrij argentarij seruo, qui Alexandri Titi Fannij seruum occidisse insimulatus, eoque nomine tortus à domino, admisisse id facinus constantissimè asseuerauit. Itaque Fannio deditus, supplicio affectus est. Cum tamen paruulo deinde tempore interiecto, ille de cuius nece creditum erat, domum redierit. [m] Author etiam est Seneca, memoria sua fuisse Cn. Pisonem. Vitum à multis vitiis integrum, sed prauum, & cui placebat pro constantia rigor. Is cum ad supplicium duci iussisset eum, qui ex commeatu sine commilitone redierat, quasi interfecisset, quem nō exhibebat: roganti tempus aliquod ad conquirendum non dedit: damnatus extra vallum deductus est, & iam ceruicem porrigebat, cum subito apparuit ille commilito, qui occisus videbatur. Tunc Centurio supplicio præpositus, condere gladium spiculatorem iubet, damnatumque ad Pisonem reducit. [n] De Annibale quoque literis proditum est, quod aperilia classe Aphricam repetens, freto appulsus, dum tam paruo spatio Italiam, Siciliamque inter se diuisas non credidit, nauigij gubernatorem, veluti seditiosum cursus rectorem interemit. Postea diligentius inspecta veritate, tunc absoluit, cum eius innocentiæ nihil vltra sepulchri honorem dari potuit. [o] Et vt recentiora commemorem, scribit. Egnatius, Iacobum Foscarum, Francisci Foscari Venetorum Ducis filium, cædis in Hermolaum Donatum admissæ postulatum, quod ad eam diem perspectum esset, cum acerbas inimicitias cum Hermolao exercuisse, grauissimè tortum, licet nihil confessum, publico iudicio tandem in cretam insulam relegatum, quo denique mortuo patrati sceleris author, moriendo confessus est, à se solo audax id facinus

i l.1.§ fin. ff. de quæstio.

k l. inde neratius §. fin. ff ad l. aquil.

l l. qui seruum ff. de interro. actio. l. si eis cum quo ff. de confess.

m Val. max. lib. 8. titu. de quæstio.

n Senec. de ira lib. 1.

o Vale. maxi. lib. 9. de temerit. cap. 5.

A

B

C

D

A facinus admissum. [p] Cui non absimile, quod paucis ab hinc annis Rhedonis euenisse, nouimus. Quidam enim vilis, & deploratus, cuius nomen nunc non teneo, homicidij in Iamettum regium noctu patrati, atque latrocinij in illius ædibus admissi suspectus, & ob id in carcerem impactus: cum argumentis & coniecturis iisque vehementissimis præmeretur, quæ ad instruendam iudicantium religionem sufficere videbantur, licet de se nihil confessus, tandem veluti legitimè conuictus, extremum luere supplicium damnatur. Idque iudicium confestim
B executioni mittitur: factumque non multo post est, vt & alij eiusdem sceleris rei, in carcerem coniicerentur, qui testibus conuicti, proprióque ore confessi, & ob id etiam damnati, eius facinoris insontem, qui prius damnatus fuerat constantissimè affirmarũt, in eáque sententia ad extrema vsque vitæ suæ suspiria, perstiterunt. Quæ res profectò grauem mœrorem iudicibus attulit: licet (meo iudicio) suo munere rectissimè perfunctis. Erat enim illis pergraue, hominem damnasse, quem eius criminis ob quod addictus supplicio fuerat, innocentem esse liqueret. Facta tamen vitæ suæ diligenti disquisitione, planè constitit eum alias multas cædes, & grassaturas commisisse: ita vt
C vel centum mortes, (si totidem infligi potuissent) commeruisse videretur. Hi tamen si in aliquot dies supplicij illius executionem distulissent, non in eam incidissent animorum suorum ægritudinem, neque enim (vt iam dixi) paucorum dierum dilatio periculum, aut damnum aliquod afferre potuit, neque vllã de morte hominis, quæ peracta irreuocabilis est, cunctationem nimis longam ducere debemus. Constátque sic damnatis, moram nonnunquam salutem attulisse. Hac enim ratione fertur, Apollonius Tyaneus, Pharionem Ægyptium, à mortis periculo, quod illi proximum erat, liberasse. Iussis per quos ad suppli-
D cium, cum aliis ducebatur spiculatoribus, & ministris paulisper manere, damnatorúmque supplicium protrahere. Dum perspicuum fieret, quis noxius, vel insons esset, quod Philostratus his verbis in Apolonij vita scriptum reliquit. [q] Cum maiore pompa, quam gentium princeps comitatus incederet, fortè prædones duodecim capitis damnati, ad supplicium ducebantur. Eos cum aspexisset Apolonius, non omnes, inquit, supplicio digni sunt: & digito quendam illorum ostendens, ille, inquit, mentitus est. Tunc ad ministros, quibus ducebantur, conuersus, iubeo vos, inquit, cursum sistere, tardiúsque ad suppli-

[p] Bapt. egna. de exemp. illu. vir. vene. ciui. li. 8. tit. de qu. & tit. rei quibus de causis absol. aut dãna. sint Bapt. fulgo lib 8. ti. de disquisit. per torment. cap. 4.

[q] Philost. de vita apol. lib. 5. cap. 8.

Fieri enim posse, vt rem ipsam, sicut se habuerit, tempus aperiat, insonisque qui damnatus fuerit, appareat. quod plerisque etiam id scelus, cuius insimulabantur agnoscentibus contigisse, dubium non est. Nonnunquam enim aut metu, aut aliqua de causa in se confitentur. Et extat epistola diuorum fratrum ad Voconium Saxam, qua continetur liberandum eum, qui in se fuerat confessus, cuius post damnationem, de innocentia constitisset. [i] Cuius exemplum si quis desideret, Vlpianum adeat. Id enim adscribere nullius operæ fuerit. Illud constat fuisse olim quamplurimos, qui homicidium in se confinxerint, mentientes se homines occidisse, qui viui postea inuenti sint. [k] Vel ab aliis interfecti. [l] Cuius rei elegans est id exemplum, quod Valer. Maximus commemorat, de Marci Agrij argentarij seruo, qui Alexandri Titi Fannij seruum occidisse insimulatus, eoque nomine tortus à domino, admisisse id facinus constantissimè asseuerauit. Itaque Fannio deditus, supplicio affectus est. Cum tamen paruulo deinde tempore interiecto, ille de cuius nece creditum erat, domum redierit. [m] Author etiam est Seneca, memoria sua fuisse Cn. Pisonem. Virum à multis vitiis integrum, sed prauum, & cui placebat pro constantia rigor. Is cum ad supplicium duci iussisset eum, qui ex commeatu sine commilitone redierat, quasi interfecisset, quem nō exhibebat: roganti tempus aliquod ad conquirendum non dedit: damnatus extra vallum deductus est, & iam ceruicem porrigebat, cum subito apparuit ille commilito, qui occisus videbatur. Tunc Centurio supplicio præpositus, condere gladium spiculatorem iubet, damnatumque ad Pisonem reducit. [n] De Annibale quoque literis proditum est, quod apetilia classe Aphricam repetens, freto appulsus, dum tam paruo spatio Italiam, Siciliamque inter se diuisas non credidit, nauigij gubernatorem, veluti seditiosum cursus rectorem interemit. Postea diligentius inspecta veritate, tunc absoluit, cum eius innocentiæ nihil vltra sepulchri honorem dari potuit. [o] Et vt recentiora commemorem, scribit. Egnatius, Iacobum Foscarum, Francisci Foscari Venetorum Ducis filium, cædis in Hermolaum Donatum admissæ postulatum, quod ad eam diem perspectum esset, eum acerbas inimicitias cum Hermolao exercuisse, grauissimè tortum, licet nihil confessum, publico iudicio tandem in cretam insulam relegatum, quo denique mortuo patrati sceleris author, moriendo confessus est, à se solo audax id facinus

i l. 1. § fin. ff. de quæstio.

k l. inde neratius § fin. ff. ad l. aquil.

l l. qui seruum ff. de interro. actio. l. si eu cum quo ff. de confess.

m Val. max. lib. 8. titu. de quæstio.

n Senec. de ira lib. 1.

o Vale. maxi. lib. 9. de temerit. cap. 5.

A B C D

A facinus admissum. [p] Cui non absimile, quod paucis ab hinc annis Rhedonis euenisse, nouimus. Quidam enim vilis, & deploratus, cuius nomen nunc non teneo, homicidij in Iamettum regium noctu patrati, atque latrocinij in illius ædibus admissi suspectus, & ob id in carcerem impactus: cum argumentis & coniecturis iisque vehementissimis præmeretur, quæ ad instruendam iudicantium religionem sufficere videbantur, licet de se nihil confessus, tandem veluti legitimè conuictus, extremum luere supplicium damnatur. Idque iudicium confestim B executioni mittitur: factumque non multo post est, vt & alij eiusdem sceleris rei, in carcerem coniicerentur, qui testibus conuicti, proprióque ore confessi, & ob id etiam damnati, eius facinoris insontem, qui prius damnatus fuerat constantissimè affirmarũt, in eáque sententia ad extrema vsque vitæ suæ suspiria, perstiterunt. Quæ res profecto grauem mœrorem iudicibus attulit: licet (meo iudicio) suo munere rectissimè perfunctis. Erat enim illis pergraue, hominem damnasse, quem eius criminis ob quod addictus supplicio fuerat, innocentem esse liqueret. Facta tamen vitæ suæ diligenti disquisitione, planè constitit eum alias multas cædes, & grassaturas commisisse: ita vt C vel centum mortes, (si totidem infligi potuissent) commeruisse videretur. Hi tamen si in aliquot dies supplicij illius executionem distulissent, non in eam incidissent animorum suorum ægritudinem, neque enim (vt iam dixi) paucorum dierum dilatio periculum, aut damnum aliquod afferre potuit, neque vllã de morte hominis, quæ peracta irreuocabilis est, cunctationem nimis longam ducere debemus. Constátque sic damnatis, moram nonnunquam salutem attulisse. Hac enim ratione fertur, Apollonius Tyaneus, Pharionem Ægyptium, à mortis periculo, quod illi proximum erat, liberasse. Iussis per quos ad suppli- D cium, cum aliis ducebatur spiculatoribus, & ministris paulisper manere, damnatorúmque supplicium protrahere. Dum perspicuum fieret, quis noxius, vel insons esset, quod Philostratus his verbis in Apolonij vita scriptum reliquit. [q] Cum maiore pompa, quam gentium princeps comitatus incederet, forte prædones duodecim capitis damnati, ad supplicium ducebantur. Eos cum aspexisset Apolonius, non omnes, inquit, supplicio digni sunt: & digito quendam illorum ostendens, ille, inquit, mentitus est. Tunc ad ministros, quibus ducebantur, conuersus, iubeo vos, inquit, cursum sistere, tardiúsque ad suppli-

p *Bapt egna. de exemp. illu. vir. vene. ciui. li. 8. tit. de qu. & tit. rei quibus de causis absol. aut dãna. sint Bapt. fulgo lib 8. ti. de disquisit. per torment. cap. 4.*

q *Philost. de vita apol. lib. 5. cap. 8.*

A Fieri enim posse, vt rem ipsam, sicut se habuerit, tempus aperiat, insonisque qui damnatus fuerit, appareat. quod plerisque etiam id scelus, cuius insimulabantur agnoscentibus contigisse, dubium non est. Nonnunquam enim aut metu, aut aliqua de causa in se confitentur. Et exrat epistola diuorum fratrum ad Voconium Saxam, qua continetur liberandum eum, qui in se fuerat confessus, cuius post damnationem, de innocentia constitisset.[i] Cuius exemplum si quis desideret, Vlpianum adeat. Id enim adscribere nullius operæ fuerit. Illud constat fuisse olim quamplurimos, qui homicidium in se confinxerint, mentientes se homines occidisse, qui viui postea inuenti B sint.[k] Vel ab aliis interfecti.[l] Cuius rei elegans est id exemplum, quod Valer. Maximus commemorat, de Marci Agrij argentarij seruo, qui Alexandri Titi Fannij seruum occidisse insimulatus, eoque nomine tortus à domino, admisisse id facinus constantissimè asseuerauit. Itaque Fannio deditus, supplicio affectus est. Cum tamen paruulo deinde tempore interiecto, ille de cuius nece creditum erat, domum redierit.[m] Author etiam est Seneca, memoria sua fuisse Cn. Pisonem. Virum à multis vitiis integrum, sed prauum, & cui placebat pro constan- C tia rigor. Is cum ad supplicium duci iussisset eum, qui ex commeatu sine commilitone redierat, quasi interfecisset, quem nō exhibebat: roganti tempus aliquod ad conquirendum non dedit: damnatus extra vallum deductus est, & iam ceruicem porrigebat, cum subito apparuit ille commilito, qui occisus videbatur. Tunc Centurio supplicio præpositus, condere gladium spiculatorem iubet, damnatumque ad Pisonem reducit.[n] De Annibale quoque literis proditum est, quod apetilia classe Aphricam repetens, freto appulsus, dum tam paruo spatio Italiam, Siciliamque inter se diuisas non credidit, nauigij guber- D natorem, veluti seditiosum cursus rectorem interemit. Postea diligentius inspecta veritate, tunc absoluit, cum eius innocentiæ nihil vltra sepulchri honorem dari potuit.[o] Et vt recentiora commemorem, scribit. Egnatius, Iacobum Foscarum, Francisci Foscari Venetorum Ducis filium, cædis in Hermolaum Donatum admissæ postulatum, quod ad eam diem perspectum esset, cum acerbas inimicitias cum Hermolao exercuisse, grauissimè tortum, licet nihil confessum, publico iudicio tandem in cretam insulam relegatum, quo denique mortuo patrati sceleris author, moriendo confessus est, à se solo audax id facinus

i l.1.§ fin. ff. de quæstio.

k l. inde neratius §. fin. ff. ad l. aquil.

l l. qui seruum ff. de interro. actio. l. si eis eum quo ff. de confess.

m Val. max. lib. 8. titu. de quæstio.

n Senec. de ira lib. 1.

o Vale. maxi. lib. 9. de temerit. cap. 5.

A facinus admissum. [p] Cui non absimile, quod paucis ab hinc annis Rhedonis euenisse, nouimus. Quidam enim vilis, & deploratus, cuius nomen nunc non teneo, homicidij in Iamettum regium noctu patrati, atque latrocinij in illius ædibus admissi suspectus, & ob id in carcerem impactus: cum argumentis & coniecturis iisque vehementissimis præmeretur, quæ ad instruendam iudicantium religionem sufficere videbantur, licet de se nihil confessus, tandem veluti legitimè conuictus, extremum luere supplicium damnatur. Idque iudicium confestim B executioni mittitur: factumque non multo post est, vt & alij eiusdem sceleris rei, in carcerem coniicerentur, qui testibus conuicti, proprióque ore confessi, & ob id etiam damnati, eius facinoris insontem, qui prius damnatus fuerat constantissimè affirmarũt, in eáque sententia ad extrema vsque vitæ suæ suspiria, perstiterunt. Quæ res profecto grauem mœrorem iudicibus attulit: licet (meo iudicio) suo munere rectissimè perfunctis. Erat enim illis pergraue, hominem damnasse, quem eius criminis ob quod addictus supplicio fuerat, innocentem esse liqueret. Facta tamen vitæ suæ diligenti disquisitione, planè constitit eum alias multas cædes, & grassaturas commisisse: ita vt C vel centum mortes, (si totidem infligi potuissent) commeruisse videretur. Hi tamen si in aliquot dies supplicij illius executionem distulissent, non in eam incidissent animorum suorum ægritudinem, neque enim (vt iam dixi) paucorum dierum dilatio periculum, aut damnum aliquod afferre potuit, neque vllã de morte hominis, quæ peracta irreuocabilis est, cunctationem nimis longam ducere debemus. Constátque sic damnatis, moram nonnunquam salutem attulisse. Hac enim ratione fertur, Apollonius Tyaneus, Pharionem Ægyptium, à mortis periculo, quod illi proximum erat, liberasse. Iussis per quos ad suppli-D cium, cum aliis ducebatur speculatoribus, & ministris paulisper manere, damnatorúmque supplicium protrahere. Dum perspicuum fieret, quis noxius, vel insons esset, quod Philostratus his verbis in Apolonij vita scriptum reliquit. [q] Cum maiore pompa, quam gentium princeps comitatus incederet, forte prædones duodecim capitis damnati, ad supplicium ducebantur. Eos cum aspexisset Apolonius, non omnes, inquit, supplicio digni sunt: & digito quendam illorum ostendens, ille, inquit, mentitus est. Tunc ad ministros, quibus ducebantur, conuersus, iubeo vos, inquit, cursum sistere, tardiúsque ad suppli-

[p] Bapt egna. de exemp. illu. vir. vene. ciui. li. 8. tit. de qu. & tit. rei quibus de causis absol. aut dãna. sint Bapt. fulgo lib 8. ti. de disquisit. per torment. cap. 4.

[q] Philost. de vita apol. lib. 5. cap. 8.

A facinus admissum. [p] Cui non absimile, quod paucis ab hinc annis Rhedonis euenisse, nouimus. Quidam enim vilis, & deploratus, cuius nomen nunc non teneo, homicidij in Iamettum regium noctu patrati, atque latrocinij in illius ædibus admissi suspectus, & ob id in carcerem impactus: cum argumentis & coniecturis iisque vehementissimis præmeretur, quæ ad instruendam iudicantium religionem sufficere videbantur, licet de se nihil confessus, tandem veluti legitimè conuictus, extremum luere supplicium damnatur. Idque iudicium confestim B executioni mittitur: factumque non multo post est, vt & alij eiusdem sceleris rei, in carcerem coniicerentur, qui testibus conuicti, propriòque ore confessi, & ob id etiam damnati, eius facinoris insontem, qui prius damnatus fuerat constantissimè affirmarũt, in eáque sententia ad extrema vsque vitæ suæ suspiria, perstiterunt. Quæ res profecto grauem mœrorem iudicibus attulit: licet (meo iudicio) suo munere rectissimè perfunctis. Erat enim illis pergraue, hominem damnasse, quem eius criminis ob quod addictus supplicio fuerat, innocentem esse liqueret. Facta tamen vitæ suæ diligenti disquisitione, planè constitit eum alias multas cædes, & grassaturas commisisse: ita vt C vel centum mortes, (si totidem infligi potuissent) commeruisse videretur. Hi tamen si in aliquot dies supplicij illius executionem distulissent, non in eam incidissent animorum suorum ægritudinem, neque enim (vt iam dixi) paucorum dierum dilatio periculum, aut damnum aliquod afferre potuit, neque vllã de morte hominis, quæ peracta irreuocabilis est, cunctationem nimis longam ducere debemus. Constátque sic damnatis, moram nonnunquam salutem attulisse. Hac enim ratione fertur, Apollonius Tyaneus, Pharionem Ægyptium, à mortis periculo, quod illi proximum erat, liberasse. Iussis per quos ad suppli- D cium, cum aliis ducebatur spiculatoribus, & ministris paulisper manere, damnatorúmque supplicium protrahere. Dum perspicuum fieret, quis noxius, vel insons esset, quod Philostratus his verbis in Apolonij vita scriptum reliquit. [q] Cum maiore pompa, quam gentium princeps comitatus incederet, forte prædones duodecim capitis damnati, ad supplicium ducebantur. Eos cum aspexisset Apolonius, non omnes, inquit, supplicio digni sunt: & digito quendam illorum ostendens, ille, inquit, mentitus est. Tunc ad ministros, quibus ducebantur, conuersus, iubeo vos, inquit, cursum sistere, tardiúsque ad suppli-

p Bapt. egna. de exemp. illu. vir. vene. ciui. li. 8. tit. de qu. & tit. res quibus de causis absol. aut dãna. sint Bapt. fulgo lib. 8. ti. de disquisit. per torment. cap. 4.

q Philost. de vita apol. lib. 5. cap. 8.

cij locum accedere, atque omnium vltimum hunc interfici. Is A enim sceleris huius nequaquam est particeps. Recte igitur feceritis, eorum mortem aliquantulum protrahentes, quoad palam fiat, quos occidere, aut non occidere sit melius. His dicendis quandiu poterat immoratus; sermonem in longum protrahebat, quod alias facere, minimè consueuit. Cur autem id fecerit, paulò post apparebit. Cum enim iam octo capita abscissa essent, eques citato cursu, ad supplicij locum tendens, Pharioni parcite, clamabat. Non enim latro est, sed de seipso pœnarum timore mentitus est, atque alij tormētis veritatem fateri coacti, virum bonum hunc esse confessi sunt. Hactenus Philostratus. B Ex his itaque manifestum fieri arbitror, eorum supplicia, qui argumentis tantum conuicti sint, aliquantisper differri debere: dum veritas, si fieri possit, ad liquidum explorata progressu temporis, in lucem emergat. Vetus enim est quod dicitur, veritatē temporis esse filiam: vt non immerito laudetur à Thucidide, Lacedæmoniorum in puniendo tarditas, apud quos perpetuo more id diligēter obseruatum fuisse scribit: ne celeres essent ad aliquid, quod inemendabile esset, ex indiciis quantumuis perspicuis decernendū.[z] Periculosam omnibus in rebus, quæ tolli, corrigique non possunt, festinationem ducentes. Quod & Publianus ille mimus indicat. C

Malum consilium est, quod mutari non potest.[a]

Neque cursus (vt est apud Sophoclem) idem est finis & consilij. Siquidem in cursu vincit, qui celerrimus sit, in consultando, vel decernendo cunctatio tutior est.[t] A quo non abhorret, quod (vt est apud Liuium) Democritus prætor Ætolorum dixisse fertur. Rem nullam consiliis tam inimicam, quam celeritatem. Celerem enim pœnitentiam, sed tandem seram, atque inutilem sequi: cum præcipitata raptim consilia, neque reuocari, neque in integrū restitui possint.[u] Cui non absimile, quod D vulgo dici solet, præcipitationem iustitiæ nouercam, comitem habere pœnitentiam. Et quod Seneca dixit. Consilium omne, & pœnitentiam irreuocabilem præcipitationem abscindere.[x] Vt non ab re (quod ex Quintiliano docuimus) veteri lege vetitum fuerit, ne de damnato quoquam ante diem tricesimū pœna sumeretur.

z Thucid. bel. pelopon. lib. 1.

a Gell. noct. Atti. lib. 17. cap. 14.

t Plutarc. in lib. de garrulitate.

u Liui. de bel. Maced. lib. 1.

x Seneca de ira lib. 1. ca. 9.

Rursum à constitutionis nostræ regula, excipienda illa sententia est, quæ in pregnantem mulierem dicta fuerit, nam nec ea etiam mitti statim executioni debet. Scribit enim Vlpianus

A Imperatorem Hadrianum rescripsisse, liberam quæ prægnans vltimo supplicio damnata sit, solitam esse seruari, dum partum ediderit.[y] Quod & de ancilla accipiendum est. Nam & alibi Vlpian. ipse prægnantis (inquit) mulieris consumendæ damnatæ pœna differtur, quoad pariat.[z] Quod in fauorem partus constitutum esse manifestum est: ne simul cum matre, qui nihil deliquerit, intereat: & ne qui speratur, ante vitam necetur.[a] Id enim curæ maximè prætori esse debet, ne quod præiudicium fiat ei qui in vtero est:[b] partuique in hoc fauetur, vt in lucem producatur: & productus educetur, qui non tantum parenti-
B bus, verumetiam reip. nascitur.[c] Alibiq; traditur, sicut prætor liberorum, qui iam in rebus humanis sunt, curam habere debet: ita etiam eos qui nondum nati sunt, propter spem nascendi non negligere.[d] Scribitque Martianus non debere calamitatem matris, nocere ei qui in ventre est.[e] Quamobrem conuenit inter omnes nihil referre, an legitimus is sit, vel ex adulterino, nefarióve, aut alias illicito concubitu, aut etiam in carcere (quod plerúmque contingit) conceptus: semper enim in gratiam inchoati hominis (qui nihil ipse peccauerit[f]) supplicij executio sustineri debet. Idem & si quem aluo
C mulier continet, nondum omnino formatus sit, neque adhuc anima corpori eius infusa, ne alioqui tollatur spes animantis.[g] Videtur autem hæc lex ab Ægiptiis initium habuisse: & ab illis ad Athenienses translata, à quibus eam denique Romani acceperint. Quod ex Diodoro Siculo, Æliano, Plutarcho, Fabioque Quintiliano colligi posse videtur. Sic enim Diodorus mulierum (inquit) morti destinatarum, si prægnantes essent, partus expectabatur: quam legem multi Græcorum acceperunt, existimantes penitus iniquum esse, cum
D qui nihil commisisset, vna cum facinoroso pœnam pati, aut duos plecti, cum vnus deliquisset: cumque eo qui sponte peccasset, criminis vacuum puniri. Insuper cum sola peccasset mater, minimè æquum censebant, filium patri, matrique communem habere maternam pœnam.[h] Ælianus. Iudices (infit) Areopagitæ, cum veneficam mulierem deprehendissent, & eam morti tradere vellent, non prius ipsam interemerunt, quàm partu liberaretur. Postquam verò peperit, comprehenderunt ipsam & soluentes à damnatione innocentẽ infantem, eam quæ commeruerat suppliciũ solam morte mulctarunt.[i] Plutarchus.[k] Ægiptiorum vero legem, quæ grauidã

y l. Imperator ff. de stat. homin.
z l. prægnãtis ff. de pœn. decreto Paris. iudicatũ 28. Aug. 1451.
a l. 1. §. sed & si quis ff. de vent. in possess. mitt.
b §. si ea eadẽ lege.
c §. & generaliter eadem lege.
d d. l. 1. in princ.
e l. & seruorum in fi. ff. de sta. homin.
f Authent. de incest. nupt.
g Bald. d. l. Imperator Gulo. Bened. cap. raynutius verbo & soboles quam gestabat in vtero ext. de testam.
h Dio. Sic. rerũ antiq. lib. 2. cap. 3.
i Ælia. var. histo. lib. 5.
k Plutarc. in lib. de sera. numi. vind.

donec pariat, in mortis carcere custodiri iubet, nonne Græcorũ quidam inconsultè vobis transcripsisse videntur? Et sanè quidem illi aiebant. Intuli itaque si infans nondũ editus, sed adhuc latens in vtero, potis est tempore opus, siue consilium absconditum in solis proferre lucem, ostenderéque noxam istam salutis causa, seu aliqua necessitate cogente, perpetratam esse, nonne satius pœnæ erit suspensio, quam inconsulta, acceleratáq; vindicta? mihi quidem ita videtur. Quintil.[l] Supplicia prægnantium, lex differri in diem partus iubet. Nec me tamen præterit, esse, qui huius vel legis, vel consuetudinis originem, ad Mosaicã legem referendam existiment: qua vetitum fuerit, animalia mactari, quæ vterum gererent. Id enim apertissimè indicat Philo Iudæus, cum de Mosaicis legibus agens, ita scribit.[m] Certè vetitum est iisdem legibus, ne animans vlla grauida mactetur, nisi partu leuato: quo latens in vtero fœtus, non minoris æstimetur, quam in lucem editus. Si enim cauetur, vt quę plantarum more augentur, nunc vnita grauidis, separanda post menses aliquot, ea seruentur in spem futuram, & parcatur matribus, ne quod fiat piaculum: quanto maior ratio habenda est iam editorum, & proprias animas habentium, propriaq; corpora? Proinde nefariũ videtur eodem tempore, ac eadem die mactare matrem cum sua sobole. Et hoc est opinor, cur quidam legem introduxerunt de damnatis mulieribus, si grauidæ crimen capitale admiserint, ne ante partum luat supplicium: videlicet vt maneat incolume quod vtero geritur, in quam sententiam & Clemens Alexandrinus.[n] Rursus (inquit) benigna lex prohibet, eodem die fœtum & matrem sacrificare. Hinc etiam Romani, si qua mulier prægnans fuerit damnata capitis, non prius permittunt, vt supplicium subeat, quàm pepererit. Aperte itaque quæcumq; vterum gerunt animalia, ea lex non prius mactari permittit, quàm pepererint, eminus retardans hominum ad iniuriam faciendam propensionem. Sęuus igitur, & immanis, supra quam dici possit, Claudius Imperator, qui nec suppliciis etiam prægnãtium mulierum, (quod Dion tradit)[o] abstinuit. Sicut è Francica nobilitate Bodillus, qui Childericum secundum Gallię regem, (à quo palo alligatus virgis cæsus fuerat) inter venandum adortus, non tantum occidit, verumetiam reginam Blitildem vterum ferentem ne vindex exoriri posset, vtque spes animantis tolleretur, interemit.[p] Neque vero supplicia tantum grauidarum differri oportet, donec pepererint sed nec de iis etiam quæstio

l Quint. declam. 277.

m Philo. Iudæ lib. de charita.

n Clem. Alexand. lib. 2. Strom.

o Dion in Claud. lib. 60.

p Aimonius Monacus, Gaguinus & Paulus Aemil. in Childerico 2.

A habenda est.[o] Eadem enim subest ratio, ne scilicet in lucem prodituri homini spes extinguatur, damnatæque matris delictum fœtus innoxius luat. Qua ratione videretur & post puerperium, damnatæ mulieris suppliciũ, vel quæstionem aliquantulum differri debere: si parens vterque inopia,& egestate adeo præmeretur, vt vnde nutricationis mercedem soluere posset, non haberet: quo mater, editum puerum, ne fame conficiatur vberibus suis lactare queat.[p] Nam & naturali,commentitioque iure,mater, puerum saltem trimo minorem, lacte suo alere debet.[q] Non enim (vt pulchre apud Gellium Phauorinus disserit) B natura fœminis mammarum vbera, quasi neruulos venustiores ornandi pectoris causa, sed liberorum educandorum gratia dedit.[r] Vnde æquissimum videtur in gratiam hominis recens editi,supplicium cruciatumq; differri.[s] Ego tamen cum Alberico[t] crediderim, nihil ob eam rem morari iudicem debere, quominus latam à se sententiam exequi iubeat, lex enim in tempus tantum partus, supplicium, quæstionémq; differre statuit, posséque huiusmodi longior dilatio, ansam præbere delinquendi, quod ne fiat,publicè interest.[u] Nec obstat,quod huiusmodi partus, occisa mãtre, inedia perire possit: huic enim morbo haud C grauatè, circunspectus iudex medebitur, qui ex publico sumptum suppeditari, nutritiumq; solui iubebit.[x] Nam vt demus longe commodius materno lacte pueros educari, neque eandem aduentitiæ nutricis futuram in nutriendo, vel charitatem, vel diligentiam,quam matris, vt quæ natos ex intimo,& vt dici solet ex vnguibus amet.[y] Non ideo tamen consequens est, eis qui alienis vberibus lactantur, interitus periculum imminere. Alioquin de humano genere actum esset, maior enim pars fœminarum partus suos alienis fœminis nutriendos committit. Si tamen statim nutrix idonea reperiri non possit, crediderim supD plicium tantisper protrahi debere,dum inueniatur quę puerum lactandum suscipiat. Neque enim modici huiusmodi temporis mora Reip.vel priuato fraudi esse poterit. Sanctiusqne esset impunitum damnatę matris facinus rẹlinqui,quàm insontem puerum fame necari.[z] Cum pro regula traditum sit, paternum,vel maternum crimen, nullam filio maculam infligere posse, & vnumquemque ex suo admisso sorti subiici, nec alieni criminis successorem constitui.[a] Nec me quidquam mouet,quod ob noxam matris, partus quandoque periculum patiatur:[b] quodq; filiam quamuis prægnantem, in rebus venereis deprehensam,

o d.l.pregnãtis Iul. Paul. recept. sent. lib. 1. tit. de iudic.

p arg.l.sed si is §.an autem re,cendi ff de carbo. edi.

q l.nec filium C. de patria potest. l. alimenta C. de nego.gest.

r Gell.noct. atti. lib. 12. cap.1.

s ar.l.1.C.de bon. proscrip.

t Alber.d.l. imperator.

u l.si in operis C.de pœ.

x arg.l.mulier ff.de capt. l. 2.C.quibus ex causis ser. pro prem. liber.accip.

y Gell.d.c.1. Plut. in lib.de libe.educ.cap. 3.

z l.absentem ff.de pœn.l.1. §.sed & si incertum sit & §.sed etsi quis ff de vent. in poss.mitt.

a l.crimen ff. de pœn.

b §.si vero ex consensu in authen. vt liceat matri & auiæ.

simul cum adultero (ex quorundam sententia) pater occidere A possit.[c] Hac enim in specie solum factum, non etiam iuris ordo respicitur.[d] In hocque patris iracundiæ, iustoque ipsius dolori, qui illatam domui, & familiæ iniuriam sic vltus est, indulgetur: vt id ei sceleri assignari non possit.[e] Quod de sententia dici non potest, quæ cum temperamento & moderamine ferri debet,[f] in quaque & ipsius executione iuris ordo seruandus est.[g] Vt sic optimo iure videatur sententiæ executionem prolatari debere, dum inueniatur alumna, quæ pueri educationem in se recipiat: ne simul innocẽs cum noxia pereat.[h] Sunt & qui à partu etiam quadraginta dies expectandos censeant, priusquam damnata B mulier extremo supplicio afficiatur,[i] quod grauidæ mulieris, & eius quæ puerperio cubat, dum purgationis tempus impleatur, eadem videatur esse caussa.[k] Id quod Oldrado, Laudensi, Alberi.q; & aliis non paucis haud immerito displicet.[l] Neque enim tum subest vllum iam editi partus, ne opprimatur periculum. Et quod dicitur, eandem esse prægnantis, & eius quæ post partum lectulo decumbit, rationem, sic accipiendum est, vt sicut illa quæ vtero gerit, partuique proxima est, si vocata in ius fuerit, sistere se ad diem non cogitur, ita nec hæc: perinde enim excusa- C tur, ac si valetudine impedita esset: neque id ad alium casum longe diuersum trahendum est, cessante præsertim conseruandi fœtus ratione. Quo fit vt mox à partu, sententiam modo nutrix non desit, executioni mittendam putem. Nec ad rem pertinere quæ de animātibus rationis expertibus Pythagoras edixit, dum iis quæ in ouium & caprarū gregibus boumq; armentis nascuntur protinus vti vetuit: ne pretextu quidem sacrificiorum & ea enim quæ matrum præsertim gratia constituisse eum apparet, ad mulieres capitis damnatas trahi debere, nemo sani iudicij dixerit. Eoque maxime quod leges omnes, quæ supplicium præ- D gnantis differri iubent, non damnatæ, sed partus qui nasci speratur, fauorem respiciunt, quod autem Pythagoras matrum gratia huiusmodi animantium fœtibus vesci noluerit illius verba perspicue demonstrant. Concede matri fœtum vel septem primis diebus. Si enim, inquit, Clemens Alexandrinus.[m] Nihil fit sine causa, & enixis animantibus lac redūdat ad fœtus nutriendos, quia dispensatione lactis fœtum auellir, naturam afficit cōtumelia. Quantum tamen ad quæstionem spectat, receptius est vt ea aliquantisper à partu supersedeatur, donec (vt apud Euripidem Electra loquitur) dies expleuerit quibus lustrari solet

c l. patri & l. quod ait lex vbi doct. ff. ad l. iul. de adul.
d Bart. l. meminisse ff. de cōd. & de demōst. l. quid ergo §. 4. ff. de his qui no. infa.
e d. l. quod ait §. fina. & l. Gracchus C. eodem.
f l. qui sententiam C. de pœn.
g Alber. d. l. imperator.
h d. l. crimen.
i glo. d. l. prægnantis.
k l. 2. §. si non propter valetudinem ff. si qu. cauto.
l Oldr. Alb. & alij d. l. prægnantis.
m Clemens Alexand. lib. 2. Stroma.

A puerpera, firmiorque & validior facta, verisimiliter tormenta quibus, subdi eam constitutum fuerit, sufferre possit : ne forte(quod plerumq; contingit)dum torqueatur deficiat.[m] Vtque salua fiat, vel innocentiæ, vel supplicio.[n] Nam & alias facillimum esset spem animãtis cum grauida perimere, quod iudici crimini adscribi posset. [o] Sed quid de muliere relegata dicendum? an & eius pœna, si ventrem ferat, in id tempus sustineri debeat, quo partu leuata fuerit? Et non videtur cum in Adriani rescripto, quo de protrahenda grauidę mulieris pœna agitur, vltimi supplicij nominatim fiat mentio. [p] De quo & Vlpiani B responsum intelligẽdum videtur.[q] Dum de prægnante, quæ consumenda damnata est, loquitur: vnde ad aliam pœnã trahi non debet: maximè cum Reipub. intersit, vltionem scelerum non differri. [r] Adde quod Vlpianus Adriani rescriptum referens, prægnantis etiam mulieris, cui aqua & igni interdictum sit, cõmeminit: neque tamen eam pœnam differri tradit.[s] Propius tamen vero est, vt & hæc pœna, dum parturietit mulier, sustineri debeat: viget enim & hoc casu eadem conseruandi partus ratio, vixque fieri potest, vt saluo & incolumi fœtu manente, exi- C lium ferre grauida mulier possit. Nam & Vlpianus, responso suo obstetrices, quæ decreto prætoris ad inspiciẽdum ventrem missæ sint, inspicere quidem permittit, ventrem vero tangere inuita muliere, quæ prægnans dicitur, non conceditur.[t] Nec obstat quod Vlpianus aquæ & ignis interdictionis pœnam differri non dixit, neq; enim etiam id fieri debere negauit: vt sic cum eadem sit ratio, idem obseruandum sit.[u] Quamobrem & membri amputatio quamuis capitalis pœna non sit.[x] Si tamen hãc pœnam sufferre grauida mulier damnata sit, existimauit Albericus,[y] cui & ipse accedo, donec enixa fuerit, supplicium prorogandum, quandoquidem & hoc casu imminet fœtui mortis periculum: D acceditq; membri abscissio, quam proxime ad extremum supplicium.[z] Illud etiam hoc loco non incommodè tractari potest, an in gratiam eius, qui in duellum prouocatus, cum imbecillis, imfirmoque corpore esset, vel alias id sibi alia ex causa liceret, optionem dederit, capitalis sententiæ executio, quæ non multo post in optionem dicta fuerit, differri debeat, donec vicariam operam, singulari certamine decernens, prouocato præstiterit. Et videretur protrahi debere ne in famæ existimationisque suæ discrimen veniat, qui eum elegerit. Crebrius tamen receptum est, moram nullam ob hanc

m l. aut damnum §. 1. ff. de pœn.

n l. quæstionis modum ff. de quæstio.

o l. negat. lex. regia ff. de mortuo infer.

p d. l. imperator.

q d. l. prægnantis.

r d. l. cum reis.

s d. l. imperator.

t l. 1. §. de inspiciendo ff. de vent. inspic.

u l. illud ff. ad l. aquil.

x l. licet capitalis vbi Alciat. ff. de verb. signif.

y Albe. d. l. imperator.

z §. adhæc sanximus in authen de col li Alciat. transigere. C. de transa. dixi in verbo auriculam. &c.

causam afferri supplicio debere: neque certamini idoneum esse, qui talem sententiam passus sit, cum enim iuris etiam infamia aspersus sit.[a] Dubium non est, quin prouocator refellere eum possit.[b] Nam & illud inter eruditos conuenit, posse prouocantem optionem auersari, qui aliqua labe infamis, apud graues viros sit, factique tantum (quod dicunt) infamia notatus:[c] quam in sententiam vt transeam & illud nonnihil me mouet, quod alias huiusmodi sententia in optionem dicta, elusoria reddi posset, neque ad effectum perduceretur: nempe si ille victus in stadio deficeret: neque enim eo tali mortis specie occumbente, satisfactum reipublicæ videretur. Nec ad rem facit, quod prouocatus, qui iustam forte caussam fouet, ob eam rem in famæ suæ dispendium incursurus sit. Danda enim ei facultas erit, alium substituendi: vel ordinaria via cogetur prouocator experiri.[d] Neque enim obesse illi casus fortuitus debet.[e] Sunt & qui credant, non statim sumendum de damnatis supplicium, à quibus alios in societatem sceleris adhibitos fuisse appareat: sed differri aliquantisper debere, donec torti conceleratos indicauerint, cum iisque si opus visum fuerit, commissi fuerint quibus & ipse assentior, nam & Paulus, vltimo supplicio addictos, sæpe ideo post damnationem seruari solere scribit: vt ex his in alios quæstio habeatur.[f] Vsu tamen compertum habeo, id ita demum seruari, cum damnatorum testimoniis, conscij participésque facinoris premi videntur: qui vel prehensii sint, vel quos spes subsit, non magno negotio prehensum iri posse: ita vt infra paucos dies cum damnatis componi possint. Alioquin dicta sententia confestim executioni mittitur, regestis in acta curiæ defunctorum elogiis, quæ captis, postea sceleris consciis, exhibentur, & recitantur, proque legitimis testimoniis vt plurimum habentur, facta tamen nonnunquam accusatis copia, huiusmodi testimonia refellendi. Possunt & aliquot aliæ iustæ caussæ accidere, propter quas, supplicium cuiquam indictum, protrahi debeat: vt quia ebrius sit, qui damnatus ad supplicium ducitur, isque salutis æternæ minime memor, ridicula efferat. Vt enim animæ ipsius saluti consulatur,[g] æquissimum videtur, supplicium differri, donec voluntarius ille furor abeat. Quod quandoque Biturigibus fieri vidi, studiorum caussa tum illic agens. Cum enim quidam ex plebe ob grassaturas & latrocinia, suspendio vitam finire iussus, iam iam moriturus, literamq; (quod dicitur) longam facturus, per vinum, multa de superiori parte patibuli

a l. infamem ff. de pub. iud.
b arg. l. is qui reus ff. de pub. iud. l. reus. C. de procur.
c Alciat. lib. de singu. certa, cap. 35.
d arg. l. inter causas §. abesse ff. mand.
e arg. l. si præsens C. de episc. aud. & l. qui cum patrem C. qui pet. tuto. alber. d. l. imperator.
f l. qui vltimo ff. de pœn.
g arg. notatorum C. ex tempore qui filij sint legi. fels. C. translato de consti. Alcia. lib. de verb. signif. 2.

A patibulī obſcœnè, ſcurriliterque effutiiſſet, quæ vel ipſi craſſo (quem Agelaſtum dixit Lucilius)[h] riſum mouere potuiſſent. Viſum eſt latrumculatori pœnam ſuſtineri, dum ad ſe reuerſus, aliqua pœnitentiæ ſigna ederet. Id quod pleriſque magni nominis viris probatum eſt. Præter id enim quod illa paucorum dierum mora animæ illius veriſimiliter conſultū fuit: perridiculum fuiſſet, parumque ad exemplum pertinens, temulenti hominis gulam, laqueo præfocari pendulo: vtpote exhibito ſupplicio, quod fictitij ſpeciem, magis, quam veri habere videretur: de ipB ſoque dici potuiſſet, quod de Bonoſo vulgo iactatum fuiſſe ſcribit Flauius Vopiſcus.[i] Amphoram pendere, non hominem. Illud non indignum quod in literas mittatur. Ante paucos, quam hæc commentarer annos, ſenatus noſtri iudicio in cantorem quendam, Guerrandianum ſacrilegij conuictum, ita animaduerti conſtitutum fuiſſe, vt laqueo vitam finiret: extinctique cadauer mox in ignem coniectum amburreretur, quem cum carnifex patibulo ſuffixum, vti præfocatum & exanimem reliquiſſet, idque iis omnibus qui aderant ita videretur: nexilem laqueum, quo collum illius nodauerat, abſcidit: ſuſpendioſumq; in eam C quam fecerat lignorum ſtruem præcipitem dedit: ſupra quem cum qui carnifici miniſtrabant, multa adhuc ligna congeſſiſſent, neq; vel minimum ille ſuſpirium, aut ſtrepitum ederet, pyra demum accẽſa ſurrexit, inuitiſq; carnifice & miniſtris, quamuis eum diligenter perſequentibus, multis etiam vulneribus affectus, ſemiuſtulatus euaſit, hunc deinde prehenſum, & ad publicos carceres deductum, cum tortor ſupplex ad ſupliciū repoſceret: viſum eſt ſenatui, tãtiſper differri debere, dum princeps certior factus, veniales illi codicillos tribueret, vel quid de eo ſibi videretur, conſtitueret. Iſque interea in valetudinarium D miſſus, & medico imperatum vt eius curam ſuſciperet, opeque ſua quoad eius fieri poſſet, eum iuuaret. Quod profecto ratione non caruit, quando id factum ſpeciem habuit miraculi. Nam & plerique ex noſtri iuris interpretibus affirmant, ſi ſuſpenſus fracto laqueo, quo guttura ipſius tortor ligauerit, illeſa ceruice decidat in terram, videri id miraculoſe factum, ſi antea ſemper inſontem ſe ſceleriſque ob quod damnatus ſit inſcium fuiſſe profeſſus fuerit. Ideoque dimittendum.[k] * Qua tadeprehẽſus, in carcerem coniicitur, iterum, igni reddi placuit Senatui Burdigal. 14 Aprilis an. 1534. Boërius eiuſdem Senatuſcōſulti meminit deciſ. 109. ſed nec diei nec conſulis mẽtionem facit. Vide quæ ſcripſi in l. fauorabiliores D de regulis iuris collatio, vbi aliud placitum citatur contra reum qui eiectus è ſcalis fracto fune deciderat in terram, iterum ſupplicio redditum, quæ iudicia iure & ratione ſubnixa, vt pote Britannicis potiora ſequenda eſſe reor.

h Cic. lib. de fin. bono. & malo. 5. Plin. lib. 7 cap. 19. Ammianus Mar. lib. 26.

i Flau. Vopiſcus in bonoſo.

k Luc. à penna l. 1. C. de deſerto & occult. lib. 12. Phil. dec. l. fauorabiliores ff. de reg. iur. Alcia. tract. præſumpt. regula 3. præſumpt. 44.

* Lucianus igne vitam finire damnatus, ex flãmis ſemiãbuſtus euaſit, in Eccleſia Carmelitarum

men in re crediderim plurimum posse ius dicētis arbitrium, qui inspecta negotij qualitate prudenter dispiciet, hoc ne pro miraculo habendum sit, an id minus: vt sic sententiam exequi iubeat, vel differat. Quid enim si hoc dolo & opera tortoris euenisse liqueat? qui forte precio deprauatus, interiorem restis partem inciderit? quid si funarij calliditate, vel culpa, qui cannabinum funiculum male tortum, putremve vel vetustum vendiderit, an tunc disrumpi funem restionémque & pensilem hominem de alto recidentem in terram deuolui mirabile fuerit? nunquid & hoc Apuleius sibi contigisse scribit? [l] Quid item si manifesta funis vestigia, ceruici hominis illius impressa emineant? nunquid quos dominus sanitati restituit, perfecte sanare solet? nullis etiam manentibus pristinæ infirmitatis reliquis, vel indiciis? integraque & non dimidiata miracula edere? Quid rursum si culpa aliqua spiculatoris argui possit, ex cuius forte parum cauti manibus, damnatus dum laxius retineretur elapsus, protinam in pedes (vt cum Plauto loquar) se coniecerit? quod aurigæ cuidam euenisse seculo Valentiniani Ammianus Marcellinus tradit his verbis, Apronianus regens vrbem æternam Hilarium aurigam conuictum atque confessum, vix dum pubescentem filium suum venefico tradidisse docendum secretiora quædam legibus interdicta, capitali adnimaduersione damnauit: qui laxius retinēte carnifice, subito lapsus confugit ad ritus Christiani sacrarium, extractusque exinde illico abscisa ceruice consumptus est. [m] Id autem perpetua dignum memoria quod ætate sua vercellæ contigisse, diuus Hieronymus literis prodidit, fuisse mulierem innoxiam quidem illam, à marito tamen adulterij insimilatam, obidque in carcerem coniectam, atque damnatam (quia iuuenis eiusdem criminis accusatus, vi tormentorum confessus fuisset, quod non admiserat) quæ ad supplicium ducta, & à spiculatore sæpius icta, nihilominus vixerit: demum admoto iugulo mucrone, mori visa sit. Et iterum paucis interpositis horis reuixerit. Cui cum ad supplicium requireretur, Euagrius ab imperatore libertatem precibus suis impetrauit: & id quidem optimo iure, debuit enim ei reddi libertas, cui reddita vita fuisset: Duréque nimium secum egisse, visi sunt, qui miraculi magnitudine nihil moti, eam nihilosecius ad supplicium requisierunt, aduersus quos, ideo sic Hieronymus exclamat: O verè summum ius, summa malitia: post tanta miracula adhuc sæuiunt leges. [m] Videtur & miraculi spe-

l Apul. asi. aur. lib. 1.

m Ammianus lib. 26.

m Hiero. ad innocentium de muliere septies icta.

A ciem id habuisse, quod de Numidico præsbitero scribit Cipria-
nus, qui cum vxorem lateri suo adhærentem concrematam si-
mul cum aliis, lætus aspexisset. Ipse semiustulatus, & lapidibus
obrutus, & pro mortuo derelictus dum postmodum filia soli-
cito pietatis obsequio cadauer patris inquirit, semianimis in-
uentus, & refocillatus, & extractus à comitibus, quos ipsa præ-
miserat, remansit inuitus. [n] Nobilis est, & ad hunc locum ma-
ximè pertinens illa Senecæ declamatoris controuersia: de in-
cæstus damnata, quæ prius quam de saxo deiiceretur, deam ve-
stam inuocauit, quasi innocentiæ suæ testem, sibique auxilio ita
B futuram quemadmodum sciret se esse pudicam: cum enim de-
iecta salua permansisset, & nihilominus repeteretur ad pœnam,
contradixit Cornelius Hispanus, eam veluti deorum sententia
absolutam, vt de cuius innocentia post damnationem apparuis-
set, idcircoque dimittendam aduersus Portij latronis senten-
tiam disputans. [o] Sed de his iam plus satis. Fuere & qui pœnam
sustinendam censuerunt, si damnatus, se habere diceret, quod
principi referret, salutis ipsius causa: A quibus immerito diffi-
det Vlpia. in eaque est sententia vt credat, eos qui semel dam-
nati sint, audiendos non esse, quicquid allegent, quis enim (in-
C quit ille) dubitat, eludendæ pœnæ causa ad hoc eos decurrere?
magisque esse puniendos, qui tandiu conticuerunt, quod pro
salute principis habere se dicere iactant? non enim debebant,
tam magnam rem tandiu reticere. [p] Ille tamen casus ex ipsius
etiam Vlpiani sententia, à nostræ constitutionis regula exci-
piendus est, cum sententia in Decurionem dicta est, qua in me-
tallum, metalli opus, vel vt furcæ subiiciatur, viuusve exuratur
damnatus est: cum enim huiusmodi pœna affici ille non pos-
sit, [q] si forte huiusmodi sententia in eum dicta fuerit, superse-
deri ab eius executione debet, & ad principem referri, vt ex au-
D thoritate eius pœna permutetur, aut liberetur. [r] Porro & sen-
tentiæ illius executio differri debet, qua præses prouinciæ, ali-
quem in insulam relegauerit: cum insulam sub se nullam ha-
beret. Tum enim scribere Imperatori debet, vt ipse insulam assi-
gnet: interimque relegatum militi custodiendum tradere. [s]
Idem & de sententia dicendum, qua quis ad bestias damnatus
est, cum eius roboris, vel artificij esse videatur, vt dignius po-
pulo Romano exhiberi possit: nam & illius executio suspen-
denda est, quoad princeps consultus, quid fieri velit rescribat. [t]
Sed & siquis ex pluribus facinoribus condemnatus, propter

n diuus Ciprianus epist. lib. 4. epist. 10.

o Sene. contro. lib. 1. cap. 3.

p l. siquis aliquid ff. de pæ.

q l. inter pœnas §. fin. ff. de interdi. & releg.

r l. moris §. sed cum ff. de pœ.

s l. relegatorum ff. de interd. & releg. l. 1. in princ. ff. quando appell. sit glor. can. cum apud 11 q. 3.

t l. ad bestias ff. de pœn.

quædam appellauerit, propter quædam acquieuerit, scribit Vlpia. Si grauiora sint crimina ob quæ appellatio interposita est, leuius id propter quod non appellauerit, differendam pœnam esse.[u] Id etiam receptissimum est: si à sententia in se dicta, damnatus, vel quiuis alius pro eo prouocauerit, tametsi appellatio recepta non fuerit, pœnam tamen sustinendam esse, quoad princeps ad literas præsidis, & libellum rei cum literis missum, rescripserit. Debet enim (vt Marcellus ait) qui appellationem non recipit, opinionem suam principi confestim per relationem manifestare, & eius causam pro qua non recipit appellationem: interimque pœnam remorari, [x] ne præiudicium fiat, quoad deliberetur, vtrum recipienda sit appellatio, an non sit,[y] nisi fortè criminis atrocitas maturari pœnam suadeat, vt quia latrocinij manifesti conuictus, seditionisve præruptæ, & factionis cruentæ damnatus sit: vel alia iusta caſa, quam mox præses literis excusauerit, moram afferri suplicio non sinat. Tum enim punire conceditur, deinde scribere, non pœnæ (vt Vlpianus inquit) festinatione, sed anteuertendi periculi causa.[z] Nam & Modestinus, constitutiones quæ de recipiendis necne appellationibus loquuntur, vt nihil noui fiat, locum non habere respōdit in persona eorum, quos damnatos statim puniri, publicè interest: vt sunt insignes latrones, vel seditionum concitatores, vel duces factionum, [A] ad quod allusisse videtur Ouidius cum dixit. [B]

Obruere ista solet manifestos pœna nocentes,
Publica cum lentam non capit ira moram.

u l. 1. §. fin. ff. nihil noua. appell. péden.

x l. sciendum ff. de appella. recip. vel non.

y l. 1. ff. nihil noua appell. pend. l. Chyrographis §. fin. ff de administ. tuto.

z l. si quis filio §. his autem omnes ff. de iniust. rup. & irr. fac. testa.

A l. constitutiones ff. de appella.

B Ouid. in eleg. de nuce.

A



IANI LANGLAEI

B REGII IN SENATV

BRITANNIÆ CELTICÆ

CONSILIARII, SEMESTRIVM

Liber Duodecimus.

DE CRIMINALIS QVAESTIO-

C NIS PRÆSCRIPTIONE.

Criminalem delationem apud Armoricos quinque annorum ſpacio vſucapi.

CAP. I.

D 

RIMINALEM accuſationem apud noſtrates Armoricos, quinque annorum lapſu extingui, lege conſtitutum eſt.[a] Ita tamen vt qui criminis alicuius inſimulatur, cenſeri ſe, rectéque exiſtimari doceat, niſi etiam delator, perſpicuis certiſque probationibus, admiſſi ſceleris fidem faciat. Quam quidem legem, ſunt qui credant, non omnino iuri noſtro ciuili refragari: vt enim Modeſtinus ait. Si diutino tempore aliquis in reatu fuerit, aliquatenus pœna ei ſubleuanda

[a] §.1. titul. de praeſcrip. in conſ. Brit.

VVvv iij

b l. si diutino ff. de pœn.

est.[b] Quod responsum nostrorum interpretum maior pars, Ita intelligit, vt eum qui post longum tempus, puta decem, vel viginti annos facinoris alicuius accusatus est, mitiore pœna puniendum dicat: quasi sceleris grauitas, temporis lapsu sit imminuta. Quod non immerito displicet Alciato.[c] Satis enim (vt ille ait) reo esse debet, tanto tempore impune egisse. Et ideo tardiras vltionis (quod Valer. Max. dixit) grauitate supplicij compensanda est. De tali enim non loquitur Modestinus, sed de eo, qui diutius in reatu fuerit. Status enim & cōditio accusari, quique de re capitali sua, causam tanto tempore dixit, species pœnæ est, quæ ordinariam aliquatenus subleuare debet. Est autem reatus, qualitas & status rei, dum inter reos relatus est, antequā damnetur, vel absoluatur.[d] Martialis lib. 2.

c Alcia. parer. lib. 2. cap. 10.

d Alciat. d. c. 10. Bud. d. l. si diutino.

Si det iniqua tibi tristem, fortuna reatum
Squalidus hærebo, pallidiórque reo.

Vlpian. Is qui in reatu decedit,[e] integri status decedit. Paulus fraudis causa adoptio facta videtur, etiam si non in reatu, sed in desperatione rerum per conscientiam, metu imminentis accusatoris quis adoptet.[f] Quam vocem messalā confinxisse auctor est Quintilianus.[g] Et hunc quidem intellectum verissimū esse arbitror. Nam & alibi traditur. Diutinam carceris mansionem iustam minuendę pœnæ causam præstare. Satis enim videtur immensorum cruciatuū eos eluisse supplicia, qui auræ communis haustu, & lucis aspectu diu priuati sunt.[h] Id quod considerans Augustus. Diuturnorum reorum, & ex quorum sordibus nihil aliud quam volupras inimicis quæreretur, nomina aboleuit, conditione proposita, vt si quem quis repetere vellet, par periculum pœnæ subiret.[i] Sic & Domitianus. Reos qui ante quinquennium proximum apud ærarium pependissent, vniuersos discrimine liberauit: nec repeti nisi intra annum, eáque conditione permisit, vt accusatori qui causam non teneret, exilium pœna esset.[k] Pependisse autem apud ærarium intelligēdi sunt, qui proximis quinque annis in reatu fuissent, nec dum absoluti, nec damnati, sed quorum esset causa pendens & (vt dici solet) sub incerto exitu suspensa. Nam & pendere dicuntur accusari, ante damnationem, vel absolutionem. Vnde Plin. Cæcilius.[l] Causam per hos dies dixit Iulius Bassus homo laboriosus, & aduersis suis clarus Accusatus est sub Vespasiano à priuatis

e l. is qui ff. ad l. Iul. maiesta.

f l. fin. ff. de bo. damnato.

g Quint. lib. 8. cap. 3.

h l. omnes C. de pœn.

i Tranq. in Aug. cap. 32.

k Tranq. in domit. cap. 9.

l Plin. ad vrsum epist. lib. 30.

A duobus,ad senatum remissus,diu pependit: Tandemq; absolutus,vindicatusq; est. Et ita ego Tranquilli verba accipienda puto: Tametsi me non latear,aliter locũ illum præceptorem meũ interpretari [m] nempe de fisci debitoribus, qui (vt ille ait)apud veteres interim dum eorum bona vænirent,cognoscereturque quantum ex eorum bonis redigi posset, apud ærarium pendere dicebantur: quæ profecto interpretatio sensui Tranquilli non conuenit. Quid enim commune accusatio habet cum debitoribus fisci? quid etiam exilij pœna, quam Domitianus ei indixit, qui accusationem repetiisset intra annum, si causam non teneret? id est, qui intentata non probaret, neque obtineret reum damnari. Nam quod Alciatus reorum vocabulo, Tranquillum B obæratos intellexisse credit, persuaderi mihi nulla ratione potest, tametsi sciam apud Ciceronem Antonium reos appellare, non eos modo,qui arguuntur,sed omnes quorũ de re disceptatur. [n] Et iterum Cicero. Reos (inquit) appello,quorum res est. Exilij enim discriminisq; & accusatoris à Suetonio facta mentio, satis indicat eum de his qui criminis alicuius postulati fuissent, loquutũ fuisse. Neque apud Tranquillum reum pro obærato,vel fisci debitore, alicubi legi posse existimo. Et vt id clarius fiat, locus ille Tranquilli prius à nobis citatus apertissime C ostendit, çum inter obæratos, & reos manifestum constituere discrimen. Ait siquidem. Tabulas veterum ærarii debitorum, vel præcipuam calumniandi materiam excussit, vel vt alij malunt exussit. Diuturnorum reorum, & ex quorum sordibus nihil aliud quam voluptas inimicis quæreretur, nomina aboleuit, conditione proposita, vt si quem quis repetere vellet, par periculum pœnæ subiret. Quis enim (nisi talpa cæcior) non videt? Tranquillum veteres ærarij debitores, velut diuersos à diuturnis reis secreuisse? seiunctimque Augustum vtrisque D consuluisse? vt qui veteres tabulas ærarij debitorum exuri, aut excuti iusserit, ne inde calumniandi ansa præberetur. Reorum diuturnorum nomina abolenda censuerit. Sic & in Cæsare dictatore. [o] Tum (inquit) reorum, aut obæratorum, aut prodigæ iuuentutis subsidium vnicum ac promptissimum erat; nisi quos grauior criminum, vel inopiæ luxuriæve vis vrgeret, quam vt subueniri posset à se, his plane, palam bello ciuili opus esse dicebat, Apparet enim eo in loco Tranquillũ ad reos crimina, ad obæratos inopiã, ad prodigam iuuentutem, luxuriã referre. Sed & repetendi verbum à Tranquillo vsurpatum, perspicuum facit,

m Alcia. pareτ. lib. 10. cap. 23.

n Cic. lib. 2. de orato.

o cap. 27.

loqui cum non de fiscali æri obnoxiis, sed de reis criminum postulatis: veluti & quod dixit, Augustum diuturnorum reorum nomina aboleuisse. Est enim rei nomen abolere, idem quod ex reis eximere, & alicuius nomen inter reos receptum delere & obliterare. Reum vero repetere est iam semel accusatū, iterum ad reatum reuocare vnde Paulus. [p] Si libelli (inquit) inscriptionum legitimè ordinati non fuerint, rei nomen aboletur, & ex integro repetendi reum potestas fiet. Et mox paulo. [q] * Si accusator (inquit) decesserit, aliáve quædam causa eum impedierit, quominus accusare possit: & si quid simile est, nomen rei aboletur, postulante reo. Ita vt liceat alij ex integro repetere reum. Marcellus. [r] Ab alio delatum, alius deferre non potest, sed eum qui abolitione publica, vel priuata interueniente, aut desistente accusatore, de reis exemptus est: alius deferre non prohibetur. Nec me quidquam mouet, vt in Alciati, viri aliqui oculatissimi, sententiam, transeam ærarij à Tranquillo facta mentio. [s] Cum ex veterum authorum lectione, mihi constet, criminum quoque reos, in ærarium relatos fuisse. Scribit enim Asconius Pædianus in quoque ordine Romanos ciues pro ipsis meritis, condignam pœnam statuisse, nam qui senatores essent, his pœna fuit, vt à Senatu moti eiicerentur. Qui autem Romani equites delinquebant, eisdem censores publicum equum adimebant, sicuti nimis interdum obæsis, corpulentisque equitibus: vel quibus male curati equi, strigosiorésque fuissent, qui vero plebeij forent, eorum nomen pro delicto, in ceritum tabulas cēsorum authoritate referebantur, & ærari fiebant, ac per hoc amplius, in albo centuriæ suæ non scribebantur: scilicet ad hoc vt essent ciues, sed tantummodo, vt pro capite suo tributi nomine, æra penderent. [t] Ex quo permultos legimus apud Liuium, & alios veteres, in ærariū relatos fuisse. Cerites autem tabulas appellatas scribit Gell. in quas censores referri iubebant, quos notæ causa suffragiis priuabant. [v] Idcircóque cerite cera digni metaphoricos dicuntur, notam & ignominiam meriti Horat. [x]

Quid deceat, quid non obliti cerite cera.
Digni remegium vitiosum Ithacensis vlyßis.

p l. libellorum ff. de accusa.

q §. fin. eiusd. l.

r l. hi tamen §. fin. eo. tit.

s Tranq. in Domitia. cap. 9.

t Asco. pædia 1. Cic. in Ver. act. quæ diuinatio dicitur Crinit. de honest. discip. lib. 4. cap. 3. Cal. Rhodig. lect. antiq. lib. 9. cap. 6.

v Gell. noct. Att. lib. 16. cap. 13. Crinit. lib. de honest. discip. 7. cap. 6.

x Hora. epi.

* Si accusator, Si lis instru[illegible] a sit, lice[illegible] is qui homicidij seu cuiusuis criminis reus postulatur vita functus sit, iudex potest ferre sententiam, tamen ij contra quos sententia executioni mandari potest, appellare possunt, sanctione Francisc. I. ao. 1539. art. 90.

Cuius

A Cuius prouerbij originem ex Acrone, & Porphirio sic scribit Eras.[y] Romani ceritibus bello subactis eam dixere conditionem, ne suffragij ius haberent, ne leges vllas aut ederent, aut haberent. Eamque ignominiam in adagium abiisse. Id quod etiam innuere Gellius videtur dum ait.[z] Primos municipes sine suffragij iure Cerites esse factos accepimus. Quod autem aliqui existimant in ærarium relatos dici, qui fisci debitores erant, ridiculum est. Non enim in ærarium, seu in ærarios referebantur, nisi qui nota aliqua afficiebantur à Censoribus, tametsi id B nonnunquam ab eis ex leui admodum causa fieret, quod & alibi Gell. ipse diffuse attigit.[a] Scribit enim censores quendam in ærarios retulisse, quod à Censore ita interrogatus: Et tu ex animi tui sententia vxorem habes? dixisset, habeo vxorem, sed non hercle ex animi tui sententia. Item & alium equitem, qui cum vberrimus & habitissimus esset, equum tamen haberet nimis strigosum, & male habitum. Interrogatus à Censoribus cur ita esset, vt ipse esset quam equus suus curatior, respondit quoniam ego me curo, equũ Statius meus seruus. Vnde elicio equites quoq; in ærarios referri solitos, id quod & Liuius ostendit[b] C dum ait. Censores vacui ab operum locandorũ cura, propter inopiam ærarij, ad mores hominum regendos animum aduerterunt. Primum eos citauerunt, qui post Cannensem pugnam rempub. deseruisse Italiaq; excessisse velle dicebantur. Secundum eos citati nimis callidi iurisiurandi interpretes qui captiuorum ex itinere regressi, clam in castra Annibalis, solutũ quod iurauerant redituros rebantur, his superioribusque illis equi adempti, qui publicum equm habebant, tribúque moti, ærarij omnes facti, neque Senatu modo, aut equestri ordine regendo cura se censorum tenuit, nomina omnium ex iuniorum D tabulis excerpserunt, qui quadriennio non militassent, quibus neque vacatio iusta militiæ, neque morbus causa fuisset: & ea supra duo millia hominum in ærarios relata, tribúque omnes moti. Ærarij itaque dicebantur, non qui fisci debitores essent, sed qui ignominiæ causa in ærarium essent relati. Quod eo valebat, vt nullam aliam ad rem ciues essent, quam vt pro suo capite (quod iam ex Asconio docuimus) tributi nomine æra penderent.[c] Illos autem qui fisco erant obnoxij, vel alias alieno ære obstricti, æratos vel obæratos appellabant. Vnde Cicero.[d] maculosi senatores, nudi equites, tribuni non tam ærarij, vt appellant, quam ærati. Vnus tamen restat scrupulus, qui nos

y Eras. chil. 1. centur. 10. param. 81.

z Gell. d. cap. 13.

a Gell. lib. 4. cap. 20.

b Liui. secun. bell. puni. lib. 4.

c Asco. ped. in d. cic. diuinatio.

d Cic. ad At. lib. 1.

male habet, quem oportet eximere, cum enim dixerimus ærarios factos, seu in ærarium relatos dici, qui à censoribus ob delictum aliquod fuissent notati: quo modo dici potest? eos qui damnati iam sint, pendere apud ærarium? cum supra docuerimus pendere accusatos ante damnationem, vel absolutionem. Quem nodum ita dissoluendum censeo, vt dicam eos qui sic notati à censoribus sint, in ærariumque relati, pendere apud ærarium, donec vel damnati, vel absoluti à Iudicibus fuerint. Non enim rei iudicatæ authoritatem habebat censoria animaduersio vt Cicero scribit, [e] sed solum vim præiudicij. Quia qui à censoribus notati, aut præteriti erant, apud subsellia iudicum postulari poterant, vbi nisi damnati fuissent, censoria animaduersio irrita efficiebatur. Vnde Cicero in Pisonem. Integram legem accusatori, iudicioque seruari ait. Ciceronis autem verba quatenus ad rem faciunt, subiiciam. Sequitur id, quod illi iudicium appellant, maiores autem nostri nunquam neque iudicium nominarunt, neque perinde vt rem iudicatam obseruauerũt, animaduersio atque authoritas censoria. Et mox paucis interpositis. Hic primum illud commune proponam, nunquam animaduersionibus censoriis hanc ciuitatem ita cõtentam, vt rebus iudicatis fuisse. Neque in re nota consumam tempus exemplis. Ponam illud vnum C. Getam cum à L. Metello & Cn. Domit. censo. ex senatu eiectus esset, censorem ipsum postea esse factum; & cuius mores à censoribus erant reprælıensi, hunc postea & pop. Roman. & eorum qui in ipsum animaduerterant, moribus præfuisse. Quod si illud iudicium putaretur, vt cæteri turpi iudicio, damnati in perpetuum omni honore ac dignitate priuantur, sic hominibus ignominia notatis neque ad honorem aditus, neque in curiam reditus esset. Nunc si quem Cn. Lentuli, aut L. Gellij libertus furti condemnarit, is omnibus ornamentis amissis, nunquam vllam honestatis suæ partem recuperabit, quos autem ipse L. Gellius & Cn. Lentulus duo censores clarissimi viri, sapientissimique homines, furti & captarum pecuniarum nomine notauerunt, ij non modo in senatum redierunt, sed etiam illarum ipsarum rerum iudiciis absoluti sunt. Et mox paulo. Itaque non solum iudices illud ostendam, quod iam videtis, pop. Roman. suffragiis, sæpenumero censorias subscriptiones esse deletas, verumetiam iudiciis eorum, qui iurati statuere maiore cum religione & diligentia debuerunt. Primum iudices Senatores, equitesque

e Cic. in orat. pro A. Cluen.

A Rom. In compluribus iam reis, quos contra leges pecunias accepisse subscriptum est, suæ potius religioni, quam censorum opinioni paruerunt. Deinde prætores vrbani qui iurati debent optimum quemque in selectos iudices referre, nunquam sibi ad eam rem censoriam ignominiam impedimento esse oportere duxerunt. Censores denique ipsi sæpenumero superiorum censorum iudiciis (si ista iudicia appellari vultis) non steterunt atque etiam ipsi inter se censores, sua iudicia tanti esse arbitrantur, vt alter alterius iudicium non modo reprehendat, sed B etiam rescindat: vt alter de Senatu mouere velit, alter retineat, & ordine amplissimo dignum existimet vt alter in ærarios referri, aut tribu moueri iubeat, alter vetet. Quare qui vobis in mentem venit, hæc appellare iudicia, quæ à pop. Rom. rescindi, ab iuratis iudicibus repudiari, à magistratibus negligi, ab iis qui eandem potestatem adepti sunt commutari, inter collegas discrepare videatis. Et iterum. Nec vllo (inquit) argumento cluentianæ pecuniæ crimen tenebitur. Quid est quod te ista censoria, siue voluntas, siue opinio fuit, adiuuare aut hunc innocentem opprimere posse videatur? quid igitur censores se-C cutisunt? ne ipsi quidem vt grauissime dicam, quidquam aliud dicent, præter sermonem atque famam: nihil se testibus, nihil tabulis, nihil graui aliquo argumento comperisse, nihil denique causa cognita statuisse dicent. Quod si ita fecissent, tamen id non ita fixum esse deberet, vt conuelli non liceret. Non vtar exemplorum copia, quæ summa est, non rem veterem, non hominem potentem aliquem aut gratiosum proferam. Nuper hominem tenuem scribam Ædilitium. D. Matrinium cum defendissem apud M. Iunium Q. Publicium Præto. & M. Pletorium C. Flaminium Ædil. curules: persuasi vt scribam iurati D legerent eum, quem iidem isti censores ærarium reliquissent. Cum enim in homine nulla culpa reperiretur: quod ille meruisset, non quid de eo statutum esset, quærendum esse duxerunt. Hactenus Cicero cui conuenit & quod Tranquill. scribit salinatorem vniuersas tribus in censura notauisse leuitatis nomine, quod quum se post priorem consulatum, mulcta irrogata condemnassent, Consulem iterum, censorémque fecissent. [f] Cuius rei Valer. etiã Luciusque Florus meminere. [g] Eodémque pertinet quod Claudius Cæsar in censura plures notare conatus, magna inquisitorum negligentia, sed suo maiore dedecore, innoxios, fere reperit, quibuscumque Cælibatum,

f Tranq. in Tibe. cap. 3.
g Vale. lib. 2. de cens. nota. Flo. in epito. Liuij lib. 29.

aut orbitatem, aut egestatem obiiceret maritos, patres, opulentos se probantibus: eo quidem qui sibimet ferro vim intulisse arguebatur, illæsum corpus veste deposita ostentante. Quibus ex locis planum fit, magni momenti censorias illas animaduersiones non fuisse. Hoc autem confirmat quoque, quod idem Cicero scribit libro de Republica quarto censoris iudicium, nihil ferè damnato afferre, nisi ruborem, sicut quod ipse iudicium huius magistratus, censoriam notationem vocare consueuit. Allusit ad hoc Plautus in Aulularia, cum Strobilum seruum officiis strenui serui expositis, ira induxit loquentem. Qui ea curabit, abstinebit censione bubula: Nec sua opera reddet vnquam in splẽdorem compedes. Iocatur enim Plautus in hac voce censio bubula, significatque longè diuersam futuram pœnam illam ab animaduersione censoria. Nam flagris è corio boum factis cædetur, non ignominia notabitur, qui muneri suo defuerit. Scio Budæum pendentes reos aliter accepisse, nempe quorum nomina in programmate, id est, tabella pendula publice proposita, atque suspensa essent.[h] Sed pace tanti viri dixerim, eam quoque interpretationem Tranquilli verbis non conuenire: neque ad eam refellendam firmioribus argumentis opus esse. Sed vt illuc redeam, vnde deflexi. Tametsi quibusdam videatur hæc nostra municipalis lex communi, Romanoque iuri aduersari, quo traditum est, criminis accusationem, temporalibus præscriptionibus non excludi:[i] neque facinus ipsum processu temporis, vel aboleri, vel minui.[k] Sed augeri potius.[l] Idcircóque grauiori aliqua animaduersione scelus id vlciscendum censeat: quod impunitum diu manserit: exemplo deorum, qui (vt est apud Cæsarem) consueuere, quo grauius homines ex commutatione rerum doleant, quos pro scelere eorum vlcisci velint, his secundiores interdum res, & diuturniorem impunitatem cõcedere. Estque vt Ammia. Marcell. ait. Iustitiæ quidem vigor ad vindictam aliquoties serus, sed scrupulosus quæsitor gestorum rectè, vel secius.[m] Non ideo tamen constitutionem nostram, censeri iniquam debere crediderim. Cum quod ab accusatione non submouetur, qui veris certisque probationibus admissum esse facinus docere velit. Tum quod ei qui legis auxilio se tueri desiderat, superioribus quinque annis, innoxiam & ab omni culpæ suspitione vacuam se vitam egisse, famáque & existimatione integrum esse, planum facere necesse sit, videturque lapsus ille temporis, quo

h Bud l pen. ff. de accusat.

i l. quærelam C. ad l. Cor. de fals.

k l. sicut eod. tit. glo. can. cito 1. q. 1.

l c. non debet de cõsang. & affin. c. fin. de consuetud.

m Ammian. Marcellinus lib. 30.

A ille toleratus impunè egit, aliquantulum attendi debere. Nam & diuos Marcum & Luc. imperatores in confirmando statu liberorum Flauiæ Tertulæ, quos illa ex auunculo susceperat, temporis diuturnitate, quo illa in matrimonio auunculi fuerat, nonnihil motos fuisse Marcellus affirmat. [n] Responsumque à Venuleio est, accusationem quæ in eum datur, qui aduersus Senatusconsultum Syllanianum [o] eius qui à familia sua occisus esse dicitur, testamentum aperuerit, ante habitam de familia quæstionem, sumptumque de noxiis supplicium, institui ante B quinquennium debere: neque post id tempus accusandi ius cuiquam esse. [p] Alibique traditur, si ex die commissi adulterij quinquennium præterierit, huius criminis accusationem intendi non posse. [q] Quod & in stupro, lenocinio, aliisque criminibus, quæ ex lege Iulia descendunt, obseruari legislator voluit. [r] Idemq; de peculatus crimine Venuleius existimauit, vt neque id etiam ante quinquennium admissum obiici cuiquam possit. [s] Dignumque illud est, quod annotetur M. Duillium plebis Tribunum, apud Liuium dixisse, vetera peccata reperi iam obliterata sibi non placere. [t] Et quod Tranquillus scribit Caium C Cæsarem qui Caligula dictus est, criminum si qua residua, ex priore tempore manebant, omnium gratiam fecisse. [u] Nec illud prætereundum silentio videtur, quod alibi tradit. Domitianum, incæsta Vestalium Virginum à patre fratréq; neglecta, variè coërcuisse: priora enim capitali supplicio, posteriora more veteri. [x] Vnde colligere licet, longe seuerius ab eo animaduersum in illas fuisse, quæ posterius deliquissent, vt quas viuas in terram defodi fecerit. Is enim fuit vetustus mos puniendarum Vestalium. [y] Eodem spectat quod quadam ad Traianum epistola Plin. scribit dudū sibi videri, eos qui ante decem annos D in ludum, vel aliquod opus publicum damnati, in seruorum publicorum numerum irrepserant, pœnæ suæ reddi, eoque magis, quod modestè, sobrieq; viuere dicerentur. Cuius sententiam Traianus probat, ait enim, sibi non placere damnatos ante annos decem, pœnæ suæ reddi, sed eos distribui in munitiones viarum, aut alia ministeria, quæ non multum abesse viderentur à pœna. Vtriusque verba quatenus ad rem faciunt, adscribam. Plin. Traiano. Nycomediæ, & Niceæ quidam vel in opus damnati, vel in ludum, similiaque his genera pœnarum, publicorum seruorum officio, ministerioque funguntur, atque etiam vt publici serui annua accipiunt: quod cum ego audissem, diu mul-

n l. qui in prouin. sa §. 1 ff. de ritu. nupt.

o l. 3. §. quod ad causam ff. ad Syllan.

p l in cognitione cod. tit.

q l. mariti §. præterea & seq. ad l. iul. de adult. l. adult. C. eodem.

r d. l mariti § hoc quinquennium.

s l peculatus ff ad l. iul. peculat.

t Liui. ab vrb. cond. lib 3.

u Tranq. in Calig. cap. 15.

x Tranq. in Domit. ca. 8.

y Plutarch. in Fab. Max.

tumque hæsitaui quid facere deberem. Nam & reddere pœnæ A
post longum tempus plerosque iam senes, & quantum affirmatur, frugaliter modestéque viuentes, nimis seuerum arbitrabar, &c. Traianus Plinio. Qui intra hos proximos decem annos, damnati nec vllo idoneo authore liberati sunt, hos oportebit pœnæ suæ reddi. Si qui vetustiores inuenientur, & senes ante annos decem damnati, distribuamus illos in ea ministeria, quæ non longe à pœna sint. Solent enim eiusmodi ad balineum, ad purgationes cloacarum, item munitiones viarum & vicorum dari.[z] Adde quod & fauorabiliorem eius causam qui post quin- B
quennium accusatur, reddit insequentium annorum vita innocenter acta, quæ anteactæ ætatis maculam, si qua forte nomini illius ob aliquod admissum inusta sit, eluisse, abstersisseq; videtur. Vt enim perpulchrè Iustin. ait. Tametsi in crimen quodpiam anteacta alicuius vita collapsa forte sit, si tamen proximo triennio is modestè continentérque vixerit, id ad expiationem satis est: cum præsertim inde etiam virtutis non contemnendum authoramentum, & incrementum existat.[a] Quibus ex verbis manifestum fit, cum satis atque satis emendatum videri, cuius toto triennio proximo vita integra & irrepræhensa fuerit, C
vt sic nihil sit, cur ad reatum reuocari debeat.[b] Cum sit receptissimum maleficiorum pœnas in hominis præsertim emendationem constitui.[c] Vt qui deliquerint, attentiores correctiorésq; fiant.[d] Vnde & Quintil. Nemo (inquit) dubitabit, qui si nocentes mutari in bonam mentem aliquo modo possint, sicut posse interdum cōceditur, saluos esse eos magis è republica sit, quam puniri.[e] In quam sententiam & Gellius.[f] Quando, inquit, spes magna est, vt is qui peccauit, citra pœnam ipsi se vltro corrigat, tum quicquid ita delictum est, non sane dignum esse imponendæ pœnæ studium visum est. Iuuat & illud hanc sententiam, D
quod qui proximum quinquennium integrum, benè rectéque & sine vlla culpæ vel sceleris suspicione in omnium oculis vixerit, impetu magis, ignorantiave vel casu, quam dolo vel proposito id prius facinus, cuius insimulatur admisisse videbitur. Ex sequentibus enim (in his maximè quæ ad mores pertinent) præcedentia declarantur.[g] Solétque de præsenti (vt dicitur) coniici in præteritum, vt quod in præsenti sit, præterito etiam tempore

z Plin. epist. lib. 10.

a §. verum de monaster. & monach. in noue. Iustin. constit. 5. & §. 2. in authent. de monach.

b Rom. consil. 226. ancha. & barb. c. fin. de consuet. Alex. & Ias. l. si fide iussor § si satisdatum ff. qui satisd. cog. saly. l. si minorem C. de in integr. rest. minor. Alcia. tract. præsūp. regula 2. præsump 7. & c. cum non ab homine ext. de iudic.

c l si pœna ff. de pœn.

d Gell. noct. attic. lib. 6. cap. 14. e Fab. Quintil. ora. inst. lib 12. cap. 1. f Gell. d. cap. 14. g d. l. si hi qui vis r. al. & alij C. de adul §. fin. in authen. de rest. & ea quæ par. in 11. mense & nouell. inst. consti. 39 Alcia. tract. præsump. regula 2. præsumpt. 9.

A fuisse credamus. Ideoque & cui nunc amplæ facultates sint, easdem etiam olim habuisse credendus est. [h] Accedit quod veteribus iam delictis facile ignosci solet. Quod & apud Terentium in Hecyra Sostrata Philumenæ socrus sensit cum dixit.

Nam vitium est oblatum virgini olim ab nescio quo improbo.

In quem locum Donatus. Recte (inquit) olim quia facilis venia circa vetera iam delicta, vnde tentat temporis longinquitate extenuare peccatum. Sed quid præterea iniqui habet hæc nostra constitutio? quæ accusatorem, qui testibus idoneis, B apertissimisve documentis, vel indiciis ad probationem indubitatis, in publicam notionem facinus deferre velit, non respuit [i] sed eum tantum, qui argumentis duntaxat emendicatisve suffragiis nixus, velit post quinquennium in accusationem prosilire? Illud receptissimum est falsi querelam, & quancumq; aliam ferè accusationem, & apud fiscum quæstionem, si non alia sit propria præscriptio, viginti annorum curriculo præscribi. [k] Sicque in quæstione incendij, Senatum Parisiensem * constituisse memoriæ plerique prodiderunt. [l]

h lex persona C. de probatio. l. 1. §. si magistratus ff. de magist. conuen. hosti. Io. and. butr. & uno cap. fin. ext. de scrutinio.

i l. fin. C. de proba.

k l. 2. & 3. ff. de req. re. l. in omnibus ff. de diuer & temp. præs. d. l. querelam cap. cum venerabilis ext. de except.

l Papo. tit. de præscrim.

C * Paponius legit Senatum Burdigalensem Mens. Decemb. an. 1518.

 A



IANO LANGLAEO

REGIO IN SENATV BRI-

TANNIÆ CELTICÆ CONSILIARIO B

V.C. FRANCISCVS BALDVINVS.

S. P. D.

EGO verò me hominem esse non existimarem si humanissimis atque amicissimis literis viri clarissimi prouocatus in aliqua mora respondendi fuissem. Moram potius fuisse dicam in eo qui commentarium de exauctoratione tuum serius mihi reddidit. Ego quidem certè nihil tampridem feci lubentiùs maiorique cùm fructu & voluptate, quàm vt doctissimum illud scriptum tuum auidè perlegerem. Cuius & diligentiam C *maiorem esse agnosco, quàm fuerit illius Semestrium scriptoris eruditi, qui nuper egit eadem de re. Itaque quod addam nihil habeo præterquam & subscriptionem cum gratulatione & cum subscriptione cohortationem editionis. Sed & quod præcipuè quærebatur de Sacerdotum regradatione, & ea quæ in antiquis canonibus dicitur Clericorum* καθαίρεσις *sicuti Laicorum* ἀφορισμός, *dicam vno modo verbo ab Hieronymo ad Pammachium scite comparari cùm regradatione militari, neque modo regradandorum Senatorum fieri mentionem in l. 1. C. de priuileg. Schol. sed & (quæ eiusdem Theodosij est) l. 3. C. de domest. & protect. agi de domesticis post multiplicem regradationem cingulo tandem spoliandis. Quid* D *vero antiquitas senserit, cùm diceret, Clericos curiæ tradendos esse (quod indocta posteritas perniciosè & periculosè ignorasse videtur) non dubito te rectè atque eruditè explicare in reliquo tuo commentario. Ergo nihil addam: quod tamen ea tota de re fortasse facere, nisi si ad te scriberem possem. Vnum modo abs te vehementer petam, vt de me statuas, quod de homine tuæ & doctrinæ & dignitatis & amicitiæ studiosissimo, potes debesque. Vale. Andibus 5. Kal. Iul. 1573.*

IANI

A



IANI LANGLAEI REGII IN SENATV BRITANNIÆ CELTICÆ CONSILIARII, SEMESTRIVM

B

Liber Decimustertius.

DE EXAVCTORATIONE ET ACTVALI, VT VOCANT, TAM SACERDOTVM QVAM militum & aliorum regradatione.

Exauctorationis quæ actu non verbu tantùm fit, q̃uam actualem degradationem vocant origo: & in quos exerceri soleat. Euocatio deorum.
C *Resecratio. Vestalium incæstus conuictarum exauctoratio & supplicium. Earundem cultus & insignia. Aaron sacerdotio expunctus & supplicio affectus. Stola orarium. Vestitus & cultus sacerdotum tam Iudæorum quàm Ægyptiorũ. Vlpianus de significatione verbi exauthoro à Laurentio Valla temerè increpitus Alciatus & Floridus de eodem vocabulo frustrà inter se digladiati. Beroaldus & Sabellicus Tranquilli interpretes Hallucinati. Missiones variæ. Causariæ & ignominiosæ formulæ. Legiones exauctoratæ. Veterani milites, Emeriti, consummati. Causarij, infrequentes. Gladiatorum consummatio & missio. Gladiatores veterani. Emeriti. Rude donati. Rudiarij. Emerita.*
D *Præmia & commoda missionum. Iustæque ac finitæ militiæ, Turnebus carpitur. Missionis & vacationis differentia. Sigonij & Lazij lapsus. Testimoniales literæ. Honorariæ epistolæ. Vlpiani & Macri Iureconsultorum dissidium componitur. Missorum causas qui cognoscerent. Successorem alicui dare & mittere. Dimitti an dicerentur quibus successor mittebatur. Africani responsum ex libro 4. quæstionum aliter quàm vulgò soleat explicatum. Accursij Bartolij, Alberici, & Angeli, error ostenditur. Militis & exercitus dimittendi quibus ius fuerit. Antonius Augustinus in re perspicua dubius. Imperatorum vocabulo qui intelligendi.*

A

CAP. I.



EXAVCTORATIONIS, quæ actu non verbis tantum fit, obiter habita à nobis alibi mentio me admonet, vt quæ de ea condita sepositaq; habeo, ad vsum familiæ iuris studiosorum è literaria cella depromam, & veluti edenda, quibus vesci libuerit, apponam. Vnde autem (vt ab eius origine ordiar) initium habuerit, non satis mihi liquet: Non enim in exaugurandis sacerdotibus ab Ethnicis etiam huiusmodi quicquam fieri solitum me legisse memini. Quantum tamen assequi cōiectura possum, videri potest originem habuisse à veteri illa militum exauctoratione, quæ cum fiebat, cingulum cæteraque militaria insignia militibus adimebantur: vnde Vlpianus. Si (inquit) militem dux exauctorauerit, id est, insignia militaria detraxerit, inter * infames effici, licet non addiderit ignominię causa se eum exauctorasse: [a] Liuius. Districtis gladiis discinctos destituit. [b] Tranquillus. De Othonis exitu cum adhuc in Gallia esset audiuit, nihilq; cunctatus quicquid prætorianarum cohortium fuit, vt pessimi exempli, vno exauctorauit edicto, iussas Tribunis tradere arma. [c] Lampridius. Seueritatis tantæ fuit in milites, vt sæpe integras legiones exauctorauerit, ex militibus Quirites appellans. Et iterum. Postea cùm nihilominus post ista fremerent, exclamauit, Quirites discedite atq; arma ponite: mirando exēplo depositis armis depositis etiam sagulis militaribus, omnes non ad castra sed ad diuersoria varia recesserunt. [d] Herodianus de supplicio à Seuero septimo Prætorianis cohortibus ob necem Pertinacis irrogato loquens: militibus meis ita præcipio recingant vos, ac vestimẽris exutos militaribus nudos dimittant: vobis autem sic impero discedatis quàm longissimè, edico item iuroque ac denuncio capite pœnas daturum, si quis vestrum posthæc intra centesimum ab vrbe lapidem conspicietur. His imperatis, è vestigio milites illyrici concurrunt, breuésq; illos gladiolos detrahunt, quos auro argentoq; ornatos in vsum pompæ suspensos habebant, tum zonis vestituq; & cæteris militię insignibus per vim ablatis, nudos ad vnum exauctoratosque dimiserũt. Xiphilinus. Seuerus postea quàm imperator factus est, eos qui Pertinacem occiderant morte multauit, cæteros prætorianos

* An exauctoratio importet infamiam. Cuia. obseruatio. lib. 27. cap. 8.

a l. 2. §. ignominia ff. de his qui notantur infamia.

b Liuius lib. 7. bell. puni. i.

c Tranq. in A. Vitellio.

d Lamprid. in Alexand. Seuero.

B

C

D

A priusquam ipse Romam veniret, accersi iussit, iisque in planicie conclusis ignarisque eius quod sibi erat eueturum, scelus quod contra Imperatorem suum admiserant acerbe & pluribus verbis exprobrauit, dein arma equosque abstulit, ipsos ex vrbe eiecit. Hi inuiti abiectis armis equisque dimissis ac discinctis sagis dispersi sunt. [e] Dion de Augusto qui milites ob supplicium commilitonibus irrogatum exasperatos ademptis armis militia reiecit. Cum nihilominus fremerent, in quosdam eorum exemplum statuit. Irritatos reliquos eo facto, quasi alius rei causa conuocauit, circunfusoque exercitu, arma eis ademit & exau-
B ctorauit. [f] Ammianus Marcellinus de Tertiacis à Iuliano Imperatore exauctoratis. Eodem die Tertiacorum equestris numerus à legionibus incusatus est, quod cum ipse hostium aduersas irrumperent acies, illi paulatim dilapsi alacritatem penè totius minuissent exercitus. Vnde ad indignationem iustam Imperator erectus ademptis signis hastisq; distractis omnes eos qui fugisse arguebantur inter impedimenta & sarcinas & captiuos agere iter imposuit. Abiecti sunt autem sacramento etiam alij quatuor ob flagitium simile vexillationum Tribuni. [g] Iuuat & illud nonnihil hanc coniecturam, quod sicut hodie sacrificuli
C grauioris alicuius sceleris conuicti non ante profano iudici puniendi deduntur, quàm desecrati infulisque exuti fuerint: ita nec olim capite animaduersum in militem fuit, nisi prius discinctum sacramentoque solutum & exauctoratum, vt ex eodem Ammiano colligere licet cum ita scribit. Residuos duos tribunos sacramento soluit, vt desides & ignauos, decem vero milites ex iis qui fugerant exauctoratos capitali addixit supplicio. [h] Quod & Plinius sensisse videtur cum dixit. Cæsar excussis probationibus Centurionem exauctorauit, atque etiam relegauit. [i] Et ex nostris Paternus dum infit. Proditores transfugæ
D plerumque capite puniuntur, & exauctorati torquentur, nam pro hoste non pro milite habentur. [k] Sicut Papinianus cum ait. Miles qui cum adultero vxoris suæ pactus est, solui sacramento depotrarique debet. [l] Itemque Arcadius & Honorius ad Romulianum qui in huiusmodi facinore fuerint conuicti: militia exuti pœnas consentaneas luere compellentur. [m] Et alibi, de his qui vita culpabiles, & ex serulli fære procreati ad scholam agentium in rebus conuolarant, exploratione diligenter agitata discingendo abiicias punitione coërcendos. [n] Sed expressius Valentinianus, Gratianus, Theodosiusque

e Xiphilinus in Seuero.
f Dion lib. 49.
g Am. lib. 25.
h Am. lib. 24.
i Plinius ad Cornelianum epist. lib. 6.
k l. proditores ff. de re militari.
l l. miles ff. ad l. Iulian. de adult.
m l. nemo miles de re milit. lib. 12. C.
n l. ad scholam d. agent.
in C. Theodosiano.

Cæsares rescripto quodam suo ad Iulianum: quatenus (aiunt) militia exuti pœnas luant corporales.[o] His enim verbis non obscure significant pœnam quæ corporis coërcitionem contineat, infligi militi non debere, nisi prius exauctorato, militiaque exuto, sicut nec sacerdoti & sacris initato. De quo similiter Iustinianus non antè supplicium sumendum edixit, quàm regradatus fuerit ab Episcopo. Illud (inquit) manifestum sit, quod si reum obnoxium esse existimet præses, supplicioque dignum iudicet, prius ille à dei amantissimo Episcopo sacerdotali dignitate moueri debebit: atque ita demum in legum manus incidet.[n] Quod & in suppliciis quibus ignominia tantum irrogabatur, vel seruitus iniungebatur, obseruatum fuisse, ostendit Lampridius in Alexandro Seuero his verbis, idem cum quamdam aniculam affectam iniuriis à milite audiisset, exauctoratum eum militia seruum ei dedit, quod artifex carpentarius esset, vt eam pasceret. Sed enarratius Liuius de consulibus & militibus Romanis ex pace Caudina à Samnitibus sub iugum missis, quibus priusquam ignominiam illam subirent consularia militariaque insignia adempta tradit. Iam primùm (inquit) cum singulis vestimentis inermes extra vallum exire iussi & primi traditi obsides atque in custodiam adducti: tum à consulibus abire lictores iussi, paludamentaque detracta, primi consules prope seminudi sub iugum missi: tum vt quisque gradu proximus erat, ita ignominiæ obiectus, tum deinceps singulæ legiones.[o] Festus. Iugum sub quo victi transibant, hoc modo fiebat, fixis duabus hastis super eas ligabatur tertia: sub his victos discinctos transire cogebãt. Sic & è nostris Valentin. Theod. & Arcad. rescripto suo ad Tatianum. Eos qui pro sceleribus suis soluto militiæ cingulo addicuntur infamiæ, ita condignæ vltioni volumus subiacere, vt functioni quoque quæ extrema militiæ debetur, nihil ex eorum facultatibus subtrahatur.[p] Accedit, quod vt milites post exauctorationem non iam milites sed pagani habebantur, ita exaugurati sacerdotioque expuncti non sacerdotes sed profani laicique existimantur: primi exemplum retulimus ex Lampridio apud quem Alexander exauctoratos non iam milites, sed Quirites, id est, ciues appellat. Simileque est illud Lucani in Quinto.

Vadite, meque meis ad bella relinquite fatis.
Inuenient hæc arma manus ---

[o] l. 1. C. de sportulis Albericus l. fin. ff. de re milit.

[n] Iustinianus nouell. 83.

[o] Liuius lib.

[p] l. 7. de cohortalibus lib. 12. C.

A B C D

A Et paulo post.

Vos defecta senes exhaustáque sanguine turba
Cernetis nostros iam plebs Romana triumphos.

Id est Pagani & Quirites ex militibus facti. Et rursus.

Iam certe mihi bella geram discedite castris,
Tradite nostra viris, ignaui signa Quirites.

B In quam propemodum sententiam & ex nostris Modestinus. Qui nimirum (inquit) ignominiose dimissi sunt, similes eis qui nequaquã militauerunt existimantur.[p] Secundi vero mentio frequens apud Pontificij iuris authores est, à quibus etiam cautum nominatim est, vt eius qui sic exauctoratus sit, ecclesia rationem nullam habeat, curámve sustineat, vtpote execrati & è sacro profani facti.[q] Adeò, vt egenti etiam ipsi quæ ad victũ necessaria sint, suppeditari ab ecclesia non debeant.[r] Pro non nato enim is habetur, qui abdicatus & à familia ecclesiæ alienatus est: quod non æquè fit, cum quis verbo tantum deponitur, & huic enim subministrari sumptus ab ecclesia debent, quibus se
C tollere exhiberéque possit.[s]

Non desunt & qui huius exauctorationis originem ad veterem illam deorum euocationem quæ in obsidionibus fiebat vrbium, cum inde dij tutelares euocabantur referendam arbitrentur, de qua Plinius. Verrius (inquit Flaccus authores ponit, quibus credat in oppugnationibus ante omnia fieri solitum à Romanis sacerdotibus, euocari deum cuius in tutela id oppidum esset, promittique illi eundem aut ampliorem locum apud Romanos cultúmve.[t] Quod & de illa dici posset quæ tum fiebat, cum locus vni deo vel pluribus consecratus, alij dicandus
D esset: hinc enim etiam deos euocari, locúmque illum, vt religione illa liber fieret, exaugurari oportebat, vt ex Liuio intelligi datur dum infit. Tarquinius vt libera à cæteris religionibus, area esset tota Iouis, templique eius quod inædificaretur, exaugurare fana sacelláque statuit, quæ à Tatio rege primum consecrata inaugurratáque fuerant. Et post paulò. Id omen ita acceptum est, non motam Termini sedem, vnúmque eum deorum non euocatum sacratis sibi finibus firma stabiliáque cũcta portendere.[v] Sed id quàm rectè, alij iudicent, non enim video quid hæc cum illa commune habeant, nisi quod vt deorum

p l. sed & milites §.1. ff. de excusa. tutorum.

q cap. degradatio. de pœnis in 6.

r Felinus cap. ex parte de accusat.

s Glosa in can. Suad 50. distinctio. & Panorm. cap. pastoralis §. verum de appella. Felinus d. cap. ex parte.

t Plinius lib. 28. cap. 2.

v Liuius ab vrb. cond. lib. 1.

euocatione locus religione liberabatur, fiebátque ex sacro profanus,[x] ita (quod iam dixi) & exauctoratione sacerdotes ordine moti laici fiunt ac profani: & sicut deorum euocatio expugnatores vrbium & qui locum ab aliquo deo occupatum alij dicabant, sacrilegij crimine exoluere credebatur:[y] sic & exauctoratio Iudices qui in sacerdotem aut sacris initiatũ animaduertũt. Quod itidem de resecratione illa dici potest, quam reus faciebat priusquam sententiæ de eo dicerentur, vt populum religione liberaret. Siquidem reum cum populus de eo suffragiũ laturus esset, ad eliciendam misericordiam suppliciter per deos orasse vt eo periculo liberaretur, scriptum apud Festum inuenimus. Quibus verbis quia populus religione quadam obstrictus esse videbatur, idcirco magistratus eundem reum iubebat resecrare, id est, populum religione soluere.[z] Ex quo etiam intelligere licet plus aliquanto communionis resecrationi huic quàm deorum euocationi cum exauctoratione fuisse, vt qua reus ipse qui obsecratione illa sua sacer & inuiolatus existimabatur profanus fieret, ita vt lege in eum agere liceret, cum euocatione nõ persona sed locus (quod diximus) profanus fieret. Sed quid hoc ad hanc de qua agimus exauctorationem? Illud audenter dixerim ad eam propius accedere vetustum illum Romanorum morem quo vestales incæsti criminis insimulatæ priusquam iudicium de illis fieret sacris à Pontificibus arcebantur, de quo Liuius. Eodem anno Minutia Vestalis suspecta primò propter mundiorem iusto cultum, insimulata, deinde apud Pontifices ab indice seruo cum decreto eorum iussa esset sacris abstinere, familiámque in potestate habere, facto iudicio, viua sub terram ad portam Collinam dextra via stratam defossa.[a] Pomponius Lætus libro de antiquitatibus Romanis, quo loco loquitur de eodem antro in quod demittebantur, vestales impudicæ. Illic (inquit) sacerdotes cum vestibus sacerdotalibus priusquam hoc fieret intrinsecus ante portam auferebant sacra monialibus. Festus Pompeius. Probrũ (inquit) virginis Vestalis vt capite puniretur, vir qui eam incæstauisset verberibus necaretur. Lex fixa in atrio libertatis cum multis aliis legibus incendio cõsumpta est, vt ait M. Cato in ea oratione quæ de Auguribus inscribitur, adiicit quoque virgines Vestales sacerdotio exauctoratas. Cui sententiæ & illud adiumento est, quod eas similiter antequam supplicio afficerentur, sicut & quę exacto anno trigesimo matrimonio (quod illis à Numa concessum fuit) iungebantur,[b] velu-

x l. sacra ff. de rerum diuisio.

y Alcia. l. pupillus §. vrbs ff. de verb. signif.

z Festus in verbo resecrare.

a Liuius ab vrb. cond. lib. 8.

b Plutarchus in Numa.

A ti exauctoratas sacerdotioque solutas, vittis & cæteris sacerdotij insignibus exui solitas scriptum inuenimus.[c] Ea autem quæ fuerint ex quibusdam Simmachi ad Valentinianum, Theodosium & Archadium, & Ambrosij ad eundem Valentinianum epistolis intelligere licet. Symmachus. Quanto commodo sacri ærarij vestri Vestalium virginum prærogatiua detracta est: honor solus est in illo velut stipendio castitatis, vt vittæ earum capiti decus faciunt ita insigne ducitur sacrificij vacare muneribus.[d] Ambrosius. Vix septem Vestales capiuntur B puellæ, en totus numerus, quem infulæ vittati capitis, purpuratarum vestium murices, pompa lecticæ ministrorum circumfusa comitatu, priuilegia maxima, lucra ingentia, præscripta denique pudicitiæ tempora coegerunt. Videtúrque ad ea allusisse Virgilius.

Sic ait, & manibus vittas vestémque potentem
Aeternúmque adytis effert penetralibus ignem.[f]

Quibus sunt qui addant Vestales cum sacra diis libarent, aut C vestæ rem diuinam facerent, eo cultu ornatúque fuisse, vt licet vittatæ incederent, album tunc vestimentum, quod suffibulum vocant, oblongum prætextum, quadrangulum in capite sumerent, illúdque fibula subnecterent, castáque mola & sale tuso ac in olam fictilem misso, & mox in aquam iniecto sacra facerent, calicibúsque qui cululi dicti sunt Vestæ & diis libarent.[g]

Sed hæc vt probabilia sint; mihi tamen verisimile non fit rem tanti momenti Pontifices nostros ab institutis Gentilium mutuari voluisse. Cum itaque operæ plurimum & temporis huic rei inuestigandæ insumpsissem, incidi in quendam sacræ D scripturæ locum, ex quo mos hic resecrandorum sacerdotum fluxisse videri potest. Is est ex numeri cap. 20. qui dominum ad Moysem sic loquentem facit. Pergat Aaron ad populos suos, non enim intrabit terram quàm dedi filiis Israel, eo quod incredulus fuerit ori meo ad aquas contradictionis. Præhende Aaron fratrem tuum & Eleazarum filium eius & impones eos in montem coram omni synagoga, & exue Aaron stolam eius, & Aarón appositus moriatur illic. Ibi enim dominus Aaron morti addictum ob incredulitatem ad aquas contradictionis sacerdotio antè expungi & amictu omni sacerdo-

c *Dion. Halicar. antiquit. rom. lib. 2. Alexander genialium dierū lib. 5. cap. 12. Onuphrius in ciuit. rom. tit. de virginibus vestalib.*

d *Symmachus lib. 1. epi. 40.*

f *Vergilius 2. Aeneid.*

g *Alexander d. c. 12. lib. 5. Lilius Gregorius deorum gentiliū syntagmate. 17.*

tali exui iubet. Quod & factum fuisse sequentia verba perspicuum faciunt. Fecit Moyses vt præceperat dominus, ascenderunt in montem Hor coram omni multitudine, cumque Aaron spoliasset vestibus suis, induit eis Eleazarum filium eius: illo mortuo in montis supercilio descendit cum Eleazaro. Sicut quod de ea rescriptum apud Iosephum reperio. Cum venisset in agrum vrbis Arabum quæ nunc Petra nominatur. Hoc loco montem excelsum Aaron conscendit, præmonitus à Moyse quod esset moriturus & in conspectu totius exercitus stans, in loco accliui exutam pontificiam stolam. Eleazaro filio tradidit. [h] Nam & stolam sacerdotale indumentum fuisse præter locum illum ostendit Apuleius asini aurei lib. 11. his verbis. Mane factum est, & perfectis solemnibus processi duodecim sacratus stolis, habitu quidem religioso satis. Orarium hac voce significari sunt qui putent. [h] Quamuis mihi probabilius videatur vt sacer illæ scripturæ locus ex sacris bibliis decerptus de indumento quocumque sacerdotali accipi debeat. Vestem siquidem vertit Hieronymus, vt amictum omnem sacerdotalem significet, quod & ex postremis eiusdem loci verbis colligi potest, quibus plurali numero Aaronem vestibus exutum & iis Eleazarum indutum fuisse liquet: quibus igitur amictibus cum ordinaretur Aaron indutus fuerat, iisdem cum exauctoraretur exutus fuit. Ii vero qui fuerint ex Leuitici 8. capit. cognosci potest, in quo scriptum ita reperitur. Fecit Moyses vt dominus imperarat, congregatáque omni turba ante fores tabernaculi ait. Iste est sermo, quem iussit dominus fieri statimque obtulit Aaron & filios eius, cúmque lauisset eos, vestiuit Pontificem subucula linea accingens eum baltheo & induens eum tunica Hyacinthina & desuper humerale imposuit, quod astringens cingulo aptauit rationali in quo erat doctrina & veritas. De quibus similiter multus est sermo apud Diuum Hieronymum in epistola ad Fabiolam de veste sacerdotali, sicut apud Chrysostomum in oratione tertia aduersus Iudices Iosephum antiquit. Iudaic. lib. 3. capit. 8. de bello Iudaico lib. 6. capit. 6. Et Philonem Iudæum lib. 2. de Monarchia. Qualis vero sacerdotum Ægyptiorum fuerit vestitus ex Herodoto cognoscere licet cum ait. Sacerdotes vestem tantummodo lineam calceos papyraceos gestant, aliam vestem aut alios calceos induere eis fas non est. [i] Apuleius, influunt turbæ sacris diuinis initiatæ, viri, fœminæque omnis dignitatis lintæ

h Ioseph. antiq. Iudaicarũ lib. 4. cap. 4.

h Can. Ecclesiastica institutione 23. distin. Bertoaldus in dictam locũ Apuleij.

i Herodotus in Euterp.

A tæ vestis candore puro luminosi.[k] Plinius superior pars Ægypti gignit fruticem quem plures Xylon vocant & ideo lina inde facta Xylina, vestes inde sacerdotibus Ægypti gratissimæ.[l] Huiusmodi religiosi vestitus vsum, cultumque ac ornatum omnem sacerdotum, tam Iudæorum quàm Ægyptiorum abolere voluisse Tyberium, scriptum apud Tranquillum inuenio his verbis. Externas ceremonias, Ægyptios, Iudaicosque ritus conpescuit coactis qui superstitione ea tenebantur religiosas vestes cum instrumento omni comburere.[m] Illud protinus annotatu dignum, quod cum alios sacerdotes in locum damnatorum sacerdotioque priuatorum Romani sufficerent, soli auguri etiam si summorum flagitiorum compertus haberetur, sacerdotium quamdiu viueret non abrogabant. Cuius rei multas rationes Plutarchus affert, nempe quod sacrorum arcana à quoquam qui sacerdos non esset cognosci nolebant, aut quia iurisiurandi quo sanxerant nemini disciplinam istam traditurum, eum abrogata dignitate factum priuatum soluere nolebant religione aut quia, non magistratus vel dignitas, sed scientiæ artisque nomen esset augur.[i] Ne illud quidem quod admoneamus indignum: non in armata tantum cœlestique quam vocant militia, sed in palatina togataque vsitatum fuisse, vt qui grauioris alicuius noxæ conuictus esset, non antè supplicio afficiendus dederetur, quàm detractis magistratus & dignitatis suæ insignibus, exauctoratus, plebsque factus esset. Nam & in Lentulum Catilinariæ coniurationis reum nō ante animaduersum, quàm is prætura se abdicasset, purpureamque vestem magistratus sui insigne in Senatu exuisset, scriptum apud Ciceronē, Salustium & Plutarchum inuenimus. Atque ita (inquit Cicero) censuerunt, vt Publius Lentulus, cum se Prætura abdicasset tum in custodiam traderetur, Et inferius. Nam Publius Lentulus, quāquam patefactus indiciis & confessionibus suis, iudicio Senatus non modo Prætoris ius, verum etiam ciuis amiserat, tamen magistratu se abdicauit, vt quæ religio. C. Mario clarissimo viro non fuerat, quominus Caium Glauciam, de quo nihil nominatim erat decretum, Prætorem occideret, ea nos religione in priuato P. Lentulo puniendo liberaremur.[k] Salustius. Perlectis literis, cum prius omnes signa sua agnouissent, Senatus decreuit, vti abdicato magistratu Lentulus itémque cæteri in liberis custodiis haberentur.[l] Plutarchus. Redargutus Lentulus magistratu quo fungebatur (erat enim Prætor) se abdicare coactus

B

C

D

k Apuleius asin. aure. lib. 11.

l Plinius lib. 19 cap. 1.

m Tranquillus in Tyberio cap. 30.

i Plutarchus quæst. Rom. problem. 99.

k Cic. 3. in Catilinam.

l Salustius in coniurat. Catilin.

est, moxque purpuream vestem qua erat amictus in Senatu ponens, atram fortunæ suæ congruam induit. [m] Extantque tam apud veteres, quàm recentiores huius rei exempla multa, quale illud est de Arnando Romanæ vrbis præfecto, qui (vt est apud Sidonium Apollinarem) maiestatis conuictus, confestim priuilegiis geminæ præfecturæ, quam per quinquennium repetitis fascibus rexerat exauguratus & plebeiæ familiæ non vt additus sed vt redditus publico carceri adiudicatus est, atque ita non multo post capite mulctatus. [n] Et de Petro Ledeto Parisiensis curiæ conscripto, qui secus quippiam in magistratu admisisse compertus Senatus decreto exauctoratus, ordine motus, & purpurea veste, quam induerat nudatus, translatitij criminis ergo ad Pontificium iudicem reiectus est. Id autem decretum de vniuersi consessus sententia, senatoribus cunctis curiali purpura festoque cultu in auditorio primario coactis ei ex memoria à Polioto Præside expositum aiunt 12. Cal. Iulias anno 1528. * Vnde etiã cognosci potest ex more apud nos recepto Senatores de capite vel existimatione collegæ sui sententiam dicturos purpura indui, contrà quam olim fieret, à magistratibus Romanis. Et hi enim non ante sententiam in reum noxæ capitalis pronunciabant, quàm purpurea veste exuta, vt ex Valerio intelligere datur, cum ait. Consimili impetu mortis C. Licinius Macer vir Prætorius repetundarum reus, dum sententię dicerentur, in Menianum conscendit. Si quidem cum M. Ciceronem, qui id iudicium cogebat, prætextam ponentem vidisset misit ad eum qui diceret se non damnatum, sed reum periisse. [o] Fui etiam in ista aliquando sententia vt crederem Octauium Sagittam plebei tribunum de cæde Pontiæ (quam adulterio fœdauerat (accusatũ, priusquam de eo iudicium fieret, tribunatu summotum: & in ordinem redactum. Idq; sensisse Tacitum cum dixit. Ancilla ex vulnere refecta verũ aperuit: postulatusque apud consules Octauius à patre interfectæ, postquam tribunatu abierat, sententia patrum & lege Cornelia de sicariis

A B C D

m Plutarchus in vita Ciceronis.

n Sidonius Apol. lib. 7. epist.

o Valerius maximus lib. 9. tit. de morte non vulgari.

* Senator exauctorãdus induitur toga purpurea, mox in theatro erecto in aula palatina cognitorum adstante lictore qui reum sustinet a tergo, apparitor publice singula ornamenta quæ ei tradita fuerint, singulatim tollit & adimit, vsque ad vltimam vestem. Nam primo pileum, tum epomidem aufert, deinde focale collo obuolutum, ad extremum, togam purpuream detrahit, proferens solemnia verba ad id composita. senatorum albo expunctus, & aliis gradibus exutus, sic denudatus & vestibus vulgaribus indutus, theatro à carnifice educitur, vltimo supplicio afficiendus. atque hoc ritu figurato exauctoratus est Neobulus conscriptus Burdigalensis vxoris interemptor decreto eiusdem senatus ann. 1594.

A condemnatur. [p] In qua etiamnum facile permanserim, Cur enim abire magistratu ij quoque non dicantur, qui cum vel coacti & ante tempus eiurant, non video. Quanquam crebrius de illis intelligatur qui magistratu vel dignitate perfuncti sint. Cicero ad Metellum prid. Cal. Ian. qua iniuria nemo vnquam in aliquo magistratu affectus est, ea me consulem affecit atque abeuntem magistratu concionis habendæ potestate priuauit. [q] Et alibi. Ego cum in concione abiens magistratu dicere à Tribuno pleb. probiberer quæ constitueram. [r] Et rursum alibi. B Apud censores qui magistratu abierunt, edant & exponant, quid in magistratu gesserint. [s] Plinius in panegiryco, Itaque & abiturus Consulatu iurasti te nihil contra leges fecisse, Habet preterea affinitatis quippiam cum iis quæ de Senatu motis vel sacerdotio expunctis dicta sunt, quod Senatores quibus igni & aqua interdicebatur, vsum togæ (quæ vestis fuit Senatoria) amisisse scriptum apud Plinium iuniorem inuenimus his verbis. Audisti ne Valerium Licinianum in Cicilia profiteri? Prætorius hic modo inter eloquentissimos causarum actores habebatur: nunc eo decidit, vt exul de Senatore, rhetor de oratore fieret. C Et post paulò. Idem cùm Græco pallio amictus intrasset (carent enim togæ iure quibus aqua & igni, interdictum est) &c. [s] Sunt & qui hanc exauctorationis pœnam à Pontificio etiam iudice non cœlestis tantum verum etiam palatinæ militiæ cingulo præcinctis, irrogari interdum posse credant: [t] Quibus & ipse accedo dum qui exauctorandus est criminis, eius compertus sit quod cognitionis sit pontificiæ. Nam & Toletani consilij constitutione quadam cautum habemus, vt qui admoniti à sacerdote semel atque iterum & ter ad suæ coniugis noluerint redire consortium à palatinæ dignitatis officiis saparentur. [u] D Alibique traditur magistratum quo iubente episcopus pro ciuili vel criminali causa apud iudicem ciuilem vel militarem productus vel exibitus fuerit cinguli ademptione plectendum. [x]

De his quoque qui legali (vt vocant) militiæ nomen dederint & docturę titulis ac honoribus ornati sint, nisi exauctoratis supplicium sumendū non esse conuenit inter nostros. [y] Nec dubiū est, quin id ipsum etiamnum in Torquatos milites, quos Rex Galliæ gestamine suo regioque insignire solet, exceatur. Non enim criminus quantumuis grauis conuicti ad pœnam ante

p Tacitus annalium lib. 13.

q Cic. epist. 2. lib. 5.

r Cicero in pisonem.

s Cicero 3. de legibus.

s Plinius ad minutianum episto. lib. 4.

t Felinus cap. cum non de homine de iudicus.

u Can. præceptum 32. qu. 5.

x Can nullus Episcopus 11. q 1.

y Vviglius §. sed hactenus institut. de milit. testam.

deduntur quam * de collegij sententia exauctorati, ordinisque A
illius insignibus exuti fuerint: Iustum quippe est, vt cui ob scelus dignitas aufertur, dignitatis quoque illius, insignia adimantur. Vnde & Valentiniani Gratiani Thodosiique constitutio illa. Iudices qui se furtis & sceletibus fuerint maculasse conuicti, ablatis codicillorum insignibus & honore exuti inter pessimos quosque & plebeios habeantur, nec sibi posthac de eo honore blandiantur, quo seipsos indignos iudicauerunt. Vt ita de nihilo non sit, quod de Torquatorum militum exauctoratione retulimus. Nam id olim Romanos etiam Principes vsurpatum, B
ex eo cognosci potest, quod Veteranionem, & Gallum (priusquam de illis supplicium sumeretur) ademptis imperij insignibus exauctoratos, scriptum apud historicos inuenimus. Ammianus Marcell. lib. 14. Pandete itaque viam fatorum sorte tristissima, qua præstitutum erat Gallum vita & imperio spoliari, venit Petobionem oppidum Noricum: vbi & Barbatio repentè apparuit Comes: ingressusque obscuro iam die ablatis regiis indumentis, Cæsarem tunica texit & paludamento communi. Et post paulò. Irreuocabili ira Princeps Constantius percitus & dolore, misso Sereniano, cum capitali supplicio destinauit: & C
ita colligatis manibus in modum noxii cuiusdam latronis ceruice abscissa, ereptaque vultus & capitis dignitate, cadauer est relictum informe. Idem lib. 15. Hi qui summam aulam tenebant, virtutem fœlicitatemque Imperatoris extollebant in cœlum: cuius nutu in modum gregariorum militum, licet diuersis temporibus, duo exauctorati sunt Principes, Veteranio nimirum & Gallus. De Gallo similiter Nicephorus. Gallus, adempta ei primum purpura, circa Phalonem insulam in occidentalibus partibus ex insidiis Eusebij Eunuchi trucidatus est. [2] Idem de Veteranione (quem à quibusdam Britannionem appellatum D
video) Veteranio ad pedes imperatoris supplicis habitu miserabiliter est prouolutus. Et Constantius ei imperij insignia purpuram & coronam detraxit quietumque & priuatum esse iussit. [3] De eodem etiam diuus Hieronymus in Cronicis. Turbata Rep. Veteranio Mursæ, Nepotianus. Romæ Imperatores facti,

2 Nicephorus lib. 9. cap. 32.

3 Nicephorus eodem loco.

* Minustianus Eques torquatus ordinis sancti Michaelis qui falso nomen & insignia nobilissimæ familiæ vsurparat. decreto prætoriani cõsilij 6. August. ann. 1579. in publicis causarum actionibus exauctoratus est & exutus gestamine regio, ignobilis & postera soboles pronunciatus ann. 1475. mens. Maij Magister equituum à sancto Paulo exauctoratus est à summo Franciæ Cancellario, ex his constat torquatos milites in Gallia non exauctorari de sententia collegarum, vt hic asserit Langlæus.

A Veteranioni apud Narsum à Constantio regium insigne detractum. Orosius. Veteranionem ætate grandeuum Imperatorem sibi milites creauerunt, qui cum primas literas Imperator senex interdum inuitus meditaretur à Constantio deponere iussus imperium, abiecit cum literis purpuras. [t] Eutropius à Constantio abrogatum est Veteranioni imperium, qui nouo insitatoque more consensu militum deponere insigne compulsus est. [u] Idipsum præterea ab iis etiam fieri solitum, qui principatum vel magistratum indemnati essent eiuraturi, vt potestatis & imperij insignia simul exuerent, indicio est. Quod de Aulo Vitellio scriptum apud Tacitum, Dionem & Tranquillum legimus, illum cum imperium (Vespasinum metuens) depositurus esset, pugionem (principatus insigne) tam consulibus quàm magistratibus & Senatoribus obtulisse. Tacitus. Vitellius inter suos milites, prospectantibus etiam fœminis, pauca & præsenti mœsticiæ congruentia locutus: Cedere se pacis & Reip. causa: postremo fletu præpediente, assistenti Consuli (Cæcilius Simplex erat) Exolutum à latere pugionem velut ius necis vitæque ciuium, reddebat: Aspernante Consule, reclamātibus qui in concione adstiterant, vt in æde concordiæ positurus insignia imperij domumque fratris petiturus discessit. [x] Dio, Ridere eum multis de causis, sed in primis quod in concionibus gladium tradebat, Consulibus, & Senatui, vt ex eo summum imperium deponeret. [y] Tranquillus, Pro gradibus Palatij apud frequentes milites cedere se imperio professus, solutum à latere pugionem, Consuli primum, deinde, illo recusante, magistratibus, ac mox Senatoribus singulis porrigens, nullo recipiente, quasi in æde concordiæ positurus abscessit. [z] Pugionem vero seu gladium, imperij & principatus fuisse insigne, satis exprimit Tacitus loco à nobis citato in his verbis pugionem velut ius necis vitæque ciuium, raddebat: Quomodo & Tranquillus de eiusdem inauguratione agens. Vespere subito à militibus è cubiculo raptus, ita vt erat in veste domestica, Imperator est consalutatus, circumlatusque per celeberrimos vicos strictum diui Iulij gladium tenens, detractum delubro Martis atque in prima gratulatione porrectum sibi à quodam. [a] Idem de inauguratione Galbæ. Deposita legati, suscepit Cęsaris appellationem. Iterque ingressus est paludatus, ac dependente à ceruicibus pugione ante pectus. [b] Seneca ad Neronem. Præstitisti Cæsar ciuitatem incruentam, & hoc quod magno animo gloriatus es, nullam te

t Paulus Orosius lib. 7. ca. 29.

u Eutropius lib. 10.

x Tacitus annalium li. 19.

y Dio in Vitellio.

z Tranquil. in Aulo Vitellio cap. 15.

a Tranquillus in Aulo Vitellio cap. 8.

b Tranquillus in Galba cap. 11.

[c] Seneca de clementia lib. 1. cap. 1.

[d] Turnebus aduersariorũ lib. 12. cap. 6.

[c]toto orbe ſtillam cruoris humani miſiſſe: quo maius mirabiliuſque, quod nulli vnquam citius gladius commiſſus eſt. [c] Vnde etiam palam fit, falli Turnebum, Dum pugionem à gladio ita diſcernit, vt imperij ac maiorum poteſtatum gladius, tribunatus pugio, inſigne fuerit. [d] Tam enim gladium quam pugionem principatus eſſe inſigne, ex locis à me citatis vel cæco perſpicuum eſt. Nec Turnebum quidquam iuuerit, quod ex Dione tradit, dixiſſe Traianum, Surę Licinio cum ei parazonium quo pro tribunatus militum dignitate accingendus erat, nudum porrexiſſet: hoc pro me ſi recte imperaro vtaris, ſin ſecus in me, Siquidem Parazonium (quod Cælius Rhodiginus annotauit) Dionis non eſt: Sed de Georgij Merulæ interpretis promptum fidelia. A B

Proinde Blancus Xiphilini interpres gladium vertit. Sed fac parazonium apud Dionem legi, Pugionem tamen hac voce ſignificari, confeſſum non eſt. Nam & Martialis quem præcipuum ſententiæ ſuæ teſtem Turnebus profert, de parazonio & pugione quaſi diuerſis ſeorſum agit, Carmen Martialis hoc eſt.

[e] Martialis lib. 14.

[f] Calderinus in Martialẽ.

[g] Merula in Traiano Turnebus d. c. 6. lib. 12. Connanus lib. 9. cap. 5. Corraſius in rub. ff. de officio. praef. prat. Antonius vacca. l. illicitas §. quæ vniuerſas ff. de offic. praef. Lazius.

[h] Langus Nicephori hiſtori. eccleſiæ. lib. 3 cap. 23. Conradus Lycoſthenes in apophthegmat. de iuſtitia.

Parazonium. C

Militiæ decus hoc & grati nomen honoris.
Arma tribunitium cingere digna latus.

Pugio.

Pugio quem curuis ſignat breuis orbita venis.
Stridentem gelidis hunc ſalo tinxit aquis. [e]

Nec etiam deſunt qui parazonij vocabulum apud Martialem adulterinum eſſe contẽdant, græcum quippe aut latinum non eſſe. [f] neque apud idoneum vllum authorem legi. Labuntur & in eo turpiſſime Merula, Turnebus, Lazius & qui cum eis ſentiunt, recentiores: Quod Suram Licinium à Traiano tribunatu militum accinctum. Idque ſenſiſſe Dionem putant. [g] Neque enim de tribunatu militum aut vrbana, quod latinus Nicephori interpres, & Conradus Lycoſthenes crediderunt, præfectura, ſed prætoriana apud Dionem agitur. [h] Quod vir eruditiſſimus (Petrus Faber) docte perſpicuéque demon- D

A strat. [i] Inque eadem sententia Iampridem Suidam, Volateranum, Alexandrum Neapolitanum, Budæum, & Plinij Scoliastem Cataneum fuisse video. [k] Sicut Xiphilini interpratem Blanchum. [l] Quæ licet adminiculo non egeat, vtpote Dionis verbis consenranea. Quo plus tamen ponderis habeat, Plinij quoque de ea re verba adscribere non inutile fuerit, vixit quippe seculo Traiani: apud quem authoritate, & gratia plurimum valuit. Sic autem dixisse Traianum tefert. Ego quidem in me si omnium vtilitas, ita posceret, etiam præfecti manum armaui. Quæ verba eruditorum pene omnium consen-
B su de Suta Licinio. Intelligenda sunt, sicut & quæ sequuntur. Operepretium est referre, quod rormentum tibi iniunxeris, nequid amico negares dimisisti optimum vitum, tibi charissimum inuitus & tristis & quasi retinere posses, quantum amares eum, desiderio experrus es, distractus separatusque, dum cedis & vinceris, Ira quod fando inauditum, cum princeps, & principis amicus diuersa velletis, id potius factum est, quod amicus volebat. O rem memoriæ literisque mandandam præfectum prærori non ex ingerentibus, sed ex subtrahentibus legere. Eundemque ocio quem
C pertinaciter amet, reddere: Cumque sis ipse distentus imperij curis, non quietis gloriam cuiquam inuidere. [m] Nam & hæc quoque de Licinio ad ocium digresso accipi oportet. Quæ vero ei à Traiano dicta, cum ipsum prætorij præfectura inaugurarer Corrasius ex Plinio refert. Accipito hunc ensem, &c. non Plinij (nequis fallatur) sed Catanei sunt. [n] Dignum porro quod in literas mittatur Ammiani Marcellini illud de Valente, iis qui de Aulo Virellio annotata sunt finitimum. Valens atrocitate nnncij perculsus auditis apud Constantinopolim, gestis, eousque desponderat animum vt
D augustos amictus abiicere tanquam grauem sarcinam cogitaret. Fecissétque profecto, ni vetantibus proximis derractus à deformi proposito fuisset. [o] Cui consentaneum quod de Theodorico primo, Galliarum rege, apud Paulum Æmilium scriprum est, his vorbis Theodoricus depositis regiis insignibus ad Dionysij, Parisiis ponere comam cogitur. Sicut quod Polidorus Anglicæ historiæ scriptor de Ricardo secundo memoriæ prodidit. Placuit (inquit) vt Ricardus sponte faceret, quod cupidissime petebant vt ne per vim regno expoliatus videretur. Itaque nō multo post conuocato in turrim ptin-

i *Faber Semestrium lib. 1. cap. 13.*
k *Suidas in Lexico. histor. verbo Traianus Volateranus Commentar. vrbano. lib. 23. cap. 2. Alexand. lib. 4. cap. 23. Budæus l. vn ff. de offic. præf. præt. Cataneus in panegir. Plinij.*
l *Blancus in Traiano.*
m *Plinius in panegiri. Traiani.*
n *Corrasius in d. rub. ff. de offic. præf. præto.*
o *Ammianus Mar. lib. 26.*

cipum concilio, Ricardus regio ornatus vestitu, corona redimitus ac sceptrum gerens, sic ferme coram verba fecisse fertur: Ego Richardus rex Angliæ, fateor patres me per istos duos & viginti annos, quibus hactenus regnum obtinui, partim malorum consiliis deprauatum partim iuuenili errore actum non fecisse, vt debueram omnia è republica. Cæterum postquam id mihi non datur, vt ex meo casu regnum deinceps subleuetur, nullumque amplius damnum faciat, & vobis simul per me liceat Henricum ducem consanguineum meum virum imperio dignum regē facere, iam nunc ipse vltro omni dignitate me abdico, regnique possessione ac iure cedo. His flebili voce tristique vultu dictis, sceptrum atque coronam suis manibus Henrico tradidit, nominatim cunctos rogitans, vt sibi deinceps priuatam liceret viuere vitam. Sed his longius fortasse sum immoratus. Quæ autem à nobis de pœna & supplicio tradita sunt, ad quæstionem producenda putauerim: vt nec ea etiam de milite magistratu aut alio, dignitate aliqua prædito, nisi prius exauctorato habenda sit. Quod & Paternus à nobis ante citatus sensisse videtur cum dixit, Proditores transfugas exauctoratos plerumque torqueri. Sicut Diocletianus Maxim. que rescripto suo ad Salustium præsidem quo constituerunt. Milites tormentis in causis criminum subiiciendos non esse: his exceptis qui ignominiose sunt soluti. [x] Proinde apud Ammianum Marcellinum Lampadius præfectus falsi insimulatus prius quam torqueretur dignitate exutus. Fallaciarum (ait Ammianus nube discussa Imperator doctus gesta: relatione fideli, abrogata potestate præfectum Lampadium statui sub quæstione præcipit. [y] Sunt & qui absenti ob delictum hanc pœnam infligi posse putent: vt si dicta die non affuerit (ademptis specie tenus militiæ insignibus) exauctoretur. Quibus & ipse accedo, cum etiam in absentem legitime euocatum capite ita, animaduerti non vno loco docuerimus. Sicque à Ludouico Crasso exauctoratum Thomam Marlensem cum Galdericum Laudunensem episcopum manu facta interemisset scriptum apud Paulum Æmilium legimus his verbis. Conon Prænestinus Episcopus à pontifice maximo legatus, concilio in Bellouacis habito, Thomam, cum die dicta non adesset, communione piorum mouet, Regiæque coërtioni tradit. Crassus absentem vt adumbratione præsentem, balteo militari exuit. [z]

[x] l. milites C. de quæstion.

[y] Ammianus hist. lib. 15.

[z] Paul. Æmilius in vita, Crassi.

Cæterum

A Ceterum quod diximus infamiæ labem ei inferri, quem dux exauctorauerit de hac exauctoratione quæ actu non verbis tantum fit, accipiendum est. Quibus enim militaria insignia non adimuntur, inter famosos habendi non sunt, quod Vlpiani responsum perspicue demonstrat his verbis. Sed & si ita exauctorauerit, vt insignia militaria detraheret, inter infames efficit, [u] sic enim legendum ex Nurembergensi editione admonet Viglius condiscipulus meus, [x] quamuis vulgati codices aliter habeant. Nec dubium est quin latius pateat exauctorationis verbum, quam vt ignominiosam tantum missionem significet: continet quippe etiam causariam & honestam, sicut & eam quæ tunc fit, cum quis euitandorum munerum causa militiam subiuit, [y] ita vt exauctorari dicantur quicumque militiæ sacramento soluuntur & militia remouentur, tametsi nulla eis macula irrogetur. [z] Vt ex Frontino cognosci potest cum ita scribit Diuus Augustus Vespasianus, cum quendam adolescentem honeste natum militiæ inhabilem, Angustiarum rei familiaris causa eductum, ad longiorem ordinem resciscet, censu constituto honesta missione, exauctorauit. [a] Et ex Liuio dum ait. [b] Sine commeatu milites in paccato in hostico errent immemores sacramenti, licentia sola vbi velint exauctorentur. Et alibi. Postero die concione aduocata, de rebus ab se gestis cum disseruisset, milites exauctoratos dimisit. [c] Et rursum alibi. Volumnij quoque exercitus, qui viuo Graccho summa fide stipendia fecerat, velut exauctoratus morte ducis ab signis discessit. [d] Et iterum. Vbi hoc modo exauctoratum Equitem cum gratia Imperatoris viderunt, se quisque excusare & vicarium accipere. [e] Et rursus. Romæ magna ex non opinato lætitia fuit, delectus omissus est, exauctorati, qui sacramento dixerant, & exercitus qui Arimini pestilentia affectus erat, dimissus. [f] Et iterum alibi. Prætori Bæbio legiones quas C. Aurelius Consul habuisset ita decretæ, vt retineret eas donec Consul nouo cum exercitu succederet in Gallia: vbi is venisset, omnes milites exauctorati domum dimitterentur præter quinque milia socium. [g] Item ex illa Catonis maioris ad filium epistola, cuius comme- minit Plutarchus in quæstionibus Romanis qua iubet eum si tempore completo militiæ exauctoratus esset, domum redire: aut si manere vellet cum exercitu ab Imperatore potestatem cædendi necandique hostis impetrare, [h] exauctoratum enim sine ignominia dimissum intelligit, vt ex Cicerone de eadem

B

C

D

u d. §. ignominiæ.

x Viglius §. post missionem instit. de milit. testam.

y d. l. 2. §. ignominiæ versic. est & quartum ff. de in qui notantur infamia.

z l. qui de libertate ff de liberali causa.

a Frontinus stratage. lib. 4. cap. 6.

b Liuius lib. 8.

c Liu. lib. 36.

d idem li. 24. ab vrb. cond.

e Idem li. 23.

f Idem li. 41.

g idem li. 32.

h Plutarchus problemate 39.

re agente cognosci potest cum ait: Pompilius. Imperator A
tenebat prouinciam in cuius exercitu Caronis filius Tyro militabat: cum autem Pompilio videretur vnam dimittere legionem, Catonis quoque filium, qui in eadem legione militabat, dimisit: sed cum amore pugnandi in exercitu remansisset, Cato ad Pompilium scripsit, vt si eum pateretur in exercitu remanere, secundo eum obligaret militiæ sacramento, quia priore amisso iure pugnare cum hostibus non poterat. Marci quidem Catonis senis est epistola ad M. Filium, in qua scripsit se audisse eum missum factum esse à Consule cum in B
Macedonia bello Persico miles esset. Monet igitur, vt caueat ne prælium ineat: negat enim ius esse qui miles non sit, pugnare cum hoste.[g] Ex quo similiter palàm fit Laurentium Vallam cum iurisconsulto de significatione huius vocis dimicantem, operam ludere, sicut & Alciatum, qui iurisconsulti defensionem suscepit. Non enim Vlpianus (quod Valla existimauit) exauctorationem à Principe vel duce simpliciter factam ignominiæ notam inurere dixit, sed eam demum cui nominatim additum fuerit ignominiæ causa fieri, vel quæ ita fit, vt militaria insignia detrahantur, vt sic nihil fuerit, cur Vlpianum nostrũ Valla, elephantẽ musca stili sui mucrone & aculeo C
appeteret. Nec ideo tamen præceptoris mei Alciati, quamuis de me optimè meriti (quod pace eius dixisse liceat) defensio mihi probari potest, inter veterem remp. & seculum Augusti ac successorum distinguentis,[h] vt priori illo missionibus honestis & exauctorationibus non ignominiosis locus fuerit non item posteriori. Pugnat siquidem manifestè cum Vlpiani responso, quẽ multo post mortuũ Augustum floruisse constat, tollitque (quod ad posterius illud æuum attinet) omnem tam honestarum quàm causariarum missionum vsum, vt mirum videri possit, quod D
Franciscus Floridus, qui & ipse Vallæ propugnator cum Alciato cominus congressurus in arenam descendit, neque in alio laborat, quàm vt quæcumque ab Alciato pro Iurisconsultorum defensione adducuntur, quaqua via conuellat: in hac tamen vna ipsius sententia reipub. veteris & imperatorum tempora discriminantis, acquiescat, cum in nullo alio magis Alciati defensio labare videatur: vt ex eo etiam intelligi potest, quod Tranquillus scribit Augustum ipsum re militari constituta legiones quasdam immodestè missionem postulantes citra commoda emeritorum præmiorum exauctorasse.[i] Non enim de-

g Cic. 1. offic.

h Alciat. lib. de verb. sig. 4.

i Tranq. in Aug. ca. 24.

A turpi illa missione, quæ detractis militaribus insigniis fieri solet, exauctoratio illa intelligi potest, quam honestam fuisse, vel hinc apparet, quod impleto militiæ tempore & emeritis data fuerit,[k] quod verba illa *citra commoda præmiorum emeritorum* perspicuè demonstrant. Siquidem ea ignominiose missis non debebantur, sed veteranis & emeritis qui peractis stipendiis labore militiæ soluebantur.[l] Vigilantes igitur somniant Tranquilli intepretes Beroaldus & Sabellicus, qui ignominiosam & detractis militaribus insignibus factam exauctorationem illam existimant, quæ nullum ob delictum facta videri potest, B cum petentibus militibus, post emensa stipendiorum curricula in præmium exantlatorum laborum datam fuisse liquear. Nam & quorsum dixisset Tranquillus expunctas ab Augusto commodis emeritorum præmiorum fuisse legiones, quæ eis non debebantur, si ignominia missæ fuissent?[m] Neque credibile est Augustum ob tam leuem offensam nempe missionem paulo immodestius flagitatam, tàm graui pœna, tantóque dedecore coercere legiones voluisse. Nec etiam Tranquillum notam illam prætermissurum fuisse, si eam quoque legionibus C Augustus inussisset, cum & alibi (quod diximus). de prætorianis cohortibus à Vitellio exauctoratis loquens, quibus militaria arma adempta fuerant, detractionem illam silentio non prętericrit. Quicquid ait Prætorianarum cohortium fuit vno exauctorauit edicto, iussas Tribunis tradere arma.[n] Quod vtique superflue adiecisset, si exauctorationis verbum simpliciter prolatum eam vim ac significationem haberet. Quinetiam proximè præcedentia Suetonij verba quibus ait Augustum decimam legionem contumacius parentem, cum ignominia totam dimisisse, satis declarant cum aliis missionem immoderatè fla-D gitantibus nihil ignominiose actum. Distinguit quippe illic pœnas militibus pro varietate delictorum variæ impositas, sicut & in Caligula cum ait. Postquam castra attigit, vt se acrem & seuerum ducem ostenderet legatos qui auxilia serius ex diuersis locis adduxerant, cum ignominia dimisit, at in exercitu recensendo plerisque centurionum maturis iam * primos pilos ademit, causatus senium cuiusque & imbecillitatem: cæterorum increpita cupiditate, commoda emeritæ militiæ ad sexcentorum millium summam rescidit.[o] Quibus etiam verbis perspicuè demonstratur, in eos quorum cupiditatem Caligula increpuit, nihil cum ignominiosè constituisse, sed eos tantum

k *l. milites agrum §. missionum ff. de re milit.*

l *l. 1. §. qui militia & l. non omnes ff. fin ff. de re mili. d. §. illud constat & l. 1. & 2. C. de his qui non impletis stipendiis lib. 10.*

m *d. §. illud constat l. 1. C. de excus. vete. l. 2. de re mili. lib. 12. C. l. veteranis C. quando prouocare non est necesse.*

n *Suetonius Tranquill. in Aug. cap. 24.*

* id est principi latem dignitatem.

o *Sueton. in Calig. ca. 44.*

deduntur quam * de collegij sententia exauctorati, ordinisque A
illius insignibus exuti fuerint: Iustum quippe est, vt cui ob sce-
lus dignitas aufertur, dignitatis quoque illius, insignia adiman-
tur. Vnde & Valentiniani Gratiani Thodosiique constitutio il-
la. Iudices qui se furtis & sceleribus fuerint maculasse conuicti,
ablatis codicillorum insignibus & honore exuti inter pessimos
quosque & plebeios habeantur, nec sibi posthac de eo honore
blandiantur, quo seipsos indignos iudicauerunt. Vt ita de nihi-
lo non sit, quod de Torquatorum militum exauctoratione re-
tulimus. Nam id olim Romanos etiam Principes vsurpatum, B
ex eo cognosci potest, quod Veteranionem, & Gallum (prius-
quam de illis supplicium sumeretur) ademptis imperij insigni-
bus exauctoratos, scriptum apud historicos inuenimus. Am-
mianus Marcell. lib. 14. Pandete itaque viam fatorum sorte tri-
stissima, qua præstitutum erat Gallum vita & imperio spoliari,
venit Petobionem oppidum Noricum: vbi & Barbatio repentè
apparuit Comes: ingressusque obscuro iam die ablatis regiis in-
dumentis, Cæsarem tunica texit & paludamento communi. Et
post paulò. Irreuocabili ira Princeps Constantius percitus &
dolore, misso Sereniano, eum capitali supplicio destinauit: & C
ita colligatis manibus in modum noxii cuiusdam latronis cer-
uice abscissa, ereptaque vultus & capitis dignitate, cadauer est
relictum informe. Idem lib. 15. Hi qui summam aulam tene-
bant, virtutem fœlicitatemque Imperatoris extollebant in cœ-
lum: cuius nutu in modum gregariorum militum, licet diuersis
temporibus, duo exauctorati sunt Principes, Veteranio nimi-
rum & Gallus. De Gallo similiter Nicephorus. Gallus, adempta
ei primum purpura, circa Phalonem insulam in occidentalibus
[1 Nicephorus lib. 9. cap. 32.] partibus ex insidiis Eusebij Eunuchi trucidatus est. [1] Idem de
Veteranione (quem à quibusdam Britannionem appellatum D
video) Veteranio ad pedes imperatoris supplicis habitu misera-
biliter est prouolutus. Et Constantius ei imperij insignia purpu-
ram & coronam detraxit quietumque & priuatum esse iussit.
[2 Nicephorus eodem loco.] [2] De eodem etiam diuus Hieronymus in Cronicis. Turbata
Rep. Veteranio Mursæ, Nepotianus. Romæ Imperatores facti,

* Minustianus Eques torquatus ordinis sancti Michaelis qui falso nomen & insignia nobilissimæ familiæ vsurparat. decreto prætoriani cōsilij 6. August. ann. 1579. in publicis causarum actionibus exauctoratus est & exutus gestamine regio, ignobilis & postera soboles pronunciatus ann. 1475. mens. Maij Magister equituum à sancto Paulo exauctoratus est à summo Franciæ Cancellario, ex his constat torquatos milites in Gallia non exauctorari de sententia collegarum, vti hic asserit Langlæus.

A Veteranioni apud Narsum à Constantio regium insigne detractum. Orosius. Veteranionem ætate grandeuum Imperatorem sibi milites creauerunt, qui cum primas literas Imperator senex interdum inuitus meditaretur à Constantio deponere iussus imperium, abiecit cum literis purpuras. [t] Eutropius à Constantio abrogatum est Veteranioni imperium, qui nouo inusitatoque more consensu militum deponere insigne compulsus est. [u] Idipsum præterea ab iis etiam fieri solitum, qui principatum vel magistratum indemnati essent eiuraturi, vt potestatis & imperij insignia simul exuerent, indicio est. Quod de Aulo Vitellio scriptum apud Tacitum, Dionem & Tranquillum legimus, illum cum imperium (Vespasinum metuens) depositurus esset, pugionem (principatus insigne) tam consulibus quàm magistratibus & Senatoribus obtulisse. Tacitus. Vitellius inter suos milites, prospectantibus etiam fœminis, pauca & præsenti mœstitiæ congruentia locutus: Cedere se pacis & Reip. causa: postremo fletu præpediente, assistenti Consuli (Cæcilius Simplex erat) Exolutum à latere pugionem velut ius necis vitæque ciuium, reddebat: Aspernante Consule, reclamātibus qui in concione adstiterant, vt in æde concordiæ positurus insignia imperij domumque fratris periturus discessit. [x] Dio, Ridere eum multis de causis, sed in primis quod in concionibus gladium tradebat, Consulibus, & Senatui, vt ex eo summum imperium deponeret. [y] Tranquillus, Pro gradibus Palatij apud frequentes milites cedere se imperio professus, solutum à latere pugionem, Consuli primum, deinde, illo recusante, magistratibus, ac mox Senatoribus singulis porrigens, nullo recipiente, quasi in æde concordiæ positurus abscessit. [z] Pugionem vero seu gladium, imperij & principatus fuisse insigne, satis exprimit Tacitus loco à nobis citato in his verbis pugionem velut ius necis vitæque ciuium, raddebat: Quomodo & Tranquillus de eiusdem inauguratione agens. Vespere subito à militibus è cubiculo raptus, itavt erat in veste domestica, Imperator est consalutatus, circumlatusque per celeberrimos vicos strictum diui Iulij gladium tenens, detractum delubro Martis atque in prima gratulatione porrectum sibi à quodam. [a] Idem de inauguratione Galbæ. Deposita legati, suscepit Cæsaris appellationem. Iterque ingressus est paludatus, ac dependente à ceruicibus pugione ante pectus. [b] Seneca ad Neronem. Præstitisti Cæsar ciuitatem incruentam, & hoc quod magno animo gloriatus es, nullam te

B
C
D

t Paulus Orosius lib. 7. ca. 19.

u Eutropius lib. 10.

x Tacitus annalium li. 19.

y Dio in Vitellio.

z Tranquil. in Aulo Vitellio cap. 15.

a Tranquillus in Aulo Vitellio cap. 8.

b Tranquillus in Galba cap. 11.

[c] toto orbe stillam cruoris humani misisse: quo maius mirabiliusque, quod nulli vnquam citius gladius commissus est. [c] Vnde etiam palam fit, falli Turnebum, Dum pugionem à gladio ita discernit, vt imperij ac maiorum potestatum gladius, tribunatus pugio, insigne fuerit. [d] Tam enim gladium quam pugionem principatus esse insigne, ex locis à me citatis vel cæco perspicuum est. Nec Turnebum quidquam iuuerit, quod ex Dione tradit, dixisse Traianum, Suræ Licinio cum ei parazonium quo pro tribunatus militum dignitate accingendus erat, nudum porrexisset: hoc pro me si recte imperaro vtaris, sin secus in me, Siquidem Parazonium (quod Cælius Rhodiginus annotauit) Dionis non est: Sed de Georgij Merulæ interpretis promptum fidelia.

c Seneca de clementia lib. 1. cap. 1.

d Turnebus aduersariorū lib. 12. cap. 6.

Proinde Blancus Xiphilini interpres gladium vertit. Sed fac parazonium apud Dionem legi, Pugionem tamen hac voce significari, confessum non est. Nam & Martialis quem præcipuum sententiæ suæ testem Turnebus profert, de parazonio & pugione quasi diuersis seorsum agit, Carmen Martialis hoc est.

Parazonium.

Militiæ decus hoc & grati nomen honoris.
Arma tribunitium cingere digna latus.

Pugio.

Pugio quem curuis signat breuis orbita venis.
Stridentem gelidis hunc salo tinxit aquis. [e]

Nec etiam desunt qui parazonij vocabulum apud Martialem adulterinum esse contēdant, græcum quippe aut latinum non esse. [f] neque apud idoneum vllum authorem legi. Labuntur & in eo turpissime Merula, Turnebus, Lazius & qui cum eis sentiunt, recentiores: Quod Suram Licinium à Traiano tribunatu militum accinctum. Idque sensisse Dionem putant. [g] Neque enim de tribunatu militum aut vrbana, quod latinus Nicephori interpres, & Conradus Lycosthenes crediderunt, præfectura, sed prætoriana apud Dionem agitur. [h] Quod vir eruditissimus (Petrus Faber) docte perspicueque demon-

e Martialis lib. 14.

f Calderinus in Martialē.

g Merula in Traiano Turnebus d. c. 6. lib. 12. Connanus lib. 9. cap. 5. Corrasius in rub. ff. de officio. præf. prat. Antonius vacca. l. illicitas §. quæ vniuersas ff. de offic. præf. Lazius.

h Langus Nicephori histori. ecclesia. lib. 3 cap. 23. Conradus Lycosthenes in apophtheg. tit. de iustitia.

A ſtrat. [i] Inque eadem ſententia Iampridem Suidam, Volateranum, Alexandrum Neapolitanum, Budæum, & Plinij Scoliaſtem Cataneum fuiſſe video. [k] Sicut Xiphilini interpræte m Blanchum. [l] Quæ licet adminiculo non egeat, vtpote Dionis verbis conſentanea. Quo plus tamen ponderis habeat, Plinij quoque de ea re verba adſcribere non inutile fuerit, vixit quippe ſeculo Traiani: apud quem authoritate, & gratia plurimum valuit. Sic autem dixiſſe Traianum refert. Ego quidem in me ſi omnium vtiliras, ira poſceret, etiam præfecti manum armaui. Quæ verba eruditorum pene omnium conſen-
B ſu de Sura Licinio. Intelligenda ſunt, ſicut & quæ ſequuntur. Operepretium eſt referre, quod tormentum tibi iniunxeris, nequid amico negares dimiſiſti optimum virum, tibi chariſſimum inuitus & triſtis & quaſi retinere poſſes, quantum amares eum, deſiderio expertus es, diſtractus ſeparatuſque, dum cedis & vinceris, Ira quod fando inauditum, cum princeps, & principis amicus diuerſa velletis, id potius factum eſt, quod amicus volebat. O rem memoriæ literiſque mandandam præfectum prætori non ex ingerentibus, ſed ex ſubtrahentibus legere. Eundemque ocio quem
C pertinaciter amet, reddere: Cumque ſis ipſe diſtentus imperij curis, non quietis gloriam cuiquam inuidere. [m] Nam & hæc quoque de Licinio ad ocium digreſſo accipi oportet. Quæ vero ei à Traiano dicta, cum ipſum prætorij præfectura inaugurarer Corraſius ex Plinio refert. Accipito hunc enſem, &c. non Plinij (nequis fallatur) ſed Catanei ſunt.

[n] Dignum porro quod in literas mittatur Ammiani Marcellini illud de Valente, iis qui de Aulo Virellio annotata ſunt finitimum. Valens atrocitate nnncij perculſus auditis apud Conſtantinopolim, geſtis, eouſque deſponderat animum vt
D auguſtos amictus abiicere tanquam grauem ſarcinam cogitaret. Feciſſétque profecto, ni vetantibus proximis detractus à deformi propoſito fuiſſet. [o] Cui conſentaneum quod de Theodorico primo, Galliarum rege, apud Paulum Æmilium ſcriptum eſt, his vorbis Theodoricus depoſitis regiis inſignibus ad Dionyſij, Pariſiis ponere comam cogitur. Sicut quod Polidorus Anglicæ hiſtoriæ ſcriptor de Ricardo ſecundo memoriæ prodidit. Placuit (inquit) vt Ricardus ſponte faceret, quod cupidiſſime petebant vt ne per vim regno expoliatus videretur. Itaque nō multo poſt conuocato in turrim prin-

i Faber Semeſtrium lib. 1. cap. 13.
k Suidas in Lexico. hiſtor. verbo Traianus Volateranus Commentar. vrbano. lib. 23. cap. 2. Alexand. lib. 4. cap. 23. Budæus l. vn ff. de offic. præf. præt. Cataneus in panegir. Plinij.
l Blancus in Traiano.
m Plinius in panegiri. Traiani.
n Corraſius in d. rub. ff. de offic. præf. præto.
o Ammianus Mar. lib. 26.

cipum concilio, Ricardus regio ornatus vestitu, corona redimitus ac sceptrum gerens, sic ferme coram verba fecisse fertur: Ego Richardus rex Angliæ, fateor patres me per istos duos & viginti annos, quibus hactenus regnum obtinui, partim malorum consiliis deprauatum partim iuuenili errore actum non fecisse, vt debueram omnia è republica. Cæterum postquam id mihi non datur, vt ex meo casu regnum deinceps subleuetur, nullumque amplius damnum faciat, & vobis simul per me liceat Henricum ducem consanguineum meum virum imperio dignum regẽ facere, iam nunc ipse vltro omni dignitate me abdico, regnique possessione ac iure cedo. His flebili voce tristique vultu dictis, sceptrum atque coronam suis manibus Henrico tradidit, nominatim cunctos rogitans, vt sibi deinceps priuatam liceret viuere vitam. Sed his longius fortasse sum immoratus. Quæ autem à nobis de pœna & supplicio tradita sunt, ad quæstionem producenda putauerim: vt nec ea etiam de milite magistratu aut alio, dignitate aliqua prædito, nisi prius exauctorato habenda sit. Quod & Paternus à nobis ante citatus sensisse videtur cum dixit, Proditores transfugas exauctoratos plerumque torqueri. Sicut Diocletianus Maxim. que rescripto suo ad Salustium præsidem quo constituerunt. Milites tormentis in causis criminum subiiciendos non esse: his exceptis qui ignominiose sunt soluti. x Proinde apud Ammianum Marcellinum Lampadius præfectus falsi insimulatus prius quam torqueretur dignitate exutus. Fallaciarum (ait Ammianus nube discussa Imperator doctus gesta: relatione fideli, abrogata potestate præfectum Lampadium statui sub quæstione præcipit. y Sunt & qui absenti ob delictum hanc pœnam infligi posse putent: vt si dicta die non affuerit (ademptis specie tenus militiæ insignibus) exauctoretur. Quibus & ipse accedo, cum etiam in absentem legitime euocatum capite ita, animaduerti non vno loco docuerimus. Sicque à Ludouico Crasso exauctoratum Thomam Marlensem cum Galdericum Laudunensem episcopum manu facta interemisset scriptum apud Paulum Æmilium legimus his verbis. Conon Prænestinus Episcopus à pontifice maximo legatus, concilio in Bellouacis habito, Thomam, cum die dicta non adesset, communione piorum mouet, Regiæque coercitioni tradit. Crassus absentem vt adumbratione præsentem, balteo militari exuit. z

x l. milites C. de quæstion.

y Ammianus Marcell. lib. 15.

z Paul. Æmilius in vit. Crassi.

Cæterum

A Ceterum quod diximus infamiæ labem ei inferri, quem dux exauctorauerit de hac exauctoratione quæ actu non verbis tantum fit, accipiendum est. Quibus enim militaria insignia non adimuntur, inter famosos habendi non sunt, quod Vlpiani responsum perspicue demonstrat his verbis. Sed & si ita exauctorauerit, vt insignia militaria detraheret, inter infames efficit,[u] sic enim legendum ex Nurembergensi editione admonet Viglius condiscipulus meus,[x] quamuis vulgati codices aliter habeant. Nec dubium est quin latius pateat exauctorationis verbum, quam vt ignominiosam tantum missionem significet: continet quippe etiam causariam & honestam, sicut & eam quæ tunc fit, cum quis euitandorum munerum causa militiam subiuit,[y] ita vt exauctorari dicantur quicumque militiæ sacramento soluuntur & militia remouentur, tametsi nulla eis macula irrogetur.[z] Vt ex Frontino cognosci potest cum ita scribit Diuus Augustus Vespasianus, cum quendam adolescentem honeste natum militiæ inhabilem, Angustiarum rei familiaris causa eductum, ad longiorem ordinem rescisceret, censu constituto honesta missione, exauctorauit.[a] Et ex Liuio dum ait.[b] Sine commeatu milites in paccato in hostico errent immemores sacramenti, licentia sola vbi velint exauctorentur. Et alibi. Postero die concione aduocata, de rebus ab se gestis cum disseruisset, milites exauctoratos dimisit.[c] Et rursum alibi. Volumnij quoque exercitus, qui viuo Graccho summa fide stipendia fecerat, velut exauctoratus morte ducis ab signis discessit.[d] Et iterum. Vbi hoc modo exauctoratum Equitem cum gratia Imperatoris viderunt, se quisque excusare & vicarium accipere.[e] Et rursus. Romæ magna ex non opinato lætitia fuit, delectus omissus est, exauctorati, qui sacramento dixerant, & exercitus qui Arimini pestilentia affectus erat, dimissus.[f] Et iterum alibi. Prætori Bæbio legiones quas C. Aurelius Consul habuisset ita decretæ, vt retineret eas donec Consul nouo cum exercitu succederet in Gallia: vbi is venisset, omnes milites exauctorati domum dimitterentur præter quinque milia socium.[g] Item ex illa Catonis maioris ad filium epistola, cuius comme-minit Plutarchus in quæstionibus Romanis qua iubet eum si tempore completo militiæ exauctoratus esset, domum redire: aut si manere vellet cum exercitu ab Imperatore potestatem cædendi necandique hostis impetrare,[h] exauctoratum enim sine ignominia dimissum intelligit, vt ex Cicerone de eadem

u d. §. ignominiæ.

x Viglius §. post missionem instit. de milit. testam.

y d. l. 2. §. ignominiæ versic. est & quartum ff. de his qui notantur infamia.

z l. qui de libertate ff de liberali causa.

a Frontinus stratage. lib. 4. cap. 6.

b Liuius lib. 8.

c Liu. lib. 36.

d idem li. 24. ab vrb. cond.

e Idem li. 23.

f Idem li. 41.

g idem li. 32.

h Plutarchus problemate 39.

re agente cognosci potest cum ait: Pompilius. Imperator A tenebat prouinciam in cuius exercitu Catonis filius Tyro militabat: cum autem Pompilio videretur vnam dimittere legionem, Catonis quoque filium, qui in eadem legione militabat, dimisit: sed cum amore pugnandi in exercitu remansisset, Cato ad Pompilium scripsit, vt si eum pateretur in exercitu remanere, secundo eum obligaret militiæ sacramento, quia priore amisso iure pugnare cum hostibus non poterat. Marci quidem Catonis senis est epistola ad M. Filium, in qua scripsit se audisse eum missum factum esse à Consule cum in B Macedonia bello Persico miles esset. Monet igitur, vt caueat ne prælium ineat: negat enim ius esse qui miles non sit, pugnare cum hoste.[g] Ex quo similiter palàm fit Laurentium Vallam cum iurisconsulto de significatione huius vocis dimicantem, operam ludere, sicut & Alciatum, qui iurisconsulti defensionem suscepit. Non enim Vlpianus (quod Valla existimauit) exauctorationem à Principe vel duce simpliciter factam ignominiæ notam inurere dixit, sed eam demum cui nominatim additum fuerit ignominiæ causa fieri, vel quæ ita fit, vt militaria insignia detrahantur, vt sic nihil fuerit, cur Vlpia- C num nostrũ Valla, elephantẽ musca stili sui mucrone & aculeo appeteret. Nec ideo tamen præceptoris mei Alciati, quamuis de me optimè meriti (quod pace eius dixisse liceat) defensio mihi probari potest, inter veterem remp. & seculum Augusti ac successorum distinguentis,[h] vt priori illo missionibus honestis & exauctorationibus non ignominiosis locus fuerit non item posteriori. Pugnat siquidem manifestè cum Vlpiani responso, quẽ multo post mortuũ Augustum floruisse constat, tollitque (quod ad posterius illud æuum attinet) omnem tam honestarum quàm causatiarum missionum vsum, vt mirum videri possit, quod D Franciscus Floridus, qui & ipse Vallæ propugnator cum Alciato cominus congressurus in arenam descendit, neque in alio laborat, quàm vt quæcumque ab Alciato pro Iurisconsultorum defensione adducuntur, quaqua via conuellat: in hac tamen vna ipsius sententia reipub. veteris & imperatorum tempora discriminantis, acquiescat, cum in nullo alio magis Alciati defensio labare videatur: vt ex eo etiam intelligi potest, quod Tranquillus scribit Augustum ipsum re militari constituta legiones quasdam immodestè missionem postulantes citra commoda emeritorum præmiorum exauctorasse.[i] Non enim de

g Cic.1.offic.

h Alciat.lib. de verb.sig.4.

i Tranq. in Aug.ca.24.

A turpi illa missione, quæ detractis militaribus insigniis fieri solet, exauctoratio illa intelligi potest, quam honestam fuisse, vel hinc apparet, quod impleto militiæ tempore & emeritis data fuerit,[k] quod verba illa *citra commoda præmiorum emeritorum* perspicuè demonstrant. Siquidem ea ignominiosè missis non debebantur, sed veteranis & emeritis qui peractis stipendiis labore militiæ soluebantur.[l] Vigilantes igitur somniant Tranquilli interpretes Beroaldus & Sabellicus, qui ignominiosam & detractis militaribus insignibus factam exauctorationem illam existimant, B quæ nullum ob delictum facta videri potest, cum petentibus militibus, post emensa stipendiorum curricula in præmium exantlatorum laborum datam fuisse liqueat. Nam & quorsum dixisset Tranquillus expunctas ab Augusto commodis emeritorum præmiorum fuisse legiones, quæ eis non debebantur, si ignominia missæ fuissent?[m] Neque credibile est Augustum ob tam leuem offensam nempe missionem paulo immodestius flagitatam, tàm graui pœna, tantóque dedecore coercere legiones voluisse. Nec etiam Tranquillum notam illam prætermissurum fuisse, si eam quoque legionibus C Augustus inussisset, cum & alibi (quod diximus). de prætorianis cohortibus à Vitellio exauctoratis loquens, quibus militaria arma adempta fuerant, detractionem illam silentio non prætererit. Quicquid ait Prætorianarum cohortium fuit vno exauctorauit edicto, iussas Tribunis tradere arma.[n] Quod vtique superflue adiecisset, si exauctorationis verbum simpliciter prolatum eam vim ac significationem haberet. Quinetiam proximè præcedentia Suetonij verba quibus ait Augustum decimam legionem contumacius parentem, cum ignominia totam dimisisse, satis declarant cum aliis missionem immoderatè flagitantibus nihil ignominiosè actum. Distinguit quippe illic pœ- D nas militibus pro varietate delictorum variæ impositas, sicut & in Caligula cum ait. Postquam castra attigit, vt se aërem & seuerum ducem ostenderet legatos qui auxilia serius ex diuersis locis adduxerant, cum ignominia dimisit, at in exercitu recensendo plerisque centurionum maturis iam * primos pilos ademit, causatus senium cuiusque & imbecillitatem: cæterorum increpita cupiditate, commoda emeritæ militiæ ad sexcentorum millium summam rescidit.[o] Quibus etiam verbis perspicuè demonstratur, in eos quorum cupiditatem Caligula increpuit, nihil cum ignominiosè constituisse, sed eos tantum

k *l. milites agrum §. missionum ff. de re milit.*

l *l. 1. §. qui militia & l. non omnes ff. fin ff. de re milit. d. §. illud constat & l. 1. & 2. C. de his qui non impletis stipendiis lib. 10.*

m *d. §. illud constat l. 1. C. de excus. vete. l. 2. de re milit. lib. 12. C. l. veterani C. quando prouocare non est necesse.*

n *Suetonius Tranquill. in Aug. cap. 24.*

* *id est principi latem dignitatem.*

o *Sueton. in Calig. ca. 44.*

emeritæ militiæ commodis, quæ & ipsa emerita prĕmia & com- A moda missionum, [p] ac finitæ iustæque militiæ appellantur, expunxisse. [q] Ea autem quæ fuerint tam apud iuris nostri auctores quam alios scriptores, legere est, de quibus Cæsar apud Lucanum.

p Cæsar belli ciuilis li. 1. ad finem Tranq. in Aug. cap. 49. & in Vitellio cap. 15.

q l. desertorē § qui militia & § is qui ad hostem.

Quæ sedes erit emeritis, quæ rura dabuntur?
Quæ Miles veteranus aret, quæ mœnia fessis? [r]

r Lucanus lib. 1.

Liuius. Consul educto in æstiua, milite, dum quietos Samnites habebat, exercitum purgare missionibus turbulētorum hominum instituit, aliis emerita dicendo stipendia esse, alios graues iam ærare, aut viribus parum validos. [s] Tacitus. Percennius & Vibulenus stipendia militibus, & agros emeritis largientur. [t] Accedit, quod idem Tacitus de militiæ tempore loquens quo impleto, ex præscripto Tiberij, milites sacramento soluebantur, nunc missionis, nunc exauctorationis vocabulum vsurpat, quasi inter ea nihil intersit. Sic enim ait. Igitur volutatis inter se rationibus placitum vt epistulæ nomine principis scriberentur, missionem dari, vicena stipendia meritis exauctorari, qui sena dena fecissent, ac retineri sub vexillo, cæterorum immunes, nisi propulsandi hostis. [u] Quo pacto & Liuius de militibus quorum forti fidelique opera Fuluius Flaccus Celtiberos tribus prælijs deuicerat, venienti (inquit) Fuluio, Tiberius Sempronius prætor obuiam processit. Cum summa concordia quos dimitterent quosque retinerent, milites composuerunt. Inde Fuluius exauctoratis militibus in naues impositis Romam est profectus. Itemque Frontinus [x] postulantibus missionem vltro minaci vultu dedit exauctoratos pœnitentia coēgit satisfacere Imperatori. Nec me tamen clam est Adriano Turnebo homini (dum in humanis ageret) adprime docto, antiquitatisque & veterum scriptorum bene perito, aliud videri. Ait enim ex Taciti loco à me nouissime citato, intermissionem & exauctorationem hoc interesse, quod missio iis detur, qui penitus dimittuntur. Exauctorentur qui stipendio soluuntur, nec tamen dimittuntur, sed habentur sub vexillo retinentúrque donec emerita soluantur, aut agri assignentur. [x] A quo ego longissime absum. exauctorationis enim verbum adeo late patere, vt missionem quamcumque contineat, tot testimoniis planum feci, vt plura proferre, putidæ sit diligentiæ. Nec Tacitus (iudicio meo) hæc

s Liui. lib. 7.
t Tacit. lib. 1. historia Augusti.
v Idem eodē lib.
x Frontinus lib. 1. cap. 9.
x Turneb. aduersar. lib. 3. cap. 2.

A vocabula vt diſcrimen inter ea poſiturus vſurpauit. Sed vt oſtẽderet meliore conditione vetera nos fuiſſe, quibus impletis viginti ſtipendiis, miſſio dabatur: quàm qui ſena dena tantum confeciſſent. Non enim vt illi, ſimiliter hi plenam & abſolutam miſſionem conſequebantur, ſed legibus certis adſtrictam, nẽpe vt ſub vexillo retinerentur, hoſtem ab Italia (ſi opus foret) propulſaturi, reliquorum immunes. Vnde etiam dimiſſi ſacramentoque ſoluti perinde ac veterani (contra quàm Turnebus credidit) dicebantur: vt ex eodem authore, intelligi datur, cum Percennium militem gregarium veluti concionabundum ſic B loquentem facit. Ne dimiſſis quidem finem eſſe militiæ, ſed apud vexillum retentos alio vocabulo eoſdem labores perferre. Siquidem dimiſſos appellat, ſub vexillo retentos, quos ex ſentẽtia Turnebi exauctoratos dicere debuit. Quomodo exauctorandi ille actus exauctoratio dicendus fuit: quem tamen idem author miſſionem nuncupat. Gaudebat (ait Tyberius) oppreſſam ſeditionem: ſed quod largiendis pecuniis & miſſione feſtinata fauorem militum quæſiuiſſet, bellica quoque Germanici gloria angebatur. De eo ſimiliter mihi cum Turnebo non C conuenit, quod ſedecim ſtipendia meritos, quamuis exauctoratos ſub vexillis retentos tradit: donec emerita perciperent, & agri eis aſſignarentur. Hoſtem enim (vt dixi) ab Italia tantum propulſaturi retinebantur: cætera quieturi, belli cuiuſuis alterius exortes. Quod Taciti locus ab illo citatus perſpicuè demonſtrat in his verbis. Exauctorati qui ſena dena feciſſent, ac retineri ſub vexillo cæterorum immunes, niſi propulſandi hoſtis. Quorſum igitur emeritorum mentio à Turnebo facta ſit non video. Cum nec ea aliaque finitæ militiæ præmia ipſis deberentur. Sed veteranis qui perfecto militiæ tempore ſtipendiiſque omnibus decurſis ſacramento ſoluti eſſent, aut poſt vi-D ceſima ſtipendia cauſaria dimiſſi.[y] Veteranos tamen ipſos quamuis dimiſſos, ſacramentoque ſolutos, interdum ſub vexillo retentos, quoad emerita eis præſtarentur, agrique aſſignarentur, non eſt obſcurum mihi. Cum id vel ex ſeditioſa illa Percennij, apud eundem Tacitum concione intellectu cuiuis facile ſit, in his verbis. Satis per tot annos ignauia peccatum, quod tricena aut quadragena ſtipendia ſenes & plerique truncato ex vulneribus, corpore tolerent. Ne dimiſſis quidem finem eſſe militiæ, ſed apud vexillum retentos alio vocabulo eoſdem labores perferre. Ac ſi quis tot caſus vita ſuperauerit, trahi adhuc

y l. 2 de his qui non implet. ſtipend. lib. 12. C. & l. penultim. C. quando prouo. non eſt neceſſe.

diuersas in terras vbi per nomen agrorum, vligines paludum, vel inculta montium, accipiant. Et paulum infra nec aliud leuamentum, quam si certis sub legibus militia iniretur, vt singulos denarios mererent, ne vltra sub vexillis tenerentur, sed iisdem in castris præmium pecunia solueretur. Cui (quod ad agros spectat) consentaneum, quod de Curio scriptum apud Frontinum legimus. C. Curius cum victis ab eo Sabinis ex Senatusconsulto ampliaretur ei modus agri quem consummati, milites accipiebant, gregalium portione contentus fuit: malum ciuem dicens, cui non esset, id quod cæteris satis. [a] Siquidem consummatos appellat veteranos & emeritos. Quomodo Tranquillus consummaturos centuriones, qui legitima stipenda iamiam erant peracturi. In exercitu ait recensendo plerisque centurionum maturis iam & nonnullis ante paucissimos quam consummaturi essent, dies primos pilos ademit. [b] Sicque Plinius, gladiatorum consummationem eorum exauctorationem quam etiam missionem Tranquillus, Quintilianus & Martialis appellant. Cum scilicet rude donati gladiaturam desinunt. Et publice alimenta accipiunt, quo tẽpore rudiarij & veterani dicuntur. Plinius postea (inquit) pugnauere singuli principibus Claudio & Nerone in consummarione gladiatorum. [c] Tranquillus gladiatores sine missione edi prohibuit. [d] Et alibi. Munus gladiatorium dedit rudiariis quoque quibusdam reuocatis auctoramento centum millium. [e] Quintilianus, in gladiatore: Nemo vnquam sic rogauit missionem. Et paulò pòst. Ad omnes impetus excipiebatur, callide veterani gladiatoris astu omnes conatus contra se erant. Nec difficilem tamen sub illo præsertim autoramento, habuisset missionem sed noluit gladiator viuere. [f] Martialis.

Nuper cum Myrino peteretur missio læso. [g]

Quandiu autem hostem propulsaturi, sub vexillo retinerentur exauctorati, qui sedecim stipendia fecissent, scriptum apud probatæ fidei authorem non inuenio. Dici tamen potest quatuor post exauctorationem illam annos prius quam absolutam missionem adipiscerentur retentos fuisse, indulgentiore (vt Budæi verbis vtar) militiæ genere, quo tempore veterani dicebantur. Emeritaque & agros accipiebant. [h] Et ita vtcumque Turnebi sententia defendi. Sed mihi re rota, diu multumque considerata, & velut ad bilibre pensata, verisimilius fit, retentionis illius quæ modico tempore durauerit rationem non habẽdam.

a Frontinus in stratagem. lib. 4. cap. 3.

b Tranquill. in Calig. cap. 44.

c Plin. lib. 8. cap. 7.

d Tranq in Aug cap. 45.

e Tranq. in Tyber. cap. 17.

f Quintil. declamat. 9.

g Martial.

h Bud. lib. 5. de asse.

A B C D

A Quæcumque enim de ea, & festinata illa missione à sexdecim annis per metum & seditionem expressa fuerant, Tyberius non multo post irrita fecit. Vt ex eodem authore intelligere licet dum (infit) edixit Tyberius militare ærarium eo subsidio niti, simul imparem oneri rempub. nisi vicesimo militiæ anno veterani dimitterentur. Ita proximæ seditionis, male consulta, quibus sexdecim stipendiorum finem expresserant, abolita in posterum. Verum hactenus euagari satisfuerit. Vt igitur ad Alciatum reuertar, nihil illi suffragatur, quod ordinata ab Augusto

B & successoribus militia, tributa fuisse militaria insignia dicit, quorum detractio infamiam irrogat: cum manifestum sit, veteris quoque reip. tempore, ea milites habuisse, quæ etiam ipsis delinquentibus plerumque adimebantur: vt ex Frontino intelligere licet, dum infit. Marcus Curio Consul seditiosam legionem inermem prodire, discinctamque in conspectu armati exercitus stramenta coëgit secare: [i] Sicut ex Liuij loco à nobis citato de centurionibus, qui in pugna quæ ad Camisium inter Annibalem & Marcellum fuit, signa amiserunt. Cohortibus quæ signa amiserant, hordeum dari iussit, centurionésq; manipulorum, quorum signa amissa fuerant districtis gladiis discin-

C ctos destituit. [k] His enim verbis significat Liuius, Marcellum centuriones eductis gladiis discinctos exauctorasse, siquidem distringere illic valet è vagina educere, velut apud Ciceronem Officiorum lib. 3. dum infit: At ille, vt ingressus est, confestim gladium distrinxit, iurauitque se illum statim interfecturum, nisi &c. Idem in Catilinam. Gladios in remp. districtos retudimus, mucronesq; eorum à iugulis vestris reiecimus. [a] Cæsar milites phalange disiecta gladiis districtis in eos impetum fecerūt. [b] Et rursum sinistras sagis inuoluunt, gladios distringunt. [b] Vnde

D etiam colligere licet, non cingulum tantum, verumetiam gladium (quod Accursius existimauit) militare fuisse insigne. [c] Tametsi Viglio aliud videatur. [d] Et hæc quidem tam de honesta quàm ignominiosa missione mea est sententia.

Quod verò ad causariam spectat, quæ propter senium valetudinem, vitiumve corporis, vel animi, militiæ laboribus soluebat, [e] dubium non est quin ei similiter Augusti & posteriorum Imperatorum tempore locus fuerit, vt ex innumeris iuris nostri locis cognosci potest, sicut ex Tacito in Nerone cum ait. Eodem anno per Galliam Narbonensem Africamque & Asiam delectus habiti sunt supplendis illyrici legionibus: ex

i Frontinus stratagematum lib. 4. cap. 1.

k Liuius lib. 7. bell. punic.

a Cic. in Cati.

b Cæsar lib. 1. bel. Gallici.

b Cæsar lib. 1. belli ciuilis.

c l. penult ff. de milit. testam. Accursius in rub. institut. eod. tit.

d Viglius in rub. institut. eiusdem titu. de milit. test.

e d. §. missionum.

quibus ætate aut valetudine fessi sacramento soluebantur.[e] Et rursus. Igitur Corbulo dimissis quibus senecta, aut valetudo aduersa erat, supplementum petiuit.[f] Tranquillus in Vespasiano, nonnulli quum adhuc ordines duceret, sacramento solutum per causam valetudinis tradunt.[g] Hanc autem etiam honestam esse, Diocletiani Maximianique rescripto ad Carum apertissimè declaratur his verbis. Cum ob prouectæ ætatis senium sis dimissus, honestam missionem consecutum te esse ambigi non potest.[f] Nam & sic exauctoratis non tantum existimationis macula nulla aspergitur,[g] verumetiam honos, id est præmium, decernitur.[h] Quod & Tacitus significare videtur cum ait. Dein quibus ætas & iusta stipendia, dimissi cum honore.[i] Propriè tamen honestæ verbo illa intelligitur, quæ pleno stipendiorum numero perfunctis, & qui legitimum militiæ tempus expleuerint dari solet:[k] quam etiam iustam appellari Taciti locus à nobis proximè citatus, satis demonstrat, sicut ille Liuij. Nomina omnium ex iuniorum tabulis excerpta, qui quadriennio non militassent, quibus neque vacatio iusta militiæ, neque morbus causa fuisset.[l] Item & alius eiusdem. Causas stipendiis missorum cognoscebant, & cuius nondum iusta missio visa esset, ita iusiurandum adigebant, &c.[m] Tametsi hoc etiam nomine causaria nonnunquam censeatur. Quintilianus. Dederam laboribus meis iustam senex missionem.[m] Macrobius. Nonnullarum rerumpublicarum is mos est, vt post sextam annorum hebdomadem ad militiam nemo cogatur: in pluribus detur remissio iusta post septimam. Cui tamen necessariæ vocabulum conuenientius fuerit, quod ex necessitate daretur, cum quis ob senium vel morbum minus idoneus militiæ renuntiabatur. Ad eam vero, quæ proprie honesta dicitur, quam etiam emeritam in Codice Theodosiano apellari video,[n] allusit Plautus in Bacchidibus cum dixit.

Hæc ita me ora sibi, qui caueat aliquem vt hominem reperiam,
Ab istoc milite, vt vbi emeritum sibi sit, se vt reuehat domum.

Item in Mostellaria.

--- Ad legionem cum itant,
Adminiculum eis danunt tum aliquem cognatum suum:
Eatenus abeunt à fabris, vnum vbi emeritum est stipendium.
Igitur tum specimen cernitur quo eueniat ædificatio.

Quo

e Tacit. Annal lib. 16.
f Tacit. lib. 13.
g Tranq. in Vespasiano cap. 1.
f l. 2. C. de iis qui non impletis stipend. lib. 10.
g l. causaria de re milit. lib. 12.
h l. milites agrum §. aliud ff. de re milit.
i Taci. lib. 20.
k d. §. missionum l. si solemnibus C. de fide instru. l. 5. C. de testa. milit.
l Liui. lib. 24.
m Liuius lib. 43.
m Quint. declam. 13.
n l. ab omnibus de priuil. eor. qui in sac. pala. mil. in C. Theodos.

A Quo pacto & Ausonius in Epistola ad Symmachum. Expertus es fidem meam mentis atque dictorum dum in comitatu degimus ambo æuo dispari: vbi tu veteris militiæ præmia tyro meruisti, ego tyrocinium tam veteranus exercui. Et ex recentioribus ad vtramque tam honestam quam causariam Budæus. Quin ne sic quidem etiam missionem vnquam ab statiuis is castris postulare certum est, quorum nunquam emerita stipendia strenuissimo cuique fuisse censeo, tametsi inter causarios profiteri multis ipse nominibus potuissem & ad rem quoquo modo immigrare faciendam. [o] Illa similiter honoraria dicebatur, dabanturque sic dimissis literæ quas testimoniales vel honorarias B epistolas appellabant, [o] quibus missionis illius si quando opus foret fidem facerent. His amissis nihil impediebat quominus aliis quoque argumentis & probationibus sic se dimissos docere possent, vt ex Maximiani Diocletianique rescripto ad Zinimam intelligitur: cuius hæc sunt verba. Si solennibus stipendiis honestè sacramento solutus es, licet super huiusmodi re instrumenta facta perdita sint, tamen si aliis euidentibus probationibus veritas ostendi potest, veteranorum priuilegia etiam te vsurpare posse dubium non est. [p] Harum literarum meminit C Vegetius lib. 2. cap. 3. his verbis. Contubernalibus completis stipendiis per testimoniales ex more dimissis. Estque crebra earum in iure nostro mentio. [r] Causariæ vero formulam apud Cassiodorum cernere est in hæc verba. Continuatis laboribus attritum corpus, debilitatem tibi causaris attulisse membrorum, vt qui ante bellicis fueras aptus insignibus nunc vel ad otiosam vitam vix idoneus, approberis expetens vt ad expeditiones felicissimas non cogaris, à quibus non voto, sed necessitate subduceris. Atque ideo allegationibus tuis diutius perquisitis, & ad rerum fidem deductis ocium tibi non igno- D bile, præsenti iussione largimur. Quia non est ignauiæ culpa, quem excusat miseranda calamitas. Sed sicut tibi remissam vitam concedimus, ita te donatiuo, præsenti auctoritate priuamus. Quia non est æquum, vt cum de tuo cognoscaris idoneus, rem laborantium accipere debeas otiosus. Fruere igitur secura vita, aduersorum insidiis nostro numine liberatus. Nec aliquis tibi imputabit desertoris opprobrium. Quando illi quos contigerit à militia, morbi causa suspendi, ex prioribus factis habendi sunt iure reuerendi, nec enim dignus est à quoquam redargui, qui nostro iudicio meretur absolui. [s] Cæ-

[o] Budæus lib. 5. de asse.

[o] l. 1. de veteranis lib. 12. C. l. laudabile de aduocat. diuers. iudicio l. paruis de decu. in C. Theo.

[p] l. si solennibus C. de fide instrum.

[r] l. vlt. de profess. & medic. lib. 10. C. l. penult. de veteranis in C. th. l. omnes ordines de decur. eod. lib.

[s] Cassiodor. variar lib. 5.

BBbbb

terum quod diximus honesta vel causaria missione famam cuiusquam non lædi, sicut nec exauctoratione simplici, sed ea tantum cui additum sit ignominiæ causa fieri, vel quæ ita fit, vt militaria insignia adimantur, sic accipiendum est, dum ne ex delicto fiat. Qui enim (inquit Macer) propter delictum sacramento soluitur & si sine ignominiæ mentione missus sit, nihilominus ignominia missus intelligitur, neque Romæ, neque in sacro comitatu agere potest.[s] Cum enim quem, propter delictum missum esse liquet, perinde esse videtur ac si is qui misit nominatim adiecisset ignominiæ causa se misisse. Quo fit, vt infrequentem militem, id est, (vt Festus interpretatur) à signis & numeris diutius absentem exauctoratum, ignominia missum esse putem. Nam & hunc etiam notari solitum subindicat Cicero cum ait. Illud prætereo quod rei militaris te infrequentem tradidisti.[t] Sed apertius Pacatus in Panegyrico Theodosij Gothus (inquit) ille & Hunnus & Alanus respondebat ad nomen & alternabat excubias & notari infrequens ferebat. Ad quam missionem alludit Plautus in Truculento cum Astaphium Ancillam sic loquentem inducit.

A

B

s d.l.milites agrum §. missionum.

t Cicer. ad Herenn. lib. 4.

Non amatoris meretricem oportet causam cognoscere
Quin vbi nihil det pro infrequente eum mittas militia domum.

C

Idémque de Marcelli missione illa dicendum, cuius commeminit Ammianus Marcellinus his verbis. Iisdem diebus ad lapsorum ore Constantius doctus obsesso apud Senones Cæsari auxilium non tulisse Marcellum, cum sacramento solutum abire iussit in larem qui tanquam iniuria graui perculsus quædam in Iulianum moliebatur.[o] Cum enim ob delictum dimissum fuisse appareat, nempe ob desertum Iulianum, cui obsesso suppetias, quibus maxime indigebat, non tulisset,[p] dubium non videtur, quin missio etiam illa ignominiosa fuerit, quod & postrema illa verba qui tanquam iniuria graui perculsus, &c. perspicuè demonstrant. Ex quo relinquitur illam quoque Palladij & Notarij A. Valentiniano exauctorati ignominiosam fuisse. De qua idem Ammianus, Solutus sacramento Palladius destitutusque fastu quo tumebat discessit ad otium. Fuit quippe similiter ob delictum facta. Cum Palladius de calamitatibus quas Tripolitani perpessi erant quærere

D

o Ammianus Marcellinus lib. 16.

p l. omne delictum §. qui præpositum ff. de re milit.

A iussus, quæ comperta habebat nec vere nec ex fide imperatori retulisset. Vt ex eodem authore intelligere licet cum ait, Tribunus & Notarius Palladius mittitur. Vt gesta per Tripolim fide congrua scrutaretur. Et paulò pòst. Reuersus ad comitatum arte mendaciorum impia Valentinianum fefellit Tripolitanos frustra quæri commemorans. Et rursus. Cum Theodosius ductor exercituum venisset in Affricam, & Romani rem mobilem vt iussum est scrutaretur inter chartas eius inuenta est Meterij cuiusdam epistola, id continens. Salutat te Palladius proiectitius: qui non aliam ob causam dicit se esse proie-
B ctum, nisi quod in causa Tripolitanorum apud aures sacras mentitus est. [q] His enim verbis liquido declaratur Palladium ob delictum dimissum ignominiosamque ideo missionem eius fuisse. Nam & cùm tres tantum generales missionum sint causæ, honesta, causaria & ignominiosa & quæ ob delictum fit, nec honesta nec causaria dici possit, consequens est, vt ignominiosam esse censeamus. [q] Rectè igitur Vlpianus missioni semper cur miles mittatur addi debere dixit, vt inde cognosci possit, an ignominiosus sit qui mittitur vel id minus. [r] Si enim ob delictum missum appareat ignominiose missum interpretabi-
C mur, siue is qui misit nominatim adiecerit ignominiæ causa se mittere, siue non, vt ex antiquis etiam missionum formulis intelligi potest, quarum aliquot apud Hirtium cernere est his verbis. C. Auiene, quod in Italia milites populi Romani contra rempublicam instigasti, rapinasque per municipia fecisti, quodque mihi reique publicæ inutilis fuisti & pro militibus tuam familiam iumentaque in naues imposuisti, tuaque opera militibusque tempore necessario respub. caret, ob eas res ignominiæ causa ab exercitu meo te remoueo, hodiéque ex Affrica abesse & quantum potes proficisci iubeo. Itémque te A.
D Fontei, quod Tribunus militum seditiosus malusque ciuis fuisti, te ab exercitu dimitto. T. Alliene, M. Tyro, C. Clusiane, cum ordines in meo exercitu beneficio non virtute consecuti ita vos gesseritis, vt neque bello fortes, neque pace boni aut vtiles fueritis, & magis in seditione concitandisque militibus aduersariorum nostrorum imperatoris, quàm pudoris, modestiæque fueritis studiosiores, indignos vos esse arbitror qui in meo exercitu ordines ducatis, missosque facio, & quantum potestis abesse ex Affrica iubeo. [s] Has enim posteriores etiam missiones (non priorem tantum) ignominiosas esse nemo ibit inficias,

q Ammian. Marcellinus lib. 28.

q d. §. missionum.

r d. §. ignominia.

s Hirtius de b. Lo. Affric. lib. 5.

vt quas ob delictum factas fuisse liqueat nec ideo honestis aut causariis annumerari posse, tametsi nominatim adiectum non fuerit ignominiæ causa eas fieri. Nec est quod quis dicat leuiores fuisse causas quàm vt dimissorum existimationi aspergi macula vlla debuerit. Quis enim dixerit seditionem fecisse vel cõcitasse leue delictum esse, cuius rei ergo A. Fonteium T. Allienum, M. Tytonem & C. Clusianum exauctoratos à Cęsare fuisse constat? cum dicat Modestinus eum qui seditionem atrocem militum concitauerit capite puniendum, & si intra vociferationem aut leuem querelam seditio mota sit, tunc gradu militiæ deiiciendum?[t] Cui sententiæ suffragantur quę Cæsar missiones illas facturus de petulantia militum conuocatis omnium legionum Tribunis centurionibusq; de suggestu disseruit. Sic enim eum concionantem Hirtius facit. Maximę vellem homines suę petulantię nimiæque libertatis aliquando finem fecissent, meęque lenitatis modestiæ patientiæque rationem habuissent. Sed quoniam ipsi sibi neque modum neque terminum constituunt, quo cæteri dissimiliter se gerant, egomet ipse documẽtum more militari constituam.[u] C. Aniene &c. His siquidem verbis perspicue demonstratur, Cæsarem non Aniennum tantum (de quo nulla dubitatio esse potest) verumetiam Fonteium & alios omnes ignominiæ causa mittere voluisse. Enimuero quamuis exauctorationi additum non sit ignominiæ causa eam fieri, neque etiam detractis insignibus, aut ob delictum factam fuisse liqueat: si tamen qui eam fecerit ignominiosum esse voluisse ex missionis formula aut aliter perspicue deprehendi possit, dubium non videtur, quin ignominiæ causa facta existimari debeat, tantum enim quæritur quid is fecerit, non quid facere eum oportuit: proinde si dum exauctoraret dignos non putauerit quos militum nomine compellaret, sed vel Quirites, vel Paganos appellans militia reiicere, vel pellere dixerit, ignominiosos effecisse videbitur, vt ex superioribus colligi potest, sicut ex missione illa quam fecit Romæ Cæsar, eorum quos in Affricam præmissurus erat, cuius meminere Tacitus, Appianus & Dion his verbis. Tacitus, Diuus Iulius seditionem exercitus verbo vno compescuit, Quirites vocando, qui sacramentum eius detrectabant.[x] Dion cum milites Romæ apud Cæsarem multis verbis commemorarent, quot labores pertulissent quæ pericula subiissent, quæ præmia cum sperassent, tum meruissent, proinde in posterum missionem

t l. desertorem §. finali ff. de re militari.

u Idem Hirtius eod. lib.

x Tacit. lib. 1.

A ſibi militiæ fieri peterent, eámque vehementius vrgerent: Cæſar hæc tantum verba locutus. Enimvero, ô Quirites, recte dicitis, nam & laboribus & vulneribus exhauſti eſtis, nullo alio reſponſo dato, confeſtim omnibus ſacramentum militare remiſit, quaſi ad nullam iis rem indigeret. Quibus eis dictis, illi in magnum terrorem peruenerunt, cum ob reliquam eius ſententiam tum eo maxime, quod Quirites eos non milites appellaſſet.[y] Appianus. Ad Cæſaris aduentum ſeditio quidem vrbana conquieuit verum alia militaris in ipſum coorta eſt: pollicita
B ad Pharſalum necdum ex ſoluta repreſentari ſibi flagitantibus, qui eo prælio nauarant operam & miſſionem poſtulantibus vt emeritis. Et poſt paulo. Illi nondum ſedati & iuſſi quid poſtularent dicere miſſionem clamoribus petebant. Ille verò præter omnium opinionem nihil cunctatus dimittere ſe reſpondit. Et mox. Rurſus exordiens Quirites eos appellauit non milites, quod erat ſignum iam dimiſſos eſſe à militia.[z] Simile ſiquidem veri non eſt, quiritum appellationem grauatè laturos eos fuiſſe, ſi ignominioſa non fuiſſet. Cui ſententiæ & illud adiumento eſt quod Pomponius ſcripſit, ducē cui dum exercitui præeſt citra indignationem principis ſucceſſor mittitur, ignominia
C non notat. Cum enim receptum à noſtri iuris interpretibus ſit, qu[illegible] argumētum, hinc annotari poſſe[illegible] detur, cum qui ab [illegible]ndignato principe ab exercitu vel militia dimittitur aut cui ſucceſſor datur, ignominia affici.[a] Quo fit vt ignominioſam Tribunorum miſſionem illam fuiſſe putem, quàm à Galba factam Corn. Tacitus memorat his verbis. Exauctorati per eos dies Tribuni, è prætorio Antonius Taurus & Antonius Naſo: ex vrbanis cohortibus Æmilius Pacenſis: è vigiliis Iulius Fronto. Nec remedium in cæteros fuit, ſed motus initium: tanquam per artem & formidinem ſinguli pellerentur, omnibus ſuſpectis.[b] Ab irato ſiquidem & indignante Prin-
D cipe factam apparet quæ nec impletis ſtipendiis, nec ob ſenium, valetudinem aduerſam, iuſtámve aliam cauſam, nec petentibus etiam dimiſſis facta fuerit: tametſi additum non fuerit ignominiæ cauſa eam fieri, nec ademptis militiæ inſignibus, aut ob delictum factam liqueat, ſed ob ſuſpicionem quam de illis Galba habebat (opinor) quod Nymphidij ſocios exiſtimaret. Id enim ſubindicare videtur Tranquillus cum ait. Cæterum Prætorianos etiam metu & indignitate commouit remouens ſubinde pleroſque vt ſuſpectos & Nymphidij ſocios.[c] Quod itidem de

y Appian. lib. 2. belli ciuil.

z Dion Caſſius lib. 41.

a d. l. 2. ff. de his qui notãt. infam.

b Tacit. li. 17.

c Tranq. in Galba cap. 16.

prætorianæ Germanorum cohortis missione ab eodem Galba A facta dici potest, de qua Tranquillus: Germanorũ (inquit) cohortem à Cæsaribus olim ad custodiam corporis institutam multisque experimentis fidelissimam dissoluit, ac sine vllo commodo remisit in patriam quasi Cn. Dolabellæ iuxta cuius hortos tendebat proniorem. [b] Sicut de Vrsicini & Syagrij exauctorationibus ab iratis Constantio & Valentiniano factis quarum commeminit Ammianus Marcellinus his verbis. Iratus vltra modum Constantius nec discusso negotio nec patefieri quæ scientiam eius latebant permissis ad petitum calumniis Vrcisinum, deposita militia, digredi iussit, ad otium Aquilone ad eius B locum immodico saltu promoto ex gẽtilium scutariorum Tribuno. [c] Et rursus. Ambo etiam duces sunt cæsi: nec indicaturus gesta superfuit quisquam præter Syagrium, qui deletis omnibus ad comitatum reuersus irati sententia principis sacramento exutus abiit ad lares. [d] Quamuis alia quoque ratione posterior hęc ignominiosa videri possit, quasi ob delictum facta nempe quod Syagrius deletis sociis solus euasisset, quod sequentia Ammiani verba commeruisse sæuo iudicatus arbitrio quod euaserit solus, perspicue demonstrant. Et ita quidem ego sentio: nisi quod de missione à Cęsare Romę facta subdubito. Igno- C miniosam enim (contra quam dixi) & Baptista Fulgosius credidit nõ fuisse indicio est, quod dimissorum opera, ad reliquias Aphricani belli conficiendas Cæsar vsus fuit, non facturus (vt credere dignum est) si ignominiosos effecisset. Siquidem ignominia missus (vt est apud Menandrum) postea volens militare recipiendus non est. [d] Vsum autem iis Cæsarem (vt id quoque testimoniis quæ refelli, non possint planum faciam) præter Appianum & Dyonem, ostendit Tranquillus in Cæsare qui de hac ipsa missione sic loquitur Decumanos Romę cũ ingentibus mi- D nis, summoque etiam, vrbis periculo, missionem & præmia flagitantes, ardente tunc, in Aphrica bello, neque adire cunctatus est, quamquam deterrentibus amicis, neque dimittere: Sed vna voce, qua Quirites eos pro militibus appellarat, tam facile circumegit, & flexit vt ei milites esse confestim responderint, & quamuis recusantem, vltro in Africam sint secuti. [e] In quã propemodum sententiam Frontinus. Cęsar cum quædam legiones eius seditionem mouissent, adeo vt in perniciem quoque ducis viderentur consurrecturæ, dissimulato metu, processit ad milites, postulantibusque missionem, vltro minaci, vultu dedit:

b Tranqui in Galba cap. 12.

c Ammianus lib. 20.

d Ammian. lib. 28.

p l. 4. versic. ignominia ff. de re milit.

e Tranq. in Cæsare cap. 60.

A exauctoratos pœnitentia coegit satisfacere imperatori, obsequentioresque in reliquū operas edere.[f] Cogitanti itaque mihi quo pacto nodus hic expediri queat. Illud primum occurrit, Cæsarem seu dimissorum precibus victum, siue quia iis magnopere tū indigeret, & pœnitētes videret, eos restituisse: famæque & existimationi suæ reddidisse, vt iterum nomina dare & confligere cum hoste possent. Id enim Tranquillus & Frontinus significare videntur. Sicut Dyon cum ait. Multis supplices precibus multisque promissionibus contenderunt, vt se & lubentissimo animo eius signa secuturos, bellúmque hoc solos B confecturos reciperet. Et post paulo. Nec ego quemquam vestrum ad militiam posthac compellam. Si quibus tamen me in his quę testant absoluendis adiuuare volentibus est, eos ego lubens recepero. Ea voce audita, summa omnes voluptate sunt affecti neque fuit quisquam qui non daret nomen.[g] Appianus hoc non tulerunt taciti sed conclamantes ostenderunt pœnitentiā: rogabantque vt liceret sibi cum eo militare diutius. Et mox Ille nolens amplius exacerbare, quod videret serio pœnitentes, vniuersos recepit in gratiam. Móxque ad bellum Africanum profectus est.[h] Et hæc vtique mea aliquandiu fuit sententia. C Nam & ante id tempus, Cæsarem ipsum, cum militum seditionem Placentiæ compescuisset, quos ignominiose dimiserat restituisse, subque signa sua recepisse, scriptum apud Dyonem Tranquillum & Frontinum legeram his verbis. Dyon, Reliquos quod sibi nullo vsui essent futuri dimisit: verum hi postea pœnitentia delicti correpti, iterum sub signa, Cæsaris recepti sunt.[i] Tranquillus nouam legionem apud placentiam quamquam adhuc in armis Pompeius esset, totam cum ignominia missam fecit, ægreque post multas & supplices preces, nec nisi exacta de sontibus pœna, restituit.[k] Frontinus C. Cæsar sedi- D tione in tumultu ciuilium armorum ac tum maxime tumentibus animis legionem totam exauctorauit, ducibus seditionis securi percussis: mox eos quos exauctorauerat, ignominiam deprecantes restituit, & optimos milites habuit:[l] His affine quod Lampridius de legione, quam ab Alexandro Seuero ablatis militiæ insignibus dimissam retulimus ita scribit. Eam legionem quàm exauctorauit rogatus per dies 30. priusquam ad expeditionem Persicam proficisceretur, loco suo restituit eaque pugnante maxime vicit. Hæc tamen omnia firma adeo non sunt, vt me in priore sententia retinere possint.

f Frontinus stratagem lib. 1. cap. 9.

g Dyon dict. lib. 42.

h Appianus lib. 2.

i Dyon li. 42.

k Tranquill. in Iul. Cæsar. cap. 69.

l l. Frontinus Stratagema. lib. 4. cap. 5.

De qua me decedere cogit quod Dyon scribit. Emerita & missionis præmia decumanis illis à Cæsare persoluta quæ ignominiose dimissis (vt ante dixi) nec debentur nec præstantur. Pollicitus (inquit) se eis qui legitimum tempus meruissent & stipendia & præmia persoluturum. Et rursum misses inquit Cæsar, & facio vos qui adestis coram, & reliquos omnes, quorum militiæ tempus exactum iam est, neque enim vobis mihi quidquã opus est, Cæterum præmia nihilominus vobis persoluam ne quis vestrum dixerit me vobis vsum in periculis ingratum deinde me præstitisse.[m] Ex quo perspicuum fit honestam missionem illam fuisse, quæ emeritis licet ab irato duce data fuit. Hallucinatumque Baptistam Fulgosium qui ignominiosam dixit.[n] Neque ideo quamcumque missionem ab irato principe vel imperatore factam ignominiosam dicendam, nisi quidpiam aliud accedat vnde dimittentis mens & voluntas percipi possit. Sane quod ex sententia Macri dixi, ob delictum dimissum ignominia affici, tametsi missioni ignominiæ mentio adiecta non sit:[d] non ita accipi velim vt ad quodcumque delictum quantumuis leue portigatur, sed ad id tantum ex quo verisimile sit eum qui misit ignominiam irrogare voluisse. Siquidem exauctorationẽ legionum ab Augusto factam ob missionem paulo immoderatius flagitatam ignominiosam non fuisse docuimus, sicut nec eam quæ tunc fiebat, cum quis euitandorum munerum causa militiam subiisset:[e] scribitque Menander eum qui cũ litem haberet militiæ nomen dederit eo animo, vt sub obtentu militiæ prætiosiorem vel (vt alij legere malunt) præcisiorem, id est, duriorem & intractabiliorem se aduersario faceret, & ob id exauctoratus fuerit, infamem non effici: nec ideo prohibendum lite, finita vel transactione decisa, militiæ eiusdem ordinis se dare,[f] quod vtique ignominiose missis concedi non solet.[g] Sicque Macri & Menandri dissidium componendum censeo.[h] Quanquam & illud dici possit, missionem hanc ob delictum non fieri, sicut nec eam quę tum fit, cum quis euitandorum munerum causa militiam subiit, de qua dixit Vlpianus esse & quartum genus missionis.[i] Nihilo enim magis delinquit qui litis causa, quam qui euitandorum munerum gratia militiam appetit: Vt ita forsan non absurdè dixeris esse & quintum missionis genus, cum quis idcirco petentibus aduersariis militiæ sacramento soluitur, quod litis causa militiæ nomen dederit.[k] Vix enim est vt hæc missio cuiquam ex superioribus aggregetur.

A B C D

m Dion d. li. 42.

n Fulgos. lib. 1. tit. de discip. milit. cap. 3.

d d. §. missionum.

e d. l. 2. §. est & quartum.

f l. cui eti vno §. non omnis & §. sequent. ff. de re milit.

g d. l. cui cum vno §. ignominia missus.

h d. §. missionum & d. §. non omnis.

i d. §. est & quartum.

k l. 1. C. qui militare possunt vel non.

Honestam

A Honestam quippe vel ignominiosam non esse clarius est quàm vt alia probatione egeat. Quod siquis causariam esse contendat, & quæ de vitio corporis vel animi à Macro scripta sunt [l] exempli causa non pro definitione dicta affirmet: respondebo ea ratione & eam quæ tunc fit cum quis munerum euitandorum causa militiam appetit causariam dici posse, quam tamen tam à causaria quam honesta & ignominiosa Vlpianus segregandam censuit. [m] sicut & illam quæ tunc fiebat, cum qui status controuersiam patiebatur, nec dum sententia data nomen B militiæ dedisset. Cum enim id ei per id tempus, maximè lite ordinata non liceret, [n] etiam si liber appareret, exauctorabatur, id est (vt Menander interpretatur) militia remotus castris reiiciebatur. [o] Vtique (subdit ille) si ex seruitute in libertatem petitus vel non sine dolo malo in libertate moratus esset: qui enim per calumniam petitus in seruitutem erat, in militia retinebatur vt de hac dici possit, esse sextum missionis genus. Siquidem longe diuersa ab aliis omnibus fuit quam etiam famosam non fuisse, satis ex præcedentibus liquet: leuiore quippe ex offensa fiebat, quàm vt ignominiæ dedecorisque irrogatione plectenda videretur.

l d § missionum.

m d §. est. & quartum.

n l. qui status ff. de re militari.

o l. qui delibertate ff. de liberali causa.

C Animaduerti præterea missionis alterius nulli ex superioribus affinis mentionem à quibusdam fieri: quàm gratiosam & ambitiosam dicebant, quod gratiose & ambitiose à Tribunis militum aut quibus aliis dimittendi militis ius non esset vel ab ipsis etiam Imperatoribus non impletis stipendiis, sine iusta aliqua causa fieret: vt ex Liuio cognoscere licet, quo loco de militibus à M. Fuluio Tribuno militum dimissis ita scribit. Secundę legionis Fuluius Tribunus militum erat, is mensibus suis dimisit legionem. Hoc vbi Placentiam (nam eo forte erat profectus) D Aulo Posthumio pronunciatum est, cum equitibus expeditis sequutus dimissos, quos eorum potuit assequi, deduxit castigatos Pisas. De cæteris Consulem certiorem fecit. Eo referente S.C. factum est, vt M. Fuluius in Hispaniam relegaretur vltra nouam Carthaginem: milites iussi ad signa redire, causa ignominiæ vti semestre stipendium in eum annum esset ei legioni decretum. Qui miles ad exercitum non rediisset, eum ipsum bonaque eius vendere Consul iussus. [p] Et alibi. Censores, quia fama erat multos ex Macedonicis legionibus, incertis commeatibus per ambitionem imperatorum ab exercitu abesse, edixerunt de militibus in Macedoniam scriptis, vt qui eorum

p Liuius lib. 40.

in Italia essent intra dies triginta censi prius apud sese in prouinciam redirent. Missorum quoque causas sese cognituros esse: & quorum ante emerita stipendia gratiosa missio sibi visa esset, eos milites fieri iussuros. Et post pauca. Causas stipendiis missorum cognoscebant: & cuius nondum iusta missio visa esset, ita iusiurandum adigebant: ex tui animi sententia, tu ex edicto C. Claudij Tib. Sempronij Censorum in prouinciam Macedoniam redibis, quod sine dolo malo facere poteris. [q] Hactenus Liuius: cuius ex verbis id quoque annotare licet, Tribunis militum dimittendorum eorum ius non fuisse, quique ab aliis dimissi essent, rursus in eandem militiam cogi castigarique potuisse, tam ab iis qui eiusdem potestatis essent, quàm Consulibus, Imperatoribus, Senatu & Censoribus. Siquidem impune illis esse non debuit, non concedente Imperatore, vel consule ab exercitu discessisse. In ipsos vero Tribunos, qui quod alienæ potestatis erat sibi vindicassent, militesque iniussu Imperatoris sacramento soluissent (cùm collegarum nullum in eos esset imperium) vel à Senatu, vel à Censoribus Animaduertebatur, vt ex priore illo Liuij loco de missione à Fuluio Tribuno facta, datur intelligere: sicut ex iis quæ de eadem re, scripta ab aliis inuenimus. Frontinus. Fuluius Flaccus Censor Fuluium fratrem suum, quia legionem in qua Tribunus militum erat iniussu Consulis dimiserat, à Senatu mouit. [r] Valerius Maximus. Q. etiam Fuluius Flaccus Censor Fuluium fratrem, cohortem legionis in qua Tribunus militum erat iniussu Consulis domum dimittere ausum Senatu amouit. [s] Et iterum Liuius. Censores creati Q. Fuluius Flaccus, A. Posthumus Albinus, legerunt Senatum. Insignis nota fuit Fuluij qui frater Germanus, & (vt Valerius Antias tradit) consors etiam Censoris erat. [t] Velleius. Aspera circa hæc tempora Censura Fuluij Flacci & Posthumij Albini fuit, quippe Fuluij Censoris frater & quidem consors Cn. Fuluius Senatu motus est ab iis Censoribus. [u] Quod vero ad eos attinet, qui ab Imperatore, eove cui de ea re statuendi potestas esset soluti erant, missionum causas Censores expendebant, & si cuius missio gratiosa illis videbatur vt quia non perfecto militiæ tempore, nec omnibus stipendiis decursis sineque iusta causa factam liqueret, militiæ nomen rursum dare compellebant: neque asperius quicquam in eos constituebant vt ex posteriore illo Liuij loco de Censura C. Claudij & Tib. Sempronij perspicuum fit. Grauiore enim

q Liuius lib. 48.

r Frontinus lib. 4 stratagemat. cap. 1.

s Valerius lib. 2. tit. 2.

t Liuius lib. 41.

u Velleius lib. 1.

A B C D

A digni animaduersione non videbantur, qui à quibus exauctorandi ius & potestas fuit, quamuis gratiosè, dimissi erant. Huius autem ambitiosæ gratiosæque missionis (quam ad titulum Codicis de iis qui non impletis stipendiis sacramento soluti sunt, nihil pertinere manifestissimum est) nulla prorsus in iurisconsultorum nostrorum responsis mentio fit. De iis enim tantum in illis agitur quæ iustè legitiméque fiunt, cuiusmodi non est quæ per gratiam & ambitionem exprimitur, quam idcirco rescindi iustissimum videtur perinde ac ambitiosa decurionum decreta, [x] ambitiosas iudicum sententias, De quibus B Tranquillus in Domitiano. Plerumque & in foro pro tribunali extra ordinem ambitiosas centumuirorum sententias rescidit: & ambitiosa Principum rescripta, id est ad gratiam composita, quæ Græci κολακικὰ vocant, de quibus in No. Iustiniani 113. ne in medio litis fiant sacræ formæ, aut iussiones. † Extat tamen in C. Theod. Constantini Cæsaris rescriptum ad Cretionem Comitem, quo sic dimissos pristinis numeris restituere iubetur. Sunt autem hæc rescripti verba, Quamuis omni tempore opera dari debuerit, ne sacramentis militaribus separari otio traderentur, qui nec stipendiorum numero, nec con- C traria corporis valetudine quiete perfrui debent: tamen prudentiæ tuæ præcipimus vt qui ante stipendia emensa vel integra corporis valetudine otio mancipati sunt, restituantur pristinis numeris. [y] Sed hanc forte nostram Liuiique de gratiosa missione ab imperatore facta sententiam idcirco quis oppugnatum ibit, quod si vera sit, perperam locutum Vlpianum consequens est, cum dixit honestam esse quæ emeritis stipendiis, vel ante ab imperatore indulgetur. [z] Quo enim pacto honesta dici potest, quæ non confectis stipendiis per gratiam & D fauorem eblandita est? Quis item dixerit honeste factam infirmari posse? Nam & ob senium valetudinem, aliamve iustam causam ante emerita stipendia factam interpretari, id plane est diuinare Quorsum enim illam Vlpianus à causaria secreuisset? [a] Cui responsurus sum, imperatoris verbo apud Liuium ducem exercitus intelligi, siquidem hoc nomine apud Romanos prioribus illis temporibus censebantur Consules, prætores, reliquique belli & exercituum duces, qui post insignem aliquam victoriam tituli huius appellatione à militibus vel Senatu essent decorati. [b] Apud Vlpianum vero im-

x Argumento L. Ambitiosa ff. de decretis ab ordine facie ed l sed & si § itē per magistratus ff. ex quib caus. maiores.

† Idem Iustinianus vt lite pendēte vel post prouocationē aut diffinitiuam sententiam, nulli liceat imperatori supplicare. C.

y l. quarta de re militari.

z l. 2. vers. est honesta ff. de his qui notant. infa.

a d. l. 2. vers. causaria.

b Cic. in pisonem.

peratoris nomine Romanum tantum Principem intelligendum præcedentia hæc illius verba apertissime declarant. A Pomponius ait, etiam eum qui exercitui præest, licet consularibus insignibus vtitur, ignominiæ causa ab imperatore missum, hac nota laborare: Ergo & si dux cum exercitui pręest, dimissus erit, notatur: Et si princeps dimiserit & adiecerit ignominiæ causa se mittere, vt plerumque fit, non dubitabis ex edicto prætoris cum infamia esse notatum. [c] Cui sententiæ & illud adminiculo est, quod Vlpiani seculo, multoque ante eum natum principes soli imperatorium nomen obtinebant, cum reipsa regiam potestatem vsurparent: in quorum acta censuræ vis nulla fuit. B [d] Caligat igitur in Sole Antonius Augustinus, vir alioqui perspicax & eruditus: qui de huius vocis significatione apud Vlpianum dubitat. ait enim nescire se an imperatorem veteri more exercitus ducem intelligamus. [e] vt apud Florentinum, [f] Pomponium, [g] & Iustinianum, [h] cum seruorum appellationem ex eo fluxisse dicunt, quod Imperatores captiuos seruarent. Qui enim fieri potest, vt illic imperatoris verbo ducem exercitus accipiamus, quem disertis verbis Vlpianus, Pomponij sententiam secutus, exauctorari ignominioseque mitti ab imperatore posse scribit? C Nam & quod de captis in bello quos Romani imperatores seruabant, scriptum apud Pomponium Florentinum & Iustinianum inuenimus licet de Romanis ducibus accipi oporteat, qui bene gesta republica (vt diximus & est apud Cornelium Tacitum) [i] gaudio & impetu victoris exercitus imperatores conclamabantur: ad vetustum illud seculum, referendum est, quo seruitus constituta est: non ad posterius quo nostri iuris conditores floruerunt.

Cum enim Cæsar dictator rerum potitus, imperatoris nomen sibi decerni passus esset: imperatorem intelligi voluerunt D qui potentiam & auctoritatem in rep. summam esset adeptus: Quo nomine ipse primus ac deinde filij & nepotes S.C. affecti sunt: Quo factum est vt qui post eum, summum ius in rep. obtinuerunt imperatores appellati sint. [k] Nec vsquam (quod meminerim) in iure nostro (præter locos ab Augustino citatos) imperatoris vocabulum alia significatione legitur, frequensque apud iurisconsultos est, vt qui princeps ab illis dicitur, mox etiam iisdem que in responsis imperator appelletur. [l]

Vt sic appareat non de duce exercitus, sed principe Vlpianum loqui, honestamque missionem illam dictam, quæ ante

c d. l. 2. in principio.

d Trebellius pollio. in Valeriano.

e Antonius Augustinus lib. sign. ad modestinum versic. plane ignominia missis.

f l. libertas ff. de stat. homi.

g l. pupillus §. 1 ff. de verborum signif.

h §. seruus. insti. de iure perso.

i Tacitus lib. 3 ad finem.

k Dion. lib. 43. 52 & 53. Appia. in proem. histor. sciæ Isidor. etymolog. lib. 9 cap. 3

l d. l. 2 ff de his qui not. in. infa. l. vnica ff. de off. præf. prat. l. imperatorem ff de hære insti. l. proximo ff. de his quæ in testa. delent.

A emerita ſtipendia ab imperatore, id eſt Principe, quamuis per gratiam fieret.

Non enim ideo quod huiuſmodi quæ à duce exercitus fiebat, non eſſet, ſequens vt idem de ea quæ à Principe fit cenſeamus.

Nam à numeris ad alios numeros milites transferre, nefas ei non eſt, ſicut nec exauctoratorum nomina iterum accipere, cum id cuiquam alij non liceat. [m] Eius enim voluntas pro lege ac ratione habetur. [n] Nec eſt qui ei poſſit dicere cur ita facis. [o] B Quod & in rogata militia locum obtinet. Siquidem damnatos in integrum reſtituit: famæque & exiſtimationi ſuæ reddit. Vnde Iulianus Licinianus ab opilio Vlpiano tunc legato in inſulam deportatus ab Antonino Auguſto, prouinciæ ordinique ſuo & honoribus ac cæteris omnibus reſtitutus. [p] Quo pacto apud Tacitum Plautius Lateranus ob adulterium Meſſalinæ ordine motus, à Nerone Senatui redditus. [q] Valerius capito & Licinius Cabolo ſedibus patriis redditi, ab Agrippina olim pulſi: quoſque ipſe nuper relegauerat. Iturius & Caluiſius pœna exoluti. [r] Quo fit vt miſſionem quoque illam, quæ à Senatu C ante finitum militiæ tempus per gratiam fiebat, non minus honeſtam fuiſſe putem, quam ſi ex principis indulgentia data eſſet. Maioris quippe fuiſſe auctoritatis, quam quæ à Conſulibus aut aliis imperatoribus fieret, vel hinc intelligere licet quod Conſules plerunque de ea à militibus rogati rem ad Senatum reiiciebant. Non facturi (vt credere par eſt) ſi tantum momenti in ea quæ ab ſe fiebat, fuiſſet. Quod idem Liuius ſubindicare videtur lib. 32. cum ait, Conſul cauſam poſtulandæ miſſionis probabilem ſi modeſtè peteretur videri dixit. Itaque ſi manere ad ſigna & dicto parere velint, ſe de miſſione eorum ad Senatum ſcripturum, modeſtia facilius quàm pertinacia quod velint D impetraturos. Nec ad rem pertinet, quod de miſſionum cauſis à Cenſoribus cognitis diximus. Id enim de iis quæ à Conſulibus aliiſque imperatoribus, non quæ à Principe vel Senatu fiebant accipi oportet. Cum enim Senatus decreta, quamuis à Principibus non confirmata vim legis haberent, [s] neque ab illis ad ipſum etiam Principem prouocare liceret, [t] certiſſimum eſt Cenſuræ ius in ea nullum fuiſſe. Nec dubium eſt, quin dimittendorum militum cauſas Senatus ſæpe explorauerit, ſuæque cognitionis fecerit, vt ex S.C. illo intelligere licet, cuius exemplum extat apud Ciceronem in hæc verba. Item Senatui pla-

m l. contra de re militari lib. 12. C. l. 2. de diuerſ. ff. eod. libro.

n l. 1 ff. de conſt. princ.

o Can. quamuis de pœnit. diſt. 3 Bald. in proœmio d. feud. Iaſon in l. reſcripta C. de precib. Imp. offerend.

p l. 1. C. de ſententiâ pacti.

q Tacitus annalium li. 13.

r Tacitus lib. 14.

s l. non ambiguum ff de Senatorib. l. vnica. C. de S.C.

t l. 1 ff à quib. Appel. non licet.

cere de militibus qui in exercitu C. Cæsaris sunt, qui eorum stipendia emerita, causas quibus de causis missi fieri debeant habeant ad hunc ordinem referri, vt eorum ratio habeatur, causæque cognoscantur.[k] Factas autem etiam interdum à Senatu missiones extra ordinem gratiæ causa non impletis stipendiis ostendit idem Liuius lib. 39. his verbis. S. C. factum est, vt Consul cum tribunis plebis ageret, vt P. Æbutio emerita stipendia essent, ne inuitus militaret, ne ve Censor ei equum publicum assignaret. Cæterum emeritis stipendiis esse, vel emerita stipendia habere dicebantur, qui legitima stipendia confecissent omnia, quique à merendo ære stipendiisque faciendis essent immunes. Neque vero in ea etiam sum sentẽtia, vt quamcumque missionem ab alio quam Principe vel Senatu nondum emensis stipendiorum curriculis per gratiam factam iniustam putem: sed eam demum quæ ab Imperatore & exercitus duce ad aucupandam tantum dimissorum gratiam fiat. Si enim publicæ quoque vtilitatis rationem, dimittentem habuisse, vel probabili aliqua causa, alia etiam quam valetudinis vel imbecillæ ætatis, ductum fuisse liqueat, iniustam non existimauerim: Quod ex Liuij lib. 29. cognoscere licet, cum de trecentis iuuenibus Romanis agit, quos Siculorum totidem, qui militiam horrere videbantur, armis & equis Scipio ornauit. Vbi (inquit) ex Siculis vnus ausus est dicere, se prorsus si sibi vtrum vellet liberum esset, nolle militare, tum Scipio ei. Quando igitur, adolescens, quid sentires non dissimulasti, vicarium tibi expediam, cui tu arma equumque & cætera instrumenta militiæ tradas, & tecum hinc extemplo domum ducas, exerceas docendum cures: equo tradito, armisque læto conditionem accipienti, vnum ex trecentis, quos inermes habebat, tradit. Vbi hoc modo exauctoratum equitem cum gratia imperatoris cæteri viderunt, se quisque excusare, & vicarium accipere, Ita trecentis Siculis Romani equites substituti, sine publica impensa docendorum atque exercendorum curam Siculi habuerunt. Hactenus de iuuenum siculorum missione Liuius, cui non absimiles & illæ ab Agamemnone & Agesilao factæ, de quibus Plutarchus in Laconicis. Equitatu inferior Agesilaus Ephesum reuersus opulentos iussit equum pro se quemque ac virum exhibere si se militia solutos vellent. Ea ratione subito equi equitesque idonei timidorum diuitumque loco collecti sunt. qua in re imitari se Aga-

[k] Cic. lib. 8. epist. in epist. Calij.

A memnonem dicebat, quod is accepta equa generosa virum diuitem, sed ignauum militia liberasset. Locus autem est apud Homerum Illiados vigesimo tertio.

Tum flauus Menelaus equos Agamemnonis AEthen.
Atque podargon agens, fortem donauerat AEthen:
Anchisæ magno Anchisiades Echepolus,
Ne iussus peteret bello neptunia Troiæ.
Mœnia, sed mollem secura per otia vitam
B *Duceret illum opibus siquidem pollentibus auxit.*
Iupiter in clara sedem Sicyone tenentem.

Sed cur non eæ quæ non omnino sine causa datæ fuerunt, causariæ potius dictæ? Et putauerim id eis nomen non conuenire quod ob senium valeduersam valetudinem datæ non fuerint: siquidem causaria (vt dixi) non aliis dabatur, quam ætate grauatis, aut morbo implicitis: quos medicis renuntiantibus, † Tribunoque vel duce diligenter examinante, constabat in castris esse non posse. [l] Nec alia causa quam morbi vel senectutis (quæ & ipsa morbus est) huiusmodi missioni faciendæ visa est satis idonea. Ad quam alludens Apuleius. Rebar enim iam (inquit) me prorsus exanimatum ac debilem mereri causariam missionem. [m] Vnde & causarij appellati perpetuo vel diuturno morbo affecti. Plinius. Vetant dari sanguinem execrantibus, causariis vel latere vel faucibus. [n] Seneca. In animo nostro sunt quasi causariæ partes, quibus adhibenda curatio est. [o] Suidas, Limarchus petenti patruo cæco vt cum causariis iis aletetur patrocinatus est. Eum autem morbum perpetuum vel longinquum esse oportuisse argumento est, quod semel causaria missis, obtentu recuperatæ valetudinis melioris, instauratio non concedabatur. [p] Quam vtique concedi æquum erat, si ob temporarium morbum facta fuisset. [q] Solet enim vel ad tempus vel in perpetuum tam excusatio accipi, quam vacatio dari, pro vt valetudo est qua qui afficitur. [r] Grasiosæ igitur merito missiones illæ dicendæ sunt, & quæcunque aliæ, quæ non tam causa quam gratia nituntur: plusque gratiæ & fauoris, quam causæ & necessitatis habent, cum receptissimum sit, quod & in Cratylo Plato sensit à potentioribus nomina rebus imponi. [s] Semper enim (inquit Cicero) ex eo quod maximas partes continet latissimeque funditur,

C D

† De renuntiationibus medicorum & chirurgorum vide constit. Fráncisci I. 1536. art. 6.
l l. semel de re milit. lib. 12 C.
m Apuleius Asini aurei. lib. 4.
n Plinius libr. 25. cap 5.
o Sene. epist. 69.
p d. l. semel.
q l 4. de re milit. in C. Theodo.
r l. non solum § fin. ei in duabus ff. de excusat. tuto l. præcor. ff. de vacat. muner. l. 3 C. de off. præfect. prætor. orient.
s l. quærimur ff. de statu hominum.

A

s Cic. lib. 5. de fini. bonorum & malo.

t Cic. 5. tuscu.

tota res appellatur.[s] Et ex maiore parte pleræque res nominantur, etiam siqua pars absit vt vires, vt valetudo, vt diuitiæ, item beata vita, quę etiam si ex altera parte claudicet, tamen ex multo maiore parte obtinet nomen suum. [t] Non deerit forte qui de hac missione gratiosa intelligendum, L. Florum dicat, dum in epythoma. Liui. lib. 48. scribit. L. Licinium Lucullum, & A. Posthumium Albinum Consules Cum delectum seuere agerent, nec quemquam gratia dimitterent à tribunis plebis qui pro amicis suis vacationem impetrare non potuerunt, in carcerem coniectos. Id enim verba illa nec quemquam gratia dimitterent subindicare videntur: Sed is me sententiæ suæ subscriptorem approbatoremque habiturus non est: Qui videam illic non de missione seu exauthoratione agi, sed de vacatione seu excusatione & immunitate à munere militiæ quæ ab illis qui delectum habebant exercitumque conscribebant iis dabatur qui nomina militiæ nondum dederant neque iureiurando obstricti erant de qua similiter accipiendus est alius eiusdem authoris locus dum ait. Publio Cornelio Nasica, cui cognomen Serapionis fuit, ab irridēte Curiatio, tribuno plebis impositum, Et D. Iunio Bruto consulibus. Delectum habentibus tribuni plebis quia non impetrarunt vt sibi denos, quos vellent milites eximere liceret consules in carcerem mitti iusserunt. [u] Vtroque enim non de missione, sed vacatione gratiosa agi apparet. Quo enim pacto dimitti & exauctorari poterant, qui nomina nec dederant nec sacramento adacti erant? Tametsi sciam Sigonio viro alioquin oculatissimo aliud videri dum ad discrimen quod inter missionem & vacationem esse maximum constat parum attendit: [x] Quo in errore versatum etiam Lazium video: [y] De illa vero Curiatij tribuni plebis temeritate, vel potius insania, qui cōsules, in carcerem idcirco compegerit, quod decem illis pro quibus suffragatus erat militiæ vacationem dari non obtinuisset, intellendum est, Quod Cicero libro de legibus tertio scripsit. Quinquennio ante, D. Brutum, & P. Scipionem Consules (quos & quantos viros) homo omnium infimus & sordidissimus, Trib. pleb. C. Curiatius in vincula coniecit quod ante factum non erat. Ad hoc porro gratiosæ missionis genus ascribenda illa videtur, quæ ob delictum sine ignominia fit. Cuiusmodi ea fuit, quam in cēsura fecisse Claudium, Tranquillus memoriæ prodidit his verbis. Recognitione equitum iuuenem plenum probri, sed quem pater probatissimum sibi affirma-

B

C

u Florus in epythoma Liuij lib. 55.

x Sigo. de antiq. iur. Ciui. Rom. lib. 1. cap. 15.

y Lazius cōment. reip. Rom. lib 4. cap. 8. & 10.

D

A affirmabat, fine ignominia dimisit, habere dicens censorem suũ. [z] Cum enim ad nullam superiorum vel etiam sequentium pertineat. Deturq; delinquenti quem ignominiosum dimittens efficere potuit, dubiũ non videtur, quin gratiosa sit. Nam & apud Tranquillum iuuenem illum ob delictum fuisse dimissum, verba illa plenum probri perspicuum faciunt. Siquidẽ probri verbo illic, (vt mea fert opinio) flagitium intelligendum est, id est, delictum cum turpitudine & dedecore coniunctum. Quomodo apud Plautum in Amphitruo.

z Tranquill. in Claudio cap. 16.

B

Durare nequeo in ædibus, ita me probri.
Stupri dedecoris, à viro argutam meo.

Et apud Liuium, Matronæ probri accusate, Vnde lex illa Romanorum vt probrũ virginis vestalis capite puniretur. Huic gratiosæ ambitiosæque missioni non admodum absimilis illa, quæ honoraria dicebatur: Cuius mentionem in Codice Theodosia. fieri video. Siquidem ea similiter per gratiam & ambitionem à principe iis dabatur, qui defessæ ætatis non essent, nec aduersa valetudine afflicti, militiæ laboribus nondum decursis,

C nullóque ipsorum merito, sed eorum contemplatione qui pro iis principalem clementiam essent præcati. [a] Honoraria autem idcirco (vt ego quidem sentio) appellabatur, quod qui eam essent cõsequuti, nomine tenus honeste dimissi dicerentur. [b] Nec emerita & missionis commoda perciperent: Quomodo honorati seu honorarij, qui nullo merito antea geste administrationis sed solo principalium codicillorum beneficio, honorem aliquem essent adepti. [c] De quibus Ausonius. Muneris exortes, Nomine participes Nam & ij (vt Iustiniani verbis vtar) ita dicti sunt, quod eis præter nudum honorem ac Titulum nihil

D conferretur. [d] Proinde Constantius ad ordinem Carthaginensium. Cæteri (inquit) qui sine administratione adumbratarum dignitatum codicillos honorarios meruerint, fungantur oneribus & honoribus vniuersis, quos ratio municipalis exposcit, permanentibus dignitatum titulis, quas eisdem constat indultas. [e] In quam propemodum sententiam Valentini. Valens & gratia, ad Modestum P. P. Inanes vmbras & cassas imagines dignitatum, Codicillis honorariis sectantes nihil adiuuari præcipimus. [f] Imaginariam quoque missionem hanc non absurde quis dixerit: quod qui eam impetrarent missio-

a l. 3 & 4. de testimonialis ex trib. & protect. in C. Theodos.

b Argum. legis illiudere de decurion. in C. Theodo.

c l 3. C vbi Senatores vel clarissimi l. 2. vt dignitatũ ordo. seruet. lib 12. C. l. vn qui à præbit. tironum excus. in C. Theodosiano.

d Nouell. Iustin. 71 de decur.

e l ex comitibus de decur. in C Theodos.

f l. in his eodẽ tit.

DDddd

nis honestæ vmbram, inanéque & sine commodo nomen verius, quam rem ipsam tenerent. Nam & Imaginariam militiam Tranquillus appellat commentitiam & quæ vera ac legitima non sit, tantúmque Imaginem legitimæ præ se ferat. Instituit (inquit) Claudius, Imaginariæ militiæ genus, quod vocatur super numerum, quo absentes & titulo tenus fungerentur.[g] Hanc autem ab ea quàm à principe nondum confectis stipendiis concessam honestam ex Vlpiani sententia diximus, longe diuersam fuisse, vel hinc cognosci potest, quod illa quamuis gratiosa etiam dici posset: vtpote ante impleta stipendia iis data qui nec fracti senio, nec membris debilitati essent: Non tamen ad eam vt ad hanc suffragiorum ambitione vel testimonialibus fraude quæsitis perueniebatur: Sed pro meritis indulgebatur maiorisque ideo quam hæc momenti fuit.[h] Iustum quippe est (vt apud Ammianum Marcellinum Iulianus Cæsar dicebat) rerum ordinem integrum seruari: præmiáque fortium virorum manere incorrupta, ne honores ambitio præripiat clandestina. Vnde & lex illa ab eo lata nequis alio quodam præter merita suffragante ad potiorem veniat gradum.[i] Et hæc quidem de gratiosa, ambitiosa honorariáque missionibus habui quæ dicerem quibus & sordidam adiicere licebitque tunc fit, cum per sordes, nummisque acceptis, miles vel exercitus dimittitur. Quam etiam rescindi non minus æquum est, quam sententiam per gratiam aut sordes elicitam.[u] Parui enim refert, quid gratiose vel sordide fiat: nisi quod fœdius, turpiúsque accepta pecunia quàm gratuito delinquitur.[x] In eum autem qui pretio deprauatus huiusmodi missionem dederit l. Iuliæ de repetundis iudicium exerceri poterit. Ea siquidem cautum fuisse Venuleius tradit, nequis ob militem legendum mittendúmve æs accipiat.[y] Illic enim mittere, quod & Budæus annotauit valet dimittere. Ad quam missionem referendum est illud Ciceronis in Verrem.[z] At ab omnibus tu mercedem missionis acceperas. Gratiosam autem an odiosam aut quo alio nomine illam appellem quam Proconsul in Hispania Q. Metellus dedisse fertur, cum Q. Pompeium Consulem factum, sibique successorem datum intellexit, haud satis scio, tametsi enim ad gratiam facta videri possit militibus nondum impletis stipendiis, sinéque causa exauctoratis, constat tamen non tam beneficij gratiæque, quam odij & inimicitiæ (quæ imperatori grauis cum successore erat) causa concessam: Vt ex Valerio intelligitur cum ait. Namque Metellus

g Tranq. in Claudio. cap. 25.

h l. plerique & l. seq. d. veteranus in C. Theodo. de l. illudere l. 3. & 4 de testimonialib.

i Ammian. lib. 20.

u l. venales C. quando prouoc. non est necesse.

x l. 3. §. 1. l. sed sum seruũ §. vlt. l. sed si ita §. fin. ff. de arbitru l. si filius familias iudex ff. de iudiciis. l. in hæredem ff. de calumniatoribus.

y l. Cic. ff. de pœnis.

z l. eadem §. finali. ff. ad l. Iul. repet.

Cic. 7. in Verrem.

A cum vtramque Hispaniam Consul prius, deinde Proconsul penè iam subegisset, postquam cognouit Q. Pompeium Consulem inimicum suum successorem sibi mitti, omnes militiam qui modo suam voluerunt finiri, dimisit: commeatus petentibus nec causis excussis nec constituto tempore dedit. [z] Odiosæ tamen nomen non male illi conuenerit: in qua facienda plus odium & inuidia quàm gratia valuerit. [a] Nam & S C. Macedonianum odiosum dicitur, quod odio magis fœneratorum, quam patrumfamilias gratia conditum fuerit, ideóque & inuidiosam dicere licebit, quasi ad inuidiam successoris factam, cuius futuræ gloriæ Metellus modis omnibus detractum cupiebat. Quo pacto Iunianum iudicium inuidiosum Cicero dixit, inuidia flagrans & corruptum. Perinde (inquit) quasi ego non ab initio huius defensionis dixerim inuidiosum illud fuisse iudicium. [b] De illa quoque quam Marius Metelli in bello Iugurthino legatus obtinuit, dubitari potest gratiosa an causaria fuerit. Siquidem gratiosa in speciem videri potest, quæ non impletis stipendiis, rogantique vt Consulatum peteret data fuit. Sed si ad dimittentis animum attendas, nihil minus illum quam de gratia à Mario ineunda cogitasse iudicabis, vtpote sibi infenso, cuiusque honori & processibus inuideret: quo fit vt causariam dicere malim. Quanquam enim nec ob senium nec aduersam valetudinem facta fuerit, quia tamen ei data fuit, quem Imperator inuitum retinere periculosum ac proinde parũ sibi commodum ducebat, non inepte latiore saltem verbi significatione causaria dicetur, vt ex Sallustio intellectu cuiuis facile est, cum ait. Igitur vbi Marius Aruspicis dicta eodem intendere videt, quo cupido animi hortabatur, ab Metello petendi gratia, missionem rogat: cui quanquam virtus, gloria, atque alia optanda bonis superabant, tamen inerat contemptior animus. Itaque primum commotus insolita re, mirari eius consilium & quasi per amicitiam monere, ne tam praua inciperet, neu super fortunam animum gereret. Et post paulo. Postquam hæc atque alia talia dixit, neque animus Marij flectitur, respondit: vbi primum potuisset per negotia publica facturum se se quæ peteret, ac postea sæpius. Eadem postulanti fertur dixisse, ne festinaret abire. Et iterum. Metellus Marium fatigantem de profectione simul & inuitum & offensum sibi parum idoneum ratus domum dimittit. [c] Illud satis constat nec ipsis quidem consulibus aliisque imperatoribus & exercitus ducibus

z Vall. lib. 9. tit. de ira & odio.

a d.l. quaria tur.

b Cic. pro Cluentio de iudicio Iuniano.

c Sallust. in bel. Iugurth.

dimittendi per gratiam sinéque causa exercitus iniussu Princi- A
pis vel Senatus, ius fuisse: Eo enim maior retinendi exercitus quam vnius aut alterius militis, vel etiam plurium ratio fuit, quo maius est periculum prouinciam sine exercitu relinquere, quam vnum aut plures milites missos facere. Quod ex superioribus satis intelligi potest: sed multo clarius ex Ciceronis illo loco de exercitu à Pisone in Macedonia dimisso, cum ait. Dimittendi vero exercitus quam potes afferre causam? quam potestatem habuisti? quam legem? quod S C.? quod ius? quod exem-
plum? quid est aliud furere, nisi non cognoscere homines, non B
cognoscere leges, non Senatum, non ciuitatem, cruentare corpus suum? Maior hæc est vitæ, famæ, salutis suæ vulneratio si familiam tuam dimisisses, quod ad neminem, nisi ad ipsum te pertineret, amici te tui constringendum putarent. Præsidium tu pop. Romani, custodiam prouinciæ iniussu populi Senatusque dimisisses, si tuæ mentis compos fuisses? [d] Ea autem exercitus missio an omnino gratiose vel etiam sordide, acceptisque nummis facta fuerit, parum liquet, tametsi sciam Pisonem per gratiam à se datam videri voluisse, quod sequentia Cicero-
nis verba perspicue demonstrant: Dyrachium vt venit, C
decedens obsessus est ab iis ipsis militibus quos paulo ante Torquato respondit, beneficij causa ab se esse dimissos. Illic enim beneficij verbo gratia intelligenda est, sicut alibi crebriter apud eundem Ciceronem, veluti in Verrem, ex iis ternis Medimnis (quod beneficij gratiæque causa concessit) quid lucri fiat cognoscite: & iterum. Cum iis credo qui benignitate adducti per beneficium & gratiam ciuitatibus concesserunt, vt nummos pro frumento darent. [d] Sed cui superiorum missionum illam aggregabimus, quæ tunc fit, cum duci vel tribuno,
legionisve, alæ aut cohortis præfecto, citra indignationẽ prin- D
cipis successor datur? Et is enim etiam militia liberatur, militiique loco haberi desinit, mox vt successorem acceperit. [e] Nec ideo ignominiosus efficitur. [f] Vt sic ignominiosa missio eius dici non possit, sicut nec causaria vel honesta quæ nec obsequium vel morbum aut impletis stipendiis emerito conceditur. Quapropter sunt qui putent huiusmodi successoris dationem quæ simpliciter neque vllam ob causam fit, recte propriéque missionem non dici: cum ex Vlpiano docuerimus missioni semper addi debere, cur miles mittatur. [g] Nam & Africanus quod constitutum est, vt testamentum militiæ tempore factum

d Cic. in Pisonem.

d Cic. 5. in Verrem.

e l. tribunus ff. de testamẽto milit.

f dict. l. 2. ff. de his qui notat. infamia.

g dict. l. 2. §. ignominiæ.

A etiam * intra annum post missionem valeret, quantum ad verba eius, ad eos duntaxat, qui mitti solent id beneficium pertinere existimauit secundum quod neque præfectos neque tribunos, aut cęteros qui successoribus acceptis militare desinunt, hoc priuilegium habituros. [h] Quibus verbis aperte declaratur, dimissorum nomine tribunos & alios quibus successor datur non contineri: distinguique successoris dationem à missione, vt hæc adiecta causa illa simpliciter fiat. Si enim cum causa successor tribuno detur, nihil video cur non & mitti dicatur siquidem dimissum (vt est apud Vlpianum) accipere debemus militem caligatum vel siquis alius, vsque ad centurionem vel præfectum cohortis, vel alæ, vel legionis, vel tribunum siue cohortis, siue legionis dimissus est. [i] Delirant itaque Accursius, Bartolus, Albericus, & Angelus qui tribunos non militasse putāt. [k] Et hi enim maxime militabant. Vnde & militari iure testabantur antequam successorem acciperent. [l] Vt non ab re tribunos legionum posteaquam cincti essent milites Marcellus appellet. [m] Quod & Iulianus sensit, cum Tribunum militum desinere militis loco haberi dixit, postquam successor eius in castra venerit. [p] Quo enim pacto miles esse desinit, qui miles non fuit? Proinde Dion in Traiano quum Suræ (inquit) traderet Tribunatum militiæ parazonium quo pro militiæ dignitate accingendus erat, nudum porrexit. Sed quia locum illum perperam à Merula versum, nec de Tribunatu militum apud Dionem agi, planum feci: Alium ex Velleio paterculo de militia sua afferam, quod (inquit) spectaculum per quam clarum & memorabile, sub initia stipendiorum meorum Tribuno militum mihi visere contigit, quem militiæ gradum ante sub patre tuo M. Vinici. Et P. Silio auspicatus fui. [q] Hinc enim intelligere licet, in militia Tribunatum fuisse dignitatem & gradum. Sicut ex Diuo Hieronymo ad Pammachium. Finge aliquem Tribunitiæ dignitatis vitio suo regradatum per singula equestris militiæ officia ad Tironis vocabulum deuolutum, &c. Cur ergo præfectis & Tribunis id etiam concessum non fuerit, vt si intra annum quam successor eis datus esset decessissent valerent eorum testamenta quæ iure militari fecerāt, vix est vt dici queat. Quam enim rationem Africanus affert, vt Tribuni præfecti & huiusmodi alij, quibus successor datur non dicantur mitti, constitutiones autem principum dimissis hoc indulgeant. [r] Leuior frigidiorque videtur quam vt à tanto tamque celebris nominis iu-

B, C, D (margin letters)

* Milites hodie non gaudēt hoc priuilegio.

h l. quod constitutum ff. de testa. militis.

i dicta l. 2. in principio ff. de his qui notantur infamia.

k dicta l. quod constitutum.

l d. l. tribunus.

m l. Titius eod. titulo.

p d. l. tribunus.

q Velleius lib. postre.

r d. l. quod constitutum.

A iurisconsulto prodire debuerit. Quid enim refert? Tribunus dimittatur, an successor ei detur, modo ob delictum eius id non fiat? cum vtroque casu sacramento soluatur & militare desinat? an non hoc est verbis magis quam menti inseruire? nam & quæ (dij boni) ratio esse potest, vt militibus dimissis, plus fauoris in iure testandi tribuatur: quam eorum tribunis sacramento solutis, quibus successor nullo suo delicto datus sit? quorum opera ad militarem disciplinam instituti & ad exercitationem producti sint? [s] nec ad rem pertinet quod priuilegia suapte natura stricte accipiantur & ad alios quam quibus concessa fuerint non producantur. [t] Si enim materia pia fauorabilisque sit B in eis etiam ex huiusmodi fauore de persona ad personam permittitur extensio. [u] Fauorabilior autem nulla alia esse potest quam testamēti vt suprema defuncti voluntas ad effectum perducatur. Quo fit vt aliud Africanum quam vulgo credatur sensisse putem. [x] Existimasseque illum priuilegium militibus concessum vt testamenta eorum militiæ tempore facta etiam intra annum post missionem valeant. Si ad corticem quidem verborum & sermonis proprietatem respicias ad tribunos quibus successor datus sit porrigenda non esse, quod verba constitutionum dimissis id tribuant nec proprie mitti dicantur, quibus successor datur, non item si ad mentem principum à quibus indulta sunt attendas. Ita enim responsum illud [y] accipiendum esse C subindicant verba illa quantum ad verba eius ad eos duntaxat qui mitti solent id beneficium pertinere existimaui, sicut & quę sequuntur secundum quod neque præfectos neque tribunos, &c. Si enim putasset sententiam verbis dissentaneam non esse: verisimile est illum alia quædam adiecturum fuisse, quibus id aperte declararet. Quod Vlpianus fecit, cum caput illud l. Iuliæ interpretaretur quo mulier cum qua ob adulterium maritus D diuortium fecerit, prohibetur seruos intra sexagesimum diem manumittere aut alienare: ne quæstioni subducantur. Nam verba (inquit) ita faciunt, vt ne eum quidem seruum, qui extra ministeriū eius mulieris fuit vel in agro vel in prouincia, vel quem etiam post diuortium cōparauerit possit manumittere vel alienare. Quodquidem (subdit) perquam durum est: sed ita lex scripta est. [z] Quo sermone significat legis verbis mentem etiam & sententiam consentaneam esse. Alioqui seruanda non fuit. Sed apertius Antoninus rescripto suo ad Iulianum præf. præt. quo tam verbis quam sententia l. Iuliæ huiusmodi mancipiorum

[s] l. officium ff. de re milit.
[t] Arg. ex d. l. quod constitutum est.
[u] Alexander & Iason l. miles ff. de re iudicat. Alciatus lib. de verb. signif. 2.
[x] d. l. quod constitutum.
[y] d. l. quod constitutum est.
[z] l. prospexit ff. qui & a quibus manu. lib. no. fiunt.

A quæ quæstioni postulari possunt intra sexagesimum diem ma-
numissionem prohiberi diserte tradit. [a] Quæ interpretatio su-
mi in Africani responso non potest in quo nihil huiusmodi adii-
citur. Cui sententiæ suffragatur quod idem Iulianus prætoris
edicti de infamibus particulam illam exponens quæ dimissos
ab exercitu notat, cum regulam posuisset qua dux aut alius, qui
exercitui præest, ignominiæ causa ab imperatore missus hac no-
ta laborat, illum excipit, cui citra indignationem principis suc-
cessor datus est, quasi etiam dimissus, intelligatur cui successor
B datus sit. [a] Alioqui exceptio illa non esset ex regula id quod di-
ctio tamen quæ est aduersatiua, satis demonstrat, cum enim di-
xisset Iulianus. Ergo & si dux cum exercitui præest dimissus erit,
notatur. Et si princeps dimiserit & adiecerit ignominiæ causa
se mittere vt plerumque facit, non dubitabis & ex edicto præ-
toris cum infamia esse notatum, statim subiecit, non tamen si
citra indignationem principis successor ei datus est. Cum itaq;
non tam ad verba quam ad mentem constituentium attendi
oporteat: non dubito quin ex sententia constitutionum bene-
ficium etiam illud ad tribunos præfectos & huiusmodi alios qui-
bus successor datus sit, pertineat. Omnis enim æquitas (vt Cice-
C ro scripsit) perturbatur si verbis legum, ac non sententiis parea-
tur. [b] Vt illud Modestini vsurpare libeat & si maxime verba le-
gis hunc habeant intellectum, tamen mens legislatoris aliud
vult. [c] Qua, non scripto stari oportet iniuriam quippe legi facit
qui verborum superficiem sequutus, contra eius sententiam ni-
titur, [d] fraudémque legi facere existimatur, qui saluis verbis sen-
tentiam eius circumuenit. [e] non enim verba captari sed qua
mente quid dicatur animaduertere conuenit. [f] Ex his dilucide
liquet parum referre Tribunus dimittatur vel successor ei de-
D tur. Tam hic enim, quã ille militia soluitur & imperium ei abro-
gatur, vnde successorem dare vel mittere (inquit Budæus) est ma-
gistratum abrogare. [g] Tranquillus in Augusto. Nec ego id nota-
rem, nisi mihi mirum videretur tradidisse aliquos, legato cum
consulari successorẽ dedisse, vt rudi, & in docto, cuius manu lxi
pro ipsi scriptum animaduerterit. [h] Lampridius de Alexand. si
vnquam alicui præsentiũ successorem dedit semper illud addi-
dit, gratias tibi agit resp. eũq; ita muneratus est, vt priuatus pos-
set honeste viuere. Capitolinus in Anton. Factus imperator nul-
li eorum quos Hadrianus prouexerat, successorem dedit. Fuit-
que ea constantia, vt septenis & nouenis annis in prouinciis

A l. verba legis C. de adulter.
a d. l. 2. de his qui notantur infam.
b Cicero in Partition.
c l. scire oportet §. aliud ff. de excusa. tuto.
d l. non dubium C. de legib. cap. fin. de reg. iuris in 6.
e l. contra ff. de legib.
f l. penult. ff. ad exhibendum.
g Budæus l. 2. ff. ad l. Iuliam maiesta.
h cap. 88.

bonos præsides detineret. Et rursus. Successorem viuenti bono A iudici nulli dedit, nisi Orphito præfecto vrbis sed petenti: Spartianus in Hadriano Septicio Claro præfecto prætorij & Suetonio Tranquillo epistolarum magistro multisque aliis, qui apud Sabinam vxorem iniussu eius familiarius se tunc egerāt, quam reuerentia domus aulicæ postulabat successores dedit. Idem in Ælio vero, præfecto suo Hadrianus qui rem prodiderat successorem dedit. Et rursum. De Pescennio. Hic tantæ fuit authoritatis vt ad Marcum Primum, deinde ad Commodum scriberet, cum videret, prouincias facili administrationum mutatione B subuerti: vt nulli ante quinquennium succederetur prouinciæ præsidi, vel legato, vel proconsuli, quod prius deponerent, potestatem quam scirent administrare. Cicero in Pisonem, cum tu non solum quod tibi succederetur, sed etiam quod Gabinio non succederetur pene exanguis & mortuus concidisti. Quibus consentaneum, quod lictores vt successum alicui esset, relicto decessore confestim ad successorem transibant. Sicut quod successoribus, muneris cui successuri erant insignia ab imperatoribus mittebantur Ammian. Marcel. hoc vno tristior Vrsicinus quod amici ante hæc frequentes ad potiores desciuerant, vt ad C successores officiorum, more poscente, solent transire lictores.[h] Idem de Malaricho Iouino per Gallias armorum magistro successore misso, Prudenti consilio Iouianus Malarichum ex familiaribus negotiis agentem etiam tum in Italia, missis insignibus Iouino iussit succedere, armorum magistro per Gallias.[i] Lampridius in Alexādro Seuero. præfect. præto. suis Senatoriam addidit dignitatem, vt viri clarissimi, & essent, & dicerentur, eo vsque vt si quis imperatorum successorem præfect. præt. dare vellet, laticlauiam eidem per libertum submitteret. At mihi vnus etiam scrupulus restat, qui me habet male: nam apud Ammia- D num Marcellinum eo loci quo de Syluano, res nouas in Gallia moliente loquitur, scriptum inuenio, missum ad eum cum literis Vrsicinum qui ei succederet, & reditum ad Cōstantium cum integra potestate suaderet, monetur (inquit Ammianus) honorificis scriptis vt accepto Vrsicino successore, cum potestate rediret intacta.[i] Qui enim fieri potuit vt cum potestate remearet, cui ea omnis, aduentu successoris esset adempta? Nam & de alia potestate ac dignitate quam cui successurus fuit Vrsicinus sensisse Constantium est plane diuinare, nec dubito quin si ea fuisset ipsius mens apertius explicaturus fuerit, quod ab eodem fa-

h Am. Marcellin. lib. 15.

i Am. Marcellin. lib. 25.

i Am. Marcellin. lib. 15.

A ctum cum ad reuocandum Vrsicinum Eois partibus tunc præfectum successorem Sabinianum missum apud eundem authorem legimus. Datas quippe ei literas vt accepto Sabiniano successore ad comitatum principis reuerteretur maiorem dignitatem adeptutus. Stetit (inquit Ammianus) sententia, vt Sabinianus præficiendus Eois partibus mitteretur, Vrsicinus vero curaturus pedestrem militiam, & successurus Barbationi ad comitatum reuerteretur. [k] Et paulò pòst. Sub iisdem fere diebus Sabinianus adepta repentina potestate sufflatus, & Ciliciæ fines ingressus, decessori suo principis literas dedit, hortantis, vt ad co-
B mitatum dignitate afficiendus superiore citius properaret. Et iterum, Ibiq; principis scripta suscepimus, iubentia omni causatione post habita reuerti Mesopotamiam sine apparitione, nullam expeditionem curaturi periculosam, ad aliũ omni potestate translata.[l] Et rursum alibi. Post Amidæ oppugnationem Vrsicinum ad commilitium principis & peditum magisterium reuersum, (successisse enim eum Barbationi prædiximus) obtrectatores excipiunt. [m] Quo igitur pacto scrupulum hunc qui me torquet eximam, plane non video, nisi dixero successoris vocabulo (apud Ammianum) vicarium intelligi vt sit sensus missas ad Syl-
C uanum literas quibus salua & inuiolata illi sua potestate manente iubebatur ad Constantium redire: accepto Vrsicino successore qui absentis ipsius dum in via & comitatu principis esset vicariam potestatem gereret: reuerso cessurus, sic enim dissidium hoc componi posse puto, tametsi hæc quoq; dissolutio cum primum eius mihi in mentem venit diuinationis speciem habere visa sit: parumq; ideo abfuerit quin de ea decesserim, infixoq; (quod dicitur) aculeo fugæ me commiserim. Diu tamen diligenterque omnibus libratis, & velut ad perpendiculum dimensis in sententia permanendum putaui: Nam & apud eun-
D dem authorem (qui fidelissimus sui ipsius est interpres) quo loco de eodem Vrcisino equitum magistro, ab oriẽte primum reuocato agit, cum de Galli Cæsaris capite agerentur comitia) scriptum video, imperatum illi à Constãtio vt ad se veniret, de quibusdam ad rerum summam pertinentibus, fautor & consultor ei adfuturus. Accepto interim prospero comite qui absẽtis eius munia, vicaria potestate curaret. Vrsicinum (ait Ammianus) primum ad se venire summo cum honore mandauit. Et ne quid suspicaretur aduersi venturus, vicarius eius dum redit, prosper missus est comes: [n] successorem autem vicarium ppellari non

k Am. Marcellin. lib. 18.

l Am. Marcelln. lib. 18.

m Ammian. Marcellin. lib. 20.

n Am. Marcell. lib. 14.

est quod quisquam miretur, quandoquidem in locum eius cuius vicem agit ingreditur & succedit. Cicero quinta in Verrem. Vnum & quinquaginta aratores ita video deiectos vt his ne vicarij quidem successerint. Et alibi. Si hoc quod abs te postulo minus ad officium tuũ pertinere arbitrabere, succedã ego vicarius tuo muneri, suscipiã partes quas alienas esse arbitrabare.[o] Columella & enim qui me absente, in meũ locum substituitur, & vicarius meæ diligentiæ succedit, is ea quæ ego, scire debet.[p] Nam & quamuis proprij (vt Cassiodorus ait) non habeat vicarius iura fulgoris, splendeatq; mutuato lumine, quædam tamen in illo imago videtur esse veritatis.[q] Vnde & prætores Vrbani qui (quod Cicero dixit) cum consules aberãt, quasi eorum vicarij consulare munus sustinebant collegæ consulum dicti.[r]

o Cicero 6 in Verrem.

p Columella lib. 11. cap. 15.

q Cassiodor. variar lib. 6. in formula vicar.j.

r Cicero ad Plancum famil. lib. 10.

Solemnis Sacerdotum Exauctorationis ritus, ἀφόρισμος καθαίρεσις ἀφειδωσὶ Exauctorationis & regradationis differentia, gradus deiectio. Militiæ mutatio. Equestris militiæ gradus. Tribunus. Primicerius. Senator. Ducenarius. Biarchus. Circitor. Eques. Tyro. Ducena seu ducenaria. Biarchia. Circitoria. Lazij & Sigonij lapsus. Ære diruti milites. Ausonius emendatus. Diruptus. Dirutus. Expunctus miles. Milites ære dirutos, non semper militia expunctos fuisse, aduersus Budæum. Stipendia quibus non procederent. Æs resignatum militi quando dicebatur. Ære resignati resignare Militis infrequentis pœna. Catellianus cotta carpitur, Frontini locus emendatur. Emansor quis & an alius quam qui infrequens miles dicitur. Impolitiæ notati. Tonsura non est ordo. Sacerdotes quo loco exaugurandi. Euocationis deorum formula. Euocationi deorum & exaugurationi Vestalium quid cum sacerdotum exauctoratione commune. Verba descripto praire. Pœna presbiterorum & Clericorum qui curiis tradebantur. An ei pœna cum exauctoratione fuerit aliquid commune. Curiales quibus muneribus & ministeriis addicerentur. Decaproti. Decemprimi. Icosaproti.

CAP. II.



VM pleræque supersint etiamnum de exauctoratione promenda in literas, iamque caput prius satis extumuisse videatur, placuit de reliquis ab eodem instituto non alienis seorsim agere, eaque tanquam bellaria secundæ mensæ loco lectoribus studiosis inferre, vt hac veluti morula re-

A fecti lætiore animo quæ sequuntur percurrãt. Dicitur autem in antiquis canonibus quod ad laicos & monachos attinet ἀφόρισμος, quod veluti seiũcti ac segregati à cæteris eiusdem ordinis essent qui hac pœna plectebantur. Siquidem ἀφορισμὸς Græcis est separatio, distinctio, & discretio : καθαίρεσις vero, id est, regradatio & ordine motio est propria Episcoporum & clericorum & ita in Nouella Iustiniani 42. regradantur quidam Episcopi impietatis in deum conuicti: Nam & καθαιρέω & καθαιρέομαι valent deleo, depono, dettaho, sustollo, & de gradu deturbo ac deiicio. Porro ἀφειμένοι ab Aristotele dicuntur [a] exauthorati, id est, qui authota- B mento & obligatione maximè sacramenti militaris soluti sunt & liberati. Sed quia præsertim de solemni illa sacerdotum regradatione, quam actualem appellant, dicere institui : quid in ea irroganda obseruandum sit prius aperiam. Id verò ita fieri solere consultus à Bitterensi Episcopo Bonifacius VIII. respondit, vt qui regradandus fuerit, sactis vestibus induatur inq; manus ei tradatur liber vel calix cum vino & aqua, sed & patella deaurata cum pane azimo, quasi rem diuinam facturo, mox coram Episcopo sistatur qui ei in genua procumbenti publicè singula quæ diximus, seu quæuis alia quæ illi iuxta morem ordi- C nandorum clericorum in sua ordinatione tradita fuerint, singulatim tollat & adimat, ab illo vestimento seu ornamẽto quod datum vel traditum fuerat vltimo inchoando, & descendendo gradatim regradationem continuet vsque ad primam vestem, quæ datur in collatione tonsuræ, lamina deinde vitrea caput ei & digitos radat, simulque ei mandet ne posthac sacrum faciat pro viuis aut mortuis, neque rem vllam deinceps consecret. Vti prætetea Episcopum in illa indumentorum & insignium ademptione ad singula certis quibusdam preculis, aut solemnibus verbis ad eam rem accõmodatis, & iis quæ in concessione pro- D lata fuerint oppositis religio non erit, ita vt in ablatione vltimi, quod in collatione ordinum fuit primum, exauctorare illum omnique non tantum ecclesiastico vestitu & insigni, sed ordine, beneficio, & quocumque clericorum priuilegio exuere disertè pronunciet. [a] Cum is vero sacerdotum albo expunctus, reliquis etiam gradibus per quos ad sacerdotium veniri solet exutus fuerit: sic denudatus aliisque vestibus (vti vocant) profanis indutus, traditur magistratui, vt in forum suum illum recipiat, deprecante interim Episcopo, ne quid in ipsius vitam, aut corpus etiam statuatur grauius. [b] Recte igitur Pontifex

a Arist. 3. Polit. cap. 1.

a cap. degradatio de pœnis in 6. can. Episcopus 11. quæst. 3. Specul. tit. de accusatione §. secundo loco versiculo deponitur autem quis.

b cap. nouimus de verb. signif.

Bonifacius hanc sacerdotum, qui cœlestis militię milites dicuntur exaugurationem eodem pacto fieri respondit, quo exauctorationem eius qui militiæ deseruit armatæ, cui militaria detrahuntur insignia. Sicque à militia remotus castris reiicitur, priuatus consortio & priuilegio militari. Sicut cum dixit in regradandis sacerdotibus obseruãdum, vt qui sacerdotali ordine mouetur cæteris quoque gradibus qui inferiores sunt deiiciatur, singulaque cuiuslibet ordinis insignia gradatim illi auferantur: aliter enim plebs & profanus non fieret, sed diaconus, cui proximus à sacerdote gradus est. [e] Quod & in armata (vt vocant) equestriq; militia locum obtinet, in qua qui tribunatu ob delictũ pellitur nec tyro nec paganus continuo fit, sed primicerius: quod perpulchrè D. Hieronymus ad Pammachium expressit, his verbis. Finge aliquem Tribunitiæ potestatis suo vitio regradatum, per singula militiæ equestris officia ad tyronis vocabulum deuolutum, nunquid ex Tribuno statim fit tyro? non, sed antè Primicerius, deinde senator, Ducenarius, Biarchus Circitor eques dein tyro. Et quanquam Tribunus quondam miles gregarius sit, tamen ex Tribuno non tyro sed primicerius factus est. [d] Quibus verbis demonstratur proximam à Tribuno dignitatem Primicerij fuisse, tertiam Senatoris, quartam Ducenarij, infimam tyronum: [e] cum summa secundum imperatorem penes tribunum esset. Extant autem in Codice tam Theodosij quam Iustiniani rescripta, multa ad hos militiæ gradus pertinentia, qualia sunt Theodosij & Valẽtiniani de primiceriis, [e] & de senatoribus ac ducenariis à comitibus scholarum non verberandis, nec regradandis: [f] Eorundem de Biarchis & ducenariis. [g] Leonis de numero ducenariorum, Biarchorum. Circitorum & equitum: [g] Constantini de ducena Biarchia, [h] & Circitoria. [i] Meminitque eundem in sensum Apuleius ducenariæ. Nam procuratorem (inquit) Cęsaris, ducenaria perfunctum, coram fueram aggressus. [k] Tametsi sciam de vocis huius significatione apud Apuleium à quibusdam non vulgariter doctis ambigi. Fit & ab Ammiano Marcellino primicerij non vno in loco mentio. Valentinus (inquit) ex Primicerio protectorum, Tribunus. [l] Et rursum. Vix resistente perruptis alpibus Iuliis Primicerio quem ante docuimus Mario. [m] Vegetius. Sicut Primicerius in officio præfectorum prætorio, ad honestum quæstuosumque militiæ peruenit gradum, ita legionarij equites cohortes suas contubernij affectione venerantur. [n]

A

B

C

D

c d.c.degradatio.

d Hieronymus aduersus Io. Hierosolymitanum.

e l.fin.de Tyronibus.

e l. 2.de domestic. & protect.lib.12.C. l. domesticos l. præter & l. fin. eod. tit. in C.Theodos.

f l.3.C.de offic. magistri offic. & l. 1. de priuileg. scholarum lib. 12.C.

g l.fin.de silius offic. & milit.lib. 12. C.

g l. 3. de agentib. in reb.lib.eod.C.

h l.1.C de offic.magist.offic.

i l.2.de filiis militarium apparit.in C. Theodos.

k Apul. Asini aur.lib.7.

l Am.lib.18

m idem Ammia.lib.29.

n Veget.lib.2 de re militari cap 21.

A Quid vero inter exauctorationem & regradationem interfuerit, cum à nemine explicatum videam, literis mandandum existimaui: longe enim alia huius atque illius ratio fuit. Siquidem exauctorati (vt superiori capite abunde docui) militia soluebantur, militésque esse desinebant: cum regradati superiore tantum gradu quem tum obtinebant, pellerentur, inferiores retinerent. Erat namque regradatio quæ gradatim fiebat descentio: Græci καταβιβασμὸν appellant. Nam & καταβιβάζω significat, descendere iubeo, demitto, deiicio, deprimo. Quod autem regradati gradum tantum illum à quo reiiciebantur amitterent, ex loco Hieronymi à nobis citato satis cognosci potest: sicut ex alio eiusdem dum inquit Heraclium de Episcopatu in presbyterum regradauit. [o] Et ex rescripto Valentiniani & Valentis ad Iouinium magistrum militum de militibus ingenuos propinquitate simulata vel lixarum conditione penes se habentibus, nec eos tribunis aut præpositis offerentibus, quos commilitonibus postponi, & ad inferiorem gradum reiici iubent. Hi vero inquiunt ad inferiorem ordinem reuoluētur, qui castris idoneos iuuenes studio inertis obsequij putauerint occulendos. [p] Ammia. Marcell. Conuersus hinc Theodosius venit ad municipium Sugabaritanum, vbi inuentos equites quartæ sagittariorum cohortis, quæ ad rebellem defecerat, vt contentum se supplicio leniori monstraret, omnes contrusit ad infimum militiæ gradum: [q] sed apertius ex rescripto Theodosij & Valent. ad Sporatium de pœna domesticorum, qui diutius sine commeatu abfuerint, cuius hæc sunt verba. Si quis domesticorum nulla negotij publici abstrahente solicitudine, nec ei per commeatum solemniter vt abesset facultate concessa, per biennium obsequiis serenitatis nostræ defuerit retrorsum in ordinē tractus inferiorem quinque sequentibus postponatur: Si verò triennium eius absentia continuasse monstretur, vsque ad decimum locum proculdubio regradetur: quod si quadriennio tenus abfuerit nouissimus collocetur. Quinquennio autem similiter si fuerit deuagatus, ipso iam cingulo spoliandus est: indignum quippe est desides à propriis tandiu muniis aberrasse, quos cōuenit assiduos numerari. [r] Idem de Palatinis. Quicumque de scriniis aut agentibus in rebus vel etiam ex officiis palatinis sex mensium spatium supra diem commeatus abfuerit: is in inferiorem locum, quinque ante latis posterioribus deuoluatur. Is vero qui anni vacationem arbitratu proprio iudicia-

[o] Hieronym. in chronicis.

[p] l. plerique de re milit. in C. Theod.

[q] Am. d. lib. 29.

[r] l. 3. C. de domest. & protect. lib. 12.

rij præcepti oblitus assumpserit: à decem post se militantibus A
transeatur: ac deinde cum iam aliquis desidia quadriennio of-
ficium proprium adire neglexerit, quadraginta de sequenti-
bus post feratur. Qui vero nec post quadriennij quidem tem-
pus: militantium non immerito matriculis auferatur.[s] His
enim verbis planissimum fit domesticos qui tandiu vagati &
emansi fuerint & palatinos qui supra diem commeatus abfue-
rint & sibi vacauerint post multiplicem regradationem mili-
tiæ tandem cingulo spoliari, & è militantium matriculis aufer-
ri vt sic appareat maximum inter exauctorationem & regrada-
tionem fuisse discrimen. Quod non ita tamen accipi velim, B
quasi regradatum superiorem tantum gradum amisisse cen-
seam, duobus enim interdum vel pluribus pellebatur, vt ex
locis à me citatis cognosci potest, sed infimum semper aut plu-
res gradus retinebat: alioquin non tàm regradatus, quàm ex-
auctoratus existimandus fuit. Illud annotatu dignum, quod
in veteri lege Sacerdotes regradandi non omnibus gradibus
pellebantur, per quos ad sacerdotium peruenerant, sed æditui
& ianitores (quorum infimus erat gradus) fiebant, vt ex Eze-
chiele ostendit Hieronymus aduersus Iouinianum his verbis.
Quomodo in veteri & nouo testamẽto aliũ ordinem Pontifex C
tenet, aliũ Sacerdotes, aliũ Leuitæ, alium Ianitores, aliũ æditui?
Et in volumine Ezechielis, vbi futuræ ecclesiæ ordo describi-
tur, Sacerdotes qui peccauerant regradantur in æditμos & in
hostiarios. Locus est apud Ezechielem cap. 44.[s] Sed & Leuitæ,
qui longè recesserunt à me in errore filiorum Israël & erraue-
runt à me post idola sua & portauerunt iniquitatem suam,
erunt in sanctuario meo æditui & ianitores portarum domus
& ministri domus. Huius regradationis præter locos à nobis
citatos meminit Constantinus Cæsar ad Titianum. Qui (in- D
quit) contra hanc fecerit sanctionem promotus, regradationis
humilitate plectetur.[t] Sane quamuis in Pandectarum volumi-
nibus regradationis pœnæ nulla omnino mentio extet, ea ta-
men fuisse videtur, quam iurisconsulti gradus deiectionem vo-
cant:[v] quæ etiam diuersa à militiæ mutatione fuit. Quod cum
ex pluribus illorum responsis, [v] tum ex illo Menandri cogno-
sci potest, quo traditur: qui in pace deseruit, equitem gradu
pelli, peditem militiam mutare.[x] Mutare autem militiam
(vt ego censeo) dicebantur qui in deteriorem dabantur,[y]
alioqui pœna non fuisset: vt cum equites, militiæ munere in-

s l. 2. de commeatu lib. 12. C. & l. 3. eod. tit.

s l. 2. de cursu pub in C. Theod.

t l. 3. § pœna ff. de re milit.

v d. l. 3. § miles & § seq.

x l. non omnes § qui in pace eod. tit.

y l. qui cum vno § qui se lenoni milites agrum § iuvenum ... & § de se to... eod. tit.

A ter pedites fungi cogebantur, ipsive aut pedites in funditorum auxilia (quod vilissimum militiæ genus fuit) transscribebantur cuius pœnæ exempla multa apud Valerium, Frontinum & alios cernere est. Ex quibus pauca retulisse satis fuerit Valerius de Calpurnio. L. Calpurnius Piso Consul, cum in Sicilia Titius equitum Præfectus fugitiuorum multitudine hostium circumuentus arma his tradidisset, multis Præfectū ignominiæ generibus affici iussit, turmásque Equitum quibus præfuerat, ademptis equis in funditorum alas transcripsit. [z] Idem de Senatu B Romano in milites à Pyrrho remissos. Decreuerunt patres, vt ex his qui equo meruerant, peditum numero militarent: qui pedites fuerant, in funditorum auxilia transcriberentur. [a] Frontinus Appij Claudij sententia Senatus eos qui à Pyrrho rege Epirotarum capti & postea remissi erant, equites ad peditem redegit, pedites ad leuem armaturam. [b] Idem de Cotta Consule. Pub. Aurelium, quem obsidioni Lipararum præfecerat, cum agger incensus, & capta castra essent, in numerum gregalium peditum referri, & muneribus fungi iussit. [c] Hactenus illi, ex quorum verbis perspicue demonstratur eos qui militiam mutabant in deteriorem dari solitos. Sicut ex C Ammiano Marcellino, cum ait. Imperator ira graui permotus, reliquos ex ea cohorte qui abiectè sustinuerant impetum grassatorum, ad pedestrem compegit militiam, quæ onerosior est dignitatibus imminutis. [d] Siquidem onerosiorem intelligit deteriorem, quam subibat quisquis militiam mutabat, quod non itidem accidebat cum quis gradu tantum militiæ pellebatur non enim militiam sed gradum mutabat, Tametsi sciam P. Fabro Samoriano homini vigilantissimo (cuius librum semestrium ad me nuper peruenisse dixi) aliud videri. Existimat enim gradu pelli seu deiici, idem esse quod militiam muta- D re, & in deteriorem militiam dari: quod vtique probari mihi non potest. Si hæc enim omnino eadem essent, quorsum Menander equitis & peditis in pace deferentis pœnas distinxisset, huncque militiam mutare, illum gradu pelli dixisset? [e] Quid præterea opus fuit Modestinum militares pœnas enumerantem gradus deiectionem à militiæ mutatione secernere, diuersaque illis nomina imponere quæ vis ac potestas vna sociasset: Cum ita scripsit: pœnæ militum huiusmodi sunt castigatio, pecuniaria mulcta, munerum indictio, militiæ mutatio, gradus deiectio, ignominiosa missio? [f] Pro regula

z *Valerius lib. 1. tit. de disciplina mil. cap. 9.*

a *Idem Valerius cap. 15. eod. tit.*

b *Iul. Frontinus li. 4. strateg. cap. 1.*

c *Frontinus d. c. 1. lib. 4.*

d. *Ammianus lib. 24.*

e *d. §. qui in pace.*

f *d. §. pœnæ militum.*

namque traditum est, diuersitatem nominum varietatem inducere rerum, [g] & per nomina singulas res distingui. [h] Sunt enim ad recognoscendas res singulas nomina publico consensu comparata. [i] Nec tamen inficias ierim gradus deiectione deteriorem fieri militis conditionem, vtpote ad inferiorem gradum detrusi,& dignitate aliquantulum imminuti,sed non ideo sequens vt ad deteriorem militiam datum dicamus, quæ tum proprie (vt dixi) intelligitur, cum quis in aliam diuersámque ac deteriorem militiam transcribitur: de qua militiæ mutatione accipiendus est Liuij locus ille ex lib. 25. Nunc deteriore conditione sumus, quam apud patres nostros fuerant captiui: quippe illis arma tantum atque ordo militandi, locúsque in quo tenderent in castris est mutatus, quamuis pœnam illam Vvolgangus Lazius & Carolus Sigonius nouo inusitatóque vocabulo tentorij mutationem appellent. Non enim tentorium tantum, verumetiam ordinem & arma (quod Liuij verba perspicue demonstrant) mutare coacti sunt. Nec dubium est quin ea ipsa pœna fuerit, quam captiuis à Pyrrho remissis inflictam fuisse ex Valerio Frontinoque docuimus. De quibus similiter agi apud Liuium, ante paulo præcedentia illa verba: sicut patrum memoria, qui capti à Pyrrho erant,&c. planum faciunt. Nec me de sententia deducit locus à Sigonio citatus ex Polybio. Nam nec illic etiam de hac pœna seorsim agitur. Sunt enim hæc Polybij verba. Reliquos, ordeo eis pro tritico demenso, extra vallum munimentáque tendere iubet: [k] quibus apparet militum segnitiem hac pœna interdum coërcitam vt qui ordeo pasci iubebantur extra vallum & munimenta tendere cogerentur. Fuit & alia pœna militibus interdum ignominiæ causa irrogata: qua stipendia illis integra non procedebant, sed eorum parte aliqua expungebantur. Ideoque ære diruti milites dicebantur. De quibus Nonius Marcellus. Ære diruti (inquit) appellabantur milites, quibus propter ignominiam, stipendiũ, id est, merces menstrualis aut annua quæ esset in nummis æris subtrahebatur. Varro de vita po. Rom. lib. 2. Stipendium appellabatur quod æs militi semestre aut annuum dabatur: cui datum non sit propter ignominiam, ære dirutus esset. Festus. Dirutum ære militem dicebant antiqui, cui stipendium ignominiæ causa non erat datum, quod æs diruebatur in fiscum non in militis sacculum. Ausonius. Et quia sub Imperatore tum merui, procedere mihi inter frequentes stipendium iubebis: sin aliter

[g] l. si idem Codicilli C. de Codicillis.
[h] Can. cleros 21. dist.
[i] l. ad recognoscendum C. de ingenu manumissis.
[k] Polibius hist. lib. 9.

A B C D

A aliter ære dirutum facies, vt cumulo carminis in fiscum suum redacto, redeant versus vnde venerunt.[l] Sic enim legendū non vt apud Crinitum, qui locum illum librariorum vitio mutilatum non tantum non restituit, verumetiam fœdissime deprauauit.[m] Quo similiter verbo Cicero facetissime vsus est in Verrem actio. 6. Aleatoris Placentini castra commemorabuntur, in quibus cum frequens fuisset, tamen ære dirutus est. His enim verbis significat Verrem tametsi frequens fuisset in castris aleatoris, vt stipendio priuandus non esset, tamen ære dirutum esse, B id est stipendia perdidisse alea omnia absumente.[m] Idem Philippica 13. homo diruptus dirutusque Q. Cælius. Diruptum enim appellat anterocelicum & vitio * herniæ laborantem, dirutum vero decoctorem & ignominia notatum. Quam diuersa autem à superioribus hæc pœna fuerit vel hinc intelligi potest, quod cum diruti ære milites sacramento non soluerentur sed in exercitu manerent, gradu etiam non deiiciebantur nec militiam mutabant. Ostendit id præter authores à nobis laudatos Liuij locus ante citatus ex lib. 40. de legione à M. Fuluio Tribuno militum iniussu Consulis dimissa. S.C. factum est, vt M. C Fuluius in Hispaniam relegaretur, milites iussi ad signa redire, causa ignominiæ vti semestre stipendium in eum annum esset ei legioni decretum, qui miles ad exercitum non rediisset, eum ipsum bonaque eius vendere Consul iussus. Idem libro 27. de equitibus Cornelij Cethegi & Sempronij Tuditani censura notaris addiderunt acerbitati etiam tempus, ne præterita stipendia procederent iis qui equo publico meruerant, sed dena stipendia equis priuatis facerent. Huius pœnæ nullibi in iure nostro mentionem fieri memini, præterquam apud Papinianum cum ait. Miles qui in desertione fuerit notatus ac restitu- D tus, eius temporis quo in desertione fuerit stipendiis expungitur.[n] Quibus ex verbis annotare licet stipendiis expunctum recte dici militem ære dirutum, Quo fit vt perperam sensisse Budæum & Turnebum putem cum ære dirutos milites, interpretari sunt. expunctos & sacramento solutos, quos nunc cassatos vernacula lingua dicimus:[o] quorum appellatione militia reiecti, & ab albo seu matricula militum, erasi continentur. Plautus in Curcul. Miles pulchre centuriatus est expuncto in mani-

l *Ausonius edil. epist. ad Paulinum de Centone nuptiali.*

m *Crinitus lib. de hon. discip. lib. 18. cap. 6.*

m *Budæus l. 2. ff. de his qui not. inf.*

n *l. penult. de re milit.*

o *Budæus l. 2 ff. de iis qui notant. infa. l. si prior qui potiores in pign. hab. & d. l. penult. de re milit. Turnebus aduersar. lib. 2 cap. 20.*

* Hernia est morbus scroti intumescentis, & proprie cum è rupto peritoneo corpus aliquod in scrotum deciderit. Gallice *Greneure, rupture.* Morbus exosus mulieribus.

pulo: Non item ære diruti, quos stipendiis quidem aut eorum A aliqua parte fraudatos, non militia expunctos fuisse docuimus. Nec tamen abnuerim militem ignominia missum, si quæ ei missionis tempore stipendia debeantur, iis quoque expungi: Et ideo ære dirutum recte dici. Siquidem Verrius Flaccus est author, æs militum, qui ob ignominiam missionem habuissent: non in militis sacculum, sed in fiscum mitti solitum. [o] At vero generalior est, ære diruti significatio, quam vt ad hunc restringi debeat, complectitur quippe etiam (vt ex Liuio planum fecimus) illum qui in exercitu manet, si modo stipendiis aut eorum B parte ob ignominiam spoliatus sit: Cui etiam non procedere stipendia, dixisse veteres satis ex superioribus liquet. Resignatum quoque militem hunc dici, cui ob delictum adimitur stipendium. Catellianus cotta putat. Quod mihi probari non potest, nusquam enim (quod meminerim) apud idoneum authorem ea vox hoc significatu legitur: nec is sponsor in solo est cui sine pignore credere velim: Quod si cui ære resignatum appellare libeat: per me quidem licebit. Nam & resignatum (inquit Festus Pompeius) æs dicebatur militi, cum ob delictum aliquod iussu tribuni militum ne stipendium ei daretur, in tabulis refe- C rebatur. Resignare enim antiqui proscribere ponebant: hac autem pœna, in milites infrequentes sæpenumero animaduersum: quæ à me ex Cicerone, Liuio, & Ausonio nouissimè adducta sunt perspicuum faciunt. Ostenditque Frõtinus eam etiam interdum legionibus irrogatam. Cum ab Lyguribus inquit in prælio Q. Spetilius Cos. interfectus esset, decreuit Senatus, vti ea legio, in cuius acie Cos. erat occisus, tota infrequens referretur, stipendium ei annuum non daretur, æraque resignarentur. Sic enim legendum, mihi videtur non rescinderentur vt vulgati Codices habenr. [o] In quam sentẽtiam. Val. Maxi. Age quam D grauiter Senatus tulit quod Q. Petilium consulem fortissime aduersum Lygures pugnantem occidere milites passi essent. Legioni neque stipendium anni procedere, neque æra dari voluit quia pro salute imperatoris hostium telis se non obtulerant. [p] Et rursum de Aurelio Cotta Cos. cum ad opus equites necessite cogente iussisset accedere, eorumque pars detrectasset imperium, quæstus apud censores effecit, vt notarentur à patribus, deinde obtinuit, ne eis præterita æra procederent. [q] Id vero silentio transmittendum non putaui, quod cum hæc scripturis de vocis huius significatione ad virum quemdam

o Crinitus de honesta discip. lib. 18. cap. 6.

o Frontinus Strateg. li. 4. cap. 1.

p Val. Max. lib. 2. tit. 2.

q Frontinus Strateg. lib. 4. cap. 1.

A non vulgariter doctum retulissem vt si quid haberet quo tueri Catelliani sententiam posset, afferret: Isque mutos etiam (vt appellant magistros) consuluisset, dixit sibi videri resignatos milites dici posse qui exauthorati & militia soluti sint, ea ratione qua resignare verbum pro dissoluere perimere & abrogare Cicero & alij posuerunt. [p] Sed quid hoc ad rem? cum milites quibus ob delictum adimebatur stipendium exauthoratos & dimissos non fuisse, contra quam Budæus credidit abunde docuerimus. Nec vsquam etiam apud classicum authorem resignatum militem pro exauthorato legere sit. Milites au-
B tem infrequentes quos ἀστρατεύτους Græci vocant stipendiis expungi solitos, sæpenumero dixi vt ostenderem non semper hãc illis pœnam irrogatam, interdumque Seuerius, nonnunquam Benignius (prout admissum suggerebat) cum eis actum. Nam & aliquando ignominia missos docuimus. Nec dubium est quin quibusdam etiam ob ante actam vitam, præclaraque edita facinora, data venia fuerit. Cui rei indicio est, quod de Lucano quodam milite, scriptum apud Plutarchum, Valerium, & alios legimus: quem cum ob amorem mulierculæ cuiusdam
C frequenter noctu è castris euagari solitum, alioqui strenuum, & cui haud facile par in exercitu inueniri posset, Fabius Maximus inaudisset: vocatum ad se producta muliere dono dedit, his ad eum verbis vsus. Deprehensum est noctu te à castris contra leges abesse: Sed ne hoc quidem me fefellit strenuum te ante fuisse: meritis igitur tuis peccata tua condonata sunt. [q] De quo Plinius. [r] Lucano cuidam fortissimo ob amorem mulieris infrequenti eandem emptam dono dedit. Quod factum à nostri iuris disciplina nõ abhorret, quo traditur examinãdas semper emansionis causas & cur & vbi fuerit & quid egerit: Et dari
D veniam valetudini, affectioni parentum & affinium vel si qua huiusmodi causa sit, neque desertores omnes aut emansores similiter puniendos, sed haberi & ordinis & stipendiorum rationem, sicut muneris deserti & anteactæ vitæ. [s] Emansoris autem (quod vocabulum est militare) apud Vegetium aut alios quam nostri iuris authores, nulla prorsus (quod meminerim) mentio extat: Sicut nec militis infrequentis apud iurisconsultos. Cum tamen inter has voces nihil interesse putem. Siquidem emãsor (vt Modestinus ait) est qui diu vagatus ad castra regreditur. [t] Quid vero aliud sit extra castra diutius vagari, quam à signis &

p Cicero in orat. pro Archia poeta.

q Plutarchus in Fab. max. & in apophteg. Rom. Valerius tit. de vafre dictis.

r Plinius lib. de viris illust. cap. 43.

s l. qui cum vno §. final. ff. de re milit.

t l. 3 ff. de re milit.

numeris diutius abesse non video. Cum etiam dicat Menander A Edicto Germanici Cæsaris illum qui diu abfuisset inter emansores habitum. [u] Vnde & Lucanus ille miles à Plinio infrequẽs dictus: quo nomine censetur vt ex Festo docuimus qui à signis & numeris diutius abest. Vt sic Budæus frequenti militi emansorem recte opponat, cum Ciceronis locum à nobis citatum ex sexta in Verrem explicans, Aleatoris Placentini castra commemorabuntur, in quibus cum frequens fuisset tamen ære dirutus est, id est (inquit) quamuis non esset emansor, sed frequens in castris aleatoriis, tamen ære dirutus est, & stipendiis expunctus. [x] Dignum porro quod annotetur infrequentem militem B à veteribus appellatum, non illum tantum qui à signis diutius abfuisset sed & qui qua die adesse iussus erat, cum non excusaretur abesset: vt ex Cincij libro de re militari tertio Gellius refert. Militibus (inquit) scriptis dies præfiniebatur, quo die adessent & vt citati, Cos. responderent: deinde ita concipiebatur iusiurandum vt adessent, his additis exceptionibus, nisi Harunce quæ causa erit, funus familiare, feriæ vindemiales, morbus sonticus, &c. Et post paulo Item in eodem libro verba hęc sunt, Miles cum die qui prædictus est, aberat: neque excusatus erat, infrequens dabatur. [y] Sed vereor ne & ipse infrequens ac emãsor dicar qui tamdiu extra regradationis castra vagor. Ad signa C igitur me recipiam: Si hoc vnum adiecero quæ de militum infrequentium pœna à nobis dicta sunt, vt stipendiis interdum priuarentur: in equitibus quoque impolitiæ notatis locum obtinuisse: vt his similiter æra non procederent: Id accidebat si quis eques Romanus equum habere gracilentum aut parum nitidum visus esset, & is enim impolitiæ notabatur, quasi tu dicas (ait Gellius) incuriæ atque inelegantiæ. [z] stipendiaque ei adimebantur vt ex Festo datur intelligi cum ait. Impolitias facere D censores dicebantur, cum equiti æs abnegabant ob equum male curatum. [a] Illud porro obiter indicari conuenit, quoniam de regradatione sermonem repetimus cum quis sacris tantum initiatus raso vertice fuerit, neque gradum alium consecutus sit, solemnibus exauthorationis omissis, puniri à profano iudice posse, Cum Bonifacij constitutione traditum sit, sacerdoti regradando vestem etiam auferendam, quæ in radendo vertice data ei fuerit, in eamque sententiam crebrius iri à Pontificij iuris interpretibus video. [b] Quam & illud nonnihil iuuat (quantum ad nostrates Armoricos attinet) quod municipali lege

u l.4.§.edicta ff. de re milit.

x Budæus de l.2.ff. de his qui not. infa.

y Gell. noct. attiq. lib.16. cap.4.

z Gellius lib. 4. cap.12. & 20.

a Festus lib. 9.

b Panormitanus & alij c. at si clerici de iudicijs & d. cap. degradatio.

A cautum habemus, sacrificulos cœnobitas, & quoscunque alios sancti verticis ius vsurpantes qui monetam adulterinam confecerint, vel quippiam aliud graue circa eam admiserint, ad pontificios iudices relegandos, qui si illos sceleris eius ob quod coniecti in carcerem fuerint, conuicerint, exauctorabunt à regiis iudicibus plectendos. Sed hodie superuacanea est hæc omnis disputatio. Siquidem constitutione Regia in conuentu Molinis habito à Carolo IX. lata, sacris initiato nemini, præterquam hypodiacono, aut qui ad altiorem gradum conscenderit, vel officio, beneficio, aut ministerio ecclesiastico, cui deputatus sit B actu, deseruiat, forum repetere, aut sancti verticis ius vsurpare licet: Cuius ferendæ ea potuit videri ratio, quod ante eam (vt cum Budæo nostro loquar) superior ætas in capitibus prophanis, quantum admisisset improbitas, tantum vindicandum putabat, idque leges exercere iurisdictione commendabili vocabat. Areola autem insignita capita legibus eximere impunitatisque numini condonare pulchrum, pium, religiosum sibi esse persuadebat, acri inuitamento perditæ multitudinis, fiducia peccantis superstitionis suæ. Vt sic summa ratione niti videatur illa cōstitutio: antequā similiter exauthorationis huius solem-C nia, quod ad clericos ius tantum initiati verticis obtendentes spectat, apud Gallos in desuetudinem abiisse, sunt qui tradant. [e] Nec id quidem iniuria, cum corona seu tonsura non sit ordo. Nam cum ordo sit signaculum, quo ordinatis traditur & spiritualis potestas, & officium ac per coronam nulla tradatur potestas & officium clericis, vt patet ex his quæ ab Episcopo recitantur cum clericum tondet, Nam asciscitur tantum in clerum & ad diuina obsequia spiritualemque vitam, nullum tamen officium nec potestas ei propterea traditur, consequens est vt corona non sit ordo sed aditus & vestibulum ad ordines sicut sponD salia ad matrimonium. [d] De loco autem quo sacerdotes, exaugurari oportet non satis conuenit inter pontificios quibusdam existimantibus in æde sacra exauthorandos esse, [e] quod illic ordinari soleant, [f] debeantque eodem pacto exaugurari, quo inaugurati & ordinati fuerint: [g] Contrà aliis nihil referre affirmātibus vbi id fiat, aut quo vestitu Pontifex indutus sit: [h] quorum sententia receptior est. Quamuis ex more vbique ferè recepto Pontificalibus indui soleat. [i] Plures etiam Episcopos ad eum actum adhiberi nihil attinet. Quod enim de Episcoporum numero in Bonifacij Epistola dicitur, de verbali (vt vocant) re-

c Guiliel. Benedict. cap. raynutius verbo. & vxorem nomine Adelasiam de testam.

d Contanens de sacram. lib. 4.

e Dominicus de sancto geminiano d. c. degradatio.

f Can. Episcopus 11. quæst. 3.

g d. c. degradatio.

h Archidiaconus & Philippus Francus d. c. degradatio Specul. d. §. secūdo loco versic. & est notandum.

i Speculat. d. vers & est notandum Francus d. c. degradatio.

gradatione & sententia qua sacerdos exauthorari iubetur, non item de solemni quæ sententiæ illius executio est accipendum est. [k] Sed nec ipsi etiam sententiæ quæ à proprio Episcopo in eos dicitur, qui minores duntaxat ordines receperunt, cuiusquam alterius Episcopi præsentiam adhiberi necesse fuerit. [l] Quod autem in exauthorandis sacerdotibus certas precationes solemniaque aliquot verba ab Episcopis adhiberi ex instituto Bonifacij diximus: à gentilibus fluxisse videri potest. A quibus similiter in exaugurandis sacerdotibus suis id obseruatū apud Capitolinum deprehendi, eo loci quo de * saliatu M. Antonini agit. Ait enim illum in eo sacerdotio fuisse & præsulem & vatem, & magistrum, multosque inaugurasse atque exaugurasse, nemine præeunte quod ipse carmina cuncta didicisset. [m] Carmen enim appellat formulam conceptis verbis ad exaugurationis solemnitatem compositam. Ea cuiusmodi fuerit me legisse non memini. Quantum tamen ad deorum euocationem attinet, quæ in obsidionibus fiebat vrbium, vt locus è sacro fieret prophanus à qua proficisci solennem exauthorationem, dixi esse qui putarent: formulam eius depingit Liuius his verbis: Tuo ductu pythice Apollo pergo ad delendam vrbem Veios: te simul Iuno regina, quę nunc Veios colis, precor vt nos victores in nostram, tuamque mox futuram vrbem sequare: vbi te dignum amplitudine tua templum accipias. [n] Sed vberius ac fusius ex Sereno Sammonico Macrobius. Si Deus, si dea est, cui populus ciuitasque Cathaginensis in tutela, teque maxime qui huius vrbis tutelam recepisti, precor, veneror que, veniamque à vobis peto vt vos populum ciuitatemque Carthaginensem deseratis, loca sacra, templa, vrbemque eorum relinquatis: absque iis abeatis, eique populo & ciuitati metum iniiciatis, proditique Romam, ad me meosque veniatis, nostraque vobis loca, templa sacra, vrbs acceptior, probatiorque sit, mihi populoque Romano, militibusque meis præpositi sitis, vt sciamus intelligamusque. Si ita feceritis voueo vobis templa, ludosque facturum. [o] Vnde etiam annotare licet præter ea quæ superiori capite docuimus, id quoque deorum euocationi, cum hac qua de agimus exauthoratione, fuisse commune, quod sicut ad hanc, ita ad illam faciendam precationibus certis & solemni-

k Speculat. d. vers. & est notandum Io. And. & Philippus Francus d. c. degradatio

l d. c. degradatio.

m Capito. in Antoni. Phil o.

n Liuius lib. 5.

o Macro Satur. lib. 3. cap. 9.

* Salij martis sacerdotes, sic dicti quod in portandis ancilibus, saltare mos esset, Virgilius. 8. Æneidos,
Hic exultantes salios, nudosque lupercos,
Saliatus proprium sacerdotis martis.

A bus verbis vterentur. Quod & in exaugurandis vestalibus, quæ virginitatem prodidissent, prius quam de illis supplicium sumeretur à pontificibus fieri solitum, satis ex Plutarcho cognosci potest dum infit. Vestalem pœne obnoxiam feretro impositam & exterius obtectam lorisque ligatam, quo neque vox queat etiam audiri, per forum vehunt. Cum vero ad locum feretrum delatum fuerit solutis à ministris vinculis, sacerdotum princeps precatus arcana quædam, sublatisque ad deos manibus, ante supplicium, deducit eam capite opertam, constituitque in scalis in domicilium deferentibus. [p] Alexander B Neapolitanus virginem (inquit) damnatam & sacris abstinere iussam, demptis vittis è vertice, feretro impositam ad portam Collinam deducebant, quo vbi deducta fuerat vinclis solutam, Pontifex maximus solemne præfatus carmen, capite velato ad ostium foueæ constituebat, & postquam introgressa fuerat illo auerso, & scalis sublatis, desuperque aggesta humo defodiebant viuam: [q] Eas autem preceps solemniaque verba, in exaugurationibus tam sacerdotum quam vestalium, à pontificibus pronuntiari adeo necesse fuit, vt sine iis actus vim non haberet: nec ab eis vel minima syllaba recedere licuit. Idcirco- C que ne pontifices in proferendis formulis laberentur, adhibebatur quispiam qui verba præiret & conceptam verborum formulam dictaret, quam põtifex totidem verbis repeteret. Quod itidem in plerisque aliis actibus fiebat, vt ex Plinio intelligi datur cum ait. Vidimus certis precationibus obsecrasse summos magistratus. Et ne quid verborum prætereatur aut præposterum dicatur, descripto præire aliquem. [r] Sicut ex Tranquillo in Claudio, obseruauit sedulo vt ob dira, aut in vrbe, aut in Capitolio visa, obsecratio haberetur, eamque ipse iure, Maximi D pontificis cammonito pro rostris populo præiret Ad eam vero precationem, quæ in exauthorandis sacerdotibus nostris ex constitutione Bonifacij profertur præeuntem adhiberi quemquam nihil est opus. Quorsum enim, pontifice omnia descripto pronuntiante? Nam & in exaugurandis etiam gentilium sacerdotibus, pontifici qui verba teneret, neminem præiuisse, locus à nobis ex Capitolino in Antonino citatus planum facit, in his verbis, nemine præeunte, quod ipse carmina cuncta didicisset. Sed nec Bonifacius etiam cautor formularũ & auceps syllabarum fuit, qui preceps ab exauthorãte pontifice faciendas in cer-

p Plutarchus in numma.

q Alex. genial. lib. 5. cap. 12.

r Plin. lib. 28. cap. 2.

tam aliquam verborum formulam concludere voluerit: aut ob verbum aliquod prętermissum vel præposterè dictum inutilem actum efficere. Immo nec exauthorantem adhibendarum precum necessitate obstringere. [d] Non enim idcirco dictata ab eo est regradationis formula, vt ius faciat, sed exemplum ponat, eius quod à regradante pontifice faciendum est, siue iis & totidem verbis, siue aliis & pluribus paucioribusve cõcipiat. Quod verba illa dicendo præsbitero hęc vel similia in remotione planetæ perspicuè demonstrant. Nam & verbis ita inhærere, vt ne transuersum quidem digitum, excedere liceat, inanissimæ videtur esse prudentiæ. vt rectè dixerit Quintilianus esse certam seruitutem, ad certa se verba astringendi, idque faciendum in lib. Cic. de oratore, vetare M. Antonium. Verba præterea illa, poterit episcopus in regradatione, &c. satis declarant, noluisse Bonifacium ad eorum aut similium verborum pronuntiationem pontificem, obligari. Non enim quicquid potestati alicuius permittitur, iuris necessitati subiicitur. [e] Significat quippe verbum potest simplicem potentiam, nulli necessitati subiectam. [f] Sane quod episcopum, aut qui vicariam ei operam in regradando sacerdote vel sacris initiato præbet, depręcari magistratum diximus, ne capite in regradatum animaduertat. quidpiamve sæuũ ac sanguinarium in eum decernat: Ex Innocentij tertij pręscripto fit. Cuius decretali (vt appellant) ad Parisiensem antistitem epistola cautum est. vt profano (quem dicunt) magistratu pręsente regradatio celebretur, eique pronuncietur, vt in forum suum recipiat regradatum. Intercedente pro eo efficaciter ecclesia, vt citra mortis periculum sententiam in eum dicat. [g] Quod tamen omne (quantum ad preces illas attinet) vanum ac inefficax hodię est, propeque † ridicularium & histrionicum. Siquidem sacros homines, in publicis spectaculis resecratos ecclesiam manu altera supplicem, morti quantum in se est eximere altera iudicem seculari (vt loquuntur) brachio addicere videmus, non tam Pontificij iudicis arbitrio, quod in crimine impietatis in Deum nonnumquam fit, [h] quam profani magistratus cui deduntur arbitrio plectendos gladioque velit nolit deprecator conficiendos, vix quippe fit vt sacerdotibus exauguratis, & ciuili foro assignatis lenius quam extremum irrogetur supplicium. Vt non immerito scripserit quidam non vulgariter doctus, hanc præcum adhiberi ceremoniam. ne scilicet ipsi, qui sacra tractant, supplicij vel profusi sanguinis authores videantur.

[d] Dict. cap. degradatio.

[e] l. non quicquid ff. de iudic.

[f] l. Neratius vbi alciatus ff. de verbo. sig.

[g] Cap. nouimus de verbor. sig.

† Hinc Gellius lib. 4. cap. 20. qui iurabat cauillator quidam, & canicula & nimis ridicularius fuit, id est risum excitandi studiosior.

[h] Cap. ad abolendã de hereticis cap. vt inquisitiones eod. tit. in 6.

A tur extitisse: A quo non ita multum abest, quod huiusmodi intercessionis efficaciam in precibus tantum sitam glossularius pontificij iuris interpres Bernardus dixit:[i] quibus ecclesiæ pastores pacem reis, vitam, atque membra studeant obtinere.[k] Qua in re, quantum à veteri ecclesiæ ritu Innocentiique pontificis mente recedatur, vox illa efficaciter in epistola Innocentij planum facit:[l] quæ irritas ac inanes & sine effectu, ecclesiæ preces esse non debere significat. Sicut quod diuum Ambrosium sacrósque antistites alios non paucos interuentu suo criminum reos morti etiam interdum addictos cruciatu suppliciόque liberasse scriptum pluribus locis legimus. Ex quibus ille
B Nicephori. Memoratu dignus de Diuo Ambrosio. Ex magistratibus quidam Græcorum superstitioni additus, Imperatorem Gratianum conuicio prosciderat, eumque à patre suo degenerasse dixerat. Quo nomine cum accusatus à quibusdam fuisset, capitis damnatus est, & iam ille ad supplicium duci debebat, quum Ambrosius pro eo deprecaturus in regiam se celeritate magna confert. Et post paulo, Ambrosius venatoribus mixtus ingressus est: neque inde prius est egressus, multa gratia-
C num & eos qui cum eo erant precatus, quam ille condemnationis sententia de homine eo inducta, aliam ferret, quæ illum crimine absolueret, qui iam ad mortem raperetur.[l] Cui affinis ille Diui Augustini pro clericis circumcellionibus & donatistis apud comitem Marcellianum intercedentis, ne eos quamuis homicidij compertos morti traderet, mihi (inquit) solicitudo maxima incussa est, ne forte sublimitas tua censeat eos tanta legum seueritate esse plectendos: vt qualia fecerunt talia patiantur. Ideóque his literis obtestor fidem tuam vt hoc non facias, nec omnino fieri permittas: Et post paulò. Nolu-
D mus tamen passiones seruorum Dei quasi in alienæ partis suppliciis vindicari: Sed hoc magis sufficere volumus, vt viui & nulla parte corporis truncati, vel ab inquietudine insana ad sanitatis otium legum coërctione dirigantur: vel à malignis operibus alicui vtili operi deputentur.[m] Animaduerti præterea aliam fuisse pœnam, tam ab imperatoribus quam pontificibus Romanis olim in sacerdotes & clericos vsurpatam, ab exauctoratione non ita multum abhorrentem, vt curiis traderentur eisdem seruituri. Siquidem & hi similiter à clero submouebantur ac ex clericis fiebant Curiales, vt ex iis intelligi potest, quæ à pontificibus quibusdam constituta sunt, in illos qui

i Glos. d. cap. nomimus.
k Can. R eum 17. quæst. 4.
l d. c. nouimus
l Niceph. ecclesiast. hist. lib. 12. ca. 14.
m Can. Circumcelliones 23 quæst. 5.

episcopis suis insidias parasse contumeliámve calumniam aut A
conuitia intulisse conuicti fuissent, quos à clero submotos cu-
riis tradi, iisdem omnibus diebus vitæ suæ seruituros, volue-
runt.[a] Sicut ex Iustiniani sanctione illa de sacerdotibus & dia-
conis, qui post ordinationem vestram ducebãt, cuius hæc sunt
verba. Quod si post ordinationem præsbiter aut diaconus aut
subdiaconus vxorem duxerit, eiicitor è clero & curiæ cohortí-
que ciuitatis in qua clericus erat cum bonis suis traditor.[b] Item
ex illa quæ ecclesiastici ordinis desertorem curiæ vel cohorti
cum bonis addici iubet.[c] Qua pœna tam Iulianum quàm alios B
Imperatores in sacerdotes sacrisque initiatos sæpius animad-
uertisse scriptum inuenimus. Ammianus Marcellinus. Progre-
dientem vlterius Iulianum multitudo inquietabat pars violen-
ter erepta reddi sibi poscens, alij quærentes consortiis se curia-
rum addictos iniuste.[d] Sozomenus. Clericis omnia priuile-
gia, honores consuetudinesque Iulianus subtraxit, & leges po-
sitas pro eis soluit, ipsosque curiæ tradidit.[e] Nicephorus Alia
insuper dolo malo induxit Iulianus, Nam & in clerici ordi-
nem cooptatos Senatorum munere & ministerio peruerse fun-
gi iussit.[f] Theodoretus. Constantinus remissionem cunctos C
habere decreuit, qui propter confessionem Christi sub perse-
cutoribus ecclesiarum migrare in insulas iussi sunt, aut dari cu-
riis, cum curiales primitus non fuissent.[g] Et rursus. Alios Epi-
scoporum curiæ tradiderunt, alios diuersis machinationibus
affecerunt.[h] Et hæc quidem mea aliquandiu fuit sententia
quam tamen mutare in eo turpe non fuerit, quod de affinita-
te curialium clericorum pœnæ, cum exauctoratione dixi. Ni-
hil enim communionis inter se habuerunt: nisi quod hæc illam
semper antecederet, si à Pontifice vel orthodoxo Principe ir-
rogaretur. Ab iis enim, curiis clerici nunquam tradebantur, D
nisi prius exauctorati, quod tam Pontificiæ quàm imperiales
constitutiones à nobis citatæ perspicuè demonstrant in his
verbis: à gradu debet recedere ac curiæ tradi seruiturus.[i] Et
rursum: mox depositus curiæ tradatur.[k] Et iterum: Submo-
tus à clero curiæ tradatur, cui vitæ suæ omnibus diebus seruiat.
[l] Et rursus. Eiicitor è clero & curiæ ciuitatis in qua clericus
erat traditor.[m] Non enim aliud est clericum à clero submo-
ueri, vel eiici, quam eundem exauctorari & cœlesti militia
pelli, vt iure optimo priuatum ac plebeium Iustinianus vo-
cet,[n] Quam sententiam & illud iuuat, quod quibus hæc pœ-

a Can. Clericus 3. q. 4. can. si quis sacerdotum & can. statuimus 21. q. 1.
b Nouell. Iust. 123. §. clericos autem
c. Nouell. Iust. 6.
d. Am. Mar. lib. 22.
e Sozomenus Tripartita hist. lib. 6. cap. 7.
f Nicephorus li. 10. cap. 13.
g Theodoretus tripartita hist. lib. 1. cap. 9.
h Idem Theodo. li. 7. ca. 7.
i d. can. clericus.
k d. can. si quis Sacerdotum.
l d. can. statuimus.
m. d. Nouell. Iust. 123.
n d. §. caterū.

A na irrogabatur, velut in seruitutem dabantur, [o] cum alibi diximus [p] eos etiam quibus seruitus iniungebatur prius exauctorari solitos. Sicut quod Arcadij, Honoriique & Theodosij constitutione statuitur, quem clericum Episcopus de gradu suo pro morum prauitate deiecerit, continuo à iudice curialibus adiungendum. Quemcumque (aiunt) clericum indignum officio suo Episcopus iudicauerit & ab ecclesiæ ministerio segregauerit, continuo sibi eum curia vindicet. [q] Nec aduersatur quod de monachis stationem suam & ordinem deserentibus ex Iustiniani Christianissimi principis sanctione dicturi sumus, B eos etiam non exauctoratos inter cohortales & apparitores prouinciæ præsidis recensendos, [r] nihil enim exauctorari eos opus fuit, qui ecclesiastico nullo gradu prædiri essent: separantur quippe à clericis & pro plebeiis fere habentur, vt non ab re dixerimus differre etiam eos in pœnis, esseque catheresim clericorum, aphorismon monachorum. Cum tamen ij etiam clerici fieri possint. [s] Nam & Iulianum qui *parabata dictus est. [t] Ex monacho factum clericum & lectorem ac inter magni sacrarij ministros adscriptum in ecclesia Nicomediæ legimus. [u] Quod si quis eorum clericus creatus ad contrahendum matrimo- C nium descendat, eadem Iustiniani constitutione cautum est vt ex albo numeroque clericorum expungatur, vtpote qui priori statui, vitæque monasticæ dehonestamento atque dedecori fuerit, ac plebeiam vitam de cætero agat, nec militiam aliquódve officium, nisi in pœnam, exerceat. [u] Quod autem ad gentiles impiósque principes attinet, crediderim illos, clericos etiam non exauctoratos, curiis sæpe mancipasse, quod ordines ecclesiasticos nihili penderent, vt ex citatis à nobis exemplis cognosci potest. Hos vero curiales municipalibus ciuitatis illius muneribus & ministeriis, cui addicti erant adeo obstrictos D fuisse constat, vt ab aliis omnibus temperandum illis fuerit. Vnde nec militiæ nomen dare, [e] nec vectigalia publica aut alienas quascumque res conducere procuraréve illis licuit: [f] aut quicquā aliud expedire quo à suis muniis auocarentur. [g] Tractabāt autem pecuniam publicam erogandamq́; decernebant, opera publica locabant, curatores operum publicorum creabant: annonam & tributa curabant, [h] & (vt paucis finiam) omnium quæ ciuitatis administrationem respicerent onus subibant. Cùm tamen annonas & salaria à fisco non acciperent, [k] ideoque propria prædia distrahere illis fas non fuit, nisi probata

o d. can. alericus & d. can. Statuimus.

p in cap. cuius initium exauctoratione.

q l. quemcumque de Episcopis & clericis in C. Theodos.

r d. Nouella Iust. 5. & 6.

s l. si quos de epis. & cle. in C. Theodos.

t Suidas in Iuliano.

* παραβάτης transgressor, transfuga.

t Aug. epist. 76. Gregor. Nazianz. in orat. in Iulia. Niceph. lib. 10. cap. 1. Soz. crat. histor. tripar. lib. 6. cap. 1.

v d. Nouella Iustin 5. §. quod si quis eorum.

e l. quamuis & l. si quis decurio. C. de decur. lib. 10.

f l. 2. §. 1. ff. de admin. rer. ad ciui. pert. l. spurij § decur. ff. de decur. l. curiales C. locati.

g l curiales de decur. lib. 10. C. arg. l milites C locati.

h l. 2 §. 1. cum seq. ff. ad municip.

i l non debere & l. liberitus §. exigēdi eod. tit. l. decuriones de administ. rer. ad ciui. pert ff.

k l vn de ereb. sal. lib. 10. C.

causa apud acta præsidis, vt ad necessitates publicas melius efficerent, si substantiæ iuuamina, plus haberent. Et ne patrimonij dissipatione minus idonei efficerentur ad munera ciuilia & municipalia obeunda, [m] ac ne euitandorum munerum causa solum verterent. [n] A quibus enim (vt cum Cassiodoro loquar) munia poteruut sustineri, si ciuitatum nerui passim videantur abscindi? [o] Vt sic iniquissima fuerit eorum conditio, neque ideo mirum videri cuiquam debeat, quod pœnæ causa noxiis interdum id munus iniungeretur. Nam cum olim aliquo oppido incolis destituto triumuiri colonias eò deducerent & decimum quemque consilio siue curiæ adscriberent, dicti sunt inde decuriones, [q] ex quibus magistratus municipales eligebantur: [r] quorum quia pessima cœpit existimari conditio, vtpote tot periculis & nexibus obnoxiorum, & quia à præsidibus exactoribusque tributorum plerumque inquietabantur, cogebanturque de suo tenuiorum onera subire. Interdum etiam publicas pecunias ne ociose iacerent, cum idonei alij non inuenirentur, qui reip. debere vellent fœnore accipere. [s] Et ob id multi defugerent curialia munera, collaberenturque curiæ hominum penuria, visum fuit quibusdam Romanis principibus hanc pœnam irrogari è rep. esse. Quod cùm nec sic quidem procederet, magnóque reip. incommodo curiæ hominum paucitate languescerent, [s] præmiis quoque ad huiusmodi munia capessenda inuitandos homines putauerunt. Vnde & Theodosij constitutio illa, quæ naturales liberos curiis ciuitatum deditos legitimos fieri statuit: [t] multáque in eorum gratiam qui sponte se curiis dedissent, aduersus communes regulas constituerunt: quæ vt alieniora ab instituto prætermittenda putaui. Sicut & illa quæ in eos constituta sunt, qui curiis obnoxij relicta ciuitate rus habitatum iuissent. [u]

Id vero vnum me torquet, quod quãuis decurionatus, dignitas & honor esset, [u] pœnæ tamen loco decerneretur: quid enim absurdius, quam honore nocẽtes, insontes & de republica bene meritos (quod Athenięẽses interdũ Ostracimo illo suo factitasse legimus) supplicio affici? Nam & vulgatissimæ sunt illæ iuris regulæ, pœnã dignitatem non tribuere, admissum suum aut dolũ cuiquam patrocinari non debere, nec quenquam ex eodẽ facto pœnam & premiũ consequi: cautumque ideo diserte Gratiani, Valentiniani & Theodosij constitutione est, ne quis officialiũ, pœnę specie atque æstimatione, curię dedatur: Et ne quis iudicũ

m l. 1. de prædiis decurionũ lib. 10. C.

n Alciatus parerg. iur. lib. 2. cap. 26.

o Cassiod. d. lib. 7. cap. vltim.

q l. pupillus §. decuriones ff. de ver. signif.

r l. fin. ff. de munerib. & honorib.

s Plinius ad Traia. lib. 10. epist. de pecunia fænebri.

s l. militariũ de decurionibus in C. Theodosiano.

t l. si qui seu liberi & l. quoniam C. de naturalib. liberis Nouell. iust. 89 §. primus itaque modus de naturalib. liberis.

v l. vn. si curia relict. ciui. rus habit. mal. lib. 10. C.

v l. 1. §. in filiis §. in auo. vers. quod si & § fin. l. spurij in principio & §. qui iudicij l. honores §. is qui & l. fin. ff. de decurionibus.

A existimet curiæ loco supplicij quęquam deputandum, cum vtique vnumquemq; criminosum non dignitas debeat, sed pœna comitari. [x] Aliaque Valentiniani & Valentis prohibitum, ne quis ordinibus curiarum adgregetur, nisi nominatus & electus: ac ne quis ob culpam ob quam eximi ex ordine deberet, mittatur in curiam,[y] suntque ideo, qui hanc pœnam, infligi cuiquam non posse putent: vt cœnobio addicatur. Vnde & arcis cuiusdam tutelæ præpositus, à Luca Penna reprehensus, quod sceleris compertum supplicij loco, dominicanæ familiæ sodalitio
B mancipasset.[z] Quem nodum vir eruditissimus Iac. Cuiacius ita dissoluit, vt longe aliam officialium, id est, apparitorum rationem fuisse dicat, ne curiis dederentur, quam clericorum & sacerdotum. Cum enim pœna deteriorem non meliorem eius qui punitur conditionem faciat, merito clerici delinquentes, curiis debebãtur, vt qui ita à meliore conditione in deteriorem transferrentur: sicut monachi qui relicto monasterio se ad militiam aliquam aliamve vitæ rationem contulissent. Siquidem ij prouinciæ præsidi apparere cogebantur, atque hunc mutatæ vitæ fructum ferre, vt cum diuinum ac cœleste ministerium
C contempsissent, tribunali terreno deseruiendum illis esset: [a] Quod non itidem de officialibus dici poterat, quorum hoc genere pœnæ conditio deterior non fiebat. Inhonorati enim hi habebantur & ex libertis plerumq; creabantur, [b] eorumq; opera magistratus quibus apparebant in vilioribus ministeriis sæpe vtebantur, vt ex Apuleio datur intelligi, cum ait. Pythias seniculum pro ædilitatis imperio voce asperrima increpans, profusa in medium sportula, iubet officialem suum insuper pisces inscendere, ac pedibus suis eos obterere.[c] Vt merito constitutum fuerit, illos supplicij loco, curiis dedendos non esse. Nam & Gratiani Valentinianique rescripto ad Olibrium vetitum est, ne
D quis pro coërctione delicti vel pistoribus, vel cuicumque alteri corpori (cum alterius sit corporis) addicatur.[a] Quod vtique locum non obtinet, cum corporis vnius ad aliud trãslatione, translati conditio deterior fit. Vnde & Vrbanæ præfecturæ apparitor (qui & Vrbanicianus dicitur perpetui paneficij nexibus, id est, pistorum collegio addici poterit.[b] Illud præterea dici potest, sacerdotes & clericos (qui curiis mancipati iam clerici non habebantur, sed plebeij ac prophani) [c] quamuis curialia omnia onera subirent, honore tamen & priuilegiis curialium siue decurionum frui solitos non fuisse, sicut nec Iudæos, Samaritanos

x l. ne quis, §. fiscalium de decurionibus lib. 10. C.

y l. ordinibus de decur. in C. Theodos.

z Lucas à penna d. l. ne quis.

a Nouella inst. 5. de monasteriis & monachis.

b Tacit. lib. 13.

c Apul. asin. aureo lib. 1.

a l. ne quis C. de pœnis.

b l. 2. de apparit. præfec. vrb. lib. 12. C.

c d. nouell. 6. §. cæterum.

& hæreticos curiarum nexibus addictos, quos Iustinianus con- A
stitutione noua curiali quidem omni honore indignos, nec
ideo tamen minus ad implenda curialia munera cogendos esse
voluit.[d] Quod absurdum cuiquam videri non debet, iustum
quippe non est, eos æqua cum illis lance pensari, qui curiales
nati, aut nullo suo delicto curiis addicti sint. Nec nouum est, vt
quis decurio sit, & tamen honoribus non fungatur. Scribit enim
Callistratus posse alicui pœnam iniungi ne honores adipisca-
tur, nec eam rem facere vt decurio esse desinat: cum fieri possit,
vt quis decurio quidem sit, ad honores autem non admittatur:
nam & senator quis esse potest, & tamen honores non repete- B
re.* [e] Cui sententiæ consentaneum, quod ex decurionum ordi-
ne permulti in reipub. gubernatione ciuitateque regenda ac
defendenda non versabantur, sed potius in sumptibus reipub.
causa faciendis, quales decaproti seu decemprimi: qui tributo-
rum exactioni ita præerant vt si qua detrimenta fiscus defuncto-
rum culpa contraheret, ipsi suis sumptibus resarcirent: de qui-
bus Arcadius. Decaproti & Icosaproti tributa exigentes, & cor-
porale ministerium gerunt & pro omnibus defunctorum fisca-
lia detrimenta resarciunt, vt merito inter mixta hoc munus nu- C
merari debeat.[f] Nec ideo inter honores habendum sit, quem-
admodum nec quæstura, aut Kalendarij curatio,[g] publicæ viæ
munitio, thermarum calefactio, & quæcunque aliæ curæ istis
sunt similes: cum etiam iureconsulti honores à muneribus tam
patrimonij quam personarum secernant.[h] Vsque adeo vt igno-
miniæ causa sacramento liberati, quamuis honoribus abstinere
debeant, à muneribus tamen ciuilibus excusati non sint.[h] Et in-
fames, licet nullis honoribus, qui integræ dignitatis hominibus
deferri solent, vti possint: curialium tamen vel ciuilium mune-
rum vacationem non habent.[i] Ex iis itaque dilucide liquet ini- D
qua admodum cōditione clericos fuisse, qui curiis dedebantur,
nec idcirco impunes dici potuisse: vnde & infames à Fabiano
Pontifice,[i] & serui reipub. à Maioriano dicti.[k] Vetatque ideo
Iustinianus cohortales & decuriones clericos aut sacerdotes fie-
ri, ne qua ex tali fortuna sacerdotio & clero oboriatur contu-
melia.[l] Nam & hos etiam ab imperatoribus interdum dure in-
clementérq; habitos, & ob leuia delicta seuerissime castigatos
indicio est, quod de Valentiniano scribit Ammianus Mar-
cellinus his verbis. Cum in negotio Maxentij cuiusdam
Pannonij ab executione à iudice recte maturari præcepta,

d nouell. Iust. 45. ne Iudæi, Samarita, & hæretici, &c.

* In Gallia nemo potest esse senator sine honore.

e l. relegatorum §. sciet ff. de interdict. & relegat.

f l. munerum §. mixta munera ff. de munerib. & honorib.

g d. l. munerum §. 1.

h l. rescripto §. sciendum l. ad remp. l. honorem, l. cui muneris & l. honor. eod. tit.

h l. 1. de iis qui nō implet. stip. lib. 10. C.

i l. vnic. de in famib. lib. 10. C.

i d. can. statuimus.

k nouell. maioriani 1. de curialibus.

l d. nouell. 123. de ecclesiast. capitulo §. certe & §. sed neque.

A trium oppidorum ordines mactari iussisset, interpellauit Euptaxius tunc quæstor: & parcius, inquit, agito piissime principum: & hos enim quos interfici tanquam noxios iubes, vt martyres, id est, diuinitati acceptos, colit religio Christiana. Cuius salutarem fiduciam præfectus imitatus Florentius, cum in re quadam venia digna audisset eum percitum ira. Iussisse, ternos per ordines vrbium interfici plurimarum, & quid ageret, ait, si oppidum aliquod curiales non habeat tantos? inter reliqua id quoq; suspendi debet, vt cum habuerint occidantur. [m] Hactenus Ammianus, apud quem ordinum vocabulo non curiæ seu curia-
B lium collegia, sed curiales ipsi significantur, cum dicit Valentinianum, trium oppidorum ordines mactari iussisse. Sicut alibi cum ait illud parum ferendum, quod municipalium ordinum cœtibus patiebatur iniuste quosdam adnecti, vel peregrinos, vel abhis, consortiis priuilegiis aut origine longe discretos. [m] Quomodo apud Cassiodorum variarum libro nono in edicto à Thalarici regis pro curialibus. Ordines vestri æquabiliter viuant. Cum vero Valentinianum, ternos per ordines vrbium interfici voluisse plurimarum tradit, ordinum nomine curias & collegia
C curialium intelligit. Sicut Honor. & Theodos. rescripto suo ad Anthemium P. P. Ad inferiorum curialium releuandas fortunas, & impressionem potentium cohibendam. Placuit vt Apochæ siue descriptiones quæ per singulos ordines agitantur, non sumant ante principium quam apud acta prouinciarum rectoribus intimentur. [n] Itémque Gratianus Valent. & Theodos. ad Ensignium procur. Aphric. Viri ordinibus nati ad militiæ non debent sacramenta confugere. [o] Sicque ordo decurionum vel ciuitatis pro curia ipsa & collegio, decurionum à iurisconsultis frequenter accipitur. [p] Appellatúrque interdum simpliciter & absolute ordo eodem sensu. Vt ex plurimis iurisconsultorum
D responsis intelligere licet. [q] Sicut ex eodem Ammiano, cum ait, de Iuliano loquens, vilitati studebat, venalium rerum, quæ nonnunquam secus quàm conuenit ordinata, inopiam gignere solet & famem. Et Antiochensi ordine id tunc fieri, cum ille iuberet, non posse, aperte monstrante, nusquam à proposito declinabat. [r] Item ex Constantini rescripto ad Rufinum. Si decurio sine liberis diem vitæ soluerit, neque ei alio iure, gradu proximus hæres extiterit bona eius curiæ suæ commodis cedant, id est, ordinis vtilitati proficiant cuius corpori subducitur. [r] Est & alius eiusdem Ammiani locus, ex quo datur intelligi,

m Am. Marcellin. lib. 27.
m Am. Marcellin. lib. 25.
n l. 1. de apochis publ. lib. 10. C.
o l. viri de decurio. in C. Theodos.
p l. ordine ff. ad municipa. l. alimenta §. 1. ff. de aliment. vel Cibar. legat.
q l. si sponsus §. Marcellus ff. de dona. inter. vir. & vxor. l. 3. & §. 6. ff. quod cuiusque vniuers. l. fin. ff. ad munic. p. l. 1. §. sed & si præses ff. quãdo appell. sit l. vni. nihil inno. appell. inter.
r l. vn. de bon. decur. in C. Theodos.

curiales inuisos adeo Iuliano imperatori fuisse, vt vix quisquam eorum ius suum apud illum obtinere posset. Tametsi alias æquum & se incorruptum iudicem omnibus præberet. [s] Illud (inquit) amarum & notabile fuit, quod ægre sub eo curialibus quisquam appetitus, licet priuilegiis & stipendiorum numero & originis penitus alienæ fortitudine communitus, obtinebat æquissimum: adeo vt plerique territi emercarentur molestias prætiis clandestinis. Illic enim (nisi fallor) appetitus valet addictus vel aggregatus, quo sensu vocem hanc (quod meminerim) alibi legere non est. Suntque hæc Ammiani verba ad illa quæ paulo ante dixerat referenda, alij quætentes consortiis se curiarum addictos iniustè. Videnturque de Christianis curiarum nexibus adstrictis accipienda: quos maximo semper in odio apud Iulianum fuisse, tam sacræ quam profanæ, passim testantur historiæ. [t] Quam fœde igitur insciteq; lapsi fuerint Innocentius, Gratianus & qui eos sequuti sunt Pontificij, dum curiæ clericos traditos interpretati sunt eos qui solemni exauctoratione præcedente magistratibus prophanis dediti essent ad pœnam. [u] Ex superioribus adeo perspicuum fieri arbitror, vt pluribus reuincere nihil attineat: Hanc autem pœnam, profanis etiam à veteribus infligi solitam ex antedictis satis liquere arbitror. Sicut ex Honorij & Theodosij, rescripto ad Asclepiodotum in his verbis. Hæc lex non ad illos pertinet qui curiis, per sententias iudicum traditi sunt, quos quidem propriam necesse est, cui addicti sunt fortunam amplecti. [x]

s. Suidas in Iulian. Ammian. Marcellin. lib. 22.

t Nicephorus eccles. histor. lib. 10. cap. 3. 4. & 5. Sozomenus tripart. lib. 6. cap. 4. & 7.

u. Can. sicut & can. sequen. 11. quæst. 1. glo. d. can. clericus d. cap. nouimus.

x l. qui intra de priuilegiis eorum qui in sac. pala. milit. in C. Theodos.

FINIS.



INDEX VOCVM AC RERVM IN HOC VOLVMINE Contentarum.

A

Aaron sacerdotio expunctus & supplicio affectus pagina 727. d
Abactor 489. b
Abactus ibid. c
Abigeatus ibid. c
Abigeus quis & cur grauiore supplicio quàm alius fur afficiatur 488. c.d. & dein.
Abigeus an sit qui pecus incustoditum clanculum abduxerit. 492. d. 493 a
Abigei an sint qui domitum pecus a stabulis abigunt ibid.
Abigei an sint qui vim nullam adhibuerint. ibid.
Abigei etiam latrones dicti. ibid.
Abigere pecus capitale apud Britannos 490. b
Accursius hallucinatus 226. b
Accursius sibi contrarius ibid. c
Accursij, Bartoli, Alberici & Angeli error. 765
Accusari quis de crimine quo absolutus fuit quando possit 225. 226
Accusatoribus eorum qui largitionibus corrupti essent honores habiti 254 c
Actæon à Diana in ceruum mutatus. 565. à à canibus suis laniatus, 599. d. & deinceps.
Actuarius 206. d & 207
Actuarius an in ea curia quis esse possit in qua præsidem aut senatorem gentilem vel affinẽ habeat 321 & 322
Actuarius traditum sibi sententiæ aduersarium nulla ex parte auctum vel imminutum in sẽtentiæ exemplum transferre debet 238. b
Actuarium in Gallia non habent classes inquisitoriæ 420. d
Actuarij cuiusque senatus in Gallia an è corpore curiæ 433. d
Actuarij è conclaui cur interdum exire iubentur ibid.
Actuariorũ ministerio senatus decreta recitanda & legatoribus edenda 483. b
Actuarios etiam Romanum Senatum habuisse ibid.
Adelphi 145 a
Adesse alicui quid 234. b
Aditus faciles in principe & iudice laudati 78. a. b
Adiutor gentilis non sumendus ab [illegible] gandorum testium negotium datur [illegible] 327. a. & 322. b
Adiutor magistri officiorum [illegible]. b
Adiutor matrimonij [illegible]. b
Adiutor Prætori à senatu datus. [illegible]
Adiutor Quæstoris ibid. a
Adiutor tutelæ 327. a b
Adiutor vrbani officij 324. b
Adiutores episcopis quando dentur 326. c. d
Adiutores qui & quibus dandi 324. a
Adiutores regibus quibus dandi ibid. d
Adiutores & suffecti regiorum tam causidicorum quam cognitorum 329. a
Adiutores & suffecti in senatu quando dari soliti 328. c
Admonitionis verborũque castigationis pœna quibus irrogandæ, 7. 638. & deinceps.
Adoptio 307. d
Adoptiuus nec verè nec propriè filius. 307. c. d. & 311. a
Adoptiui in quibus filiorum nomine censendi ibid. a
Adrianus Cæsar venationem semper cum amicis participauit 269. b
Adscribere pro scribere 421. b. c
Adscripta paulo pro subsignatione 418. b & 421. c
Adscriptor subsignator ibid
Aduersaria 203. d
Adumbrata supplicia 675. b
Aduocatus 31. a. 48. d 49 a
Aduocatus ab amico vel necessario in adue-

catioоem vel consilium aduersus æque coniunctum rogatus ao ei adesse debeat 5.c. d. & 6.

Aduocatus ad magistratum cuectus eo deposito ad pristinum aduocationis munus redire non prohibetur. 78.c.d.

Aduocatus à quibus causis auspicari debeat 46.c. 47.51.c.288.d.287. a

Aduocatus arcana causæ quæ inter consultandum didicerit aduersario detegere non debet 29.c

Aduocatus calumniosæ litis cursum morari non debet 30.c

Aduocatus causam improbam oon suscipiat 15.

Aduocatus, causam imprudenter susceptã mox vt iniustam cognouerit dimittat ibid.

Aduocatus clientem deserens ne habeat. 17

Aduocatus clientem deserens cuius criminis reus fieri possit, vide Cliens.

Aduocatus fisci proprium filiorum vel pupillorum causam an aduersus fiscum agere prohibeatur 23 c

Aduocatus fisci qui quondã fuerit an priuatam causam aduersus fiscum agere possit ibid. c

Aduocatus clieotibus quatenus commodare debeat. 35 d.36.a

Aduocatus dandus peteotibus & his qui non habent 11. & 15

Aduocatus dandus qui noo sit imperitus 8. d

Aduocatus falsum aliquod axioma oe in medium adducat 30.c

Aduocatus non nisi facto doctrinæ periculo in album causidicorum ascribendus 14 a

Aduocatus nisi paratus & meditatus ad causas agẽdas noo accedat 38.d

Aduocatus peracta causa sedere oon prohibetur 45.a

Aduocatus postulare & consilium dare cogendus 3. b.c

Aduocatus qua ætate ad causas agendas accedere debeat 41.d

Aduocatus qua ratione efficere possit oe suscepta lite improba clientelam fallat 38

Aduocatus quale sacramentum in ingressu officij præstare debeat 14.d

Aduocatus quemquam ne instruat ad falsum facieodum 35.d.36.a

Aduocatus qui clienti cum causa oranda esse defuit an pœna dignus 26. a. b

Aduocatus quibus ex causis patrocinium detractare possit 2.3.4. & 5

Aduocatus qui visis iuribus alicuius parti diuersæ accesserit an preuaricator censeodus 25

Aduocatus quibus ex causis cœptam litem dimittere possit. 17. b.c

Aduocatus quis creandus 14

Aduocatus seotentiam falsam vel iniustam dici postulare non debet. 35. d

Aduocati auxilium Romæ nemini vuquam defuit 2

Aduocati cultus & vestitus 55. c

Aduocati muous à procuratoris officio differt 3.c. & 49.a

Aduocati cultus & insigne in Gallia 58.a

Aduocati mendacis pœna 33. a

Aduocati moratoris pœna 30 c

Aduocati officium non ideo vile quod ob causas orandas aduocati mercedem accipiao 436.d t

Aduocati pœna qui falsum instrumentum recitauerit. 36. c

Aduocati qui falsis allegationibus iudicem circumuenerit & qui aotiquatas constitutiones citauerit pœna 34.35

Aduocati qui præuaricatus fuit pœna, vide præuaricator

Aduocati tyrocinium in senectutem non differendum 83.b

Aduocato an interdum mendacium dicere & iudici veritatem auferre liceat 33. c. d. 34. a

Aduocato dubia pro veris & certis asserere fas non est. 32. d 33 a

Aduocato ex iusta causa susceptum patrociniũ implere detractanti an in aduersarij partes transire liceat 20. c

Aduocatio qui cuiquam à consiliis fuerit an & quando in aduersarij partem transire liceat. 30.a.b

Aduocatum causa peracta sessum ire nihil prohiber 45.a

Aduocatum causam agentem stare cur constitutum 41.b 43.44

Aduocatum & oratorem iurisperitum esse oportet 42 c

Aduocatum Claudius in inferis coram Æaco reus factus non inuenit 13.a

Aduocatum nullum vel imperitum habere par esse 9.b

Aduocatum quis moribus excuset quo minus susceptum patroicinium impleat. 16.b

Aduocatum veracem esse oportet 32 d

Aduocati apud aram coosultantes. 40.a

Aduocati in alio seculo qui 81. a

Aduocati negligentes & ambitiosi reprehensi. 39.a

Aduocati Plauto pro testibus 189. a.b

Aduocati qui eloquentia sua iudicibus imponunt pœna digni 34.b

Aduocati quorum potissimum hominum patrocinium defugiaot. 1

Aduocati sacerdotes dicti 59.c

Aduocati toga indui soliti 57.a.

Aduocatorum distributio lege apud Armoricos vetita 9. b. c
Aduocatis post causam peroratã donec actiones suas constituerint abesse non licet 37.a
Aduocatos omnes qui clarioris in foro sint nominis sibi adhibere cuiquam non licet. 9. c. d.
Aduocationem aduersus amicum præstare nemo cogendus. 5. b
Aduocatione & causarum omni actione regiis iudicibus in Britannia Celtica interdictum 73 c. d
Æacus iudex apud inferos Claudio aduocatum dari vetat qui eum defendat 13. a
Æ diles summatim & è plano omissis iudiciorum solemnibus leuia delicta castigabant. 576. c. 577. 578
Ædilium muneri quid incumberet 576
Ægyptiorum vetus institutum quo ei qui falsis litteris inscriberet aut de scripto demeret aut falsas syngraphas afficeret ambæ amputabantur manus. 574. c. d
Ælij 314. b
Æmatus Hennequinus Rhedonensis Episcopus 460. c
Æpolus Carpalius arbiter & disceptator inter Menalcam opilionem & Daphnidem bubsequam de bucolici carminis præstantia dimicantes delectus 236. d
Æquitatem tolli si suum vnicuique non tribuatur quomodo accipiendum 231 c. d
Æquitatis & iuris differentia 233. c
Ærarij 712. b. & deinceps.
Ærarij qui fierent ibid. & deinceps
in Ærarium relati qui dicebantur 712. b
in Ærarium relati cur apud ærarium pendere dicti 714. a
in Ærarios an etiam equites referentur. 713 b
Ærario aut qui ærarij filius esset non ante Athenis quam rationem reddidisset rem administrare licuit 298. c. d
Ærati 713. d
Ære diruti 776. d. & deinceps.
Ære diruti non semper militia expuncti ibid. & 777. a b
Æs resignatum militi quando dicebatur 778. b & deinceps.
Ære resignati Ibid. & deinceps.
Æschilus personæ repertor 555. c
Æsopum fabulatorem Lycerus Babylonis Rex iratus interfici iubet. 683. c
Ætas aduocatoria 45. d. Consularis 384. Imperatoria 289. d. 290. a. magistris libellorum & præsidibus in Gallia præfinita 404. procuratoria 49 a quæstoria 403. b. c. senatoria. 382. c. d.
Ætas senatoria apud Bythinos 387. c. apud Venetos 390. c
Ætatis gratiam cur consiliarius senatus Britanniæ non faciat. 383. b. c.
Ætatis senatoriæ cur annus quintus & vigesimus in Gallia præscriptus. 483. d. 484. a 485. d. 404. a.
Æthiopum ædes ianuis carent. 490. c. 473.
Ætolorum sanctius consilium ex quibus constabat 323. d. 451. b
Affinitas inter socerum & generum an filiæ morte dissoluatur 368. b
Affinitas nulla inter coniugem & affines coniugis. ibid.
Africanus causarum defensor à Valentiniano Imp. iniustissime damnatus 676. c
Africani responsum ex lib. 4. quæst. aliter quam vulgo soleat explicatum 666. b. & deinceps.
Agamemnon accepta equa virũ diuitem sed ignauum militia soluit 758. d. 759
Agape 89. d
Agens pro magistro officiorum 324. b
Agesilaus apud Lacedemonios vnicuique Senatori mox vt designatus esset lænam & bouẽ dono mittere solitus 282. d. 283. a
Agesilaus cur ab Ephoris mulctatus ibid.
Agesilai actus in dimittendis equitibus timidis idoneisque in eorum locum substituendis 758 d. 759. a
Agripina qua spe ducta Senecæ prætutã & burro prætoriarum cohortium curam impetrauerit 108. d. 109. a
Alani 497 a b
Albati veteres conuiuia inibant 64. d 65. a
Alcamenis Teleetri filij apophtegma 260. a
Alciatus carpitur 218. c. 219. d. 711. b 738. d
Alciatus Langlæi præceptor. 406 c. & 738. c
Alciatus & Floridus de significatione verbi exauthoro frustra digladiati 738. d
Alcumena stupri a marito arguta quomodo placata 629. b
Alea vel cattulis pictis ludentes in actu reperti summatim & è plano coercendi 578. c
Aleatoria amicitia. 95. c
Alexandri Macedo nominari tertius inter nouem recusabat. 380. d
Alexander Seuerus cum exoletos vetare constituisset cur in sententia non mansit. 529. a. cur pref. prætor. Senatores esse posuerit. 467. d
Alexander Seuerus cum iudices promoueret argento, & necessariis instruebat 29. rectores prouinciis daturus aut alios magistratus facturus nomina eorum proponebat 409. a. b Senatorem nunquam sine omnium senatorum qui aderant consilio fecit 371 c. d, venationem quam habuit frequentem cum amicis diuisit, 269 b. eius odium in fures iu-

dices 261 b. eiusdem scite dictum de his qui aliena rapiunt. 258. b
Alexander Narcisso pontifici Hierosolimitano coradiutor datus. 326.d
Alexandri magni fera de Clyto pœnitentia 693.a
Alphenum à Plutarcho nihil mutuatum, contra quem scripsit Alciatus 219.d.220.a
Alpheni plures 220
Alphonsi Aragonum Regis humanitas erga equitem quendam Neapolitanum mente captum, 336. b. eius clementiæ exemplum. 654. scite dictum ibid.
Amantes supramodum iidem & supramodū oderunt 156.b
Amatorium poculum dans qua pœna afficiendus 580.b
Am[illegible]nuenses Regij cooptationis suæ tempore a[illegible]nilibrâ collegio dono dare soliti. 278 c
A[illegible] 271.c
Amb[illegible]tio [illegible] interdum excusandi patrocinij causa. 5
Ambitiosa missio 8. & 10
Ambitiosa decreta 755.b.c
Ambitiosa rescripta. ibid
Ambitiosæ iudicum sententiæ ibid
Ambrosij Mediolanensis antistitis precibus capitis quidam damnatus supplicio liberatus 785.b.c
Ambitiosè dimissorum pœna & à quibus irrogari solita 754 & deinceps.
Ambubaiarum collegium. 335.c.d
Amicale 279.b
Amicus inimici non insectandus 164
Amico reconciliato quatenus fidendum 166.d 167.a
Amicorum nomine apud Ciceronem arbitri interdum intelliguntur 234.b
Amicis quatenus commodandum 36.a
Amicitia virtutis & fidei nomen 152.d
Amicitiæ verè aut ficte reconciliatæ argumenta 166. & 168.
Amicitiam violare an is dicatur qui eum amico amicitiam instituit & qui amici amicum pro hoste habet 164.ab
Amicitiæ inter absentes literis reuocandæ 156. a.b
Amicitiæ parentum recte in liberos transferuntur 123.a.b
Amicitias perennes mortales inimicitias 165.c
Amicitias remissione vsus eleuari ac dilui 155 d
Amicitias sola locorū distinctione non dirimi ibid. b c
Amphictionum iudicium 216.c
Anaxarchi ad Alexandrum verba adulatoria 462.a b
Animi mortalium in calamitate molles 188
Anna Bolenia Angliæ regina 328.a
Annalis cur L. Iulius dictus 391.& seq.
Annalis seu annuaria lex 330. d. 331
Annos suos transilire 291.b c
Annus cœptus quando pro pleno habendus. 389 390.
Anitus Atheniensis primus omnium iudices pecunia corrupit. 262. d
Antidoton 270.a
Antigraphe 483. d
Antigraphus seu antigraphatius 317.c
Antiochenis Theodosij constitutio de executione sententiarum ab iratis principibus dictarum quid profuerit 647
Antius legis à se latæ custos acerrimus 93. b
Antiquiores in senatu qui censeantur 359. c d 364. d.
Antonius philosophus in saliatu suo nemine præeunte multos inaugurauit & exaugurauit 746
Antonius philosophus cum de capite senatorum iudicandum erat secreto pertractabat 467. c. d
Antonius Pius adhuc priuatus ad eam partem Italiæ regendam in qua plurimum possidebat electus. 399.a
Antonius Augustinus in re perspicua dubius 756.b
Antonius cum ithyreis & armatis curiam iniuit 454.b.c
Antonius Læua Cæsariani exercitus dux in subribus 612
Antonius primus senator vt tabularius ad obsignandum subdititium Domitij Balbi testamentum adhibitus 439a
Apocleti seu Apolecti 323.c
Apolonij ad Vespasianum prudens admonitio 462d
Apollonio in carcerem coniecto missus, ad eū captandum sermonum quidem auscultator 187. b
Apoditerium 503.a
Apparitor vrbanæ præfecturæ an pistorum collegio pœnæ loco adici possit 789.d
Apparitores iudicum cur supplicij loco curiis adici vetitum 789
Apparitores viles & inhonorati 789
Apparitoribus interdum reorum custodiam committi 518
ἀπάλλαγμα 488.d
Appellationes omnes vt à indicibus ad senatū fierent quando primū constitutum. 379
Arbiter cur ita dictus 232.d
Arbiter cur proxeneta appellatur 233.c.d
Arbiter inimicus alteri ex litigatoribus factus an excusandus ne sententiā dicat 159.d. 160 a.

Arbiter qui in dicenda sententia errauerit mutare aut emendare eam non potest. 221.d
Arbitri potestas amplior quam iudicis 232.c.d
Arbitro an ... se præbere liceat 231 a
Arbitri qui potissimum eliguntur 233.d. 234.a
Arbitria in quibus differant à iudicijs 231.233.
Arcanorum occultatio naturalis iuris est 29.d
Archemori Lycurgi filij interemtus 605 a.b. c d
Archilocus cur à Lacedemoniis in exilium actus 597.b
Architectorum & fabrilium operum magistrorum renuntiatio, vide renuntiatio. Areopagitarum iudicium de muliere que poculum amatorium cuidam dederat ex quo mortuus ille fuerat 580.c
Argentum & aurum anima mortalibus 161 a
Argumentum à militia armata ad cælestem forensemque & palatinam 130.c
Aristides & Temistocles condiscipuli susceptas à teneris annis inimicitias ad senectutem vsque aluerunt 581
Aristidis graue prudensque dictum 135
Aristoteles à venatoribus, aucupibus, piscatoribus, & huiusmodi aliis quæ ad naturam animalium pertinentia nesciebat edoctus 228.c
Aristoteles summus in omni scientia vir 228 d
Aristotelis in nominando dyatribæ suæ successore modestia ac verecundia 381 b
Armentarij 492.c
Arsaces proditionis conuictus camelo impositus per vrbem spectante populo circunductus 635 b
Arnaudus Ro. vrb. præf. maiestatis conuictus priusquam supplicio afficeretur exauguratur 730. a
Atilius amphiteatri constructor quam obrem in exilium actus 594.b. Vbi male Aquilius
Atys Crœsi filius quo pacto imperfectus. 602 b
Aucupium 269.d
Augur non cooptatus qui cuiquam ex collegio esset inimicus 115
Auguri etiam summorum flagitiorum comperto sacerdotiũ dũ viueret nõ abrogabatur 730 a
Augures commentandi colloquendique causa nonis conuenire soliti 315.b
Augures duos ex eadem gente fieri non licuisse 306.b
Augurum quanta fuerit auctoritas ibid.c
Augustini scite dictum de his qui perturbatione aliqua festinant 291.a
Augustus à Diomede dispensatore in magnum vitæ periculum adductus 602 c
Atario de filii paricidio cognituro in consilium adhibitus cum ante ab eo scriptus hæres fuisset quomodo suspicionem quam de se haberi poterat purgauerit 107. Gladio cinctus loricaque tectus aliquando senatui præsedit 457.c
Libere in senatu censemes æquo animo tulit 344 liberis senatorum latum clauum inducere & curiæ interesse permisit. Pinarium equitem Romanum veluti curiosum supplicio affecit 565.a. quid moriens præceperit 291 sermones grauiores etiam cum Liuia sua non nisi in scriptis habuit 244. testem se refelli æquo animo passus est 100. d. Thallo amanuensi cur crura effregerit 569.b triumuir Toranium tutorem suum proscripsit 124.b
Augusti clemẽtia & liberalitas erga Cinnã 166.c
Aulicum & sacrum principis consilium quibus ex personis constitui solitum 322.323
Aulus Virginius Spur Seruilium collegam suum in consulatu reum testimonio suo iuuit 152.b
Aul. Vitellius imperio cessurus pugionem principatus insigne magistratibus obtulit. 733. b.c
Aul. Vitellius insultanti militi quid responderit 369
Auocamentis causarum à supremis curiis ob senatorum reiectiones an & quando locus esse debeat cum iudices non reiecti ad numerum manent 120 b
Auris abscissio capitalis pœna non est 645 647
Auris amputatio an pœna sanguinis sit 647
Aurem alicuius qui tetigit totum hominen tetigisse videri quomodo accipiendum 645.b
Aurium abscissio an meri imperii 644.d
Aurium abscissionis pœna recens non est 642.a
Aures sibi perforari cur tam viri quam fœminæ faciant 645 d
Auriti hominis testimonium in testamentis non admittendum. 191.b
Auritis testibus in maleficiis an fides habenda. ibid.
Aurum pauchrestum medicamentum cur Cic. dixerit 252.b
Auri sacra fames 251 d.
Auro & pecunia omnia expugnari posse ibid.
Ausonius emendatus 776.d.777
Authoritas præscripta quid sit apud Ciceronem 415 a.b.c
Authoritas senatus quid & cur sic dicta 416.a
Authores summarum 302.d.303 a

B

Baccanalium rei variis suppliciis afflicti 519.d. 520.a
Bacchanalium sacrarium maximum scelerum omnium seminarium ibid.
Balantiotomi 509 a
βαλαντιον ibid.
βαλαντιοτομεῖν ibid

Baldus Perusinus ætate grandior iuri ciuili operam dare cœpit 82.d.83.a
Balnea meritoria 531.d
Balnearii custodes 502
Balnearii seu balneares fures 500.c.& seq.
Balneator 502
Balneator neminem à balneis excludit 501 e
Balneator subtractis vestimentis apud se depositis quid præstare debeat 503.b
Baptistæ Fulgosij eror 750.c.752
Beneficium 411.e
Beneficii verbogratiã plerumque intelligi 764.e
Beroaldus & Sabellicus Tranquilli interpretes hallucinati 739 a
Bertrandus Marillacus Rhedonensis episcopus 461.b
Bessus Darii interfector Alexandri, iussu mutilatis auribus sagittis confixus
Biarchus 772 e
Biarchia ibid.
Bis de eadem re apud eundem aut alium iudicem nec Romæ nec Athenis agi licuisse 223 a
Blanditias & illecebras mulierum a vi & necessitate non multum abesse 521.a
Bodillus Childericum secundum Galliæ regem adortus simul cum coniuge vterum ferente interfecit 700.d
Breuiculus vel breuiculum 243 b
Brissonius 417.a
Britannia non adeo ægra & virorum inops vt senatum suppeditare sibi nequeat 398 b
Brutedius niger 290.e
Budæus carpitur 102.103 & seq.
Buleuræ 273 a.b c.d
Buleutæ an certum aliquid pro introitu dare debeant 273.b
Buleuterium 447.b

C

CÆcitatis pœna 500 a
Cælius Calcagninus Hallucinatus 519.a
Cæli Rhodigini lapsus 513 d
Cæpasij fratres 293 d
Cæso Quintius capitis discrimine commilitonum testimoniis liberatus 151.b
Caius Aquilius acutus & exercitatus prompta & parata in agendo & respondendo celeritate 427.d
C. Aquilius Ciceronis in prætura collega 333.e
C Aquilij domus vbi fuerit ibid.
C. Carbo accusator M. Cottæ repetundarum rei consularibus honoribus exornatus 254.d
C. Carbo cottæ accusator ab eius filio eiusdem criminis cuius patrem accusauerat reus factus ibid.
C. Cæsar decretis suis testes & signatores multos adhibere solitus 417.d & seq.
C. Cæsar Valerium Catullum cuius carminibus proscissus fuerat verbis satisfacientem eadem die cœnæ adhibuit 631.e
C. Cæsaris scomma in Scyllam 265.b
C. Cæsaris sententia de Catilinariæ coniurationis reis 347.e
C. Claudius Appii patruus ab ipso Appio primũ sententiam rogatus 313.a
C. Cornelius ad diluendum crimen sibi obiectum collegarum testimoniis vsus 151.d
Curiatius Tribunus pleb D. Brutũ & P. Scipionem Consul. in vincula coniecit 761.d
C. Curio ex milite statim imperator fieri cupiens subito lapsus 289 d
C. Flaccus flamen dialis rem per multos annos intermissã repetiuit vt in Senatũ introiret 458.d
C. Flaminius quo seculo vixerit 459.b
C. Gracchus 261.d. 262 a
C Marius in causa Plotii militis propinqui sui iudex sedit 106.b
C. Sempronius consul Romanus 469.c.d
Calendarium. 109
Calendarium suum qui testamento suo præstari alicui voluit nomina etiam debitorum præstari voluisse intelligendus est 109
Calligula accepto ab vxore Cæsonia amatorio poculo in furorem versus 581.a
Callistrati Iurisconsulti locus emendatus 491 d
Calumniatorum pœna apud Thurios & Gallos 635.d
Calpurnius piso à Tyberio incusatus quod gladio cinctus curiam introiret 454 a
Cãbyses ira percitus Crœsũ interfici iussit 683.a
Cambyses quale supplicium sumpserit de Sysãne sordido iudice 253.e
Canonicus an in causa sodalis iudex sedeat 116.b
Canonicus an sodali & concanonico testimonium dicat 151.d
Canonicus qui præbendæ instrumenta sodalitio reddit an iuri suo renunciare dicatur 111
Capitalis ex inimicitia ex leuissimis interdum causis nascitur 169.c
Capitalis inimicus quis 160.c
Capitalis inimicitia vt contrahatur 161.c 165.d
Capitalem fraudẽ admittere quis dicatur 580. a
Capsa 502.b
Capsarii ibid.
Carceri præpositus cuius culpa carceratus euaserit quomodo puniendus 586.d
Carina 218 d 219.a
Carmen 782.b
Carolus frater Ballinsulius Britanniæ præses 406.a
Caroli noni constitutio munera & esculenta iudicibus prohibens 249.b & deinceps
Caroli noni edictum ne quis triremibus in breuius quam decennii tempus addicatur 667.a.b

Carolo sexto Galliarum Regi cur adiutores & administri dari 327.a
Catalogus clientelarium reorum 208.c
Catarina Hauarda Angliæ regina 318.a
Catellianus Cotta carpitur 778.b & seq.
Cathedralia 276.a
Cathedratica ibid.
καθέδρα 77.c
Cato cum Phocione quamuis ab eo sæpe dissentiret inimicitias numquam exercuit 349.d
Catonis in dicendis sententiis libertas 348.a
Causa etiam iniusta à dolo & ne quis deliquisse videatur excusat 499.d
Causa quando per mediocritatem dirimenda 230.c d
Causæ ab obnoxiis iudicibus ad senatum non auocandæ 463.c
Causæ iniustæ aduocatorum pascua 16.b
Causas agere an tribunis, an aliis in magistratu positis liceat 74.& deinceps
Causasè curiis & à suis partium iudicibus auocare quis possit in Gallia 461.d
Causas humilium & amicorum qui ex veteribus Aduersus potentes & gratiosos etiam iniussi receperint 9.& 10
Causas in senatu magistratus sui tempore multos egisse. 78.b
Causas sine iusta causa euocare an principi liceat 462.a
Causaria missio 743.d
Causaria missio cur ea non dicatur quæ non omnino sine causa datur 759.b
Causaria quibus detur 743.d
Causariæ missionis formula 746
causariæ missioni an seculo Augusti & posteriorum imperatorum locus fuerit 743.d
causari 759.c
causidicus vel cognitor regius an in ea curia creari quis possit in qua gentilem & propinquum consiliarium habeat 318.a
causidicus vel cognitor regius an fratrem aut alium propinquum vicarium sublegere possit 318.d 321.a.b
causidicus aut cognitor regius subcausidicum vel procognitorem in præfectutarum foris non sublegit 329.d.330.a
causidico regio in senatu an subcausidicum sicut cognitori procognitorem & suffectum dare liceat ibid. a.d
Causidici cognitorésque regii an senatores & consiliarii censendi. 317.d
Celeritas consiliis inimica 698.d
Censere quid 234.c
Censio ibidem d.
Censio bubula. 716.b
Censoris iudicium nihil ferè damnato præter ruborem affert. ibidem.a
Censores cur sic dicti 234.d
Censores ex leui admodum causa in ærario referre soliti 711
Censoria animaduersio 714.a.b
Censoria notatio 715.d
Censoria subscriptio Pop. Rom. suffragiis sæpe delata 714.c
Censuræ ius nullum in Senatus decreta fuit 757.d
Centurionis cuiusdam à Cæsare Romam missi qui imperium illi prorogari peteret temeritas 454.d 455.a
Cenus Neronis libertus cur à Vitellio supplicio affectus 563.d
Cereales nuncii 566.d
Charondas Thuriorum legislator 454.b
Chartophylax rationalis tricliniii 272.c
Cheualerius senator armoricus 382.c
Chirographi alieni effictor falsū cōmittit 472.a
Chirographo à creditore exusto an debitor liberatus intelligatur 213.b
Chirographo cancellato an & quando solutio præsumatur 212.c.213.a
Chirographo debitori reddito an remissum intelligatur quod in eo continebatur debitum 208.d
Chirographo debitori à creditore reddito an ipso iure vel exceptionis ope liberatus debitor intelligatur 210.a
Chirographo penes debitorem reperto is sibi redditum docere nequeat quando liberatus intelligatur 211.a
Chirographo vendito nomen debitoris venisse intelligitur 206.b
Chirographum aliquem debitori legans nomen legare intelligitur ibid.
Choræ filii 301.b
Christiani maximo semper in odio apud Iulianum 792.b
Christophorus Thuanus Parisiensis curiæ præses 424.c.444.d
Cibo beneuolentiam allici iustum nō esse 267.b
Cibo etiam si modus absit beneuolentia conciliatur 267.c
Cicero aduersus muneta & corruptelas in teger sanctus castus & vndique septus 260.c. Antonium vt consulem non tractauit Cicero in præfectis non habuit, nec Pisonem consulem esse putauit 443.d Aditu facili fuit 87.c.d Antonii collegæ sui patrocinium repudiauit & varginteo defuit 122.b
Consulatu functus totus fere in causarum patrociniis fuit 80.c Tum Crasso post reditum in gratiam simultates iterum exercuit 167.a De suis magistratibus loquens nunquam omittit inculcare quo loco sit renunciatus 379.b De aqua sua Tusculana M. Tugionem potius quam C.Aquilium consulebat 227.c

In consulatu suo causas multas egit 79. b.c Non indigne tulit de reditu suo relatum à consulibus non fuisse 104. d Quæritur se à Mamertinis publicæ non inuitatum 447. S. C. de Antonio factum nec vere, nec ex fide perscripsit 127.c Tum etiam cum in Senatu esset breuiores epistolas conscripsit 424. a
Cicero cur Cæcilio amico suo Atticique auunculo contra Canmium Satyrum non affuerit hoc 5 c Cur in causis orãdis talari vestevs* 57 c
Cicero & Q. frater in Senatum Syracusanum accersuntur honorifice illis assurgitur & rogaru magistratus assident. 447.b
Ciceronis de P. Veccio Chilone teste in Verrem iudicium 159 b
Ciceronis domus vbi fuerit 332.c
Ciceronis locus de furaci seruo 494 a
Ciceronis, falsè dictum in aduocatos difficiles ac submorosos 9
Cimon Miltiadis filius ob pecuniam qua pater mulctatus fuerat in vincula coniectus 302.c
Cineas Pirrhi legatus quid ei de Rom. Senatus præstantia retulerit 325.c
Cinnamus eques ex tonsore 288.a
Circites 772.c
Circitoria 772.c
Ciuitas recte habitanda dissentientis cuiusdam eget concordiæ 350 b
Clanculum fieri existimatur quod priuatim domi vel apud amicum fit 65.d
Clandestina colloquia suspecta 95.d
Classicum canitur cum in aliquem capite animaduertitur 677 a
Classicus proconsulatum fœdè gessisse sua ipsius scriptura conuictus 214.b
Claudius Anglebermeus Pyrrhus classis inquisitoriæ ductor 365.d
Claudius Cæsar ad numerum sacerdotum Augustalium extra ordinem adiectus 274.b
Censor iuuenem probri plenum sed patri probatum in recognitione equitum sine ignominia dimisit Neminem nisi sua voce rationem vitæ passus est reddere 13. a Multis patronos sibi dari petentibus denegauit ibid. Reus in inferis aduocatum non inuenit 13. a Et leuibus offensis cum Ælia Pettina diuortium fecit 160. b In cognoscendo ac decernendo mira animi varietate fuit 465 c Rubrium Polionem præfectum suum in curiam sæpius induxit inducto sedem inter senatores dedit 457.b Vt præfectum prætorio & tribunos militum secum in curiam inducere liceret precibus à Senatu obtinuit 454. a Suppliciis prægnantium mulierum noo abstinuit 664. Sportulã pro introitu noui sacerdotij darecoactus ad extremũ pene inopiæ decidit 74.b. 280
Clemens qui res nouas molitus erat ad iudicandos conscios tormentis subiectus 609.c
Clericus primæ vt appellant tonsuræ in solemnibus exauthorationis omissis puniri à profano iudice possit 78 o.d*
Cliens fiduciarius 22.b
Cliens fiduciarius qui aduersus patronum capitis reum testimonium dederit an beneficium amittat 162.c
Cliens non deferendus 21.d
Clientis & patroni apud veteres coniunctio 21 c
Clienti cum inimicis patroni sicut pattono cum inimicis clientis amicitiam instituere non licuit 164 a
Clientem deferens cui crimini maneat obnoxius 24 a
Clientem fallentis pœna 24.d
Clientes & patroni à Romulo summa inter se beneuolentia coniuncti 164 a
Clientes fiducarij fidem & hominium exhibentes quid patronis apud armoricos dare soliti 281 a
Clientes veteres à seculi nostri clientibus longe diuersi 23
Clientelarium rerum catalogus 208.b
Clipeum abiicientes ignominiosi habiti 697.c
Clodianum iudicium 261.c
Claudiani iudices à Catullo dicteriis proscissi 261.d
Clodiæ commentum ad M. Cælium veneficii conuincendum 186.c.d
Cn. & Q. cepionibus testibus in Q. Pompeium cur non creditum 158 b
Cn. Flauius Appij Claudij censoris scriba ædilis tri pleb. & senator factus 435 b.c 438.c
Cœnæ communione amicitias consiliari 89.c
Cœnis & conuiuiis litigatorum cur præsidibus & consiliariis interdictum 91 & 92
Cœnipeta 94 b
Cœnatoria muliebris 61.a
Cœnatoria stragula 63 a
Cœnatoria vestis vide vestis
Cœnatoria vestis cuius coloris fuerit 64.b
Cœnatoria quibus in locis indui liceat 60.d
Cœnatoriam quam Cornelius Fronto amico adsuturus induit muliebrem non fuisse 70.a
Cœnatoria numero multitudinis 61.a
Cœnatoriis muliebribus Senator quidã vsus 65.e
Cognitor regius carthulis criminum iudicibus ab ignotis conscriptis ad impediendam cuiusquam dignitatem vti non debet 413.d
Cognitor regius quo ad eius fieri possit obsistere debet ne cuiquam calumnia fiat ibid.
Cognitoribus regiis cur præter inquisitionem quæ à senatu fit de anteacta promouendi vita datur ad eandem rem dilatio 411.d
Collega vnde dictus 115.c
Collega an in causa collegæ iudex sedere possit 112 b

Collega an

Collega an inter collegas de re aliqua discepantes iudex sedere possit 118.a 124
Collega an testis idoneus 150.a
Collega dictatoris an magister equitum esset 150.151.152
Collega qui olim fuit an recusari possit 118 b
Collega & socius scelerum Antonij Dolabella cur à Cicerone dictus 338.c
Collegæ verbum late patet 333. & 334
Collegam cur statius stellam appellet 334.c
Collegam pro collega mentiri religio non est 149.d
Collegæ à veteribus qui appellati 330.a
Collegæ an dicendi qui simul non habitant 333.b
Collegæ an peregrini Vrbanique prætores fuerint 333.d
Collegæ an senatores sint in diuersis conclauibus collocati 119
Collegæ consultum cur prætores dicti 332.c 337.b.c
Collegæ imperatorum Coss. & procoss. an eorum legati fuerint 321.a
Collegæ inter se amant mutuúmque sibi fauere creduntur 114.c
Collegæ inuicem se fratres appellant 116.a.b
Collegæ regni qui à Cicerone dicti 334.d
Collegarum est de vita fama & existimatione collegarum decernere 469.a
Collegarum necessitudo an ad liberos eorum trahenda 123.a
Collegarum necessitudo an ad eos producenda qui fratrum collegæ fuerint 124.b
Collegarum qui collegas accusatos testimonijs suis subleuarunt exempla 151.a
Collegarum qui in iudicando inclinatiores ad collegas fuerint exempla 117.c d
Collegium 341.b
Collegium ambubaiarum latrocinale & parasitorum 335 c
Collegium naturæ inter aues ibid. d
Collegium scelerum & vitiorum 336 a
Collegij capite recusato collegium totum recusari posse quomodo accipiendum 120.d.121.a
Collegij ius apud Venetos 117.d.118 a
Collegij necessitudini quantum tributum à veteribus 112.b
Collare sericum 58.b
Colonus an locatori testimonium dicere possit 141.b.c
Coloni an domestici 141.b
Color quæsitus quomodo intelligatur 499
Collusor an in causa collusoris iudex sedere possit. 95.a
Collusores collegæ appellati 335.c
Collusores inter se à mare 95.b.c
Comessationes & compotationes quæ pariant 276.c
Comites consistoriani 451.c
Comitia curiata 103
Comitiorum vsus quando sublatus 314
Comitium pro vestibulo curiæ 472.a
Commatitus 343
Commilito an testis idoneus 93
Commilitones an sint qui in diuersis muneribus & sub diuersis signis militant 118.d
Commilitones ad eos inclinatiores qui ijsdem in numeris sub que ijsdem signis militant 115.a
Commilitio charitatem augeri 116.c
Commoda emeritæ finitæ & iustæ militiæ 739.d.740.a
Commoda missionum ibid.
Compat 343.a
Compates interdum coniuges appellati 343.d
Concordia dissentiens salutem interdum ciuitatibus affert 350
Concordia tacita instar odij 155.c
Concubina in sacris literis legitima vxor nonnunquam appellata 537 c.d
Concubina pene instar vxoris loco habebatur 537 b
Concubina quid distet ab vxore 577.c
Concubina veluti vxor secundaria 537.b
Concubinæ & vxoris differentia ibid.
Concubinæ veteribus honestius quam amicæ nomen ibid.
Concubinæ ad quid alebantur ibid.
Concubinę in antiquis inscriptionibus vice coniugis dictæ ibid.c
Concubinatus in iure ciuili permissus 536.b
Concubinatus Israeliticis etiam legibus extra legis pœnam fuit 536.c
Concubinatus leonina quadam sanctione prohibitus 536.c
Concubinatus proxime ad honesti coniugij rationem accedebat 537.
Condalium 505 a.b
Condulus ibid.
Condiscipulus an testis idoneus 152.b.c.d.153
Condiscipuli quos inter simultas aliqua fuerit an aduersum se inuicem testes esse possint 156,b
Condiscipuli vt plurimum inter se amant 152.d
Condiscipulorum qui inter se amarunt exempla 153.154
Condiscipulatus arctissimum conciliandæ retinendæque amicitiæ vinculum 153.a
Condiscipulatus necessitudinis loci 155
Condiscipulatus necessitudini quantum tribuendum 155.a
Conductores vectigalium fisci an municipalia munera subeant 298.a
Confessio ab eo facta cui index quæstionem ni fateatur interminatus fit an metu expressa censenda 619.a & deinceps

Confessio in conspectu tormenti facta ratihabitionem ex intervallo exigit perinde ac quæ in ipso tormento fit 613
Confessio in quæstione expressa revocata quam fidem faciat 620.d
Confessio quæ per tormenta exprimitur fragilis vt plurimum & fallax 612.b
Confessioni in equuleo (aut eum in oculis equuleus esset) expressæ an & quando fides habenda 612.a. & deinceps
Confessus in conspectu equulei an nihilominus torquendus 521.b. & deinceps
Confusa suffragia Livio quæ 202.b.c.d
Confusa testimonia 202
Confusas sententias iniste 202.b
Coniuratio 204.d
Coniuratio de cæde Iustiniani vt detecta fuerit 187.c.d
Coniuratio legatorum Tarquinij cum Vitellis & Aquiliis de regibus in vrbem accipiendis q[u]o pacto detecta 186.c
Conradus Lycosthenes reprehensus 734.d
Consanguineorum favori multa dari 147.d
Consensus senatus apud Tacitum quid, cur sic dictus & quando perscriptus 428.c
Concessor an sit testis idoneus, vide testis
Consiliarij in aulico sanctioreque principis consilio, cur esse possunt, qui in eo propinquos & gentiles habent 322
Consistorium principis intimum 451.b
Consistorij verbo quid intelligendum 451.c
Consistoriani 451.452
Consistoriani an cognoscente principe vel starent vel sederent 451 d
Conspectum tormenti qui ferre non potuerint. 621.a.b.c.d
Conspectu tormentorum virorum etiam animos frangi 625 a
Constantius imp. Celsiores dignitates peregrinis tribuebat 395.d.396.a
Constitutos hominum festo quid 451.c
Consuetudo sermonis 336.b
Consuetudine benevolentiam augeri 119.a
Consuetudines 276.a
Consul pomeridianus senecæ quis 84.b
Consules ab initio regia potestate creati 329.
Consules litigantibus adesse à tyberio vetiti 75.b
Consulum maior quam prætorum vis atque authoritas 330.b.331.d
Consulum curæ quis incumberet 338.a
Consulibus reliqui mag[i]stratus parebant præter, Trib. pleb. 330.c
Consulta quæ inter subsellia & inter ipsos confictum articulos fiunt 391.a.c
Consulta repagulatia, vide repagularia
Consummati centuriones 742.b
Consummati milites 742.a
Contestari 205.b
Contestationes an quæ turmatin dantur testimonia Latine dici possint 204.c
Contestatò adverbium 205.b
Controversiæ quædam apud Rom. intra domesticos parietes disceptatæ 234 b.c.d
Contubernalis testis an reprehendi possit vide testis
Convenire qui dicantur 208.d
Conventio quid 208.d
Conventio tacita ibid.
Convictor an idoneus sit testis vide testis
Convitium cuiquam à iudice dictum infamiam non irrogat 639 c
Convitiis & verbalibus vt appellant iniuriis capitales inimicitias interdum contrahi 169.c
Conviviorum animorum magnitudini deprimendæ aptissimum 92 c
Conviviis & comessationibus cur ijs interdictum qui in civili sapientia aut alia disciplina gradum assequi cupiunt 271.d
Cornelius Balbus primus exterorum Rom. gessit consulatum 355.d
Cornelius Fronto magnæ vir autoritatis 59 d. 70.b.c.d Multis nominibus commendatur. 70.b c. Cur cœnatoria veste indutus amici causam egerit 69.c & sequentibus. An muliebris cœnatoria illa fuerit 70.b
Cornelius Lentulus Spinter cur filium suum Torquato cuidam adoptandum dederit 306.c
Cornelius Syllæ scriba in dictatura Cæsaris prætor vrbanus 418.a
Cornelij centurionis ad consulatum Augusto sub exercitus nomine deposcendum missi temeritas 455.a
Cornelij Taciti locus emendatus 679.c
Corona non est ordo 781.c. & sequent.
Couvre-feu vox Gallica ab Anglis quoque vsurpata 517
Crapulæ vinolentiæ & seditionum matriculæ 276.c
Creanomia 267.b
Creditor cautionem pignoris debitori reddens pignoris obligationem remittere videtur 209.a
Creditor rem pignori datam debitori legans quid legare intelligatur 209.c
Creditorum appellatione qui contineantur. 214.c
Credulitas an culpæ assignanda 586.a
Credulitas captionum mater 586.b
Crudelitatem nimiam in iure reprobati quomodo accipiendum ibid.
Crimen an epistola aut alia scriptura probari possit 214 b

Criminationes quamuis falsæ cauendæ 311. d
Criminalis accusationis præscriptio apud armoricos quot annorum 672. & dein.
Crispus Sallustius sordium & auaritiæ à Cicero. notatus 251. b
Crispus Senator trepidus 343. d
Crispulus vt Mariani res egerit 327. d
Crumenarum sectores 510. a
Crumenisecæ 509. 510
Crumenisecarum maxima in furando industria 510
Crumenisicegium 509. 510
Cruritiarum 569. b
Cubicularis lucerna 61. d
Cubicularis vestis 61
Cubicularia stragula 61. d
Cubiculares lecti 61. c
Cuiacius de enthronasticis parum considerate loquutus 278. b
Culpa lata in negotijs criminum an & quando dolo comparetur 579 d
Culpa dolo proxima dolus dicitur 589. b
Culpa & errore in principem delinquens qua pœna dignus 599. a
Cultus magnificus addit hominibus authoritatem 53. d
Cultus & vestitus temporis cursu mutatur. 55. d
Cultus & vestitus Senatorum & aduocatorum in Gallia 68
Cultus prouinciæ morem sequens 55
Cunctatorem esse oportere qui indicat de salute 651. & deinceps
Cupedipetæ 270. b
Cupediuari ibid.
Curia reip sacratum 438
Curiam in præsides sicut Senatores cæteros imperium habere 121
Curiam in præsidum dominatu & potestate non esse 121. c
Curiæ summæ in Galsia perennes ac statariæ 399 6
Curijs dediti clerici plebeij ac profani habiti 791. c d
Curiijs dediti clerici quam iniqua fuerint conditione 787. 788 & deinceps
Curijs eum dabantur seruituri clerici an prius exanctorarentur 786. d
Curiales 447 a. b
Curiales clerici ab imperatoribus pessimè habiti 790. d
Curiales quibus muneribus & ministerijs addicerentur 787 c. d
Curiosi à Plauto graphice depicti 564. c
Curiosi & nouarum rerum percunctatores coercendi 564. b. & deinceps
Curiosorum mores 564
Curiositatis vitio veteres Galli laborabant 565. a
Cursus & consilij non idem finis 698. c
Cursum suum transcurere qui dicantur 289. d.
Custodia reorum magistratibus interdum aut ciuibus nonnunquam etiam militibus aut apparitoribus committitur 516. & sequentibus
Custodiæ nomine quid intelligendum 519. a
Cythereus Scipionis Africani scriba, eius filio in petitione præturæ prælatus 438. a

D

Damnari an quis possit vt ad equuleum tantum perducatur nec in eum imponatur 623. b
Damnatus de cuius innocentia post sententiam constiterit liberandus 696. a
Damnati ex indicijs suppliciũ differendum 695. d
Debitor apud quem chirographum reperitur quando liberatus intelligatur 211. a
Debitor cui redditum acceptæ mutuo pecuniæ chirographum fuerit an solutæ nihilominus professionem sibi fieri iuste petat 210. b
Debitor cui soluta pecunia acceptolatum fuerit an syngraphum nihilominus possit condiscere 210
Debitori qui soluendo non sit remissum donatum non videtur 211
Debitorem verè eum non esse qui soluendo non sit 210
Debitores fisci reip. vectigalia conducere prohibentur 297. d. 298. a
Debitores reip. ad honores inuitari non possint 297. d
Decaptori 790. b
Decempedatorum & aliorum agrimensorum renunciatio 182. 183
Decemprimi 790. b
Decernere quid 234. d
Decius mundus obstupratam sub specie annubidis dei Paulinam exilio mulctatus 605. 606
Decretum quo reus ad equuleum perduci iubetur sed ita vt in eum non imponatur non euulgandum nec damnato recitandum 625
Decreta regis interiorisque consilij quibus senatoribus armoricis in Parisiensi curiæ censendi potestas 444. d
Decuriales coniunctiones inter se quam in diuersas clases distributæ 319. a. 324. d. 325
Decurio esse quis potest nec tamen honoribus decurionum fungi 789 d
Decuriones quidem in sumptibus tantum reip. causa faciendis versabantur 790. b
Decuriones sodalibus sportulas pro introitu dabant 272 c. d
Decuriones vnde dicti 789
Decurionatus cum dignitas esset cur pœnæ loco decernebatur 790

Deianira herculi marito amatorium munus misit quo ille non multo post interiit. 587.d
Delatoris clancularij nomen accusato quando à regio cognitorio edendum. 414.a
Deliaca nauis cur sic dicta 219.b.c
Delinquit minus qui irritamento aliquo incitatus quàm qui sponte nec prouocatus. 494.c
Demades orator cur ab Hermogenis interprete taxatus 291.c
Demosthenes cur cum publico murorum operi deputatus fuisset ratiociniis obnoxium se non esse dixerit 299.b
Demosthenes cur rhipsaspides dictus 597.b
Demosthenes qua ætate causas agere cœperit. 45 d 46 a
Demosthenis angina 26
Demosthenis cultus & vestitus 56
Deprecationis quæ à regradante pro regradato fieri solet ritus ne profanus magistratus sæuū aliquid in eum exerceat inefficax & vanus 784.d & sequent.
Deterior quibus modis fieri seruus dicatur. 514.a
Dextrarum coniunctio fidei & amicitiæ symbolum 168.a
Deus cur sero ad puniendum accedat 690.b
Dictator & magister equitum iisdem comitiis non creabantur 339.c
Dictatoris summum fuit imperium 330
Dictatoris potestas & authoritas in magistrum equitum 339 c
Dictatorem an pop. creare posset 339
Dictatores duo vno tempore quando creati 339
Dij qui in vrbibus ab Hetruscis collocati & qui ab vrbibus exclusi 533.a
Diei locique expressio an ad contractus substantiam pertineat 205.d
Digitare 511. a
Digitator 413.a
Dignitas eius qui nihil admisit non impedienda 301 b
Dignus credendus magistratus à principe vel Senatu lectus 400 b
Dimæi megalo poteraui & argiui cum de bello aduersus Philippū gerendo in consilio Achæorum ageretur cur sponte nec reiecti curia excessetint 102 c d
Dimitti an dicatur dux tribunus & alius cui successor mittitur 764 c.d
Dimittendi exercitus quibus ius fuerit 764.a
Dimissus ob quodcumque delictum an ignominiosus 699. & deinceps
Dimissus quis dicatur 765.a 467.a
Diocles Syracusanorum legislator 454.b
Diocletianus imp. scribæ filius 438.b
Diomedis loquendi libertas in exercitu Græcorū 345.d
Dionisius Riantius Patisiensis curiæ præses, Langlæi olim condiscipulus 406 c
Dionisius Siculus ex alta turri contionari solitus 243 c
Dionisodorus musicus 55.a
Direptor stipendiorum in rationalio triclinio 272.c
Diroptus 777.b
Diruius 776.d 777.a
Discinctus pro molli & ignauo habetur 456.a
Distringere 743.& sequentibus
Diui Nanetesium tutelares Donatianus Rogatianúsque fratres 593.b
Doctus in omni ciuitate ciuis 398.c
Doctrina sera & posthuma vide sera
Doctura ante legitimam ætatem ornatus an per saltum promotus dicatur 291.a
Dolabellæ iocus de cœnis & conuiuiis Ciceroni à Nicia & Sophia exhibitis vide iocus
Doliis cur interualla dentur 529. d
Domesticus heres 301.302
Domesticus testis Ciceroni quid 528.a
Domestici disceptatoris verbo quid intelligatur 234.b
Domestica vestis, vide vestis
Domestica Senatorum Venetorum vestis 66.b
Domesticum testimonium 137
Domesticorum nomine qui intelligantur 139.b
Domus pro familia 139.140
Donari vere quid dicatur 111.b
Donatis & traditis rei alicuius titulis res ipsa donata censetur 209.b
Donatorem ad computum & calculum non vocandum 300
Dona propiæ quæ dicenda 111.b
Donatio quando præsumatur 208.d 209
Doniuori 270
Doron ibid.
Dorodoci ibid.
Dorodocia ibid.
Dorophagi 56.b
Dormitator Plauto quid 510.b
Duarenus 161.c
Ducena 772.c
Ducenaria 772.d
Ducenarius 772.c
Duilio concessum vt prælucente funali & præcinente tubicine à cœna rediret 550.b
Duodecima diei hora ædificare 84
Dux antequam tiro 287.c
Dux exercitus cui successor mittitur an ignominia mitti intelligatur 765 d
Ducis & authoris sententiæ inquam factum Senatusconsultum sit nomen sciri in Gallia nefas. 425

Ducem exercitus an ad singulare certamen prouocare miles possit 367.a
Dysenteriæ & disuiræ morbi grauissimi 19.d 20

E

ECheneis piscis vtilis ad litium motas 32.b
Effractarius 506
Effractores qui & qua pœna puniendi 506.507. & sequent.
Effracturæ crimen apud armoricos frequens ibi.
Egidius magister in Senatu Britanniæ celticæ regius quondam aduocatus 329. d Parisiensis Senatus præses 456.d
Electio magistratuum Senatus fuit 336.d
Elephanticis vrbium habitatione cur interdictũ 581.e
Emansionis causæ semper examinandæ 779.c
Emansor quis & an ab infrequenti milite diuersus ibid d
Emerita militia 740.a
Emerita missio 745
Emerita 740
Emerita quibus debebantur 739.a 752.a
Emerita stipendia 740.a
Emeriti 739.a
Emeritis stipendiis esse qui edicti 757.d
Empauistica 282.c
Emptum vendere nefas non est 264.c
Enthroniastica 276.a
Epaminondas in iudicium capitis accersitus quid periculo suo inscribi petierit 244.d
Episcopus plebe præsente eligendus 410.c
Episcopum electuri quid sacramento dicere debeant 374.b
Episcopi fratres inuicem se appellant 215.d
Episcopi in Gallia an sedendi dicendæque in Senatu sententiæ ius habeant 458.c
Episcopi Nanetensis & Rhedonensis honorarij curiæ armoricæ consiliarij 458.b
Episcopi plures ad solemnis regradationis actum adhibendi 781.d
Episcopis qui fidelitatis sacramentum nondum præstiterint an in curia sedendi ius sit 459.d
Episcopi qui hominum regi non fecerint an in Senatu sedere possint 459
Episcopi qui honoris ergo sessum in Senatu recipiuntur sacramento togari non soliti 460
Episcopatum ambientes non admittendi 174.d
Epistolæ ad se non pertinentis vinculum tantum soluens nec eam inspiciens an falsi reus fieri possit 569.d
Epistolæ vinculum tantum soluens an pontificis constitutione ligetur qua sacer habominatúsque sit qui obsignatas alterius literas apperuerit 569.570
Epomides 68.c
Epicharmi scite dictum 586.b
Epicharis Lucanus & alij coniurationis in Neronem rei de consciis per quæstionem interrogati 609.c
Equis in diuersum iter cuncitatis membratim noxiis laniari vetustissimum 662. & deinceps
Equites etiam in ærarius referri soliti 609
Ergastula 663
Ergastularij nautici ibid.
Ergastulorum recognoscendorum cura ab Augusto Tyberio mandata 661.a
Ergastuli 28.d
Eriphila aurum in caput viri accepit 251 b c
Erogatio modica largitio non appellanda 277.b
Erogationes ob introitum 275.d
Erogationes vrbicæ 274 c
Erogationibus quæ pro introitu fiunt certa quãtitas præscribenda 280
Esau gnarus venandi de cuius venationibus Isaac vescebatur 268.b
Eudamidæ scite dictum in Xenocratem 83.a
Eumenes Alexandri magni scriba 436.b
Euocatio deorum 725.c
Euocationis deorum formula 725.c 782.b & deinceps
Euocationi deorum quid cum sacerdotum exauctoratione commune 425.d 426.a
Eusebius ab infamia forte ad vsque iubendum Constantio Cæsari clarus de gradu deiectus 288.c
Eustachius Portanus 363.a
Euthalius saccularius 512.d 513.a
Ex libello legere & recitare 241.a 244
Ex periculo sententiam promere vel recitare 344.c
Exauguratio sacerdotum 733. & deinceps
Exauthorari an absens ob delictum possit 736.d
Exauctorari qui dicantur 737.b
Exauthorabantur etiam legiones integræ 737. 738
Exauthorandus magistratus priusquam supplicio afficiatur 729.c
Exauthorandus miles priusquam supplicium de eo sumatur vel quæstioni subiiciatur 723.c
Exauthorandi an sint doctores priusquam pœna afficiendi 731.c
Exauthorandi an sint milites torquati priusquam supplicium de illis sumatur 732.a
Exauthoratus miles ius pugnandi cum hostibus non habebat 737.d
Exauthorati olim quidam principes Romani 732.b.c
Exauthorati qui sexdecim stipendia fecissent quandiu sub vexillo retinerentur 740.a & 743
Exauthoratorum nomina rursum accipere solius principis est 756.a

Exauthoratio an à missione differat 740.d
Exhauthorario militum vt fieret 741.b
Exauthoratio militum quando infamiam irrogarit 737.a & deinceps
Exauthorationis & regradationis differentia 773.a
Exauthorationis pœna an à pontificio iudice palatinæ militiæ cingulo præcinctis irrogari possit 731.c
Exauthorationis sacerdotum quæ actualis & solemnis dicitur ritus
Exauthorationis verbum late patet 737.a.740.d
Exculpere 6:6
Exempla maiorum non quærenda sed consilium eorum à quo nata sunt inquirendum 310.b.c
Exempla pro grauissimis pœnis 677
Exemplis an iudicandum 310.c
Exercitationis vis 50.d
Exomologesis secreta 179
Experientes & exercitatos viros prudentiores credi 376.a
Expunctus miles 777 d
Exutorium 503.b

F

Falsum committit qui obsignatas alterius literas aperit legit aut alij legendas tradit 569. & deinceps
Falsi querela quo tempore extingatur 719.b
Falso scripturam recitantis pœna 26
Fama & opinione non veritate solum nititur ratio & salus omnium qui ad rempub. accedunt 311.b
Famæ & opinioni suæ principes viri & in magistratu positi multa dare debent ibid.
Famigerator nisi quod dixerit appareat ex Megaronidis senis sententia puniendus 563. 564
Famigeratores à Plauto eleganter & graphicè depicti 564 c
Familiaritates nimiæ periculosæ 87 a.b.c
Fannius an in augurum collegium fuerit cooptatus 315.a
Fannius cur Lælio, socero suo fuerit infensus ibid.
Fautor quondam Histrionum nunc virginum consecrator 294.a
Fenestellæ lapsus in ætate Senatoria 309.b.c
Ferdinandi Neapolitanorum regis immanitas in eodem qui aprum aut feram aliam occidissent 661.c
Ferinam à quibus Senatores & alij iudices inculpate accipiant 266.a
Ferire medium 232.d
Festinatio in omnibus rebus quæ corrigi non possunt periculosa 708.b
Festinatio nimia moram plerumque adfert 291
Festinatione nimia vtentibus quid accidere soleat 291
Filius ac pater vnius hominis loco censendi 301.b
Filius ærarij an viuo patre rationibus nondum redditis in rationalium aut alium conuentum admitti possit 300.b
Filius Atheniensium lege paternæ ignominiæ hæres 299.b
Filius pars quodammodo corporis paterni, filij & patris natura eadem pene persona 301
Filius particeps patris dictus 301
Filius patris delictum aut debitum luere vel repræsentare non debet 300.c
Filij bona quę parentum fuerunt non capiunt vt aliena sed vt sua sempérque possessa 302.a
Filij caro veluti caro patris aucta 301.c
Filij vox tanquam patris intelligitur 301.c
Filium vel fratrem diuersum à se sentientem vix est vt æquo animo quis audiat 293
Filij à patre quem suæ generationis authorem habuerunt non diuersi 301
Filij cur sui hæredes dicti 301
Filij gratias parentibus pro hæreditate nō agunt ibid.
Filij paternæ calamitatis successores esse non debent 300
Filij paternarum simultatum sæpe successores 129 c
Filij sanguis & viscera patris 301.c
Filij viuo patre bonorum ipsius quodammodo domini 301
Filiorum qui paternas simultates persequuti sunt exempla 129.c d & 165.a
Filius choræ patris scelus non obstitit quominus genitorum officiis fungerentur 301
Filius quæsita dignitas propter crimen patris non auferenda 303
Fisci debitoribus donec rationem posuerint aditum ad magistratus & dignitates non patere 197 a.b
Flamen dialis 15.d
Flamini diali ob sacerdotij dignitatem in Senatum venire licuit ibid.
Flaminem dialem quis primum creauerit 459 c
Flamines an collegæ essent 342.343
Flamines an collegium habuerit 343
Flamines eius rei iudices sedebāt de qua ad pontifices relatum esset 342
Flamines & alij sacerdotes à quibus creabantur & inaugurabantur 342.d
Flamines pontifici maximo subiectos fuisse 343 a
Flaminium 343.a & 459.

Fœminarum illecebræ quibus iuuentus deliniri solet apud amoricos lata lege cohibitæ 520. d & deinceps.
Forensis vestis. 63. a. b. 67 b
Forensis vestis asseruandæ cura maior veteribus quam domesticæ. ibid.
Forensis vestis apud Carthaginenses 68. a
Forensia 58. d
Forensia cur Augustus intra cubiculum semper habuerit parata. 58 63. a
Forensia pecora. 263. a
Franciscus Calonius Portanus Britanniæ præses 406 a
Franciscus Colignius Audelotus in sanctiore principis consistorio consiliatius in senatu Britanniæ ad sessum receptus 451. a
Franciscus Delphinus Galliæ regis primogenitus veneno sublatus 656
Franciscus Duarenus 381. a. Langlæi condiscipulus. 406. c d Ter aut quater in demortuorum senatorum locum a Parisiensi curia nominatus. 406 d
Franciscus Floridus. 738. d
Franciscus Guermnenguius. 305 b
Franciscus Rohannius Giensis. 458. a
Frater an pro innocentia fratris testimonium recte dicat 145. c. d
Frater quasi fere alter. 145. a
Frater vix vnquam fratri deest 142 a
Fratris testimonium an iure ciuili sit admittendum. 139. a
Fratri pro fratris salute licet etiam illicita tentare 146 d.
Fratres& gentiles in eodem aut alio consessu Senatorio aut alia dignitate ornari non possunt. 303. d
Fratres & propinqui alij in eundem regiæ procurationis cœtum admittendi. 316. d
Fratrum iræ acerbissimæ 156. b. c
Fratrum qui proconsi. in prouincias euntibus dati sunt legati exempla. 319. b
Fratribus alijs quam Scipionibus an datum aliquando vt collegæ essent. 308 b
Fratribus an in eodem ædilium prætorum & cōsulum collegio esse licuerit. 307. b
Fraternus amor & consensus. 142. b
Fraterni amoris vis. 145. c
Fraterni amoris exempla. 142. 144
Fraterna beneuolentia coniunctio & concordia. 141. d
Fraternum fœdus. 143. a
Fraudem legi quis facere dicatur. 767. c.
Fredegunda Galliæ regina. 620.
Friderici Cæsaris humanitas erga militem ætate & viribus confectum quem arci cuidam præposuerat. 326. c
Frontini locus emendatur. 778. c
Fugam ex acie qui prior fecerit capite plectendus. 596. d. 597.
Fugientium ex acie pœna apud Rom. & Heluetios. 597. c
Fuluius Posthumius ægrotanti Lentulo Marcellino munitionibus præposito adiutor à Cæsare summissus 324. c. Quod legionem in qua tribunus militum erat iniussu imperatoris dimisisset senatu motus 753. c. & deinceps.
Fuluij fratres in consulatu collegæ. 307. d
Funale. 550. c
Furca. 634. 6
Furciferi qui & cur ita dicti ibid.& sequentibus.
Furem balnearem cauere difficillimum 504. b. c
Fures balneares insignia furta non faciunt 504. a
Fures balnearij cur grauius quam cæteri puniantur. 500. b
Fures cauponarij. 504. d
Fures omnes cur apud AEthiopes capite puniantur, 490. c
Fures prouinciales repetundarúmque ac peculatus rei ab Aureliano ingentibus suppliciis & cruciatibus affecti. 254. b
Furum balneariorum pœna apud Græcos. 505. c
Furibus in Anglia cur T. litera inuritur. 642. b
Furta omnia apud AEthiopes cur capitalia 504 b.
Furtum apud Scythas scelus grauissimum ibid. & 490. b

G

Gabinius repetund. reus quo pacto iudicij laqueos euaserit. 258. c.
Gallus Cæsar ademptis imperij insignibus ex auctoratus & supplicio affectus 732 b. & sequentibus.
Galli veteres insigniter curiosi. 565. a
Gargilius quæ precio comparauerat venando cepisse mentiri solitus. 266
Gaspardus Colignius Castellionus vr insulæ Frãciæ rector in Parisiensi curia sedit 456. d
Generi apud Rom. cum soceris non lauabant. 312. d. 313.
Generi erga socerum honos & reuerentia. ibid.
Generi & soceri cur leuis fuerit apud mauros & numidas affinitas, ibidem.
Gentilis & propinquus tribuno ærarij custos & obseruator non apponendus. 317 b
Gentilem & propinquum an sibi sumere is possit cui rogandorum testium prouincia mandata sit. ibid.
Gentiles & consanguinei quo pacto in Senatum Britanniæ celticæ allegi possint. 315.
Gentiles & propinqui apud quos eodem in Senatu & conuentu sedere cohibiti. 303. d 304. 305.

Gentiles qui apud Gallos eundem in senatum ad confessum non admittendi. 314. b
Gentiles & propinquos ie senatu Romano habentes non ideo minus in eundem senatum allecti 322
Genua misericordiæ consecrata 168. a
Georgius Bueillius Bouilleus. 468. b
Georgij Merulæ lapsus. 734. d
Gladius an miliuare fuerit insigne. 745. d
Gladius vsu splendescit situ rubiginat.
Gladij ius.
Gladio cincto an armoricæ prouinciæ constituri senatum ingredi ius sit. 456
Gladio discinctum nobilem in publico conspici parum decorum. 456
Gladiatores consummati. 442. b. c
Glaucus medicus quod debitam operã in ephestionis curatione non adhibuisset in crucem sublatus. 590. a
Gordianus in Aphrica proconsul legatum filium habuit. 320. a
Gradus deiectio. 774. d
Gradus deiectionis & militiæ mutationis differentia. 777. b
Gradu triplici ad ciuilis sapientiæ culmen conscendi. 287
Gradus dignitatum. 286. 287
Gradus in ciuili sapientia & alijs liberalibus disciplinis.
Gradus militiæ equestris. 773. a
Gradus nuncupationis & renuntiationis. 381. c.
Gradu pelli seu deiici. 775. d
Gradatim honores deferendi. 284. 285
Gradatim olim in SenatuRom. rogabantur sententiæ. 351
Grammatea. 483. d
Gratiani lapsus.
Gratiosa missio. 753. c. 254. a
Gratiosa missio quando iniusta & deinceps 757. d
Gratiosæ missionis pœna & à quibus irrogata. 254. a & deinceps.
Gratiosæ missiones quæ dicendæ. 759. d

H

HAdrianus imp. equites Rom. nec sine sede senatoribus nec secum vindicare permisit 466. b. Iurauit in senatu se nunquam senatorem nisi ex senatus sententia puniturum ibid. Plurimi senatorium ordinem fecit. ibid.
Helius causidicus præuaricationis à Martiali notatus. 26. d
Heliaca. 34. d
Hæres non tantum defuncti substantiam verumetiam amicos tueri debet. 123. a
Hæredis alia conditio alia victoris 216. a
Hæreditatem parentum post eorum obitum filij percipere non videntur. 302. a
Hamorobiæ. 496. c
Haimo in Annibalem apud Carthaginenses dicturus paternas inimicitias excusat. 164. a
Haimonis sententia in senatu Carthaginensi aduersus Annibalem dicta ponderis parum habuit 131. b. c
Hariadenus œnobarbus seruis punici nominis qui Gallicis triremibus erant à Francisco rege natus. 661. a
Harmastæ pro reges prouinciarumque cõstitutores in vrbes Britanniæ primum aduenientes muneribus honorari soliti. 281. b.
Hæduorum antiquæ aliquot leges, vide lex.
Hæliogabalus matrem & auiam suam in senatum introduxit & sententias rogari iussit. 418. c
Henrici octaui Anglorum regis senescentis res culpæ pius vt egerit. 328. a
Heracliæ Hieronis Syracusanorum regis filiæ eiusque filiarum miserabiles cædes 659
Heracliti Ephesij scite dictum 991. a
Heri Cartheumenus hodie pontifex. 294. a
Heri in Amphitreato hodie in ecclesia ibid.
Heri sacrorum direptores hodie sacerdotes. 294. b.
Heri serui hodie liberi. 294. a
Hesychia nobilis matrona criminis rea apparitori cuidam in domo ipsius custodienda data. 518. c.
Hesterni homines. 293. d 294
Hieronymus valla Parisiensis & Armoricæ curiæ senator. 362. c
Hispani abactores acerrimi. 490. a
Histrionica promotio Iustiniano quæ 294. b
Hominum & cæsarum arborum nõ eadem conditio. 688. c
Honesta missio. 744. a
Honestam missionem esse quæ ante emerita stipendia ab intemperatore indulgetur quomodo accipiendum 718. & dein.
Honor diuinum bonum. 6
Honor pro præmio. 279. a
Honores habiti accusatoribus eorum qui largitionibus corrupti essent. 255 a
Honores persultim adepti carpuntur. 292
Honores quibus potissimum mandandi. 376. a
Honorum etiam scausilis lex. 286
Honoraria missio 761. b. & sequentibus.
Honoraria missio ab ea quam à principe non impletis stipendijs datam honestam Vlpianus dixit longe diuersa. 762
Honoraria pœna an sacerdoti sacrisve initio irrogari à prophano iudice possit. 636. d
Honoraria pœna cuiusmodi & quibus irrogari soleat. 626. d. 627. a

Honoratia pœna noxios affici vetustissimum. ibid.
Honoratiæ animaduersionis species variæ 628. & seq.
Honorariæ epistolæ. 745. b
Honorarij 761. c
Honorarij seu nati curiæ & consiliarij. 458. d & 460. b
Honorarium cur sic dictum. 278. d
Honorium decurionatus. 273. a
Honorarium consulibus in prouincias accedentibus datum. 281. a. b
Honorarium non est quod vi vel metu sit expressum. ibid.
Honorarium quod pro introitu datur cuius æstimationis esse debeat 280
Honoraria an dicenda quæ Episcopi in primariam vrbem suæ dioeceseos aduenientes à clericis accipiunt. 281
Honoraria principibus in vrbes suas primum ingressis dari solita. ibid.
Honorati. 761. c
Aonoratis an ingressus in principis consistorium patuerit 458. c. an illis dicendæ in senatu sententiæ ius fuerit. 458 c
Hortensius vnde viginti annos natus in foro dicere cœpit. 47. a
Hortensij cultus & Vestitus. 56. c
Hospitalis iuris præfectus in Gallia 352. & in cap. remi.
Humerale pelliculatum. 58. a

I

IAcobus Bougius classis inquisitoriæ ductor. 316. a 365. d
Iacobus Budæus regius in senatu Britanniæ cognitor. 321. d
Iacobus Cuiacius. 491. a
Iacobus Gorreus regius in senatu Britanniæ aduocatus. 318. d
Iacobus Lucas Britanniæ præses. 406.
Iacobus Viardus senator Armoricus. 316. a
Ianus a Britannia Stemparũ dux Armoricæ prouinciæ constitutor. 453 a. & deio.
Ianus audax ob veneficium Lucretiæ capite cæsus 676. b
Ianus Baulanus vir prudens & circumspectus. 684. a
Ianus Barbinus, regius in senatu Parisiensi caufidicus. 318. a
Ianus Bonuicinus classis inquisitoriæ præses in senatu Britanniæ. 413. b
Ianus Conquestor Britanniæ dux. 684 a
Ianus Corasius, de Alpheno viro parum considerate locutus 220. ciusdem lapsus. 383. a 385. d. 386. a.
Ianus Houillanus.
Ianus Iabertus. 247. a
Ianus Lauallius Castribriendæi regulus. 413 a
Ianus Muluillacius regius in senatu Britanniæ Celticæ causidicus. 78. a. b
Ianus Painius. 362. d
Iberi abigeatus scelere cũ primis nobilitati. 489
Icolaprorr. 790. b
Ieiunia ab hereticæ prauitatis inquisitoribus eruendæ veritatis ergo impietatis in deum reis indicta in tormentis annumeranda. 614. d
Ientaculum religiosum. 274. c
Ignorantiæ fides quomodo fieri possit. 229
Imaginis animatæ & inanimatæ non eadem ratio. 687. c
Imagines è longinquo spectandæ 88. c
Imagines iudicium suis manibus & principis suis oculis in publico cur Thebani proponerent. 258. c. d
Imaginaria militia. 761. a
Imaginaria missio. 761. d
Imaginariam promotionem quam dicat Iustinianus 294. b
Imperator antequam miles. 292. a
Imperator cum homo nullius stipendij creatur quid accidat 293. a
Imperator faciẽdus senex & iuuenis miles. 403. d
Imperator militi parentis loco. 369. c
Imperatores quando appellari cœperint Romani principes. 718
Imperatoris verbo quis intelligendus. ibid.
Imperatorum qui filios consortes principatus & collegas in magistratibus habuerunt exempla. 309. 310.
Imperatorum quos in ordinem coactos milites sui coluerint exempla. 369. c
Imperatorio muneri ætas certa maioribus constituta. 290. a
Imperaturo quæ discenda. 293
Imperiti rerum summæ non admonendi. 292 b
Imperitia maxime omnium medicis imputanda 389. d
Imperitia quæ culpe annumeranda. 590
Impolitiæ notari equites quando dicerentur 743.
Impolitias facere. ibidem.
Impubes quamuis torqueri non debet terreri tamen potest. 614. a
Impunitatis spes maxima peccandi illecebra 148. c
Inaures. 644
Incestus iudex. 263. c
Incestus damnatæ quæ priusquam de saxo deiiceretur deam Vestam inuocauit innocentiæ suæ testem deiectaque salua permansit an dimittenda. 717. b

Indago 269. d
Indigenæ patriarum legum peritiores quam exteri. 396. d
Indigenas ac incolas an senatores & magistratus creati è rep. sit 394. c & deinceps.
Infames curialium & ciuilium munerum vacationem non habent. 790 c. d
Infrequens miles 746. b. 779. d. eius pœna. ibid. & deinceps.
Infrequens miles exauctoratus an ignominiosus. 746. b
Inimicus an censendus qui cum inimico amicitias copulauit. 164. a
Inimicus an præsumatur qui insalutatum aliquem præterierit. 169. b
Inimicus capitalis. 161. c
Inimicus facile mentiri & peierare præsumitur. 157. b
Inimicus qui olim fuerit alicuius aut patris eius an repelli à testimonio possit. 165
Inimicus vix est vt non ex odio magis quam veritate testimonium det. 126 a
Inimicus vltro nec reiectus iudicis partes a se ablegare debet. 133. 6
Inimici iudicium temere non subeundum 127. c
Inimici testimonium in quacumque causa reijciendum. 157. b
Inimico censendi vel decreti perscribendi potestatem facere periculosum. 127 c
Inimicum vlcisci vitam accipere est alteram. 157 a 158: b
Inimicorum amici non insectandi. 164. b. c. d
Inimicorum iudicium subijce quos non pœnituit exempla. 131. d. 132. a. & sequent.
Inimicorum qui in gratiam reducti inimicitias instaurarunt exempla. 166. c
Inimicorum qui post reditum in gratiam amicitiam persancte coluerint exempla. 166. b
Inimicorum quorum testimonijs creditum non fuerit exempla. 158
Inimicos quamuis nullos iniuria multos tamen parat inuidia. 170 d
Inimicitia quid. 157
Inimicitia an iusta reijciendi iudicis causa. 126 & sequentibus.
Inimicitia capitalis etiam si nulla eius occasio satis iusta afferri possit sufficiet ad reijciendum testem 169. d & sequent.
Inimicitia capitalis ex leuissimis interdum causis nascitur. 169. d
Inimicitia capitalis vt contrahatur. 160
Inimicitia etiam litigatoris culpa suscepta an reijcienda testi idonea. 165
Inimicitia iudicis in magistratu non vindicanda 134. a. & sequentibus.
Inimicitia quæ cum patre pupillorum fuerit an excuset à tutela. 130. a
Inimicitia quæ cum iudicis vel litigatoris patre fuerit an iusta reiiciendi iudicis causa. 129. c
Inimicitia non omnis arbitrum excusat ne sententiam dicat. 160 d
Inimicitiæ quam quis dedita opera procurauerit in reprehendendo teste ratio non habenda. 171. a
Inimicitiæ suspicio an ad refellendum testem sufficiat. 164. d 165. a
Inimicitia vt à testimonio submoueat cuiusmodi esse debeat. 159. d
Inimicitiæ an iustæ quam à parentibus inchoatas liberi susceperint. 129. d
Inimicitiæ interdum in familijs resident. 165. a
Inimicitiæ vt plurimum ex iniurijs nascuntur. 157. c
Iudici seruo in quæstione incendij Romæ orti cur fides non habita. 166. c
Iniuria an salutatione remissa reconciliatioque facta intelligatur. 169. b
Iniuria propria & iusta non tamen in magistratu exercenda. 134 d
Iniuriæ quantitas de iræ magnitudine non æstimanda 170. a
Iniuriæ cur procliuius quàm beneficio vicem exoluere. 157. & sequent.
Iniuriarum memoria perennis. 157. d
Iniurias flere est pueri, viri vlcisci. ibid.
Innocentij & pontificiorum lapsus. ibid.
Insinuatiua. 281. d
Instigator qui negotium insonti alieni summisso cognitore regio clanculum exhibuerit an ex ijsdem actis damnandus. 424. c
Instrumentum prouinciæ. 240
Instrumentum regni. ibid.
Inter ipsos conflictuum articulos. 39. a. & sequentibus.
Inter phialas aliquem audire. 93. c
Inter subsellia consultare. 39
Interrogationes quæ testibus à conquisitoribus fiunt an sponte vel vocati ad dicendum testimonium accesserint inutiles. 173. d
Iocus Ciceronis de furaci seruo. 494. a
Iocus Dolabellæ de cœnis & conuiuijs Ciceroni à Nicia & sophia exhibitis. 91. c
Iouinianus Imperator ex scriba. 438. a
Iupiter de qua re semel iudicatum fuerit quando iterum cognoscat. 224. b
Iupiter vt absenti Amphitrioni vicariam operam præbuerit 327 d
Iouis fulmen quod solus excutit cuiquam non nocet, sed id tantum quod alijs dijs authoribus misit. 688. c
Ioui pistorio templum iuxta curiam constructurum se fuisse si florente Coss. rep. vixisse dixerit Alphonsus rex. 134. a
Ira in puniendo prohibenda. 583. d

Iram quamuis efferuescentem dilatio frangit & mortula. 688.c
Irati Valentiniani sententia in fstatorem militem. 686 c
Iratus Deus nunquam vlciscitur neque supplicium indignabudus infligit. 690.b
Iratus nemo recte quicquam constituit 689.d
Iratum iudicem pati periculosum, vide iudicem.
Iratis principibus & magistratibus lente ad pœnam irrogandam pergendum. 688
Isaac cur filium suum Esau diligebat. 268
Isiteria 280
Ismenias choroles ad ventitandum artem gemmis multis vsus 54.d
Isodon vel Isodion. 282
Iudicandi facultas militaribus etiam hominibus data. 336 a
Iudicandi munus necessarium esse quomodo accipiendum. 104.b
Iudicandi munus quibus apud Persas delegetur. 292.
Iudicandi ratio alia in iisdem etiam quæstionibus apud senatum quam apud priuatos iudices. 216.b
Iudex an in causa familiaris & conuictoris recusari possit. 94
Iudex an sedere quis possit in causa eius à quo ornatus aut sacerdotio donatus sit. 107.b c
Iudex apud Rom. nemo sedebat nisi qui inter aduersarios conuenisset 996
Iudex cuius ætatis esse debeat. 484. & sequent
Iudex cur facilius quam testis reiciatur. 102 a
Iudex dictam sententiam nec rescindere nec mutare potest. 221.d
Iudex etiam nō reiectus causas ob quas alterutri parti videri possit æquior vel iniquior excusare debet. 101.d & sequentibus.
Iudex * in magistratu positus iustitiæ sacris ad vlciscendas inimicitias abuti non debet. 334.a
Iudex haud grauate ferre debet se suspectum fieri 99.d
Iudex nec dare nec accipere debet. 265
Iudex occupatus affectibus omnem inquirendæ veritatis rationem amittit. 126
Iudex pontificius an ad triremes damnare clericos possit. 664.b
Iudex quando rei controuersæ partitionem ex æquo inter litigatores fieri iubere possit. 230
Iudex qui in causa propinqui iudicat vix fit vt ad eum pronior esse non credatur. 104.d
Iudex qui per imprudentiam perperam iudicauerit coercendus. 992.a
Iudex quis apud Ægiptios eligi solitus et caput & princeps collegij esset. 404.b.
Iudex quo ad potest priusquam sibi de iuribus partium liqueat litigaturos ad concordiam allicere debet. 226. & sequentibus.
Iudex quos iurisdictione sua componere potest adarma & rixas procedere non patiatur. 127
Iudex sapiens quid cogitare debeat. 135 c.
Iudex suspectus an super reiectionis causis interrogandus. 101. d
Iudex testem quem falsi suspectum habet potest super appendicibus interrogare & interrogationum seriebus si fieri possit inuoluere. 195.d
Iudicis negligentia vt punienda. 592. c
Iudicis partes in aduocatos qui patrocinium alicuius suscipere insti detrectant. 8
Iudici an liceat scriptam subsignatamque sententiam priusquam recitata fuerit ab officio reuocare. 243.a
Iudici causa iam cognita an liceat officio iudicis paulisper dilato communis amici & pacificatoris partes agere. 230.d
Iudici qui solus censuerit scriptā à se sententiam priusquam suspectus fuerit affirmanti an credendum. 246 & sequent.
Iudici soli de his quæ ad laudem vel opprobrium eius pertinent fides non habenda, 228.299
Iudicem formula includit. 232
Iudicem quis eligat an sortiatur plurimum referre. 128. & sequentibus.
Iudicem rationabiliter iratum pati de fortunis decernere periculosum. 126
Iudicem si de alterius partis iuribus sibi constet μάρτυρα esse non debere. 229.d
Iudicem vnum qui Carthagini aduersum idem omnes infensos habebat. 117.c
Iudices aditu faciles se præbere oportet. 84.
Iudices apud Rom à iuratis prætoribus dari soliti. 374 & sequentibus.
Iudices à quibus venatu aucupio vel piscatu capta accipere nefas non sit 250
Iudices & qui circa eos sunt puris manibus esse oret. 255 256
Iudices in vlteriorem familiaritatem recipere prouinciales non debent. 87 d
Iudices munera accipientes ad eos qui dederint sunt inclinatiores 251 a
Iudices non in recessu sed apertis foribus aut pro tribunali causas audire debent 96 b
Iudices nummarij & eorum consiliarij à Domitiano Cæsare ignominiosè notati. 254.b
Iudices obnoxiæ sententiæ qui in Britannia pridem esculenta & poculenta eis oblata non reiecerunt venia digni. 264
Iudices obnoxiæ sententiæ qui in constitutiones regias peccauerint aut alijs leuiter ostenderint quomodo castigandi. 640.

Iudices qui ad iudicem proprio ore dicendam vocari soliti 592. c. d
Iudices qui creandi 375. d
Iudices regij S. C. in Britannia Celtica causis agendis operam dare drohibiti 73. b
Iudices seculi à sacerdotibus conuiuijs non excipiendi 93
Iudices sicut milites stipendijs suis contentos esse oportere 254. 255. & seq.
Iudices sorte delecti ab Augusto prohibiti in domum cuiusquam intrare qui iudicio coram ipsis certaturos esse 89 a
Iudices vix puris vtentur manibus nisi gratuita officia suscipiant 264. b
Iudicum corrumpendorum initium vnde fluxerit 262. d
Iudicium de eadem re an amplius quam semel reddi debeat 221. a 224. d
Iudicum & magistrarum differentia 388. b.
Iudicum incorruptorum & quibus dona reiecisse gloriæ fuit exempla 258. d. 259. & seq.
Iudicum incorruptorum & qui munera sibi oblata reiecerunt exempla 259. 260
Iudicum mutatione an mutetur iudicium 217. c
Iudicum ordo Carthagini dominabarur 117 c
Iudicum pecuniam ob indicandum accepisse conuictorum & punitorum exempla varia 253
Iudicum quorundam prauus ambitus 127
Iudicum sordidorum & largitionibus corruptorum exempla 260. d 261. a
Iudicum veterum Ro. diuinum & singulare consilium in excutienda fide testium 159. a
Iudicibus non eadem videntur cum amant & cum oderunt 126. c
Iudicibus quibusdam regijs causas orare in senatu Britanniæ concessum 77
Iudicium ab vno iudice deferri in alium 465. a
Iudicium de eadem re an in crimine proditionis bis adipisci liceat 224. d. 225. a
Iudicium de eadē re bis adispici apud Athenienses solis regibus licet 221. d
Iudicium inuidiosum 763. b
Iudicium quamuis de aliqua re redditum fuerit iterum tamen de eadem interdum Iupiter cognoscit 224. b
Iudicia quibus horis apud Rom. exercebātur 60
Iudiciorum pondus & authoritas vnde pendeat 85. d
Iugum 724. c
Iulianus Imp. in negotio inimici priusquam cum eo rediuisset in gratiam iudex sedere noluit 133. b. 159. a
Iulianus Licinianus deportatus ab Antonino ordini suo & honoribus restitutus 757. b
Iulianus Parabata ex monacho clericus & lector 692. a b.
Iulianus quamuis idolorum cultor, iustus tamen iudex fuit 692. c. b
Iulius annalis 390. 391
Iunius Rusticus componendis patrum actis in senatu delectus 440. a
Iuramenti fidelitatis & clientelaris officij sponsionis quæ à fiduciario cliente præbetur differentia 460. a. b
Ius publici crediti an ad victorem transire possit 216. b
Iuris ciuilis scientia an senatori necessaria 377. d
Iuris & equitatis differentia ex donato 233 b. c
Iura manu præhendi non possunt 215
Iusiurandum quale ab ijs præstandum qui senatorem in demortui locum nominaturi sunt 375
Iusiurandum quale ab his qui in causidicorum ordinem ascribuntur præstandum 14
Iusiurandum quale à canonicis episcopum electuris exigendum 374. b
Iusiurandum quale ab honorarijs curiæ consiliarijs exigatur 460. b
Iusiurandi ab oratoribus & aduocatis exigendi mos vnde ad nos peruenerit 41. a
Iurisiurandi quod à militibus præstabatur cum res in maximum discrimen venisset formula 205. a
Iusticiam incorruptam quo pacto Thebani signarent 258. d
Iuuenes cur non eligendi duces 403
Iuuenes & primæ lanuginis homines in senatum non allegendi 304. d
Iuuenes olim consilij publici spectatores antequam consortes 294. d
Iuuentus capessendæ doctrinæ magis idonea 83. c
Ixionis amici 618
Ixionis fabula ibidem
Ixionis rota quid significet. 618

L

Lacedæmoniorum & Achæorum controuersia in senatu Rom. diiudicata 427. b
Lacedemoniorum in puniendo tarditas 708. b
Lacidis tyranni scite dictum 88 c
Lælius qua in re Q. Sceuolam minorem natu generum fannio prætulerit curque se excusans id se fecisse dixerit 355. a
Lampadius præfectus falsi accusatus priusquam torqueretur exauctoratus 736. c
Langlæus Burdegalæ in senatu honorifice exceptus 449. c
Langlæus priusquam in amplissimum ordinem allegeretur ter vt minimum ab Armorico senatu nominatus & expertus 382. a
Langlæi de ætate senatoria apud Rom. sententia 344. & deinceps

Langlæi de libera custodia sententia 513. d. & deinceps. Eiusdem opinio de militiæ mutationis & gradus deiectionis differentia aduersus P Fabrum 775. c d
Langus Nicephori interpres hallucinatus 734 d
Largitionem cur corruptelam Philippus esse dixerit 259. d
Laquæi pœna 584. a
Larua 540
Laruati ibidem
Laterna 549. c
Latrones qui 495. c
Latrocinale collegium 335. c
Latus clauus senatoriæ dignitatis insigne 65. a
Lauantium prædones 503
Laudatores Ciceroni qui 175
Laurentius Valla cum Vlpiano vel Iuliano de significatione verbi exauthoro contendens operam ludit 738. b
Lazij error 734. d 760. c
Legatus pro Vicario 321. a
Legatus Romani pontificis litem coram ordinario cœptam trãsferre ad se non potest 461. c
Legati aliæ partes atque Imperatoris 321. a
Legati an Resp. debitores esse possint 297. d. 298
Legati à quibus in senatũ introducti 337. d. 338. a
Legati Augusti in curiam introeuntes arma deponere iussi 457. d
Legati Austriæ ducis in senatu Parisiensi sessum recepti 449 b
Legati consulum alieni imperij ministri 319
Legati imperatorum an esse potuerint eorum necessarij 306 319
Legati imp. Consulum & aliorum an eorum collegæ 321
Legati in decem 306. 320
Legati in primis 319. 320
Legati qui à senatu Rom. ad principem mittebantur à iuratis interdum legebantur 375. b
Legati qui in senatu Romano ad consessum admissi 449. a
Legati Regij ad regendas prouincias missi an in senatu dicendæ sententiæ ius habeant 458. b
Legatorum decem quæ fuerit potestas 319. 320
Legatum à Ruscio Cæpione senatoribus Rom. factum cur irritum esse Domitianus voluerit 282
Legatum obortis inter testatorem & legatarium inimicitijs an tacite ademptum intelligatur 159. 160
Legationem accusator ad amicum accusati an suscipere cogendus 164. c
Legio tota interdum exauthorata 738. 739
Legio tota infrequens interdum relata 778. c
Lentulus Catilinariæ coniurationis reus priusquam supplicio afficeretur purpurea veste exutus 729. c
Leue quibusdam quod alijs magnum 278. d
Leuis offensa leuiter condonanda 159
Leuia crimina de plano cognoscenda & vindicanda 576
Leuia delicta verbis tantum & admonitione castiganda 638
Lex Ægiptiorum Atheniensium & Rom vt prægnantis mulieris morti destinatæ partus expectetur 709. & deinceps
Lex annalis seu annuaria à quo primum scripta 391. b. c
Lex Antia ne quis magistratus ad cœnam nisi ad certas personas iraret 93 a
Lex antiqua Hæduorum ne duo ex eadem familia viuo vtroque magistratus crearentur & ne eodem in senatu essent 304. d 305 a
Lex an iqua Rom. vt damnatorum supplicia in tricesimum diem differentur 680. b. c. d
Lex Antonini philosophi vt senatores peregrini quartam fortunarum suarum partem in Italia possiderent 396. d
Lex Arabum qua reges & magistratus illis ex eadem gente habere nefas non fuit 315.
Lex Atheniensium nequis in magistratu corona donaretur priusquam rationes detulisset 300. a
Lex Atheniensium qua ei qui æratius esset reip. administrationem capessere non licuit 299. a
Lex Atheniensium quæ eum qui publicæ quid administrasset ornari ante vetabat quam rationem reddidisset 300
Lex Atheniensium quæ filium paternæ ignominiæ hæredem constituebat 298. d. 299. 300
Lex Bohemorum lupanaria prohibens 533
Lex Bononiæ & quorundam aliorum municipiorum quæ meretrices quæstum facientes iubet deduci in lupanar 538. b
Lex Charondæ in militiç desertores vt muliebribus induti in medio foro sistere cogerentur 636. b
Lex comitialis 383. d
Lex Constantini in iudices precio vel gratia deprauatos 254. d. 255. a
Lex cuiusque ciuitatis seruanda 273. a
Lex Cyri vt cum rex Persarum vrbem intraret singulis mulieribus aureus daretur 283
Lex decem viralis in iudicem qui pecuniam ob rem dicendam accepisset 253. c
Lex duodecim tabularum munera quæcumque à iudicibus accipi prohibens 273 b
Lex Galliæ ciuitatum commodius instituturarum ne quis rumorem ad rempub. pertinentem ad alium quam magistratum deferat 565. c
Lex gymnasij vel collegij an probanda quæ pro introitu & matricula modicum quidquam iubeat dari 275. d.
Lex Græcorum quæ in domo meretricis de

prehensum pro mœcho accipi vetat 526. c

Lex Heluetiorum pœnam in eum statuens qui ordinem deseruerit vel terga verterit 597. c. d

Lex iudiciaria nequis reus vel accusator domum iudicis ingrediatur 98. d

Lex Iulia repetundarum 254. c

Lex Iuliani imp. ne ciuilis iudex vel militiæ rector alio præter merita suffragante ad potiorem veniat gradum 295. b. & 762. c

Lex Lacedæmoniorum qua duobus ex eadem familia reges esse non licuit 311. d. 312. a

Lex Locrensium ne quis armis obseptus senatum ingrederetur 414. a

Lex Locrensium quæ nouarum rerum percunctatorem mulcta afficiebat 564. b

Lex militaris perquam effugere licuit iniquitatem Tribuni 229. a

Lex Mosaica animalia quæ vterum gererent mactari prohibens 710. b

Lex municipalis Britonum in mulieres impudicas iuuentutem fallentes 520 d. & dein.

Lex municipalis Britonum vt sententiæ de capite alicuius dictæ confestim executioni mittantur 677. d

Lex nautarum 292. b c

Lex nulla quæ puniat iustitiam capitalem 587. d

Lex prædialis 227 d. 228. a

Lex prædiatoria 228. a

Lex prima in publico cœtu 345. d

Lex Pompeia Bithinis & Ponticis data 272. d

Lex Radamanti 443. b

Lex Romanorum de augure in demortui locum cooptando 373. b

Lex Romanorum duos ex eadem gente augures fieri prohibens 306 b. c

Lex Romanorum ne legerentur in decem qui essent imperatorum necessarij ibidem

Lex Romanorum tribunos ædiles fieri prohibens quorum patres qui sella curuli sedissent viuerent 317 a

Lex Romanorum vt probrum virginis Vestalis capite puniatur 761. b

Lex Scaulilis tam annorum quam dignitatum 386. b

Lex sermonum 311. a

Lex seruilia qua centum & viginti hominibus testimonium denunciari licuit 205. c

Lex Solonis in Balneares & publicos alios fures 505 c. d

Lex Solonis ne quis nocte nisi prelato lumine iter susciperet 518. b

Lex Solonis vt in consultationibus natu maximus primus Dicat 354. a

Lex Talionis 443

Lex Theodosij de sententiæ capitalis ab irato principe dictæ executione in triginta dies differenda 681. a. b. & sequent.

Lex Traiani vt honores Romæ petituri tertiam partem patrimonij in res soli collocarent 397 d

Lex Thuriorum in calumniatores 636. a

Lex Venetorum debitoribus fisci magistratus mandari vetans 298. a

Lex Venetorum gentiles & consanguineos eodem in magistratu esse prohibens 306. a

Legis Manliæ caput quo iudicibus testibus duntaxat in res singulas artem denunciandi potestas fit 306

Legis regiæ de nominatis à senatu examini subijciendi quando gratia facienda 401

Legi iniuriam facit qui verbis eius seruiens contra sententiam nititur 767. c

Lege annuaria solutum magistratum aliquem ante tempus capere apud Romanos rarissimum 383

Leges aduersus impudicas mulieres edictæ ad coniugatas non trahendæ 538

Leges Atheniensium duplici mulcta largitionibus corruptos afficientes 257. a

Leges de ambitu ne suffragia largitione deuincta quisquam haberet 271

Leges lupanaria extra vrbium mœnia collocari iubentes vnde ortæ. 532. d. & dein.

Leges municipales Italorum nequis nocte nisi prælato lumine obambulet 557. a

Leges Gallicæ Caroli octaui, Ludouici duodecimi, Henrici secundi & Caroli noni de gentilibus & propinquis eundem in cœtum & iudicum conuentum non cooptandis 303. d 304.

Cur latæ 292. 303. & sequent.

Caroli quinti & Philippi Pulchri ne magistratus indigenis mandarentur 394. c. d

Caroli octaui ne actuarij dum patres in curia morantur conficiendis senatusconsultis operā dent 423. d. Caroli noni de censentium nominibus senatusconsultorum aduersarijs ad scribendis 415. & deinceps De senatoribus & alijs magistratibus eiuratione cooptatis 408. d. Vt sanctioris consistorij sui consiliariis sedes in supremis curijs detur hisque dicendæ sententiæ potestas 450. Francisci primi nequis personatus vagetur 543. b

Vt senatoris delinquentis coërctio ad eum ordinem inquem cooptatus sit pertineat 469. d. 470. Henrici secundi ne tribuno cuiquam ærario custos & antigraphus gentilis apponatur 317. d. Ludouici vndecimi de his qui subscribere debent decretis in torquatos milites factis quibus eorum existimatio læditur vel pudor perstringitur 426. d Ludouici duodecimi de senatusconsultorum aduersarijs in classibus inquisitorijs a litis enarratore perscribendis 422. a. Vt sententiæ de capite ali-

cuius dictæ ea ipsa die qua recitatæ fuerint effectui tradantur 681.c
Alia qua definitus est in singula factorum capita decem testium numerus 199 c.d. Vt confessus in equuleo postridie quam quæstio de eo habita fuerit sensum à loco tormentorum rursum interrogetur 618.d
Leges diui Ludouici & Caroli noni lupanaria prohibentes 525.c
Legum annalium & scausilium quando gratia facienda 296 & sequent.
Legum regiarum de gentilibus eundem in senatum non admittendis an & quo pacto princeps gratiam faciat 314 c & seq.
Libellus Tacito pro instrumento vel rationario imperij 240.d. 241.a
Libelli famosi abolendi 413.c
Liberis senatorum cur curię interesse augustus permisit 205
Libera custodia 513.d. & deinceps
Libera custodia detineri an dicerentur quibus vincula iniecta essent 514
Liberæ custodiæ fere non traduntur nisi magnæ dignitatis vel existimationis viri 518. & sequentibus
Libero conclaui retenti an vinculorum essent immunes ibid. & seq.
Libertas dicendę in senatu Rom. sententiæ quando erepta 347.a
Libertas in dicendis sententijs sub Augusto & Tyberio 344.c
Libertas loquendi in publico cœtu 346.d
Libya 495.b. & deinceps
Libyæ pastores cur pecus suum vagari permittant ibid. & deinceps
Liburnica 562.a
Liburnicarum præfecti ibidem
Ligarij fratres 204
Litis capitalis exercendæ formulas in leuioribus recentibusque maleficijs non seruari 576. & deinceps.
Litis enarrator, facilius leuioribusque ex causis quam quiuis alius ab albo iudicum expungitur 98
Litis enarrator suspectus quamuis litis expositione abstineri iussus iudex tamen interdum sedet 98
Litis inspector qui datus fuerit an litigatoribus innotescere debeat 98
Litis instrumenta aduersario reddens an liti renunciare intelligatur 209
Lites pontificum sibi reseruare vel alteri mandare 465.a
Lites quæ cum præsidibus, senatoribus aut præsidialibus iudicibus fuerint vbi disceptandæ 118. & sequent.
Litibus inimicitiæ contrahuntur 161.a
Litigare cum iudice apud Carthaginenses cur periculosum fuerit 117.c
Litigantes de vita vel fortunis sæpius cogitare quid iudex possit quam quid debeat facere 117
Liuius Salinator in causa Liuij Macati propinqui sui sententiam in senatu Rom. dixit 106.a
Liuij locus emendatus 459.a
Locus antiquior quibus debitus 356.b
Logistæ 411.c
Lora an inter tormenta censeantur 614.c
Lotarij qui ibidem
Lucere verbum pro prælucere à Plauto vsurpatum 556 b
Lucius Cæsar in causa M. Antonij ex sorore nepotis priusquam sententiam diceret propinquitatem excusauit 103.b
L. Cinna 165.c
L. Crassus cur Philippum sibi consulem esse negauit 442.d
L. Iulius seu villius annalis 391.b.& seq.
L. & Q. Metelli 158.d
L. Scipio pub. fratris legatus in Hispania 319.d
Lucretius quo mortis genere interierit 580.d
Lucullus paternas inimicitias magna cum gloria persecutus 129.c.165.b
Luculli fratres in ædilitate collegæ 309.a
Ludi Megalenses 541.d.& seq.
Ludouicus Bralloinius 322.b
Lumbifragium 619
Lupanar in vrbe ædificare cur prohibitum 532.d & deinceps
Lupanario olim muliere plereque à gentilibus damnatæ 538
Lupanaria apud deum maledicta 537.d
Lupanaria à diabolo constituta 533
Lupanaria Bohemorum legibus interdicta. 533.d
Lupanaria cur tolerantur 529 d.
Lupanaria etiamnum gentiles non habent 533.
Lupanaria in multorum honestorum virorum prædijs exerceri quomodo accipiendum 535.b
Lupanaria iurisconsultorum etiam responsis confessa non probantur ibid.
Lupanaria turpia semper & Infamia loca habita 534
Lupanarium vsus à Theodosio & Iustiniano sublatus 533 c
Lupi Arabiæ vel vespertini 252.d
Luscio sus quis 198.c
Lycerus Babylonis rex cur Æsopum necari iussit. 683.b.c

M

M litera in Anglia cur sacerdotibus & clericis homicidij in palma sinistræ manus sub police inuratur. 642. c
Macedonij Anachoretæ ad Theodosium imp. verbum sapientiæ plenum. 687. d
Macer & Menander iurisconsulti dissidentes conciliati. 753. d
Magister equitum ad quid legebatur. 338. d
Magister equitum an dictatoris collega. 327.
Magistri priusquam discipuli. 292. a
Magistratus priusquam supplicio afficiatur exauthorandus. 729. b. c
Magistratum gesturos quales esse oporteat. 375. 411 e.
Magistratum ineuntes quibus sportulas dabant. 273. c. d. 274.
Magistratum petentibus modica liberalitate erga suffragatores suos vti nefas non fuit. 277. b
Magistratum vrbanum nemo adipiscebatur qui decem ante stipendia non expleuisset. 378. d 379. a. 385. d
Magistratu perfunctis causas agere nihil vetat. 79. & sequentibus.
Magistratus an incolis & indigenis mandandi. 394. a
Magistratus imperitis & qui vsu rerum exercitati non sint non committendi. 293 & sequentibus.
Magistratus in Gallia perpetui. 398. a. b
Magistratus largitionibus adepti dant operam vt lacunam rei familiaris expleant. 265. b
Magistratus multa famæ opinionique suæ dare debent. 311 b
Magistratus non extra noxam modo sed etiam extra famam noxæ conseruandi. 311. c
Magistratus reip. villici. 377. b
Magistratus senatus grauissimique consilij quasi ministri 466. d. 467. a
Magistratuum nundinatio tam Iustiniani quam Caroli noni Galliæ regis sanctionibus sublata. 264. 265.
Magistratibus interdum rei criminum custodiendi dati. 517. c
Malum pro verberibus. 615. & seq.
Manceps cuius culpa opus quod extruendum redemerat conciderit mortisque casum aliquibus attulerit quomodo puniendus. 593. a
Manicius ex scriba prætor. 438
Manticula. 510. c
Manticulari. 510. c. d. & deinceps.
Manticularij 511. a
Manuari. 511. a
Mannatius. ibidem.
Mannator. ibidem.
Mannubiæ. 215. a
Manutij lapsus. 448. c
Mapalia. 498. b
Marcelli seu Marciani responsum aliter ac vulgo soleat explicatum. 582. a
Mateus AEmilius scaurus. 159. a
M. AEmilij scauri testimonium C. fimbriam & C. Meminium cur non creditum ibidem.
M. Cato in curia dum senatus cogeretur Græcos libros lectitare solitus 424. b
M Cato primus omnium in senatum veniebat, vltimus abibat. 424. b
M. Catonis testis fidem toga candida eleuauit. 165. d
M. Catoni & Cypro reuerso quamuis nullum bellum confecisset cur honores qui victoribus haberi solent decreti. 260. a
M. Cæsius bubelius scriba mortuo eo dux exercitus electus. 438. a
M. Cœlius vt veneficij fuerit conuictus. 186. b
M. Cotta à C. Carbone repetundarum insimulatus 254. d.
M. Crassus causam nullam impræmeditatus egit. 40. b. c. & sequent.
M. Liuius Salinator. vide Liuius.
M. Volscius fictor testimonij falsi conuictus Lauinium exulatum abijt. 151
Marito reo adulterij absoluto quando permitatur institutam ab alio accusationem instaurare 226. d
Marium cur Metellus in bello Iugurthino ab exercitu domum dimiserit 725. & sequentibus
Marsupia exenterare 511. b
Marsupia abolere qui dicantur. 510. c
Marsupicidæ. 509 b
Marsupiorum incisores. ibidem.
Masurius Sabinus. 20. d
Mater an editum partum lactare cogenda.
Matris calamitas ei qui in vtero est nocere non debent. 709
Matribus cur liberi chariores. 711. a
Matrimonium qualecumque sit violari non permittitur. 538. c
Maximus Tirannus à Theodosio victus & supplicio affectus. 452. b
Media via quando eligenda. 230. d
Media transcendendo summa imis continuare. 286 e
Medium feriæ quis dicatur. 231. c
Medium incidere. 232. b
Medicus ad ægros curandos non admittendus nisi qui doctrinæ suæ periculum fecerit. 591. a
Medicus ægrum curans quis extra periculum 590. c & sequentibus.
Medicus cuius culpa & inscitia æger interierit an

pœna dignus. 587. & deinceps.
Medicus in curandis ægris licentius agere non debet. 591
Medicus in curandis infirmis audacior à senatu Parisiensi reprehensus. ibidem.
Medicus qui infirmum sanitati non restituisset apud Ægiptios quando supplicio affectus 590. b
Medico spadonem aliquem facere capitale. 605. c
Medicum ad curationem ægroti non adhibens vel adhibens sed imperitum an delinquat. 604 c
Medici ipsis etiam imperatoribus imperant. 591.
Medici multi de vita hominis temere ludunt. 589. d.
Medici parum docti & satis seduli languidos multos officiosissime occidunt. 587. e
Medici sæpe falluntur. 587
Medici venenis ad multas ægritudines salubriter vtuntur. 581. c
Medicorum errata impune sunt immo etiam mercede compensantur. 588
Medicorum & chirurgorum renunciatio. 582. d
Medicamenta noxia an venalia habere liceat. 591. c
Medicamenta quamuis noxia alijs mixta sæpe salubria ibid. c. d. & 582
Medicamentarius. ibid. 551.
Medodiastolea. 271
Meiogrammateus. 271
Mehardates occupato Asgolarze Parthorum regno decisis auribus viuere iussus. 941. e
Mellodidascali. 276
Melloproximus. 277
Membri amputatio extremo supplicio equiparatur. 713
Mendacium misericors & honestum. 147. b. c
Mendacium pro salute alicuius an dicere liceat. ibidem.
Mensa familiaritatis & amicitiæ conciliatrix. 88. 89. & sequentibus.
Mensa hospitalis. 90. a
Mensæ reuerentia. 89 d
Mensarum assecla. 94. a
Mensor qui in modi renunciatione falsum dixerit coercendus. 589. b
Mentiri pro collega quibusdam religio non est. 149. d. & sequentibus.
Mentiri quando liceat. 33
Merces alienas seruandarum suarum causa qui in mare proiecerit an ad aliquid teneantur. 603 b
Merenda 90. d
Meridianus cibus. ibidem.
Meridianis horis à litigatoribus iudices videndos non esse cur constitutum 90. a
Meridiare vel meridiari. 91.
Meretrix ad licitationem rei auctioni subiectæ non admittenda. 530. d
Meretrix de vicinia expelli potest. 530. d
Meretrix è domo conducta si locatori visum fuerit explauditur. ibidem & 531.
Meretrices ad quid inuentæ. 528
Meretrices Athenis cur Solon prostituerit 528. d
Meretrices omnes à diuo Ludouico vrbibus exactæ. 529. c
Meretriciis à moribus iuuentuti non interdictum. 527. a
Meritorium. 531. b c
Meritorium cœnaculum. ibidem. d
Meritoria intra vrbem stare Tacitus Imperator vetuit. ibidem. b
Meritoria pro diuersorijs & fullonum officinis 531. a
Meritorij pueri. 531. c
Messalla Valerius sententiæ suæ senator. 348. b
Metellus pius purpurea cœnatoria indutus accubuit. 61. d
Metelli censores an fratres fuerint. 308. a
Metrodorus cur Epicuri sapientiæ collega à Cicerone dictus. 334 b
Metus quomodo probandus. 619. b
Metu tormentorum quid factum intelligatur. 622 c.
Michaeli Bongio cum in senatum Britanniæ cooptaretur. quæ lex dicta. 316. a
Miles à re dirutus vide ære dirutus.
Miles infrequens quis. 746. b. 780. b
Miles nisi exauctoratus non torquendus. 736. b
Miles priusquam supplicio afficiatur exauctorandus. ibid. & 724. a
Miles quidam testis in Val. Asiaticum quo pacto falsi conuictus fuerit. 196. b
Miles timidus à Cæsare vt emendatus. 598. a
Militis infrequentis pœna. 779. 747.
Militi qui adulterium cum hospitis vxore commiserat quale supplicium ab Aureliano inflictum. 658. b
Milites exauctorati quando famosi. 737. a
Milites post exauctorationem pagani habiti. 724. d
Milites quando singuli non iurarent sed simul omnes. 204. d. 205
Milites quibus ob delictum adimebatur stipendium non semper exauctorati. 779. a
Milites torquati an priusquam supplicium de illis sumatur exauctorandi. 731. d
Milites torquati qui olim fieri soliti. 426. d
Militum torquatorum qui cochleati dicuntur collegium à quo & quando institutum.

416. a. 417
Militibus veteranis tirones non immiscendi. 393. d
Milites a numeris ad alios numeros transferre solus princeps potest. 557. a
Militaris animaduersio ignominiae causa militi venam solui. 516
Militaris custodia. 516
Militares animaduersiones variae. 628
Militia cœlestis 287. forensis. 57. a. 116. c. imaginaria. 724 literata. 57. a pallatina ibidem, togata eadem vrbana. ibidem.
Militiae gradus. 772. c
Militiae mutatio 774 d. eius & degradationis differentia. ibid.
Minax iudicis vultus an iustum metum inferat. 621. c
Minutia vestalis ob stuprum viua humi deffossa. 726. d
Minutius magister equitum cur Fabij dictatoris collega à Liuio appellatus. 340. b. c
Miraculum mulieris capitis damnatae a spiculatore saepius ictae demumque mori visae quae postpaulo reuixit. 717. a
Mitti an dicantur quibus successores dantur. 235.
Missio an ab exauthoratione differat. 741. a
Missio quae infamiam irroget. 737. a
Missio quae ob delictum sine ignominia fit quo nomine censenda 760. d
Missionis & vacationis differentia. 760
Missionis honestae fides vt fieri debeat. 745. b
Missionis mercedem accipiens vt puniendus. 762. d
Missionis ignominiosae formula. 747. & seq.
Missioni semper adendum cur miles mittatur. 747 b
Missiones interdum à senatu nondum impletis stipendijs factae. 756. & sequent.
Missiones timidorum militum ab Agamemnone, Agesilao & Scipione vt factae fuerint. 758 d
Missiones variae. 737. & deinceps. mittere militem. 762
Missus ignominiosae postea volens militare an recipiendus. 750. c
Missus militia ab indignante principe an ignominiosus. 749. c
Missorum causas qui cognoscerent 754. a
Modica erogatio largitio non dicenda. 277 b.
Modica liberalitate plebem Rom. coli a canditatis nonnunquam vetitum. 280. a
Modicum esse oportet id omne quod honoris vel gratia datur amoris. 279. b
Modicum quibusdam quod alijs magnum 278. 280.
Modicum vel magnum vt aliquid esse censeatur quid desiderandum. 278. & 280.
Mecœnatis grauis ad Augustum oratio. 468. a
Mœchus non habendus in domo meretricis deprehensus. 526. c
Monachi an à clericis diuersi. 787. b
Monachi stationem & ordinem deserentes non exauctorati cur curijs traditi. 787. b
Mora lentum praeceptis mali remedium. 687. b
Morae culpa capite damnata. 595. c. & sequentibus.
Mora & dilatione salus multis damnantis allata. 707. c
Moratores qui. 32. b. c
Morbus non omnis aduocatum excusat, vide Aduocatum.
Morbus an omnis dimittendi militis iusta causa fuerit. 759 b. c.
Morborum omnium curatio est in medici potestate. 590
Mos AEgiptiorum in eligendis praesidibus 404. b.
Mos Alexandri Seueri in consulibus & senatoribus creandis. 371. c
Mos Atheniensium in rumorum incertorum authoribus supplicio afficiendis. 561. d
Mos Atheniensium vt cognatorum controuersiae intra parietes ab amicis diiudicarentur 234. d. 235.
Mos augurum vt nonis commitendi & colloquendi causa conuenirent. 315. a. b
Mos Bithynorum quo nemo in corpus vel collegium vllum referebatur nisi qui certum aliquid pro introitu dedisset. 272. d
Mos calumniatorum in captandis eorum sermonibus quibus calumniam intendunt. 187. 188.
Mos christianorum & iudaeorum in praedicandis sacerdotibus quos ordinaturi essent. 409. b c. d. 410. & 394.
Mos dicendarum perscribendarumque sententiarum earumque mox vt lectae fuerint frustulatim comminuendarum, in supremis Galliae curijs. 241. a. & sequent.
Mos Galliae academiarum vt qui doctura titulis ornantur collegis ante allectis & qui scholasticis alijs gradibus praediti sunt munuscula mittant. 276. c
Mos Galliae causidicorum qui domum reuersi reposita veste forensi domesticam induunt vnde fluxerit. 58. 59.
Mos Galliae & Angliae vetustus quo vagari noctu

per vrbes nefas habetur. 554. d
Mos Galliæ verus vt senatusconsultis adscriberentur cesentium nomina. 419. a
Mos Galliæ vt decretum de capite alicuius factum cum de eo supplicium sumitur tubicine adhibito præconio euulgetur. 487
Mos Galliæ vt eo magistratu fungi filius aut gentilis alius possit quem ante pater obtinuerit. 305.
Mos Gallorum vetus vt viatores etiam inuitos consistere cogant & quod quisque eorum audierit aut cognouerit quærant. 565. a
Mos Germaniæ ciuitatum vt ncui principibus mitterent equiria armenta & honoralia alia. 281. b
Mos Græcorum in peregrinis hospitio recipiendis munusculisque & xenijs ad eos mittendis 249. d
Mos in recitandis senatusconsultis vt nomen quoque eius recitaretur cuius in sententiam factum senatusconsultum fuisset. 415. 483.
Mos iurisconsultorum vt ad fidem alicuius rei faciendam exemplum vnum referre satis habeant nisi cum amplius continetur altero quã priore. 181. d
Mos Lacedemoniorum & Syracusanorum in dicendis sententijs. 354. c. d.
Mos Lacedemoniorum ne celeres essent ad aliquid quod in emẽdabile esset ex indicijs quantumuis perspicuis decernendum. 708. b
Mos Lituaniæ quo maritis morbo aut aliàs impeditis adiutores & vicarij dantur. 317. c
Mos Neapolitanorum senatusconsultis ad scribendi nomina eorum qui affuerint. 417. c
Mos Nicomedensium apud quos annis vigint quinque minores senatores creabantur. 389 a
Mos numerandi Senatus 418. d. 419 a
Mos Persarum regum aures pro delictis secare. 641 a
Mos Persarum vt adiudicandum vsu tantum rerum spectati admittantur. 193. a
Mos personas induendi vnde ad nos manarit 541. d
Mos quo collegæ in iudicando sibi mutuum fauent. 117. d
Mos rationalium vt qui in eorum cœtum adscribitur modicum aliquid pro introitu collegis singulis eroget. 271 a
Mos regionis seruandus. 55. c
Mos Romanorum principum vt cum causas cognoscerent & equites & Senatores in concilium vocarent. 467. a. vt ad diiudicandas controuersias de quibus in sacro suo auditorio ambigebatur præter consistorianos & palatij proceres senatores & iuriscõsultos adhiberent. 451. a b
Mos Romanorum quo successoribus muneris cui successori etant insignia mittebantur transibantque ad eos lictores 767. 768. & seq.
Mos Romanorum vt à maioribus natu non auribus modo verumetiam oculis iuniores discerent 294. d. vt aliena in prouincia alterius prouinciæ prætores primi sententiam in prætoris consilio dicerent 448 a vt litigatori primum honoraria amicorum opera vtrentur. 233. d. 255. vt accusari magnæ dignitatis aut existimationis viri matronæque nobiles domi apud magistratus ciues vel apparitores liberis custodijs haberentur 516 d. & seq. vt in publicis iudicijs libelli iudicum nomina continentes columnis affigerentur 419. b. c. d vt in Senatusconsultis adscriberentur eorum nomina qui affuissent. 415. d 417. b. vt Senatusconsulta nobiliora in exempla multa transcripta prouinciatim recitarentur proscriberentur & præconio promulgarentur. 487. a b. c. vt in capitalibus iudicijs & quibusuis alijs quæ præconio recitantur præconi recitanti præferat descripta verba actuarius. 487. vt in vestibulo curiæ starent legati & alij quibus datus Senatus esset Senatusconsultum expectantes. 471. b. & deinceps.
Mos Rom. & Iudæorum vt Senatusconsulta & edicta de rebus grauioribus & ad exemplum pertinentia in basilicis prætoris alijsque publicis locis recitarentur vel proscriberentur. 484. c. d. & sequentibus.
Mos rusticorum in dicendis sententijs vt rem controuersam ex æquo partiri inter se litigatores iubeant. 119. c. d
Mos solennis satisfactionis vt qui contumeliam intulisse dicebatur iuraret nollo esse factum indignumque eui iniuria ea fieret cum esse qui sibi illatam dicebat. 630. c
Mos testes turmatim interrogandi. 203. d 204 & sequentibus.
Mos vt quæ per tabulas testimonia darentur testes signis suis consignarent. 179. d
Mos venetorum vt duce in publicum prodeunte patricius sublequatur gladium vagina tectum gerens. 688. b
Mos Veterum in producendis iuuenibus qui foro parabantur. 49. c. d.
Mos veterum sacerdorum in symmistis (vt sacerdotiũ auspicarentur tentaculo accipiendis) 274. c.
Mos vetus omnium pene promotionum vt ob introitum daretur honorarium. 271. d
Mos vetustus vt puellæ nubentes à sponsis non nisi per noctem ducerentur. 559. a
Mosopus quamuis Ciceronis inimicus sa utarem de reditu ipsius sententiam dixit. 131. d
Mulier an in dubio adolescentem in fraudem pellexisse præsumatur. 525. a

Mulier à spiculatore sæpius icta demùm que mori visa vitæ postea & sanitati restituta. 716. c d.
Mulier honestè citra matrimonium attingi non potest. 535 d. & deinceps.
Mulier in prostibulo reperta an ad stuprum engi possit. 538.
Mulier parturiens in discrimine vitæ constituta existimatur. 19 a
Mulier per quam adolescens amator luxuriosus & sumptibus exinanitus sit an criminis rea fieri possit. 523. d
Mulieris forma maxima libidinis illecebra. 494. e
Mulierum propudiosarum pœna apud Romanos 627 a
Muliebris cœnatoria. vide cœnatoria.
Muliebris vestis vsus in publico turpis & indecorus. 70. 72. b
Muliebria senatusconsulta. 229. a. & seq.
Mulieribus quibus de rebus iudicare liceat. 228. d
Multitia vestis. 64
Munditia in cultu & vestitu quatenus adhibenda 56. a
Munus quale à Persarum regibus vrbes suas ingredientibus mulieribus dari solitum. 283. a
Munus siluestre pro ferina. 270 d
Munus vt modicus & honoris causa datum censeatur quid considerandum & cuius æstimationis esse oportet. 278. a 280.
Munera accipientes iudices grauissima pœna digni. 252. d
Munera accipientes iudices lupi Arabiæ à diuo Hyeronymo dicti. 252
Munera accipientes magis erga datorem affici 250. e. d
Munera quæ Episcopi à clericis pro incundo, vt appellant, aduentu accipiunt, an honoraria dicenda. 281. c
Munera reiecisse quibus gloriæ datum. 259. a & sequentibus.
Munerum capiendorum facultate magistratibus interdictum. 256. c
Muneribus etiam Dij capiuntur 257. b
Muneribus tam viros quam vxores ac etiam liberos deprauari. 251. a
Munuscula quam accipi honeste possint. 172. a. b
Musici gemmarum ostentatione censeri soliti. 54. d. 55 a
Mutonianus P. P. venalis & sordibus. 26. c.
Murus an descripto testimonium dare possit. 182. b
Myops quis. 198. c
Myropoliorum ratio quomodo habenda 592. d

N

Nauis an eius sit qui eam ex aliena materia fabricauerit. 219. a
Nauis deliaca. 219 c
Nauis eadem an censeatur quæ sæpius refecta sit. 217. d & sequentibus.
Nauis qua Theseus eum pueris nauigauit quandiu ab Atheniensibus seruata fuerit. 219. a & sequentibus.
Negligentia in iudice quomodo puniatur. 592. b. c
Nepa 190. a
Nepam imitari. ibid.
Nero in amorem libertæ ne senioribus quidem amicis aduersantibus delapsus. 529. c
Nero tabernas effringere & expilare assuetus. 508. c
Neruí & artus sapientiæ nemini temere credere. 586. b
Nestoris senis prudentissimi de libertate loquens di in publicis consilijs sententia. 345. d & seq.
Nicoclis de medicis scite dictum. 588. b
Nicolaus Alixantius classis vnius inquisitoriæ in senatu Britanniæ præses. 445 c. d
Nicolaus. Lytanus. 358. a
Nicomachus Musicus & eius gemmæ. 55. a
Nomades. 496. 497
Nomen eius cuius in sententiam factum S C. fuisset apud Rom. post S. C. recitari solitum. 425 c. 485. a
Nomina censentium qui faciendis S C. affuerant ante constitutionem Molinis editam diurnis curiæ actis in senatu Britanniæ inscribi solita. 420. d
Nomina censentium an senatusconsultis & decretis ciuitatum in Græcia adscriberentur. 427. c
Nomina censentium senatusconsultorum breuiculis adijci cur constitutum. 415. a
Nomina debitorum capta vrbe aliqua syngraphisque ibi repertis an victoris sicut alia bello capta lucro cedant. 216
Nomina eorum qui capessendo imperio digni videbantur aliquando proposita vt ex ijs omnibus quam magis idoneum ducerent milites eligerent. 409. c
Nomina ordinandorum magistratuum cur palam proponeret Alexander Seuerus. 409. a b
Nomina rerum ad quid comparata. 775.
Nomina rebus à potentioribus imponuntur. 759 d
Nominari an à senatu debeant qui in demortuorum præsidum locum sublegantur 402. a
Nominari rationem habere aut nomen illius ac-

cipere quando princeps dicatur 407. b
Nominatio in quo ab electione distet 406. d
Nominatio principis Senatus non officit quominus impetitos aut aliàs minus idoneos reijciat 407
Nominatio sacerdotum gentilium vt fieret apud Rom. & quæ in ea seruata fuerint 732. b. & deinceps
Nominatio senatorum 406
Nominatio senatus aliquid nomigato velis 401
Nominationis ordine collegis à senatu prælatus potior habitus creditur 379. d. 380. a. & 381.
Nominationem à Senatu factam hoc seculo momenti parum habere 382
Nominationes magistratuũ senatui interdum à principibus Romanis factæ 407
Nominationes senatorum in demortuorum locum sublegendorum vt facienda 370. a. b. & deinceps
Notare quid 207. d
Notarum quæ seruorum & noxiorum corporibus insculpebantur differentia 642 a b
Notati à censoribus pleriquæ magnas postea dignitates adepti 714. d. & deinceps
Nox ad consultandum de rebus grauibus maxime idonea 704. c
Nox cur euphrone, dicta ibid. d
Nox scelerum omnium mater 197
Noctu ob ambulare nefas iampridem habitum 556. b
Noctu quibusdam in prouincijs veluti luce cernitur 198
Noctu vagari per vrbes Galliæ & Angliæ nefas 554. d
Nocturni errones vt coerceantur 555. & deinceps
Nocturni triumuiri 555. a
Noxios ad equuleum perduci nec tamen in eum imponi vt conspectu tormenti terreantur vanum & futile non est 623. c d
Nudi & inermes qui ad remp. gerendam accedant 293. a
Numerus senatorum Si C. faciendo requisitus ab Augusto definitus 419. a
Numerandi Senatus mos 418. d. 419. a
Numidæ nomades 498. b
Numidicus præsbiter semiustulatus & lapidibus obrutus à comitibus resocillatur 717 a
Nunc nullus eras permagnus 249. a
Nundinario magistratuum iam Iustiniani quam Galliæ regum sanctionibus sublata 264. 265
Nutrix si infantem ex ipsa natum & nutricium eodem temporis momento periclitari videat cui prius succurrum ire debeat 602. d. 603. & deinceps
Nutricis aduentitiæ non eadem quæ matris in nutriendo vel charitas vel diligentia 711. c
Nictalopes. 198.

O

Obærati 713. d
Ochus regum omnium auarissimus 283. a
Octauius sagitta Trib. pleb. de cæde Pontiæ accusatus priusquam iudicium de eo fieret exauctoratus 730. d
Octauius Trib. pleb. 350. a
Octauio equiti Romano etatera facere volenti. exemplar è gypso factum talento constitisse 277. d
Odium impedit ne iudex verum à falso discernere possit 126
Odiosa missio quæ 762. d. & seq.
Offensa lenis, vide leuis
Oliuarij Clissonij militum magistri cum dux Britanniæ interfici eum iussisset vitæ & saluti quo pacto prospectum fuerit 683. d. 684. a
Opifices vt magisterium artis suæ adispicantur non aliud quam specimen artis edere cogendi 271. c. 278. a
Opinionum dissimilitudo quantum à simultate absit 350. b
Optio in re militari quis 324. d. 325. a. b.
Optio pro eo quem ad duellum prouocatus vicarium sibi substituit 324 d & sequent.
Optiones qui ab Vlpiano & diuo Ambrosio dicti 325. c
Orarium 728. b
Orationes principum à consulibus interdum alijsque illustribus viris præterito quæstoris officio in senatu recitatæ 440. a
Oratores interdum in causis penulis vsi 68. d
Ordinatim honores petere vel gerere 291. d
Ordo ciuitatis 791
Ordo decurionum ibidem
Ordo nuncupationis & renuntiationis 379. & deinceps
Ordo rogandarum in senatu Romano sententiarum 351. & deinceps
Ordo scribarum honestus 336 b
Ordinis voluntas Ciceroni 431 a
Ordines municipales 602
Ouidius ob quem errorem Augusto inuisus exilioque ab eo mulctatus 599. d. & dein.
Ouidius ob solum errorem ab Augusto in exilium actus 600. & dein.

P

Palam fieri quid dicatur 66. b. c
Palemon a Dameta & Menalcacum pastoribus ingenij præstantia disceptantibus iudex

& arbiter electus 236
Palemonis iudicium vete rusticanum 236. a
Palladius tribunus & notarius cur à Valentiniano exauctoratus 746. d
Pallijs an Rom. in cœnis fuerint vsi 63. d
Panchrestum medicamentum 252. b
Panem frangi cur Pythagoras vetuerit 89. c
Papinianus Bassiano imp. in causa parricidij patrocinium imploranti quid responderit 5. a
παραδείγματα 677. a
Parasitorum collegium 336
Parentes erga liberos magis quam seipsos afficiuntur 302. c
Parentes liberorum honoribus & opibus augendorum impensè studiosi ibid d
Parentum qui filios diuersos à se in publicis consilijs censentes æquis auribus non audiuerunt exempla 304
Parentum qui filios legatos habuerunt exempla 319. 320
Parentum scelera filiorum pœnis lui acerbum 303. b
Paris cur iudex incæstus ab Horatio dictus 263. c
Paris iudex à Ioue datus inter deas de formæ præstantia disceptantes 235. d. 236. a
Paridis iudicium 262. & sequent.
Partus non tantum parentibus verumetiam reipub. nascitur 709. b
Pastores quales esse oporteat 493. d
Pater & filius fratres & gentiles alij eundem in senatum & iudicum conuentum non allegendi 303. d
Pater Institicus an suscepti parenti testimonium dare & iudicare in causa ipsius possit 128. b
Pater pœnæ per filij corpus magis quàm filius periclitatur 302
Patris delictum innocenti filio pœnæ esse non debet 301
Patronus summus qua ratione fieri possit 49. c
Patroni causarum multi difficiles ac morosi 7
Patrocinium aduersus potentes litigatores susceptum aditum ad rempub. plerisque aperuit 11.
Patrocinia inchoaturo quid obseruandum 50
Patrociniorum inceptio capulari seni non congruit 83. b
Paulatim & ex paruis initijs ad summa perueniendum 287. a
Paulatim prouehi mediocris probatur esse virtutis 296. b
Paulus Manutius Roma. antiquitatum scientissimus 448. c. d.
Pausanias Lacedemonius 185. 186. & 214. b
Peccata quæ maxime animaduertenda 490. b
Pecoris magistri 492. c
Pecuniæ omnium in iudicantium potestate positæ 253. d
Pecuniæ publicæ ne interuertantur quid faciendum 317. c
Pecunias ex magistratibus colligere omnis iniquitatis & iniustitiæ principium & finis 165. a
Pecuniosus damnari nemo potest 254. 255. a
Peder collega catenatum 336. d
Pendere apud ærarium qui dicerentur 710. d. 714. a
Pendere quando dicantur accusati 710. d
Pendentes rei Budeo qui 716. b
Penula 68. d
Penulæ vsus apud veteres 68. & sequent.
Percontatores & curiosi à Plauto grafice depicti 564. c
Percontatores fugiendi 564. a b
Percontatores lege Locrensium mulctati ibidem
Peregrini an à magistratibus arcendi 394. c
Peregrinus apud Veneros magistratus non mandati 397. d
Perfossor parietum 506
Pericles amico roganti vt in causa quadam sua gratia falsum deieraret quid responderit 36. a
Periclis scite dictum 587. c
Periculum maximum adire qui inspectum indicem non reijcit 99
Periculi verbum in rub. C. de sententijs ex periculo recitant quo sensu accipiendum 243. c 244. a
Periculi verbo qua significatione vsus Æmilius probus 244. d
Periti artis cuiusque potissimum consulendi 228
Persæ quos adiudicandum admittant 293. a
Persona quid & cur sic dicta 540. c
Personam qui maluit quam faciem 553
Personæ repertor quis 553
Personæ vsu nondum reperto ficulneis folijs adulandam faciem veteres vsi 553. d
Personatum nundinatione Parisiensis senatus decreto interdictum 554. b
Personarum olim vsus solis histrionibus & scenicis concessus 61. 62
Personas induere apud Gallos & Anglos capitale 540
Personis quis primus vti cœperit ibid.
Personata fabula ibidem
Personati cur attellani appellati 541
Pescennius niger cur consiliarijs iudicum salaria constituerit 265. c
Petrus Brulonius Bellomontanus Britanniæ præses 406. a
Petrus Capellanus rupegifardus senator Britannus 449. c

Petrus Faber Sanciotianus libellorum in regia magister 70. a. 734. d
Petrus Læderus Parisiensis curiæ consiliarius sceleris compertus exauctoratus & ordine motus 730. a. & seq.
Petrus Seguerius in Parisiensi curia præses 322. a 444. d
Phario Ægyptius quo pacto à mortis supplicio liberatus 697. c. d. & seq.
Pharmacopæus nisi peritiæ suæ edicto specimine ad artis exercitium non admittendus 391. a
Pharmacopola audiendus sed non auscultandus 591. c
Pharmacopola non nisi imperatum à medico Pharmacum dare debet 588. d. & seq.
Philippus imperatus causas agere solitus 37. d. 43. a
Philippus Macedonum rex inter filios iudex sedit 118. b
Philotas non ante supplicio affectus quam quæ in quæstione confessus erat ad Alexandrum delatus postridie quam tortus erat agnouisset 622. d
Philotas quæstioni in socios subijcitur 609. b. & sequentibus
Philotas quamuis in conspectu tormentorum confessus quæ dixerat tormentis agnoscere coactus 617. b
Phocion Atheniensis Chariteli genero in lite improba adesse noluit 5. a
Phocion quamuis à Charone sæpe discreparet nunquam tamen inimicus ei factus 349. c
Phocionis fetre dictum 259. d
Phormio Atheniensis cur in Pæaniensem curiam secesserit 233. a
Phraortis iudæorum regis de tesauri in agro vendito reperti dominio iudicium 229. d
Pisistratus 350. a
Placilla Theodosij coniux fœmina sanctissima 682. d
Plato cur conductores qui consilium suum exquirebant ara in arce Palladis ædificanda ad Euclidem reiecerit 228. a. b
Plautius Lateranus ob adulterium Messalinæ ordine motus à Nerone restitutus 756. b
Plautus in Truculento emendatus 616. c
Plenior pœna vel animaduersio 491. b
Plebiscita ab irata plebe facta non statim executioni mittenda 695. a
Plinius iunior à Senatu Africis Beticis & quibusdam alijs aduocatus datus 3. b. & 76. a Publicium certum senatorem in senatu reum peregit 22. a
Plutarchus quo seculo floruerit 229. a
Pœna ad triremes an ab alijs quam regijs iudicibus irrogari possit à pontificio iudice an & à quibus permutari possit 663. d. & deinceps
Pœna ad triremes in locum damnationis in metallum successit 664
Pœnæ ad triremes si perpetua non sit cur decennij spatium præscriptum 668
Pœnæ clericorum & sacerdotum qui curiis tradebantur an aliquid fuerit cum exauctoratione commune 784
Pœna aurium abscisionis 641. d. 642
Pœna cæcitatis 500 a
Pœna calumniatorum in Gallia 636. d
Pœna capitalis quæ 645. 648. a
Pœna crumenisecarum 513. b. c
Pœna curialium laicis irrogata 792. a. b. c
Pœna dānati ad bestias quādo differenda 707. d
Pœna damnati qui se habere dicat quod principi salutis ipsius causa referat an differenda 707
Pœna decoctorum & poligamorum 635. c. d
Pœna desertorum & calumniatorum apud Thurios 636 & seq.
Pœna dilata potest exigi non potest exacta reuocari 687. b
Pœna domesticorum qui diu vagati & emensi sine commeatu fuerint 773. c
Pœna eius qui ob dimittendum militem pecuniam acceperit 762. c
Pœna eius qui peccans deprehensus fuisset apud Lacedemonios 634
Pœna eius qui fumum vendidit 673. a
Pœna eorum qui aliena chirographa vel signa imitati fuerint & adulterina confecerint 374 & deinceps
Pœna fugientium ex acie 597. a
Pœna hæc an iure ciuili iniungi cuiquam possit vt monasterio addicatur 789
Pœna in eos qui lupanaria in ædibus suis habuerint vel exercuerint & iudices ea in re conniuentes 533. c. d
Pœna in metallum damnationis an ab ecclesiastico iudice possit infligi 664. a
Pœna in mœchos apud Athenienses 526. c
Pœna laquei præpostera 584. a
Pœna lupanaris à gentilibus christianis mulieribus irrogata 539. b
Pœna membri amputationis capitalis 647. c
Pœna militis infrequentis 746. b. 779. & seq.
Pœna militum qua stipendijs expungebātur 839
Pœna Palatinorum qui supra diem commeatus abfuerint 773. d
Pœna præsbitorum & clericorum qui curijs tradebantur 786. b. c
Pœna præsbyterorum homicidij conuictorum apud Anglos 642. b
Pœna propudiosæ mulieris apud Rom. 627. a
Pœna qua delinquens vicatim per vrbem circumducebantur 634. c
Pœna quæ à Platone in eum constituta qu

senalis rei suæ duo precia in foro dixisset 674
Pœna stupri apud Anglos 6,5.d
Pœnæ iudicum sordidorum & nummariorum .53. & sequentibus
Pœnæ multæ graues eos manens qui iustitiæ sacris ad vlciscendas inimicitias abutuntur 134 a
Pœna rotæ 625. & deinceps
Pœnæ suæ reddi post longum tempus noxios durissimum 717. c
Pomeridianus consul quis, Vide Consul.
Pomeridianis horis ad rem aliquam accedere 84.b
Pompeius à summo imperio magistratus initia auspicatus 295.c
Pompeius militiæ numeros omnes subse imperatore impleuit ibidem
Pompeij adolescentiam qualem fuisse Cicero prædicet ibid. d
Pompeij ætas eum de Aphrica triumphauit 390.a
Pompeio quid à Vindio obiectum 295. d
Poni adscribendum quid 424. c d
Ponticus Domitiani seculo aduocatus difficilis & morosus 8. a
Pontifices religionis iudices 356 b
Pontificibus apud Rom. an senatum ingredi licuerit 459. c
Pontificum qui senatores eius in ordine togandarum sententiarum apud Rom. 356. a
Præceptatio iustitiæ nouerca 698. d
Præco ad recitanda senatusconsulta quæ in ciuitates vel prouincias Romanis subiectas mittebantur adhibitus 479. & dein.
Præco ad renunciandam sentiam in causa capitis dictam adhiberi solitus 673
Præco sonitu tubæ silentium & audientiam facere solitus 479 b
Precium gemmarum singularum singulorum libido facit 229. a
Precum verborumque solemnium quæ in legandis sacerdotibus adhiberi solent ritus vnde ortus 781. d 782. a
Prædari quid 492. d
Prædator ibidem
Prædo ibidem
Prædiales leges 227 d
Prædiatoria lex ibidem
Prædiatores ibidem
Præfectus præto. verbo sententiam dicebat 246.a
Præfecti ærarij 76. d. 77. a
Prægnans mulier donec partu libera fuerit quæstioni non subijcienda 700. 701
Prægnantis cui aqua & igni interdictum sit pœna an donec pepererit differenda 703. b
Prægnantis damnatæ mulieris supplicium quoad partus differendum 619. & deinceps
Prægnantis damnatæ quæstio & pœna an post puerperium donec nutrix inueniatur differenda 701. a.
Prægnantis menstrui amputatione damnatæ pœna an donec enixa fuerit differenda 703. d
Prægnantis mulieris damnatæ pœna an post puerperium quoad purgationis tempus impleuerit differenda 702. b
Prægnantis mulieris & eius quæ puerperio cubat dum purgationis dies impleantur an eadem ratio 701. 702. d
Prægnantis mulieris relegatæ pœna an in tempus partus differenda 703
Prægnantem Blitildem regina Childerici secundi coniugem cur Bodillus occiderit 700. d
Prægnantem filiam in adulterio deprehensam an simul cum adultero patri interimere possit 702
Prægnantium etiam mulierum suppliciciis Claudius imp. non abstinuit 700. d
Prætiæ verba descripto 487. c. 783. c. & sequentibus
Præire 558. b. & deinceps
Prælum 67. d
Præpostori homines 293. d
Præscriptio criminalis accusationis iure ciuili quot annorum 680 & deinceps
Præses aut Consiliarius qui ad conuiuium accesserit quod litigatoris sumptibus exhibitum non sit, an idcirco recusari possit quod eidem conuiuio litigator affuerit 97. a
Præses & qui alius Senatui præest diuersum à se sentientes æquo animo ferre debet 119
Præses qui in demortui locum à senatu nominandus & eligendus 403
Præses vel Senator an in lite eius quem mensæ suæ adhibuerit reijci possit 94. d. 97. a
Præsidalium iudicum controuersiæ vbi dijudicandæ 119. 120
Præsidales iudices 344. & seq.
Præsides classium inquisitoriarum an consiliariis ante se cooptatis p æferendi 364. c. d
Præsides curiarum summarum cuius ætatis esse debeant 403. a
Præsides etiam consiliarij regij sunt & dicuntur 402. b
Præsides & consiliorum vsu & consuetudine secum litigatoribus coniungere prohibiti 86 a 87
Præsides in demortuorum locum lecti & nominati an examini subijciendi 405. c
Præsides propriè non sunt qui classibus inquisitorijs præficiuntur 366 c
Præsides qui ab Ægyptijs eligi soliti 404. b
Præsidibus vita functis an à senatu nominandi qui in locum eorum cooptentur. 402

Præsidis vox in rebus iudicandis non amplius quam senatoris vnius pollens 121
Præssoria 67.d
Prætores absentibus consulibus consulare munus obibant 337 c
Prætores an Consulibus paruerint 330. d. 331
Prætores an consulum collegæ 330. & deinc.
Prætores consulibus non multo inferiores ibi.
Prætores peregrini 333.d
Prætores quæstoribus suis pro parentibus habiti 112.c
Prætores vrbani 333. & deinceps
Prætorianum consilium quando & à quo institutum 450.a.b
Prætoriani consilij conscripti an in supremis omnibus Galliæ consessibus sessum recipiendi 449 & deinceps
Prætoriani consilij conscripti talionis legem in Parisienses cōscriptos vt exerceāt 444.a.450.a
Præuaricari 24.a
Præuaricator quis 24.& sequentibus
Præuaricatoris pœna 24.c
Pragmatici homines infimi 31.d
Prandium 90.c.d.91.a
Prandij hora apud veteres ibid.
Prandiorum & cœnarum exhibitione iudices deliniri 90.91
Pridiani homines 293.d.294.a
Primæ sententiæ senator 352.c
Primicerius 772.b.c
Primiceriatus notariorum 437.d
Primipilus 300.d
Princeps legibus solutus quomodo intelligatur 462.b
Princeps qua ratione assequi possit ne iratus iniusti quidquam decernat 701.d
Princeps senator 352.b.c.421
Princeps senatus an S.C. scriberet ibid.
Princeps sententiæ 352
Princeps sententiæ an senatusconsulto in sententiam suam facto subscriberet 420.421
Princeps solus damnatos restituit famæque suæ reddit 757.a
Principis voluntas pro lege ac ratione habetur 757.
Principes qui sacerdotiis,& magistratibus collatis quosdam sibi deuinxerunt 108.c
Principes vitiosi cur perniciosius de rep. merentur quam alij 412.d
Principum offensæ periculosæ 601.b
Principibus an pro ratione voluntas 462
Principibus summis iuris communione viuendum 462.c
Priore loco renuntiati vel nuncupari potiores habendi 379 b
Pro, præpositio dictioni alteri adiecta improprietatem denotat 440.c.d
Probrum 771.a
Proconsulibus quid à prouincialibus l. Iul. accipere permissum 260.d
Procurator inimic⁹ fact⁹ mutari potest 128.b.c
Procurationi renunciare censetur 209.b
Procurator propriè non est aduocatus 49.a
Procurator quasi quidam pene dominus ibid.
Procuratoria ætas, vide ætas
Prodictator. 440.
Promptuaria sella Plauto pro carcere 556.a
Promulgare leges 475.a
Promulgatum senatusconsultum ibid.
Prouocatus ad duellum an optionem aduersari possit qui labe aliqua infamiæ aspersus sit 714
Prouocatum à prætoribus an ad consules fuerit 331.d
Proxeneta quis 233.c.d
Pubertati proximi 289.d
Publice delinquens grauius peccat quam qui occulte 501.
Publice fieri quid dicatur 66.c
Publicum pro carcere 519 a
Publius Licinius Caluus à fi[illegible] mum sententiam rogatus
Pub. Mutius cor[illegible] in p[illegible] & sequentibus.
Pub. Petronius Claudij Cæsaris co[illegible] 13 a
Pub. Scipio L. fratris legatus in Græcia 3.9.d L. fratrem in ædilitate collegam habuit 307. b. 308 Eius ætas cum proconsul in Hispaniam missus fuit 404 c. & sequent.
Pub. Suillius quæstor Germanici pecuniam ob rem iudicandam accepisse conuictus in insulam relegatus. 254.b
Pub. Vexius Chillo 158.b
Pudor & verecundia supplicij loco 638.b
Pugio principatus insigne 733.b. & seq.
Puerperarum conditio valetudinaria 19 a
Pugio principatus insigne 733 b
Pupilli in officiorum gradu quibus præferendi 21.d.22.a
Pupillis multa aduersus communes regulas concessa 22
Purpura in vestibus cœnatoriis vti non licuit 61.d. & sequentibus
Purpuræ vsus in stragula veste concessus 61 a
Purpuream vestem exuebant magistratus Romani priusquam sententiam in reum capitis dicerent 731.c
Pyctatium 244.d
Pyramus & Thysbe per parietem locuti 190
Pyræchmes Euboensium rex quo supplicio ab Hercule affectus. 658.d
Pythagoras cur animantium rationis expertum fœtibus vesci ante diem septimum vetuerit 701.d, & sequentibus
Pythagoras cur frangi panem vetuerit 89.c

Q.

QVæstio ad quid inuenta 612.a.b
Quæstio an de accusatis etiam post damnationem in conscios, & participes habenda 704
Quæstio an iterum de reo habenda qui ad acta perductus in confessione quam in equuleo fecerat perstare nolit 619.d
Quæstio de Christianis quamuis confitentibus agentibus habita 621 a
Quæstio de milite, magistratu aut alia dignitate prædito nisi exauctorato non habenda 736 b
Quæstio de prægnante muliere donec pepererit non habenda 701
Quæstio non satis certa eruendæ veritatis ratio 613
Quæstionis nomine leuis territio non censetur 619 & seq.
Quæstionis verbo quid intelligendum 615. & deinceps
Quæstores prætoribus suis in liberorum loco 112.c
Quæstura Vrbanus primus magistratus 385.b.c
Quæstoria ætas ibi.
Quinquennij tempus quorundam criminum accusationibus instituendis præfinitum 717.a
Quintus Antistius vetus cur vxori suæ repudium nunciauerit 530 a
Q. Coponius ob vini amphoram suffragatori datam ambitus damnatus 277.d
Q. Metellus Ciceronis inimicus de reditu ipsius salutarem in senatu sententiam dixit 132.d
Q. Scæuola à C. Lælio socero suo in augurum collegium cooptatus 314 d. 315.a
Q. Scæuola omnium & disciplina iuris ciuilis eruditissimus & ingenio prudentiaque acutissimus 227.c
Q. & L. Metellis testibus in Q. Pompeium cur non creditum 158.d
Q. Tyberili centurionis & Sex. Digitij naualis socij pro murali corona disceptantium historia 125.a.149.d
Quirites dicti milites exauthorati 724.d. & deinceps.
Quirites appellari cur milites ægre ferrent 749.a

R.

RAdamanthus minos, & Æacus inferorum iudices 83.b
Radamanthi lex 443.b
Rapina grauius crimen quam furtum 492.b.c
Ratihabitio ab eo facta qui in equuleo confessus fuerit cuiusmodi esse debeat vt damnari ex ea quis possit 187. & deinc.
Rationem alicuius habere 407.271.d
Rationale triclinium 272.b
Rationalium cæsaris qui adscribi soliti ibid.
Rationalium collegium in Britannia quot hominum numero constet ibid.
Rationarium imperij 240.d
Rationarij apparitores 272.c
Rebuffi lapsus 402.d. 403.a. & seq.
Recedipua 63.a
Reconciliationis vis 17
Reconciliato testi an fides habenda 17
Recusari an canonicus in causa sodalis sui possit vide canonicus.
Recusari an iudex in causa collegæ possit 123. & an in causa collusoris, conuictoris & compransoris 94.c. an in negotio socij 118. an etiam in causa suffragatoris per quem ornatus, & amplificatus fuerit ibid.
Recusari an iudex possit qui conuictorem habeat diuersæ partis aduocatum vel cognitorem 97.d
Recusari an iudex ideo possit quod illi alter ex litigatoribus in aurem aliquid dixerit 95. d. & seq.
Recusari an iudex ob inimicitiam possit 126. a.b.c
Recusari an sententia perscripta, & subsignata iudex possit 246.d
Recusari iudex ab eo non potest qui eum elegerit 128
Recusari iudex an ab eo possit quem procurator eius poposcerit 129
Recusari quis an in causa illius possit coram quo de re propria litigat 114.c
Redemptor operis cuius culpa aliquis interierit quomodo coercendus & an ciuili iudicio conueniri possit 593 a. & seq.
Redemptor operis ob moram capite damnatus 595.& seq.
Redemptor qui moram in extruendo opere fecerit ad quid teneatur 595
Reddita aut tradita re aliqua redditum & traditum intelligitur cuius ea signum & symbolum erat 209.a
Reddita scriptura per quam delictum probabatur an remissum intelligatur quod ex ea causa debebatur 214
Refuga 669.c
Reginus fugiens cum à triumuiris proscriptus esset quo pacto euaserit 369 a
Rex Galliæ per belli tempus in nomina debitorum sui regni quæ ab hostibus ante facta cognouerit sæpe manum inijcit 216.d
Regi ob senium animiue vel corporis morbum.

regnum administrare neque vti adiutor dandus 316.a
Regem creari alterius gentis hominem Mosaica lege non licebat 598.a
Reges Arabiæ apud populum pœnas sæpe dedisse 312.d
Reges Arabum duos qui eadem gente essent creari potuisse 312.d
Reges ex eadem familia apud Lacedemonios cur duos creari non licuit 212.b
Reges Lacedemoniorum legibus solutos non fuisse ibid.b.c d
Regibus solis Athenis bis de eadem re iudicium adipisci licet 221.d 222.a
Regimini Britanniæ præfecto gladio cincto an senatum quoties libuerit ingredi liceat 453.a an ei & aliarum prouinciarum constitutoribus dicendæ in senatu sententiæ ius sit 469
Regnare & triumphare quem Horatius dicat 260.b
Regulus accipiendus muneribus diligenter ac scienter errare solitus 266. d
Regradans an magistratum deprecari pro regradato debeat, ne sanguinis sententiam in eum dicat 784.c.& seq.
Regradandi priusquam supplicio afficiantur an sint clerici quibus tonsura tantum collata sit 780.d.781
Regradanti præeuntem adhiberi qui precationis formulam de scripto proferat an sit opus 784.a
Regradatio 773.a
Regradatio an profano magistratu præsente celebranda ibid.a.b
Regradationis & exauctorationis differentia 773.a
Regradaturus sacerdotem an pontificalibus induendus 781.d
Reijciens iudicem qui suspicionis causas veras non esse docuerit an pœna dignus 110.c
Reiectio iudicum 99.100
Reiectaneum iudicium an eiurati conscientiæ committendum 100.b
Remi ac Romuli in lattones & abigeos excursiones 493.c
Remi ducendi supplicium an sit antiquum 658.c.d.& deinc.
Remi ducendi supplicio certum tempus si perpetuum non sit regia constitutione præfinitum 667.a
Remo addici non debent nisi robusti & beneualentes 669.a
Remo in perpetuum vel ad tẽpus addicti extra triremes nondum expleto tẽpore reperti an pœnæ suæ reddendi aut aliter plectẽdi 669.c
Renatus Burgonouanus Cucæus in Senatu Britãniæ Celticæ præses primus 442.d in Parisiensi curia sessum recipitur eo loco qui præsidibus dari solet 445 b. legationis princeps ad salutandum curiæ verbis Henricum secundum regem nonum delegitur 446.a
Renatus Crispinus Britanniæ præses 406.a
Renatus Sanzeius vrbis & arcis Nancensis præfectus 458 b
Renuntiare 183
Renuntiatio ibid.
Renuntiari artificum & fabrilium operarum magistrorum ibid.
Renuntiatio medicorum ibid.
Repagularia aduocationum consulta 39.a
Repente exorti repentino occidunt 789.d
Repentinus vel incognitus nemo celsum actúrus in regiam sub Constantio adhibitus 293 c
Repentino saltu promoueri 286.c
Repentini qui apud Ciceronem & Ammianum Marcellinum 293.d
Repentinis successibus euolare 290 b
Repeti in quæstionem reus quando debeat 919
Resignare 778.b.c d
Resignati milites ibid.
Resignatum æs militi quando dicebatur 778. b.& seq.
Respublica quæ priuatis quibusuis necessitudinibus potior 106.c d
Reipublicæ præfectos existimationis suæ modis omnibus consulere oportere 311.b
Rei iudicatæ exceptio quando opponi possit 221.a & seq.
Rebus iudicatis stari oportere 223.d
Rebus maximè iudicatis reip. status continetur ibid.
Reticulus seu riticulum 540.d
Reuocare ad se causæ alicuius cognitionem an latinè dicatur 463 c
Reus criminis tametsi quamuis ex causa torquendus non sit terreri tamen potest ad veritatem eruendam 623.d.624.a
Rei nomen abolere 712.c.d
Reum nisi euidentioribus argumentis oppressum repeti in quæstionem non posse quomodo accipiendum 619.d.620.a
Reum repetere 712.a
Reo patiente licere iterum de eodem crimine accusare 225.d
Rei diuturni 711.c
Rei qui ibid.
Reatus quid 709.d.710.a
Rhipsaspides 597.b
Ricardus tertius Angliæ rex ira percitus Eduardum comitem Varbici ex fratre nepotem interfici iuber 686.a
Robertus Mondoucetus 361
Roscius Gallus 540.d

Rota aquatia 652.b
Rota aquilega ibid.d
Rotæ pœnales variæ 651. & deinceps
Rotæ supplicium an antiquum 732. & dein.
Rotæ tormentum 649. & dein.
Rotarum radijs districti pendere qui dicantur 652.
Rude donati 742.b c
Rudiarij ibid
Ruffus quidem Niceræ inimico iudex datus nil asperum in eum constituit 133.a
Rufinus 262.a
Rumor quid 561.c
Rumor falsus facile disseminatur 561.a
Rumoris de morte Scipionis falsò disseminari primi authores requisiti 560.d
Rumorem ad remp. pertinentem temere disseminantes apud Romanos interdum pœna affecti 565.c d
Rumores adespoti 561.d
Rumores ad remp. pertinentes ad alium quàm magistratum non deferri legibus apud Gallos in ciuitatibus melius institutis tantum 565.c
Rumorum aucupes 566.d
Rumorum ediscendorum auidi Athenienses, & alij reprehensi 568.c & seq.
Rumorum incertorum authores supplicijs afficiendi 560.d.& dein.
Rumoribus incertis Galli seruire soliti 565 b
Rumoribus anis clades multæ in remp.inuectę 565.d
Rumigeratores à diuo Hieronimo eur cereales nuncij dicti 566.c
Ruscius Cępio quid testamento suo ab hærede senatoribus omnibus singulis annis curiam ingredientibus præstari voluerit 282.c
Rustici quibus de causis iudicent 235. & seq.
Rusticorum interdum consilium veteres iuris conditoris non neglexisse 227.a
Rusticorum mos in dicendis sententiis 229
Rusticos etiam res naturales inquirere easque iudicare 235 b
Rusticanus opilio iudex inter Deas de formæ præstantia dimicantes 235.d.236.a
Rusticani bubsequæ & capratij arbitri & disceptatores delecti 236.237.& seq.

S.

SAbinus æques Rom. fraude & calumnia Latinij Latiaris occisus 193.c.d.& seq.
Saccus & sacculus 511 d
Sacellum 512.d
Sacellarij ibidem
Saecularij 511.512.& deinceps
Sacer ordo 376.d
Sacerdos regradatus pro laico & profano habendus 724.d
Sacerdoti regradato an ad victum necessaria suppeditanda 725.b
Sacerdotes an [illegible]omnibus exauthorationis omissis ad opus remigij damnari possint 665.& deinc.
Sacerdotes & augures quamuis nominati examini subiiciendi 400.b
Sacerdotes non ante puniendos profano iudici dedi quam desecrati, & infulis exuti fuerint 666.& seq.
Sacerdotes quo loco exangurandi 781.d
sacerdos regradandi in veteri lege non omnibus gradibus pulsi sed æditui & ianitoris facti 774.b c
sacerdotum exauthorationis qui solemnis & actualis dicatur ritus 771. & deinceps.
sacerdotum excellentia 665
sacerdotum in demortuorum locum sublegendorum nominatio vt fieret, 372. c. d. & deinceps.
sacerdotum prædicandorum mos vnde ortus 499.d
sacerdotium olim nemo assequebatur nisi in cuius mores & ante actam vitam ante esset inquisitio facta 409
sacchari libella Britannis olim iudicibus pro sportulis erogata 26.d
sacramentum quando à singulis militibus non exigeretur sed simul ab omnibus 104.d
salaria cur iudicum consiliariis Pescennius niger constituerit. 265.c
salire vltra aratrum 291.a
salinator in sensura tribus omnes leuitatis nomine damnauit 715.d
saltu efferri an dicantur qui è pauperibus repente diuites fiunt 291.c
saltu promoti 291.a
saltu promoti immunitatibus aut priuilegiis dignitati quam adepti sint confessis frui non debent 286.b.c
saltuatim promoueri quid sit 285
saltuarim promotorum qui etiam repente de gradu deiecti sint exempla 286
saltuarim ob eximias eorum virtutes promotorum exempla 295.c.d
samuelis cum se regno abindicasset iusiurandum coram populo Israelitico datum 267. d
sanemartiuus in senatu Britanniæ consiliatius 363. b.
sanemartinus libellorum in regia magister 665.d
sandoces pecuniam obiudicandum accepisse conuictus in crucem sublatus 254.b

Sanguinis ius impedit ne quis ius censeat. 103
Sarmatæ 497. a
Satisfacere 631. d
Sauromatæ 497
Scæuola cum de iure prædiatorio consuleretur consulatores suos ad Furium & Cassellium prædiatores reiiciebat 227. c
Scæuola senator suæ sententiæ 348
Scelerum quæ descripta in secreta exomologesi fit recensio tanti momenti non est quam quæ verbo fit 179. b
Scientiæ prudentiæque mentio cur in sacramento aduocatorum adiicitur 17. d. 18. a
Scipionis ætas cum proconsul in Hispaniam missus est. 404. & sequentibus.
Scipionis astus in trecentis iuuenibus Siculis qui militiam horrebant dimittendis 758 c. d.
Scriba Porsennæ pari fere cultu & ornatu quo rex ipse visus 436. c
Scribæ an viles & inhonorati 435. b. & dein.
Scribæ apud Rom. mercenarij. 436. c
Scribæ imperatorum interdum in concione ab imperatoribus annullis aureis donati 438. a
Scribæ munus apud Græcos nemini mandatum qui honestis natalibus fideque & industria cognitus non esset. 436. c
Scribæ munus apud Rom. quale 483. b
Scribæ plurimi ad summas dignitates euecti. 438. a
Scribarum ministerio Senatuscōsulta recitantur, enulgantur & litigatoribus eduntur 483
Scribarum munus apud Græcos quam Romanos honorificentius. 426. c
Scribarum munus in senatu Romano senatoribus interdum mandatum 434. c
Scribarum omnium minimæ dignitatis fuit scriba naualis 437. b
Scribarum omnium non eadem dignitas 437. a
Scribarum principis militia nobilis & præclara dicta 437. d
Scribas etiam Rom senatus habuit 483. b
Scribere pro subscribere & subsignare 418. b
Scribendo adesse. 416. & deinceps
Scrutariam facere 504
Scytæ ædibus & tectis carent 490. a. b
Scytæ nomades 496. d. & deinceps.
Scythia Asiatica regio frigidissima 496. a
Scytia duplex ibid. & deinceps.
Scythia Europea regio herbida ibid.
Scytharum genera plura 498. a
Sebastianus Lucemburgus 458. b. c.
Sebastianus Montecucullus veneficij reus 622
Semiamita Heliogabali mater cum in senatum venisset ad consulum subsellia scribendo affuit 420 d
Senator à collega dissentiens an in amicitiæ iura committere videatur 348
Senator an iuris legumque peritus esse debeat. 376. & deinceps.
Senator de honoris ordine cum præside cuius auspiciis meruerit disceptare non debet 368. a b.
senator in demortui locū nominatus cur examini subiectus 400. b & deinceps.
Senator in re militari 772
Senator nisi rogatus sententiā dicere non debet 35. d. & sequentibus.
Senator qui eiurato munere suo aliud rursus obtinuerit an pristinum locum recuperabit 359. c. d. 360
Senator qui interrogatus suspicionum causas agnouerit an à iudicandi facultate submouendus 101. c
Senatoris delinquentis an obnoxiæ sententiæ iudex idoneus 466. c. d. & deinceps
Senatoris delinquentis coercitio solius senatus est. 466. c. d. & deinceps.
Senatori vbi quid pro rep. consulendum est seorsum à patre vel fratre sentire licet 340. a
Senatorem forensium rerum peritum esse oportet 392. d
Senatores cæteris præstantiores esse debent 376. a. & sequentibus.
Senatores classi tribunalitiæ attributi an ad perscribenda manibus suis senatusconsultorum aduersaria adstricti 422. d
Senatores cur in capitali lite collegarum quānis eiusdem decuriæ iudices sedeant. 111. d
Senatores cur in grauioribus causis actuariorum munia nonnumquam obeunt. 433. c. d.
senatores de capite & fama collegæ sententiā dicturi purpura induuntur 730. c
senatores duo à curia Britanniæ legati ad regē missi quæstum de ingressu Parisiensis curiæ consiliariis Armoricis obstructo 445. c. d
senatoribus eiuratione cooptatis danda Regio cognitori dilatio ad inquisitionem in mores & anteactam eorum vitam 408. b. c. d
Senatores etiam non eiurati causas ob quas ad alterutram partem videri possint inclinatiores senatui excusare soliti. 102. 109. & sequentibus.
senatores fere non fiunt nisi selecti viri. 119
senatores Galli in senatu Romano sessum recepti 448. d.
senatores honorarij seu nati quid sacramento dicere soliti 460. b
senatores in Britannia pro introitu nihil dāt 278. b
senatores in comitiis interdum scribarum munere functi. 439. b. c.
senatores Lutetiæ panni holoserici Cocci-

nei vlnas duas pro enthroniastico dare soliti 278. b
senatores minores. 447. a
senatores permutatis inuicem muneribus an iidem qui fuerint quo ad ordinem sedendi maneant 359 c. d
senatores prouinciales an in Rom. senatu ad consessum admissis factaque fuerit illis censendi potestas. 435. & deinceps.
senatores qui creandi 294 c. d.
senatores qui eligendi & creandi 373. d. 376. a
senatores quibus igni & aqua interdictum esse visum rogæ amittebant 731. b
senatores quibus moribus præditi esse debeãt. 412. a
senatores Rom. allecti qui propinquos & gentiles in senatu haberent 322. c
senatores Rom. maximorum regum speciem habebant 323. c
senatores sportulas dabant pro introitu. 274. c. d
senatores vbi delinquunt longe magis exemplo quam culpa peccant 412. b
senatores vnius ciuitatis an in aliarum ciuitatum Romano Imperio subiectarum senatibus sessum recepti facta etiam illis censendi potestate 447. d. 448. a
senatores an indigenas creari magis quam peregrinos expediat. 432. & deinceps
senatores plerosque Rom. in causis consanguineorum dicendis sententiis S. C. quæ faciendis affuisse. 105. c
senatores vt dignitate sic doctrina & probitate cæteris præstare oportet 412 b c
senatorum & consiliatorum nomine an regij causidici & cognitores contineantur. 317. d. 318.
senatorum existimatio ad salutem communem pertinet 86. d
senatorum in demortuorum locum nominandorum numerus 379. a
senatorum ius Rom. olim adepti tam Galli quam alij exteri 394. c. d. 395. & dein.
senatorum numerus qui vt ratum esset S. C. requirebatur ab Augusto definitus 419. a
senatorum quæ in senatu disceptantur controuersiæ cur non ad alium consessum reiciuntur 118. d
senatorum trium Rom. fraus detestanda & latebra turpis 194. b
senatorum Venetorum vestitus qualis 66. b
senatoribus ad prandium vel conuiuium litigatoris sumptibus instructum accedere fas non esse 86. b
senatoribus obseruandum ne seueri in cæteros indulgentiores erga collegas se præbeant 469. d
senatoribus Parisiensibus & aliarum supremarum Galliæ curiarum considentibus an aditus in senatum Britanniæ patere, dicendæque in eo sententiæ potestas fieri debeat 442. a. b
senatoribus Romanis an ius fuerit sedendi dicendæque in aliis senatibus sententiæ 446. d
senatoribus Rom. an ius fuerit sedendi dicendæque in intimo principis consistorio sententiæ 451. c
senatoribus Romanis quantum tributum fuerit. 446. d
senatorius cultus & vestitus in Gallia 68. c
senatorius ordo à Principibus Romanis maximo semper in honore habitus 453
senatorius ordo non tantum vitio vacare, sed etiam cæteris prælucere debet 444. b. c
senatorias dignitates præmaturè adipiscentes & à quibus cooptantur quantũ peccent. 291. d
senatorias dignitates præmaturè corripientiũ temeritas vt coercenda 292. d. 293
senatorium omnem morẽ adolescentes olim exemplis docebantur 295. d
senatoria vestis apud Rom. 70. a
senatus Britanniæ Celticæ quot iudicum decuriis constet 315. c
senatus Britanniæ in duas sessiones alternatim iudicantes distributus 315. c
senatus cum legatos ad principem mittit quibus mandatorum suorum perscribendorum negotium dare soleat 440. b. & deinceps
senatus dimissorum militum causas sæpe explorabat 757. c. d
senatus nomina eorum principi edens qui digni videantur vt in demortui locum sublegentur cur quem ex iis præferendum censeat renunciare non soleat 379. b
senatus ordinum ornamẽtum cęterorũ 376. c
senatus principis sanctior an sit antiquus & ex quibus viris constet. 451
senatus quando ex principis voluntate pendere cœperit 433 a
senatus Romanus cur inuidia apud alios ordines aliquando flagrarit 12. d
senatus sub Domitiano elinguis & trepidus 346. d
senatus vnde sic dictus 384. a. & sequent.
senatus Armorici facilitas in quibusdam cooprandis qui forensium rerum parum callentes sint. 392 a
senatus Britannię Consulta de ordinis & loci pręstantia inter classium inquisitoriarum duces & consiliarios prius electos 365. d. & deinceps.
Senatus Britanniæ Consulta in triremibus addictos qui soluti extra triremes deprehenduntur 669. a. b
Senatus Britanniæ decretum in regij sigilli a-

dulteratorem alienique chirographi effictorem 575.c
Senatus Britanniæ decretum vt famosæ mulieres extra vrbes habitatum eant 533.b
Senatus Britanniæ institutio 399 c
Senatus Burdegalensis humanitas erga Langlæum & capellanum Rupegifardum 449 b c
Senatus decreta quamuis à principibus non confirmata vim legis habebant 752 b
Senatus nominationes & suffragia ad quid reperta 400.d.& seq.
Senatus Normanici institutio 397 b
Senatus Parisiensis consultum quo Armoricæ curiæ præsidibus & conscriptis sedes in Parisiensi curia datur, fitque illis dicendæ sententiæ potestas 446
Senatus Parisiensis quinque primis sedes in intimo principis consistorio datur fitque illis censendi potestas 450 d & dein.
Senatus principis interioris consiliarii an in supremis omnibus curiis sedes dari censendique potestas fieri debeat 450.a.b
Senatus Rom amplitudo & maiestas 323
Senatus Tholosani institutio 397.a
Senatus Tholosani placitum de aditu Tholosanæ curiæ Parisiensibus consiliariis interdicto donec Tholosanis Lutetiæ idem honos habitus esset 443.c
Senatus voluntas 417.a
Senatui magistratus omnes subiecti 466 d
Senatum magistratuum electionẽ habuisse 337.a
Senatuli seu scacherii Normaniæ institutio 397.a.b
Senatusconsultum authore Seuero factum ne imperatori inconsulto senatu Senatorem occidere liceret 468 d
Senatusconsultum Britanniæ ne de contumeliis verborum iudicium reciperatur 632 b
Senatusconsultum in vagina silentii reconditum 678.d
S C Parisiensis curiæ vt venetea lue laborantes extra vrbes habitatum eant 531.a
Senatusconsultum quo Antonius hostis est iudicatus à Cicerone nec vere, nec ex fide perscriptum 127.c.d
S C quo Perseo bellum indictum fuit adeo tacitum habitum vt id nemo ante captum Perseum sciuerit 440 c.d
S C Tiberianum ne de damnatis ante 10. diem supplicium sumatur 669.b & dein.
S C vt Senensium plebs modestiæ admoneatur 640.b
S C formula apud Rom ab eo qui dux & author esset sententiæ perscripta 442 c
S C perscribendi negotium an litis enarrator ad actuarium aut alium transferre possit 422. & deinceps
S C ne perficeretur perrogatis etiam sententiis quãdo Cõsules aut Trib pleb. obstiterint 429. d
Senatusconsulta ad consules magistratus absentes & alios pertinentia à quibus eis missa recitata, nunciata vel tradita 481.b
Senatusconsulta aliquando a consulibus in vestibulo curiæ recitata vel ex memoria pronontiata 471. & deinceps
S C, an ab iis qui scribendo affuissent manibus suis subsignata 427.d.428.a
S C apud Rom. præsentibus etiam his quos inter disceptatum fuerat vel quorũ intererat in Senatu nonunquam recitata aut memoriter exposita 470.& deinceps
S C de nece reorum à quibus illis tradita vel recitata 482. d. inspecta & comprobata 484
S C de postulatis legatorum quibus vrbis ingressu interdictum esset facta illis à consulibus nunciata 476
S C de rebus grauioribus pro palã interdum in concione apud populum exposita vel si perscripta non essent memoriter enunciata 476.b
Senatusconsulta in Gallia cur à præside tantum & litis enarratore subsignari solita 426.a
SC interdũ præconio promulgata & populo subiicientibus scribis pronũtiata 476. & deinceps
S C muliebria 229.a.b
S C quæ non legitimo numero Senatorum coacto facta sint inualida 416.b
SC quæ scripta ad ciuitates vel prouincias Rom. imperio subiectas mitterentur in eis recitanda vel memoriter exponenda 478.b.c
S C quamuis perscripta quando in concione memoriter exposita 476.a
SC quo loco cuiusq; manu scribẽda 420.d & dein.
S C varia ad imperatorũ arbitria facta 432 & 433
S C varia de ordine & loco eorũ qui dimisso munere suo aliud rursus assequuti 356.c.d & dein.
S C vbi & à quibus apud Romanos recitari & pronuntiari solita 470.a
Senatusconsultorum aduersariis cur adscribenda censentium nomina 416 a
Senatusconsultis apud Græcos anadscriberentur nomina eorum qui affuerant 427 c
S C in Gallia qui subscribere soliti 423.a
Senatus consultis nisi perlectis & in Senatu recitatis cur non subscribatur 428.a
Seneca cuius suffragio veniam exilii simul præturam impetrauerit 108.& 109
Senex Acheronticus capessendæ iuris ciuilis scientiæ parum aptus 83.d
Senex elementarius 82.a
Senex viuere incipiens 82.b
Senes iunioribus prudentiores credũtur 353. & deinceps
Seniores vbi primi sententiis rogarentur 353. & deinceps
Senectus incipiens causarũ patrociniis parũ idonea 82, Vt plurimum indocilis & obliuiosa ibid.

Senectus quando incipiat 384.c
Sententia de capite alicuius dicta à qua prouocatum non fuerit quando executioni mittenda 679.a
Sententia de capite dicta quæ non statim executioni mittitur similis gladio vagina tecto 678.b
Sententia in causa capitali dicta confestim executioni mandanda 477.d. & deinceps
Sententiæ breuiculum à iudicibus & qui in consilium assumpti fuerint subsignatum actuario recitandum confestim tradi debere 238
Sententiæ capitali executio in cum dictæ qui adhibitis sociis deliquerit an differenda vt ex eo in socios quæstio habeatur 904
Sententiæ capitalis executio in cum dictæ qui argumentis tantum non etiam testibus oculatis conuictus sit an differenda 695 d
Sententiæ capitalis executio in optionem ab eo datam qui in duellum prouocatus fuerit an differenda donec vicariam operam prouocato præstiterit 703. & dein.
Sententiæ capitalis executio si damnatum dum ad supplicium ducitur ebrium esse appareat an differenda 704
Sententiæ capitalis in decurionem dictæ executio quando differenda 707.c d
Sententiæ executio qua præses prouinciæ aliquam in insulam relegauerit eum in insulam sub se nullam haberet an differenda 707
Sententiæ in senatu dicendæ ius an iis omnibus sit quibus sessionis honor datur 458.c
Sententiæ in senatu Rom. dicendæ libertas quibusdam temporibus erepta 347 a
Sententiam alterius qui non sequitur non cum eo sed cum causa dissidet 665. & seq.
Sententiam de capite alicuius dicturum cunctatorem esse oportet 687.b
Sententiam in causa affinis aut cui quis obstrictus sit dictam parum ponderis habere 110.d
Sententiam in causa capitis dictam voce præconis & sonitu tubæ peruulgari vetustissimum esse 672.c.d.& deinc.
Sententiam præscriptam subsignatam & apud officium depositam priusquam recitata fuerit an iterum iudici reuocare liceat 243
sententiam posterius rogati apud Rom. ignominiæ speciem habuisse 352.c
sententiam posterius rogatus vt prius censentes quibus dissensurus sit lenite possit 350.d
sententiam primo loco dicere olim apud Rom. honori datum 352.d
sententiam verbo dicere præfecto prætorio licuit 246 a
sententiæ cur in literas mittendæ 238. b & 239.c & iudicibus subsignandæ
sententiæ cur per tabellam dicerentur 242.243
sententiæ cur tacitè & per tabellas in areopago Editæ 241
sententiæ de scripto recitandæ 238.d
sententiæ in senatu Rom. nonnunquam per tabellam dictæ 241 a
sententiæ olim clam & per tabellam interdum etiam palam & de superiore loco dictæ 242 a
sententiæ olim in Gallia non tam numerabantur quam appendebantur 393 a
sententiæ promiscuè & tumultuosè non dicendæ 240
sententiæ quædam ex tempore & sine scriptura promendę 246.& seq.
sententiæ tabellares 242.241
sententiarum capitalium ab iratis dictarum quarum executione in paucos dies dilata salus damnatis quæsita sit exempla 683.b & deinceps
sententiarum dissentiones an reip. officiant 245
sententiarum quæ à præfectis prouinciarum & aliis iudicis dicuntur breuiculis an censentium nomina adscribenda 415 d
sententiarum quæ à præsidialibus obnoxiisque aliis iudicibus feruntur aduersariis cur omnes qui in consilium assumpti fuerint subscribant 416
sententiis perlectis nihil addi vel imminui oportere 238 239.& seq.
sententias in senatu& sibi liberas esse debere 344 & 345
sera & posthuma doctrina 83.a.b
sermo quantumuis generalis loquentem non comprehendit 23.d
seruire nobis qui intelligantur 329.a
seruus penes quem seruitutis instrumenta reperiuntur an manumissus præsumatur 212. b. c
seruus qui domino cum interficeretur opem nō tulerit qua pœna dignus 598
Seruius Sulpicius ad ius ciuile tardè accessit 83 c
seruorum notæ & signa 642.b
Siculi cuiusdam acutè & facetè cum ei prætor Scipio patronum causæ dedisset hominem stultum 9.b
Sidonius Apolinaris emendatus 680 a
Sygonii lapsus 760.c
syluarum libamenta 268 a
syluarum spolia 267.b
Simoniæ reus an pontifex fieri possit qui consecranti & qui consecrationi suæ affuerint solemnia munuscula dederit 275 d
Simoniacæ labis quis ideo fieri non potest quod xeniolum ab eo acceperit qui sacerdotium contulerit 249.b
Symulatum paternarum hæredem Christianum hominem esse non debere 231.d

Socer

Socer & gener an eundem in senatum vel iudicum consessum allegi possint 313 a
Socer genero vetendus & muriendus ibid.
Socer parentis locum obtinet 311.d
Soceri nomen mors filiæ adimit 368
Socius an socio testis idoneus 150
Socius criminis quo pacto de consciis interrogandus 610.d
Socii criminis an & quando de consciis & participibus interrogandi 606.d & deinc.
Socii criminis quibus casibus de sociis interrogantur an vt fidem faciant tormentis subiiciendi 607 & deinceps
Socrates impiis iudicum sententiis culpa tamen sua damnatus quod infensos sibi iudices non reiecerit 99.c 127.a
Socrati exprobratio latitantis iræ non ingrata 691.c
Socrati collatum à discipulis aduictum 436.d
Solon & Pisistratus licet in rep. dissentientes nunquam tamen inimici 350.d
Solutus quis dicatur 514.b
Sordida missio quæ 76 a c
Sordidi quæstus qui 437 c
Soror cur sic dicta 144.d
Sororium tigillum 633 b
Specimen artis qui edere cogantur 22. & seq.
Splendor in cultu & vestitu 56
Sportula prohonorario decurionatus 273 a
Sportularum modum iudices sibi pro arbitrio constituunt 266 a
Sportulas ante annum 1539. Obnoxiæ sententiæ iudices in Britannia Celtica non accipiebant 265 d
sportulas in quibus causis iudices non accipiant 445.d
sportulas pro introitu an ab his qui noui in ordinem veniunt rationales recte accipiant 271. a
sp. Melius frumentarius à S. Halla obtruncatus 267.c. Qua arte plebem sibi delinire consiliareque studuerit: cur iure cæsum Cincinnatus dictator pronuntiauit ibid. & seq.
stesichorus Poëta cur palinodiam cecinerit 627.b.c
sthychos cur iurisconsulti seruos frequenter appelleut 642.d
stichus ibid.
stigmata cuiusmodi sint ea quæ damnatorum corporibus in Gallia inscribuntur 643.a.b
stygmata in facie aut alia corporis parte vt deleantur 644
stygmatibus notari seruile est aut noxiorum 643.644.
stilieonis dictum 262.ab
stipendium 776.d
stipendia quibus non procederent 776.c
stipis collatio quibus concessa 276.b
stola quid 71
stola an virorum vel mulierum fuerit 71.d
stola sacerdotale indumentum 71.7 a b
stolam Barbaram vbi Alexander magnus induerit 65 d
stratocli falsum victoriæ nuncium attulisse vt impune fuerit 562.c
stragula vide senatoria
stuprum cum meretrice an iure ciuili puniatur 515.d
suadens alui transitum perennem si quis in traiectu submergatur an criminis actus fieri possit 596 a.
subcenturio 325 b
sub custos ibid
subducere 512. a.c
subducere & subtrahere an differant ibid.c
subiugum mitti 633.d
subrostrarii seu subrostrati 561 d
subscriptio 418.c
subselliares consultationes 39.40
subsultim vel persultim promoueri qui dicantur 286.c
successoris datio an amissione diuersa 764.d
successoris vocabulo vicarius nonnumquam intelligitur 769.b.c
successorem dare & mittere 767.d
suffecto in locum ægrotantis senatoris an stipendia eius danda 328.d
suffecti non sublegantium collegæ sed ministri 319
suffectorum regiæ aduocationis in imis subsellius numerus 330.a
suffectis etiam innocatis anad regiæ procurationis exhedram accedere liceat 329
suffectis regiæ procurationis ob litis capitalis inspectionem an à litigatoribus quidquam accipere liceat 329 a
sui hæredes cur filii dicti 501
superdicere quid 624.c
supplicii adumbrata 676 a
supplicia prægnantium in diem partus cur differenda 700. & deinceps
suspectus iudex reiiciendus 127
suspectum esse qui se ingerit commodo accipiendum 173.b.c
suspicio quæ de iudice haberi potest purgatur si ei alius qui extra suspicionem sit adiungatur 122
suspicionis libellus quando offerendus 99. & sequentibus
Sura Licinius 735.b
syagrius cur à Valentiniano exauthotatus 750 a
Syllæ de Mario iuniore scite dictum 384.d
Sylianus res nouas in Gallia molitus 768.d
Symnistæ an collegæ 334.a b

Synedrion 434
Syngrapharum à principibus in gratiam fisci debitorum flammis consumptarū exempla 213 c
Syngraphis capta vrbe repertis & à victore debitoribus redditis an remissa quæ in eis continentur debita intelligautur 214 d
Synodus an ideo recusari possit quod qui ei præsit suspectus sit 118
Synodatica 176 a
Synthesis 63
Synthesis an inter viliores vestes fuerit 65. & sequentibus
Synthesis vbi asseruari solita 68 a
Synthesis vsus quibus olim diebus & locis concessus 66 67
Sysannes quia pecuniam ob iudicaudum accepisset Cambisis iussus interfectus eiusque cutis pellis instar in tribunali locata inque eo filius eius sedere iussus 253.c

T

T litera cur furibus in Anglia inuritur 641.b
Tabellarius qui literas ad aliquem perferendas non ex fide reddiderit cuius criminis reus fieri possit 571.a
Tabellarii per belli tempus excuti sæpe solitt ibid.
Tabellionis documentum loco & die carens an fidem faciat 205 d
Tabula supplicii causas indicans 675 b
Tabulæ 207
Tabulæ cerites 712.d
Tabulas dotis seu dotales venditionis contractus 207
Tabulæ nuptiales 207
Tabularius ad præscribendas paciscentium conuentiones an gentilem & propinquum sibi collega adhibere possit 317.a.b
Tabularij 207.d
Tacitus cum primæ sententiæ senator esset S C. quo imperator renunciatus est quasi priuatus interfuit eique manu sua subscripsit 441
Tacitum decretum quo reus ad equuleum perduci iubetur sed ita vt in eum non imponatur 615 c
Tacitum de meritis iudicium vt fieret 379.380
Tacitum iudicium in candidatos quo pacto fiebat 440.c.& deinc.
Tacitum Rom. S Iudicium de Scyriæ regno inter Antiochi paruulum filium & patruum eius Demetrium 440.441
Taciti S. C. exempla 434.a 440
Tædæ & faces pro nuptiis 559 a
Talaris roga vnde initiū apud Rom habuerit 58
Temerè quid dicatur 582 a b
Temeritas dolum non comprehendit 582.a
Tentorii mutatio 776.b
Terreri leuiter quis intelligatur 614 d
Tertitio leuis quæstionis nomine non censetur 614.a
Terror leuis non sufficit vt tormenti metu quid factum dicatur 619
Testis an idoneus qui nec citatus nec iussus testimonium dederit 171.172 a
Testis an quis sit idoneus eorum quæ viderit vel audiuerit per rimam & fissuram parietis aut eum ponè aulæum esset 190.a & seq.
Testis à reo reprehensus qui refutationis causas Agnouerit an testimonio arcendus 101.d.
Testis auritus in criminalibus causis an fidem faciat 618
Testis criminis iudex idoneus an sit qui ab ostio vel eum ponè parietem esset delinquentis vocem audiuerit 190.a
Testis cur idoneus in eum non est in quem reum ante testimonium dixerit 162.163.& 172
Testis domesticus Ciceroni quid 138.a
Testis & accusator quoad inimicitias spectat eodem pene loco 161.d
Testis idoneus an sit suscepti patenti pater lustricus 128
Testis idoneus an socius socio 150.c
Testis idoneus canonicus cum canonico ibidem
Testis in dubio an rogatus vel vocatus credatur 175 d
Testis inimicus an refellendus quamuis inimicitia litigatoris culpa suscepta 165.d
Testis inimici amicus an reijciendus 164.165
Testis inimicitiæ suspectus an refellendus ibid.
Testis nullus in re sua idoneus 136 c
Testis olim inimicus an reiiciendus 164.d
Testis præsentia an necessaria 163.a
Testis reconciliationis an fidem faciat 166.& sequentibus
Testis vltroneus & qui se obtulerit an reijciendus 163. & seq.
Testis voluntarius 582.d 175 a
Testis vt fidem faciat producendus 172.a.b & 174.d
Testis citatio an necessaria 172.a
Testis iniurati dictum præsumptionem inducit 182.c
Testis tantum vnius vnam testium decuriam quam turbam dicunt vim habere 201. d 202.a
Testi iniurato non creditur 578.a
Testem falsi suspectum an super apendicibus iudex interrogare possit & interrogationum laqueis implicare 195
Testē se refelli Augustus æquo animo tulit 99 d

Testem vltro se offerentem an iudex ex officio reiicere possit 175
Testes auriti in testamentis non adhibendi. 191.a
Testes idonei non sunt confessores criminis conuictores & contubernales 158.c.150.b
Testes non precio tantum, vel metu, vel gratia, sed etiam simultate corrũpi possunt 157.c
Testes in conspectum iudicis venire qui debeant 179.d
Testes iuris cur iuriconsulti dicti 418.d
Testes quot turbam conficiant 204.b
Testes submitti ad captandos custodiarum sermones criminisque confessionem ab eis exprimendam nouum non esse 150.a
Testes turmatim interrogandi mos 199
Testium cupiditas arguenda & comprimenda 174.a
Testium decem numerus cur Ludouici duodecimi constitutione in singula factorum capita definitus 199. & sequent.
Testium duo genera 272.d
Testium duorum numerum vbi is definitus non est sufficere 200.d
Testium & testimoniorum quæ scripto edebantur inter se illisio & pugna 180.a
Testium numerus in iudicis arbitrio positus. 199.c. d.
Testium quorum de fide ob inimicitiæ suspicionem detractum fuerit exempla 165
Testium superuacanea multitudo veritati officit 199.d
Testibus decem, repetundarũ reos apud Rom. innocentiæ suæ fidem fecisse. 199.200
Testibus falsi suspectis reũ interdum cum aliis non admodũ absimilibus exhiberi cõmittique cum eis posse ad eruendam testimonij veritatem vel falsitatem. 195
Testibus non testimoniis se crediturum quod Adrianus dixit apud Callistratum quomodo accipiendum 180. b
Testimonium an de scripto dari possit 177.d
Testimonium de peritia artis 182. c
Testimonium dicit quiuis cui in lege nulla interdictum est. 152.c
Testimonium domesticum 158 a
Testimonium eius qui nocte quidquam factum dicit an fidem faciat. 197
Testimonium eius qui se obtulerit quando non irritum 49 175
Testimonium ex libello legere 180. a
Testimonium per tabulas 179.d
Testimonium quod murus scriptum attulerit quam fidem faciat 18[illegible]
Testimonia confusa [illegible]
Testimonia coram & à præsentibus [illegible]
Testibus & in quibus causis die[illegible] [illegible]
Testimonia coram probis & honestis vitis dicta quam fidem faciant 182 a
Testimonia mutuo dare sodalium esse 150 b
Testimonia per tabulas data testes signis suis consignabant. 179 d
Testimonia tumultuaria 203 b.& seq.
Testimonium per epistolam datum 178 d
Testimoniorum non minor quam testium quibusdam casibus authoritas. 182. c. d & sequentibus.
Testimoniis quæ turmatim dicuntur quando fit locus. 201 d
Testimoniales litteræ 745 b
Testimonio quod quis scriptum attulerit ab eo lecto & recitato an fides habenda 179 a.b
Testatio 201 b
Temistocles cur quandiu in magistratu fuit conuiuiis & comessationibus abstinuerit. 92 d
Temistoclis cum Aristide condiscipulo contentiõ perpetua 156. b
Theodoricus primus Galliæ Rex depositis regni insignibus monachus 735. d
Theodorici Regis feitè dictum 463.b
Theodorica vatidica fœmina seruos ad fallendum instituebat 525 b
Theodorus coniurationis in Hieronimum Syracusanorum principem reus ad indicandos socios quæstioni subiicitur. 609.d
Theodorus notarius imperaturus post Valentem à vaticinandi peritis creditus. 438.b
Theodosius imperator religiosissimus 681.a
Theodosius in imperatore priuatus 463. a
Theodosius lupanaria sustulit ædésque in quibus exercebantur dirui iussit 533.c
Thermopolia 605.b.c
Thermopotæ ibid.
Thermopotare ibid.
Thesmothetæ apud Athenienses quomodo creari soliti 411. b. c.
Thespis primum fuco illita facie tragœdias egit 553 d
Toga cœnatoria 63. b
Toga forensis qualis esse debeat 57
Toga picta 61. d 62. a
Toga præsidiaria 63. d
Toga pulla ibid.
Toga Senatoria in Gallia 68.c
Togata militia 57
Togati 57. 64.a
Togati Vulturij qui ab Apuleio dicti 263 a
Togæ ius amittebant quibus aqua & igni interdicebatur. 731. b. & deinceps.
Tonantius Ferreolus Gallus senator & legatus in senatu Rom. sessum receptus 448. d
Tonsor factus eques 288. a
Tonsura an sit ordo 781. c. & sequent.
Tormentis ad pœnam qui abutantur 621 d
[illegible]rmentis cur maiores quæri voluerint 612.b

Tormentum 648. c. & deinceps.
Tormenta ad quid inuenta 621
Tormenta gubernat dolor moderatur natura cuiusque regis quæsitor 613 a
Tormentorum solus aspectus virorum etiam animos frangit 615. a
Tormentorum variæ species 614. d. 615. a
Torquati equites quid pro introitu sodalitio dare debeant 278. c
Tractatorium 448. d
Tractus causæ 31. a
Traianus commendatus ob libertatem dicendæ coram eo sententiæ 346. b
Traianus in Consulatu quem imperium adeptus gessit cur prætores collegas appellaret. 332. d
Traianus legibus in rostris sponte se subiecit. 462 d
Traianus sententiæ à se in Centurionem & Gallitam adulterij reã dictæ cur nomen Centurionis & commemorationem disciplinæ militaris adiici voluerit. 463. e. d
Traiani vox memoratu digna 735. a
Tranquilli & Dionis dissidium 455. b. e.
Trechedipua vide vestis
Tribunus legionum an miles dicendus 765. d
Tribunus militum 766. d
Tribunus militum dimittendorum ius non fuit 753. c
Tribunus qui milites iniussu imperatoris consulis vel senatus dimisisset à quibus castigarus 754. a & seq.
Tribunus vnde dictus 136. d
Tribuni in milites authoritas ibid.
Tribuni iniquitatem militari lege effugere licuit vide militaris
Tribuni militum an milites 764. d
Tribuniplebis comprehensionem haberent cur ius ad se quemquem vocandi non habebant 122. d. 123. a
Tribuniplebis cur ante fores curiæ starent 432. d. 433. a
Tribuniplebis curiam ingredi non licebat. 432. d
Tribunum Hadrianus non nisi plena barba faciebat. 403. d
Tribunus in militia dignitas & gradus 765. d
Tribunitiæ dignitas vis & potestas 432. c. d
Tribunitiæ domus ianua cur noctu etiam non claudetetur 88. a
Triclinaris vestis 61. c
Tricliuaria 61. b. c
Triclinaria Babylonica 61. d
Tierarchi 661. c. d
Triremium præfecti & eorum sæuitia 661
Triremis ibidem. d
Triphimia lupanari damnata 539. a
Triphonius iurisconsultus 20. c
Triumuiri nocturni 555. a
Tubæ sonitu cùm de damnato supplicium sumitur populum congregari 479
Tumultuarius exercitus 203. c
Tumultuarius miles ibidem
Tumultuaria armamenta 203. c.
Tumultuaria iudicia ibid. d
Tumultuaria legio ibid. c
Tumultuaria quæ appellentur 203
Tumultuaria testimonia ibid.
Tumultuarium opus 203 c
Tumultuosa 204. b
Tumultuosæ sententiæ Liuio quæ ibid.
Turnebus carpitur 734. a & seq.
Turpius fœdiusque nihil quam pecuniam ob iudicandum accipere 253. d 254. b. a
Turpiter fieri quod ob mercedem fit eum gratuitum esse debeat 272. a
Tutor nec pupillo adesse potest in negotio in quo aduocatus contra patrem eius fuerit 20. c
Tutori quando curator adiungendus 327. a
Tyberius Cæsar diuersum à se in senatu cẽsentes æquis auribus audiuit. 344. c & 345. a decreta aduersus sententiam suam fieri non indignè tulit ibid.
Tyberius Cæsar nunquam nisi solus curiam intrauit. 453. d
Tyberius Graechus licet ab Octauio collega sæpe dissentiret nihil tamen durum aut asperũ in eum vnquam dixit 350. a
Tyberius Graechus Trip. pleb. in causa P. Scipionis inimici sui iudex sedit 132. a. b. c
Tyberius in comitiis & consularibus candidati cuiusque originem vitam & stipendia describere solitus 408. b
Tyberium Gracchum inimicum suum Dato in discrimen famæ vocatus non modo reiecit sed etiam depoposcit 133. a
Tyranni satellites Ciceroni qui 108. d
Tyro 48. b
Tyrocinium causidici in senectutem non differendam 83. b

V.

Valens Imperator de abiiciendis imperij insignibus cogitat. 735. c
Valentiniani erudelitas in irrogandis suppliciis 686. c. d. 692. d
Valerius capito ab Agrippina olim pulsus patriis sedibus à Nerone redditus 757. b
Valerius Licinianus exul de senatore 731. b
Varicari 24. b. c
Varices ibid
Vascula etiam fictilia & testacea maximo quõdam in precio 277.
Vatienus quasi temere de Rep. locutus in carcerem coniectus 56.

Vbera cur fœminis à natura data 701.c
Vectis 507.d
Vecticularia vita ibid.
Vecticulariam 507.d.508.a
Vecticularij ibid.
Venator qui telo in feram immiſſo hominem occiderit an pœnæ obnoxius 598.d
Venationis verbo plerumque ferinam intelligi contra quam ſcripſerint aliqui grammatici 268.b
Venationem apud Perſas pueri non attingunt 269.c
Venationem à Principibus regulis cur potius quam ab aliis magiſtratibus accipere conceſſum 266.a
Venatus verbum pro forma 269.a. & ſeq.
Venatu aut aucupio à principibus vel regulis in eorum ſyluis vel ſaltibus capta iudices accipere religio non eſt 250.d.266.a
Venatu & aucupio capta ab amicis affinibus & conſanguineis magiſtratui accipere an liceat 270.b.c
Venatu capta ſi coempta fuerint nec à principibus quidem aut regulis debere iudices accipere 267.b
Venatu vel aucupio captis iudices non labefactari 266.a
Venatu & aucupio capta honoris ergo mitti ſolere 266.270.d
Venatu etiam parta ad colligendam hominum gratiam valere 267.d
Venatu capta amicorum cultui dicata 267.d. 268.a
Vendere quæ emeris gentium ius eſt 264.c
Venenum ad properandam alicuius qui morbo inexplicabili teneretur necem dare vel vendere nefas apud gentiles non habitum 584.a
Veneni mali emptionem non contrahi quomodo accipiendum 587.c
Venena cur à natura inſtituta 584.a
Venena & medicamenta noxia quibus impunè diſtrahi poſſint 587.& ſequent.
Veneris omne exercitium extra coniugium prohibitum 535.c
Venerea lue laborantes extra vrbes ſeorſimque à ſanis habitare coacti 531
Veneti iudices hoc nomine malè audiũt quod in iudicando mutuum ſibi faueant 117.d.118.a
Venetorum leges & inſtituta quędam 397.d
Venetorum reſpublica 397.d
Verborum caſtigatio 637.d
Verbis interdum odia aſpera moueri 169.c.d
Verbis legum non tam quam menti ſeruiendum 766.d.& ſeq.
Verbis non ſoluendum quod re malefactum ſit 630.b.c
Verbera interdum non ſupplicij ſed veritatis exprimendæ cauſa adhiberi 614.c
Verecundia & pudor homini ingenuè, & liberaliter educato pro ſupplicio eſſe debent 538.b
Verres à Cicerone notatus quod de qua re deceſſor ſuus iudicauerat iterum cognouerit 223.a.b
Verris improbitas furta & corruptelæ 261.a.b
Verrem in caſtris aleatoriis fuiſſe frequentem apud Ciceronem quomodo accipiendum 730.a
Veſpaſianus & Titus in cenſura conſulatibus multis & tribunitia poteſtate collegæ 309.c
Veſpere in circo mane in atriario 294.a
Veſtalium exauguratioṇi quid cum ſacerdotũ exauctoratione commune 726.d.727.a
Veſtalium inceſtus conuictarum exauctoratio & ſupplicium 726.c.d.cultus & inſignia 727. earum exaugurandarum ritus 783.a
Veſtitus & cultus ſacerdotum tam iudæorum quam Ægyptiorum 729.a
Veſtibulum 473
Veſtibulum ſenatus ſeu curiæ ibidem.
Veſtimentorum difficilis in balneis cuſtodia 502.a.b
Veſtis Atra 66 Balnearis 59 a. Cibaria 63. Communis 72. d. cubicularis 61. c. diſcubitoria 61.c. diurna 58.59 domeſtica 58. epularis 63. forenſis 63.a.&64.itineraria 68.b.muliebris 72.d. nocturna 63. a. priuata 57. pulla 64. b. quotidiana 59.c. recidiua 63. ſacerdotalis 59 c. treſhedipua 61.triclinaris 61.c. viatoria 68.b.virilis 72.b
Veſtis cœnatoria cuius coloris fuerit 64
Veſtis & toga talaris 58.a
Veſtis extima pars hominis 55.b
Veſtis Romulea 58 a
Veſtis virum indicat 54
Veſti nihil commune cum doctrina 52.& 53
Veſte forenſi quibus in locis indui liceat & in quibus cœnatoria 60.a
Veſtium certarum vſus alicui interdictus de eo accipiendus eſt qui eas publice geſtat 318. 65.c.d
Veſtitus Hunnorum 59.a
Veſtitus Senatorum Venetorum tam domi quam in publico 66.b
Vetera peccata iam oblitterata non repetenda 717.b
Veterani interdum ſub vexillo retenti 741.742
Veterani malitia Tyrones pietate 294.b
Veteranio Cæſar de tractis principatus inſignibus exauthoratus 732.a
Vicarius 769.d.770 a
Vicarij an eorum quorum vices agunt collegæ 321.a
Vicarij laboris Apuleio qui 528.b

Victoris alia conditio quam hæredis 216.a
Viglius Langlæi condiscipulus 737.a
Vindex seruus iudex coniurationis de Tarquiniis in vrbem reducendis 186 d
Vinum aromaticum ante annum 1539. Britannis iudicibus sportularum loco dari solitum 265.d.266.a
Vinum vbi congelescat 496.a
Vir bonus non habendus qui à capiendis muneribus non abstineat 259.d
Vir bonus quis 230.b.c
Viro bono non congruit de iure vnius quod alteri concedat decerpere 231.b
Virtus spectata legibus anomalibus non subiecta 391.a
Virga Mercurij 257.b
Virgarum fasciculi securibus alligati cur prætoribus præferreotur 687.c
Virgo quę in lupanari steterit an loco ipso violetur 534.c.d
Virgilius & Trogus Pompeius dissentieotes cooeiliati 499.b.c.d
Vis maior 502. & deinc.
Vis maior quæ animo quamquæ corpori infertur 523.a
Vis & raptus in volentem etiam committitur ibidem
Visceratio & carnis dilargitio vt fieri debeat 267 b
Visceripeta 270.b
Vita posterior innocenter acta fauorabiliorem eius causam facit qui post quinquennium accusatur 718.& seq.
Vlielmus Durandus 52.b
Vltroneæ merces 176.a
Voces senatus 429
Vocum alienarum effingendarum plerique callidi artifices 191.c
Vocare causæ cognitionem ad aliquem 464.d
Voluntas senatus 430.d
Voluntarius testis cur sic dictus 174.d. & seq.
Voluntarius testis quis ibid.
Voluptates quæ legibus concessæ 525.& deinc.
Vrsicinus accepto successore Sabiniano, ab eo is partibus ad comitatum principis pedestrem militiam curaturus reuersus 769.a
Vrsicinus in oriente magister equitum sub Constantio ibid b
Vrsicinus sylnano res nouas in gallia mollienti successor à Constantio missus 768.c.d
Vsus frequens magister artis 336.b
Vsus loquendi proprietate potentior ibid.
Vsu & consuetudine necessitudines aluntur 83.d
Vulcanum in corno conclusum gerere 557.c
Vulnus qui cuiquam intulerit eum comitem eius cædere vellet quomodo castigandus. 598.
Vultus inscripti 643
Vultus iudicis minax quando iustum metum inducat vide minax
Vultus iudicis noxiis asper & terribilis esse debet 623 d
Vulturius Catilinariæ coniurationis reus de participibus interrogatur 609.b.c
Vxor maritalibus debitis nisi ob æs ipsius non tenetur 300.d
Vxor puerpera vel parturiens Ægrotanti similis 18. 19. b
Vxoris & filiorum salutem non minus probū quemque quam propriam curare 18.a.b
Vxoris vel filij morbus iusta causa ne adnotus clienti suo adsit 17. & 18
Vxorem ducentes quibus sportulas dabant 273.c
Vxores apud Mauros & Numidas singuli pro opibus ducunt 313.c.d
Vxores non ducentium pœna apud Lacædemonios 634. d. 635. a

X.

XEnia 249 d
Xenia aliaque vel minima lucra lege Constantini nouaque Iustin. constitutione iudicibus, & qui circa eos sunt interdicta 256.b & seq.
Xeniis & muneribus cur Senatoribus regiisque iudicibus & cognitoribus interdictum 248
Xeniæ balneæ 250.a
Xeniam capere ibid.b
Xenicon. 250.b
Xenius cur Iupiter dictus 250.a
Xenoctonia 250.b
Xenoctonos 250.b
Xenodochia ibid.
Xenodochium ibid.
Xenodochos ibidem.
Xenos 249.d
Xyeus interfecti Demetrij conscius comprehensus tormentorum conspectum sustinere non potuit 621.d

Z.

ZEleucus Locreosium legislator 454.a
Zafius iam senex iuri ciuili operam date cœpit 83.d
Zeno Cleanres & Chrisippus mercedem à discipulis acceperunt Vide Chrisippum
Zonarum præcisores 509 a.b
Zonarij sectores qui & quo supplicio afficiendi ibidem.

FINIS TABVLÆ.




Ex ſuo diplomate ſanxit, ne quis præter Nicolaum Buon in alma Pariſiorum vrbe commorantem intra decennium, *Iani Langlæi Semeſtria ſenatusſconſultis, & obſeruationibus illuſtrata à B. Autumno* I.C. Typis mandet venaleſue habeat, qui ſecus faxit graui pæna mulctabitur: vti latius patet in ipſo diplomate dato Pariſiis 28. die Ianuarii 1611. ſubſignato..

PERROCHEL.